3 1761 04241 9754

R. C.


ad pag. 269.
Kraus ſc

# JO. ALBERTI FABRICII,

SS. Theol. D. & Prof. Publ.

# BIBLIOGRAPHIA ANTIQVARIA,

*SIVE*

## INTRODVCTIO IN NOTITIAM SCRIPTORVM, QVI ANTIQVITATES HEBRAICAS, GRAECAS, ROMANAS ET CHRISTIANAS SCRIPTIS ILLVSTRAVERVNT.

Editio ſecunda, auctior, & indice duplici rerum ſcriptorumque locupletata.

*HAMBVRGI ET LIPSIÆ,*

Inpenſis CHRISTIANI LIEBEZEIT,

ANNO MDCCXVI.

LIBRARY
FEB 4 1969
UNIVERSITY OF TORONTO

Z
5131
F12
1716

# *ILLVSTRISSIMO VIRO*
# JOANNI GEORGIO
# de HOLSTEN,
## POTENTISSIMO DANIÆ ET
NORWEGIÆ REGI AB INTIMIS CONSILIIS,
ATQVE ORDINIS REGII DANEBROGÆ
EQVITI,

*S. P. D.*

JO. ALBERTVS FABRICIVS.

ADmiratione ingentis Tuæ in tantâ dignitate Virtutis & humanitatis, atque impatientia devoti gratique animi mei erga Te teſtandi, hanc audaciam mihi indui, EXCELLENTISSIME DOMINE;

 ut

ut illuſtris Nominis Tui ſplendorem Libro præſenti velut auſpicatum jubar imponerem, illumque Tibi conſecrarem. Jampridem ſane me, & quem non? in venerationem Tui pertraxerat publica de Te nec inficianda fama, quæ non paſſa ſeſe contineri regnorum quamvis ampliſſimorum limitibus, prudentiam & induſtriam Tuam in negotiis, fidemque conjunctam cum religioſiſſima Pietate, ubique ore uno concelebrat: Quæ ipſæ virtutes Tuæ effecerunt, ut ab Auguſto Rege Tuo ameris conſtanter ornerisque, atque unus fueris inter tot ſapientiſſimos Viros delectus, cujus providæ curæ ac ſollicitudini ſpes temperandæ tot Regnorum, & Regii Principis maximarum Regionum heredis animus tener formandus committeretur: nunc autem cooptato Tibi in ſanctius Conſilium, etiam præſens ſalus publica tractanda humeris Tuis impoſita fuerit. Præter publicas haſce ac quaſi lumen elucentes notasque omnibus Te ſuſpiciendi cauſſas, proprias etiam & ſingulares quasdam mihi nactus eſſe

viſus

viſus ſum, ex quo propius Te venerari contigit, licuitque mihi eſſe teſti ſanctæ illius & caſtæ Tuæ in DEVM pietatis, quæ avis alba est non dicam in tanta fortuna, ſed in mediocris etiam conditionis hominibus raro & inſolenter reperitur. Nusquam vero illam perſpexi certius atque expreſſius, quam in optatiſſimo Filio Tuo, qui ut penes nos vixit, pulcherrimum nobis inſtar Tui dedit intuendum, exemploque ſuo demonſtravit, quantopere Tibi curæ ac cordi ſit fueritque, uti aliorum liberorum Tuorum, ita illius educatio, digna Nobili & magnis rebus olim admovendo, ſed maxime digna Chriſtiano. Non enim ſatis Tibi fuit, quod ipſum quoti ſunt qui non negligunt? animum illius ad prudentiam omni genere honeſtarum literarum ac ſcientiarum mature expoliendum curaſſe, memoriamque peritia linguarum & ſitus locorum exquiſita notitia, atque accurata familiarum illuſtrium, rerumque ab omni memoria geſtarum cognitione velut utili vitæ inſtrumento ornaſſe

& inſtruxiſſe: verum præcipua Tua ſollicitudo ac cogitatio in hoc maxime incubuit, ut conſtanti virtute, amoreque Numinis, ac generoſo incoctum honeſto haberet pectus, & in illa indole humanitas, modeſtia, æquitas, morumque ſanctitas eniteret. Nec ſane poſita eſt hæc à Te cura infeliciter aut incaſſum, quin capis fructum ſingularem ſapientis ejusce conſilii quotidie, ut cum magna voluptate videas eum ſtrenue & auſpicato incedentem per veſtigia Tua, enitentemque ad ſummos honores, quos magni Regis gratia jam dignata ipſum reſpicere, & exemplum Tuum & ſua ipſi virtus promittunt, Vota Parentis utriusque prolixiſſime vel implenti vel etiam ſuperanti. Quod ut Tibi proprium ſit ac perenne, nec minore felicitate etiam in cætera nobilisſima ſtirpe Tua utaris, proculque omni privata calamitate, procul publica, diu quemadmodum felicibus conſiliis, ſic vegeta ſenectute integrisque animi & corporis viribus vigeas, ſalutis publicæ cauſa voveo. Hamburgi X. Cal. April. Anni Chriſtiani cIↄ Iↄ ccxIII.

AD

# AD LECTOREM.

Bibliographia hæc privatarum more prælectionum primum a me tradita, totaqve conſecrata fuit progreſſibus & captui ſtudioſorum Juvenum, freqventantium Gymnaſium hujus Urbis, qvod hoc ipſo anno * bonis ut voveo ſperoqve auſpiciis celebrabit primum ſuum Jubilæum, ſive memoriam ſæcularem Muſei hujus publicæqve virtutum, Pietatis & bonarum literarum Officinæ, Optimorum Patrum cura ante hos centum annoſi conditæ atqve dedicatæ. Primus hic eſt atqve unicus e privatarum mearum ſcholarum commentariis, qvem emittere in vulgus auſus ſum, ne deſcribentium fatigaret manus, nec inemendatior forte ab aliqvo inconſulto in publicum præcipitaretur. Argumentum atqve conatum propoſiti haud inprobaturos confido eruditos homines, qvibus conſtat qvantum uſum præbeat, qvantoqve ad omne ſcriptorum ſacrorum, externorum genus intelligendum ſit ſubſidio dilucida & accuratior cognitio Antiqvitatis. Ad hujus caliginem quæ eam undiqve obſedit diſpellendam, & illuminandas remotiſſimarum ab ætate noſtra rerum tenebras innumerorum virorum doctorum ingenium atqve induſtria a renatis usqve literis magna cum laude elaboravit, qvorum in notitiam ut ſenſim tirones introducerentur, & ad ſtudium ipſum amplectendum, qvod eruditiſſimo cuiqve ſemper fuit in deliciis, in-

* 1713.



flam-

flammarentur, hanc telam ſoloce filo texui. Qvanta illi deſint ad perfectionem, vel qvæ in ea poſſint ab acerbo aliqvo cenſore carpi ac reprehendi, ipſe bonam parte pulchre video, ſed video etiam qvotidie multa & multos reprehendi ſtrênue ab iis, qvi nihil melius præſtant. Jucundum tamen eſt mihi, qvalecunqve ſtudium qvod hactenus rei literariæ pro exigua mea parte impendere conatus ſum, non paucis doctis, æqvis & candidis hominibus minime diſplicuiſſe, & ab humanitate ipſorum relictum mihi fuiſſe locum emendandi me meaqve. Itaqve & huic libro non adeo metuo ab illorum ſimilibus, diſſimiles nemo ſanus curet, qvorum inhumana iniqvitas non modo auribus caret, qvod de ventre ajunt, ſed qvod magis mirum in homine literis contrito & miſerandum eſt, ſenſu ſui. Unum de qvo apud eruditos excuſatum me volo, non præterierim, ut ne ſcilicet vertant mihi vitio, qvod Diſputationes Academicas noſtratium Germanorum hinc inde, rarius tamen retuli in cenſum, qvarum aliquas judicabunt illi fortaſſis debuiſſe me habere ὐδ᾽ ἐν λόγῳ, ὐδ᾽ ἐν ἀριθμῷ. Ac ſcio qvam juſtiſſima æſtimatione ex illis multæ contemnantur ac prætereantur, ſed alias viciſſim expertus ſum lectu eſſe digniſſimas, & multa complecti paucis foliis, qvæ magna aliquando volumina patiuntur a nobis deſiderari. Ut igitur tironum præcipue noſtrorum conſulerem captui & ſtudiis, qvi Diſputationes ejusmodi facilius poſſunt parare, extra glebam licet in qva natæ ſunt rarius conſpici ſolitas, earum qvæ in curioſiore aliqvo Antiqvitatis argumento verſantur, licet non plane elaboratiſſimarum, mentionem ſubinde omittere nolui. Prætermiſſa adjungere, emendareqve qvæ perperam poſita ſunt, poſteri temporis ſtudium erit: nunc ut brevis conſpectus totius Voluminis oculis pateat tuis, en Tibi argumenta capitum qvibus illud diſpertivi:

ELEN-

# ELENCHUS CAPITUM.


## I. DE SCRIPTORIBUS GENERALIBUS ANTIQVITATUM HEBRAICARUM.

*Notitia Antiquitatum Hebraicarum haurienda e ſacris litteris, earumque interpretibus Judæis & Chriſtianis rerum Hebraicarum peritis. 1. Ex Philone & Joſepho ibid. Ex Talmude utroque, ejus Misbna & Gemara, interpretibus Judæis & Chriſtianis. 2. De Moſis Maimonidis, Jacobi ben Aſcher aliorumque Epitomis Talmudicis. 3. Quanta fide digni ſcriptores Talmudici & Judæi recentioris ætatis. 4. De corporibus Antiquitatum Hebraicarum - quæ Chriſtiani ſcriptores moliti ſunt. 5. De Chriſtianis qui ſparſim in commentariis & Lexicis, vel aliis ſcriptis ſuis Antiquitates Hebraicas illuſtrarunt. 6. Opera inedita vel promiſſa Balthaſaris Scheidii τȣ͂ μακαρίτȣ, B. D. Joſuæ Arndii & Rev. Theodori Daſſovii. 7. Compendia Antiquitatum Hebraicarum. 8. Scriptores qui unum aliquod argumentum profeſſi, plura Antiquitatum capita attigerunt. 9. Scriptores de ritibus recentium Judæorum pro varia natione & ſecta diverſis, nec unius generis. 10. Delineatio theſauri Antiquitatum Hebraicarum. 11. pag. 1.*

## II. De Ægyptiorum, Perſarum, Carthaginienſium aliarumque Gentium, tum de Græcarum Antiquitatum Generalibus Scriptoribus.

*Scriptores de Antiquitatibus Ægyptiorum. 1 Perſarum. 2. De Antiquitatibus Punicis ſive Karthaginienſium. 3. De Germanicarum Antiquitatum ſtudio non negligendo. 4. De ſcriptoribus Antiquitatum Græcarum. 5. 6. ſingillatim Laconicarum. 7. Atticarum. 8. De Antiquitatibus aliarum Civitatium vel Inſularum. 9. Index theſauri Antiquitatum Græcarum Gronoviani. 10. pag. 28.*

## III. De Romanarum Antiquitatum Scriptoribus generalibus ſive univerſalibus.

*De Scriptoribus qui ante Roſinum Antiquitates Romanas condere inſtituerunt. 1. De Jo. Roſino. 2. Tho. Dempſtero & Andrea Schotto. 3. De variis compendiis Antiquitatum Romanarum 4. De aliis Antiquitatum Rom. ſcriptoribus. 5. De Georgii Hieron. Welſchii & Flaminii Vaccæ affectis vel ineditis operibus. 6. De ſcriptoribus Miſcellaneis Antiquitates Romanas illuſtrantibus. 7. 8. 9. Theſaurus Antiquitatum Romanarum Grævianus. 10. Index Alphabeticus ſcriptorum qui in utroque theſauro Græviano & Gronoviano continentur. 11. pag. 54.*

## IV. De Scriptoribus Generalibus Antiquitatum Chriſtianarum.

*Lexica Antiquitatum Eccleſiaſticarum. 1. Syntagmata & Compendia de Antiquitatibus Eccleſiaſticis. 2. De Romanæ & Eccleſiarum Occidentalium ritibus ſcriptores. 3. De ritibus Eccleſiæ Græcæ aliarumque Orientalium. 4. Scriptores de vita & mori-*

*moribus Veterum Chriſtianorum. 5. De convientia rituum Chriſtianorum cum Judaicis atque Ethnicis. 6. Scriptores Miſcellanei Antiquitatum Eccleſiaſticarum. 7. Ritus Eccleſiaſtici deſcripti ordine temporis quo obtinere cœperunt. 8. Per rituum diverſitatem Communionis Eccleſiaſticæ vinculum haud ſolvi. 9. Ritus externos omnes neutiquam eſſe improbandos vel negligendos. 10. Delineatio theſauri Antiquitatum Eccleſiaſticarum. 11. pag. 103.*

V. De ſcriptoribus veterem Geographiam ac Chorographiam illuſtrantibus.

*Studii Antiquitatum diviſio & partes. 1. Archæographia a Jac. Sponio deſcripta, diviſaque octo capitibus. 2. Ut in Hiſtoria ſic in Antiquitatum ſtudio Geographia vetus & Chronologia neutiquam omittenda. 3. Geographiæ ſacræ & de terra ſancta ac Hieroſolymæ ſcriptores veteres ac recentes. 4. 5. Geographia Nubienſis, Abulfeda &c. 6. Antiqui Geographi Græi. 7. Latini. 8. De Tabulis Geographicis. 9. Geographia vetus civilis per compendium a recentioribus tradita. 10. Eadem plenius & uberius expoſita, 11. Parallela veteris & novæ Geographiæ. 12. Lexica Geographica. 13. Scriptores qui certas regiones ſpeciatim perſecuti ſunt, & de Geographia medii ac ſequioris ævi, quæ magnam partem adhuc illuſtranda deſideratur. Difficulter id fieri poſſe niſi recens Geographia plenius & accuratius tradatur ibid. 14. 15. Geographiæ veteris Eccleſiaſticæ ſcriptores, & Notitiæ Epiſcopatuum, 16. pag. 122.*

VI. De iis, qui deſcriptionem veteris Urbis Romæ ediderunt.

*Etſi ampla & ſplendida, veteris tamen vix umbram refert Roma hodierna. Joſ. Scaligeri, Petri Scriverii & Jani Vitalis in hanc rem Epigrammata. 1. De veteris Romæ nomine. 2. Originibus. 3. Pomœrio, portis, incrementis & amplitudine Scriptores. 4. Obiter de aliis urbibus ampliſſimis. Ibid. De XIV. regionibus Urbis Romæ & de Viis publicis. 5. De ſeptem Collibus & de Capitolio. 6. De urbis ædificiis publicis ac privatis, multitudine incolarum &c. 7. Scriptores complures qui Veterem Romam ejusque ornamenta, rudera ac reliquias deſcripſerunt. 8. 9. 10. 11. 12. Incrementa & magnitudo Romani Imperii. 13. Nova Roma CPolis. 14. pag. 147.*

VII. De Scriptoribus qui Chronologiam Technicam & Hiſtoricam tradiderunt.

*Chronologia duplex, Technica & Hiſtorica. 1. Hiſtoricæ ſcriptores veteres ante Euſebium. 2. De Euſebii Chronico. 3. Chronologi poſt Euſebium Græci. 4. Latini. 5. Arabes id. Recentiores præcipui. 6. Scriptores Chronologiæ Technicæ. 7. Parum utilis quorundam in minutiis & incertis περιεργία. 8. Chronologorum diſſidia circa annum natalem CHRISTI. 9. Idea Chronologica rerum præcipuarum, digeſta per ſex annorum millenarios. 10. Subſidia Chronologica quædam enumerata, ex quibus in gratiam ſtudioſorum duo h. l. ſubjuncta exhibentur, Index Archontum Athenienſium & Pontificum Romanorum Alphabeticus. 11. pag. 164.*

VIII.

VIII. Scriptores de Diis, Geniis, Sanctis &c.

*Antiquitatum diviſio in ſacras, politicas, militares, literarias & privati uſus atque domeſticas.* 1. *In ſacris iterum varia conſideranda, ac primo dicendum de religioſi cultus objecto, ſive Diis quibus ſacra facta.* 2. *Gentes nullæ Atheæ.* 3. *DEI cognitio usque quaque teſtata. Theologiæ Naturalis atque Ethnicæ ſcriptores.* 4. *De origine Idololatriæ: & quomodo tot Gentibus placuerit multos colere Deos, cum ratio unum eſſe DEum ſuadeat?* 5. *Pro Numine culta quæcunque vel prodeſſe vel nocere poſſent, ut aſtra atque aliæ res naturales, vel homines eorumque affectiones, vel genii ac dæmones.* 9. *Dii & Deæ, boni & mali. Solitarii & cum aliis culti Dii, σύνθρονοι & Cabiri.* 7. *Varia nomina & cognomina iisdem tributa Diis, ex varia occaſione.* 8. *Unius ſummi DEI cultus. Veri DEi nomina & attributa. Cabbaliſtarum Sephiroth & Keliſoth. Scriptores Theologiæ Judaicæ;* 9. *SS. Trinitatis agnitæ veſtigia apud Judæos & Ethnicos.* 10. *Scriptores de Deaſtris Syrorum & aliarum Gentium Orientalium.* 11. *De Perſarum & aliarum gentium Heliolatria.* 12. *De Selenolatria, cultu ſtellarum, elementorum &c. apud varios populos.* 13. *De Idololatria Ægyptiorum ac Græcorum, & utra abſurdior?* 14. *De Diis Romanorum,* 15. *Gallorum & Germanorum vetorum, aliorumque populorum.* 16. *Numinum in imaginibus præſentia atque ex iis emigratio & evocatio.* 17. *Idolorum ornamenta, veſtes, nimbi, circumgeſtatio, ablutio, projectio, verberatio, execratio.* 18. *Deorum variæ claſſes ac veluti gradus.* 19. *Dii tutelares certarum regionum, urbiumque. Veſta, Fortuna &c.* 20. *Dii artium, rerumque variarum præſides.* 21. *Antonii Macedo Dii tutelares Orbis Chriſtiani.* 22. *Patronatus & Præfecturæ ſuper certa vitæ genera & beneficia, vel malis certis averruncandis in Eccleſia Romana Sanctis aſſignatæ.* 23. *Apotheoſis & Conſecratio.* 24. *Canonizatio, ſive hominum poſt mortem inter ſanctos relatio.* 25. *ſcriptores ſelecti de Angelis eorumque ordinibus.* 26. *De Geniis, Laribus, Lemuribus.* 27. *De cultu Angelorum, Sanctorum, Eucharistiæ, Crucis, imaginum & reliquiarum apud Chirſtianos.* 28. *pag.* 227.

IX. De Templis, Altaribus, locisque ſacris & Aſylis Judæorum, Ethnicorum & Chriſtianorum.

*De Templis ante exitum Iſraëlitarum ex Ægypto.* 1. *De Tabernaculo Moſaico.* 2. *De Templo Hieroſolymitano Salomonis & ſecundo Zorobabelis (quod inſtauravit & munivit, ornavitque Herodes.) Scriptores Judæi* 3. *& Chriſtiani* 4. 5. 6. *Quo nomine dedicatum Salomonis templum, & templa duo ad Hieroſolymitani exemplum condita a Samaritanis & Onia Pontifice.* 7. *De ara, arca fœderis, columnis & aliis ad templum pertinentibus.* 8. *De ſynagogis & proſeuchis Judæorum.* 9. *Gentes quæ religioſum putarunt nullis templis, aris & ſimulacris nullis Numen colere.* 10. *Luci ſacri* 11. *montes ſive excelſa.* 12. *De templis gentilium.* 13. 14. 15. 16. *Templorum ornamenta.* 17. *Urbes neocoræ.* 18. *Ναΐδια ad exemplum majorum templorum confecta & venum ex-*

*poſita.* 19. *De aris Gentilium.* 20. *De templis veterum Chriſtianorum eorumque altaribus, ambonibus, vaſis & ornamentis* 21. 22. 23. *Templorum dedicatio & conſecratio.* 24. *Religioſa templorum veneratio & immunitas ut pro aſylis eſſent.* 25. *pag.* 282.

X. Scriptores de Feſtis Judæorum, Ethnicorum & Chriſtianorum.

*De feſtis & anno Judæorum.* 1. 2. *De cultu ſeptimæ diei, Via Sabbati &c.* 3. *De Sabbato Deuteroproto.* 4. *De neomeniis.* 5. *De feſto Paſchatos.* 6. *Mos captivum & ſupplicio deſtinatum in illo dimittendi. Ibid. De feſto Pentecoſtes, Tabernaculorum, aliisque.* 7. *De anno Jubilæo Judæorum, Romanorum & Chriſtianorum.* 8. *De feſtis & anno Græcorum.* 9. 10. 11. *Romanorum* 12. 13. *De Chriſtianorum Sabbato & die Dominica* 14. *De eorum diebus feſtis aliis.* 15. 16. *Feſta Muhamedanorum.* 17. *Dies nefaſti, Ægyptiaci.* 18. *pag,* 308.

XI. De Sacrificiis, precibus, Concionibus aliisque ſacris, diſciplinis, & cerimoniis, Judæorum, Ethnicorum & Chriſtianorum.

*Scriptores de Sacrificiis Judæorum* 1. 2 *ἀνθρωποθυσία Judæis prohibita. aliis frequentata Gentibus.* 3. *De objecta Judæis recentibus effuſione ſanguinis infantum Chriſtianorum.* 4. *Mos victima ſanciendi fœdus.* 5. *Sacrificia Ethnicorum.* 6. 7. *Diverſis Diis diverſa ſacra, diverſa animalia, diverſæ plantæ conſecratæ.* 8. *De animalibus, plantis, gemmis &c. Biblicis, & de typis ſcriptores.* 9. *De ſacrificiis Chiſtianorum ſive precibus.* 10. *De precibus Judæorum & Muhamedanorum.* 11. *Ethnicorum.* 12. *De benedictionibus & diris Judæorum, Ethnicorum & Chriſtianorum.* 13. *De hymnis Judæorum, Ethnicorum & Chriſtianorum.* 14. *De Muſica & Muſicis inſtrumentis.* 15. *De Concionibus Judæorum* 20. *& Chriſtianorum.* 21. *De cœtibus ſacris, tempore & more convocandi, campanis &c.* 22. *De acclamationibus & plauſu.* 23. *De Sacramentis V. T. circumciſione & Paſchate* 23 *De Sacramentis Novi Teſt. Baptiſmo* 25. *& Euchariſtia.* 26. *De pœnitentia publica* 27. *& quatuor reliquis quas Eccleſiæ quædam Sacramentis adſcribunt* 28. *De proceſſionibus ſacris,* 29. *peregrinationibus religioſis.* 30. *Jejuniis* 31. *flagellationibus & aliis diſciplinis voluntariis.* 32. *Sacrorum rituum ac cerimoniarum miſcella quædam.* 33. *pag.* 346.

XII. De divinationibus, Vatibus, miraculis, Magia, juramentis & votis, ſcriptores.

*De divinatione univerſe.* 1. *De centum circiter divinationum generibus quæ ordine Alphabeti recenſentur.* 2. *Prophetæ veri falſique.* 3. *Miracula vera & falſa.* 4. *Φαρμακεῖαι, amuleta, faſcinationes & alia Magica.* 5. *De jurisjurandi religione* 6. *de juramentis Hebræorum.* 7. *Græcorum.* 8. *Romanorum.* 9. *Chriſtianorum, ubi etiam de iis qui ab omni juramento ducerent ſibi abſtinendum eſſe.* 10. *De juramentis Muhamedanorum & aliarum gentium.* 11. *De votis Hebræorum & Gentium, ubi etiam de vere ſacro Romanorum.* 12. *De votis Chriſtianorum.* 13. *pag.* 415.

XIII. Scriptores de Sacerdotibus, Ordinibusque ſacris, Monachis, & Beneficiis Eccleſiaſticis.

*Di-*

*Diſtinctio inter Clericos & Laicos.* 1. *Sacerdotes iidem & Reges, & de Pontificatu maximo Chriſtianorum Imperatorum.* 2. *Epiſcopatus Principum circa externa Eccleſiæ, & Pontificum arrogatum jus in Principes* 3. *De Sacerdotibus Veterum Hebræorum* 4. 5. *De Sacerdotibus Ægyptiorum, Græcorum, aliarumque gentium.* 6. *Sacerdotes fœminæ.* 7. *De Sacerdotibus Romanorum.* 8. 9. *De ſacris Ordinibus, Eccleſiæ Chriſtianæ naſcenti propriis.* 10. 11. *De Ordinibus communibus cum ſuccedente ætate.* 12. 13. 14. *De Ordinibus ſacris deinceps demum ſuperinductis.* 15. 16. 17. 18. 19. 20. *De vocatione Miniſtrorum Eccleſiæ.* 21. *Ordinatione ſive Conſecratione.* 22. *De beneficiis Eccleſiaſticis* 23. *De Monachis eorumque Ordinibus & inſtitutis* 24. 25. *pag.* 442.

XIV. Scriptores de Republica ac Magiſtratibus Hebræorum, Græcorum, & Romanorum.

*De Republica Hebræorum.* 1. *Synedrio magno.* 2. *Jure Regio.* 3. *Æchmalotarchis &c.* 4. *De Politia Ægyptiorum.* 5. *Græcorum Reſpublicæ.* 6. *Athenienſium & Lacedæmoniorum.* 7. *De Corpore Achaico & Ætolico.* 8. *De Rep. & Magiſtratibus Romanorum.* 9. 10. 11. 12. *Inauguratio, Inſignia, tituli* 13. *Ordines in Rep. Nobilitas, jus Civitatis &c.* 14. *Notitia Dignitatum utriusque Imperii.* 15. *De Rebuspublicis commentitiis.* 16. *pag.* 477.

XV. Scriptores de Legibus, Comitiis, Judiciis, Pœnis, Servisque Hebræorum, Græcorum, Romanorumque: Et de Sanctionibus & Judiciis Chriſtianorum Canonicis atque Synodicis.

*De Septem Præceptis Noachi.* 1. *Legibus Moſaicis.* 2. 3. 4. 5. *Legumlatores Gentium.* 6. *Leges Atticæ & Laconicæ. Ibid. Ægyptiorum,* 7. *Romanorum.* 8. *Conventus & Comitia.* 9. *Iudicia Hebræorum.* 10. *Græcorum.* 11. *Romanorum.* 12. *Chriſtianorum Concilia & Canones Eccleſiaſtici.* 13. *Pœnæ Hebræorum.* 14. *Græcorum, Romanorum & aliarum Gentium* 15. *De Servis & eorum manumiſſione* 16. *pag.* 503.

XVI. Scriptores de reditibus, cenſu, decimis, primitiis, vectigalibus, ærario, ſalariis, immunitate, teſtamentis, nundinis, auctionibus, numis, uſura, abaco, menſuris, ac ponderibus.

*De ærario & reditibus Regum Iſraëlis.* 1. *De Decimis ac Primitiis apud Iudæos & alias Gentes* 2. *De reditibus & vectigalibus Græcorum, Perſarum &c* 3. *De Romanorum vectigalibus, ærario, cenſu, & rationariis Imperatorum.* 4. *De immunitate, largitionibus, ſalariis.* 5. *De teſtamentis.* 6. *De nundinis, auctionibus, tabulis novis &c.* 7. *De numis veterum.* 8. *Hebræorum & aliorum Orientalium.* 9. *Græcorum* 10. *Romanorum.* 11. *Germanorum, Gallorum &c.* 12. *Hiſtoria numiſmatica.* 13 *Sigla in numis & antiquis Inſcriptionibus.* 14. *De Abaco.* 15. *Uſuris.* 16. *Menſuris & ponderibus* 17. *pag.* 520.

XVII. Scriptores de re militari veterum & nautica.

*Gabr. Naudæi Bibliographia Militaris.* 1. *Scriptores de re militari Hebræorum.* 2. *Perſarum, Græcorum, Gothorum, Germanorum.* 3. *Præcepta militaria ibid. De re militari Romanorum.* 4. *Belli indictio, ſignum pugnæ, teſſera militaris, victoriæ traditio, fœdera &c. ibid. De militia equeſtri.* 5. *Navali,* 6. *Pedeſtri.* 7. *Uſus Elephantorum, curruum & aliarum rerum in bello. Caſtra, acies;*

*cies, ductores, exercitia &c. 8. Vexilla, aquila. 9. Triumphi. 10. Stipendia, dona militaria, vacatio, miſſio, pœna. 11. Bellum an illicitum duxerint primi Chriſtiani? 12. pag.* 545.

XVIII. De Scriptoribus qui rem veſtiariam veterum illuſtraverunt.

*Scriptores de re veſtiaria Hebræorum 1. Græcorum & Romanorum. 2. Germanorum, Danorum &c. 3. Clericorum & Monachorum in Eccleſia Chriſtiana. 4. De tegminibus & ornamentis capitis. 5. De coma. 6. De fuco & coſmetice, ſartoribus &c. 7. De annulis. 8. De variis generibus veſtium. 9. De braccis, calceis &c. 10. Habitus lugentium. 11. De armis & veſtitu militari. 12. De inſignibus & arte Heraldica. 13. pag.* 559.

XIX. De conviviis & re cibaria veterum.

*Scriptores generales de hoc argumento 1. De more accumbendi ad menſam vel aſſidendi. 2. De cœnaculis, menſis, lectis, poculis, patinis &c. 3. De tempore cibi capiendi. 4. De variis potus generibus. 5. De cibis omnis generis. 9. De abſtinentia, frugalitate & luxu. 7. De variis ad menſam ritibus &* de *diribitoribus aliisque qui ad menſam operam ſuum conferebant. 8. Sacra menſa & hoſpitii. 9 pag.* 579.

XX. De Nuptiis, Puerperio, Natalitiis, Familiis & Nominibus.

*Qui de nuptiarum ritibus univerſe ſcripſerunt. 1. De dote. 2. Sponſaliis, Benedictione, proclamatione. 3. Num poteſtati Eccleſiaſticæ apud Chriſtianos ſubjectum ſit matrimonium 4. De variis ritibus nuptialibus. 5. de gradibus prohibitis. 6. divortiis. 7. Abſtinentia conjugum. 8. Cœlibatu. 9. Secundis nuptiis. 10. Polygamia. 11. Natalitiis, Puerperio, nutricibus* &c. 12. *De cura virginum & adoleſcentium. 13. De Genealogiis & familiis. 14. Genera cognationis & adoptio, 15. Nomina Hebræorum. 16. Græcorum. 17. Romanorum* &c. 18. *pag.* 590.

XXI. De inſtitutione, Scholis & de re literaria.

*De Scholis & Doctoribus Hebræorum. 1. De aliarum Gentium Antiquitatibus Academicis & Scholaſticis. 2. De Academia, Lyceo, Muſeo Alexandrino* &c. 3. *De aliis ſocietatibus literariis. 4. De Profeſſoribus & diſcipulis, ratione docendi, lucubrationibus. 5. De recitationibus, auditoriis, Anagnoſtis, 6. De Scribis, librariis, antiquariis, libris, voluminibus, bibliopolis, & Bibliothecis. 7. De ſtudiis veterum. 8. De charta, & quæ ejus loco, de ſtylo, calamo, atramento* &c. 9. *De literis notiſque hieroglyphicis, numeris, ſignis planetarum. 10. De typographiæ origine & incrementis variis. 11. De aliis inventis novantiſquis. 12. pag. 616.*

XXII. De Veterum Ludis, Luxu, Ædificiis, Supellectile, ſtatuis ac monumentis.

*De ludis Hebræorum. 1. Aliorum populorum Orientalium. 2. Græcorum, Romanorum* &c. 3. *Alea legibus vetita 4. de ludo talorum, cottabo aliiſque ludis convivalibus. 5. De ludis & exercitiis Gymnaſticis & de Ampitheatro. 6. De Ludis Circenſibus. 7. Ludo Trojæ, & aliis ludis equeſtribus, Venatione* &c. 8. *De funambulis,* & *omni genere* θαυματοποιῶν. *9. De ludis theatralibus & thymelicis. De mimis, pantomimis &* γελωτοποιοῖς 10. *De luxu veterum. 11. De ædificiis & partibus ædium. 12. 13. balneis. 14. ſtatuis. 15. de vario genere ſupellectilis. 16. de vita privata & ordinibus hominum privatorum, collegiis opificum* &c. 17. *pag. 637.*

XXIII. De luctu, funeribus, exequiis, conſervandorum cadaverum ratione & monumentis ſepulchralibus.

*De funerum & ſepulturæ ritibus generales ſcriptores. 1. De funeribus & luctu Hebræorum, 2. Græcorum, Perſarum. 3. Romanorum. 4. Ægyptiorum, Germanorum & populorum ſeptentrionalium. 5. De funeribus Chriſtianorum. 6. De medicato funere & mumiis. 7. De linteis & veſtibus ſepulchralibus & de rebus quæ defuncto veluti ſecum aſportanda permittebantur. De urnis feralibus. 8. De pompa funebri, epulis, ludis, feriis ſacriſque, coronis, lectis feralibus, loculis & laudationibus funebribus. 9. De lucernis ſepulchralibus, ſepulchris, cryptis, catacumbis & monumentis ſepulchralibus. 10. pag. 655.*

BIBLI-

# BIBLIOGRAPHIÆ ANTIQUARIÆ
## CAPUT I.
### De Scriptoribus Generalibus Antiquitatum Hebraïcarum.

*Notitia Antiquitatum Hebraicarum haurienda è ſacris litteris, earumque interpretibus Judæis & Chriſtianis rerum Hebraicarum peritis.* I. *Ex Philone & Joſepho. ibid. Ex Talmude utroque, ejus Miſhna & Gemara, interpretibus Judæis & Chriſtianis.* 2. *De Moſis Maimonidis Jacobi ben Aſcher aliorumque Epitomis Talmudicis.* 3. *Quanta fide digni ſcriptores Talmudici & Judæi recentioris ætatis.* 4. *De Corporibus Antiquitatum Hebraicarum, quæ Chriſtiani ſcriptores moliti ſunt.* 5. *De Chriſtianis, qui ſparſim in commentariis & Lexicis, vel aliis ſcriptis ſuis Antiquitates Hebraicas illuſtrarunt.* 6. *Opera inedita vel promiſſa Balthaſaris Scheidii τȣ̃ μακαρίτȣ, D. Joſuæ Arndii & Rev. Theodori Daſſovii.* 7. *Compendia Antiquitatum Hebraicarum.* 8. *Scriptores qui unum aliquod Argumentum profeſſi plura Antiquitatũm capita attigerunt.* 9. *Scriptores de ritibus recentium Judæorum pro varia natione & ſecta diverſis, nec unius generis.* 10. *Delineatio theſauri Antiquitatum Hebraicarum.* II.

I.

VEtuſtiſſima & certiſſima memoria Antiquitatum Hebraicarum ex *ſacris litteris* haud dubie petitur, cujus interpretes ſive Judæi ſive Chriſtiani rerum harum periti & curioſi merito inter ſcriptores præſentis argumenti familiam ducunt.

Ex illis præcipua fide digni ſunt, qvi græce temporibus Apoſtolorum CHRISTI ſcripſere *Philo*, cujus novam editionem ab Erico Benzelio præfecto doctiſſ. Bibl. Upſalienſis exſpectamus: & *Fl. Joſephus* eruditiſſimo *Ed. Bernhardi*, (1697. 12. Jan. æt. 59. denati) ſed qvod dolendum imperfecto *commentario illuſtratus. Cui inſigni ſcriptori recenſendo porro & expoliendo certatim jam operam addixere ſuam præſtantiſſimi Viri Jac. Gronovius Lugduni apud Batavos, Pariſiis Jo. Boivinius, Oxoniæ Jo. Hudſonus, & Godfridus Olearius Lipſiæ.

Philoni & Joſepho ſuccenturiantur qui Hebraice libros Veteris Teſtamenti illuſtrarunt ut *Iſaacus Abarbanel*, *Moſes Alſchech*, & ne de aliis in præſenti dicam qvi in Bibliis Buxtorfianis Berolini nuper octava forma recudi cœptis extant *Aben Eſra*, *R. Salomo*, *R. Levi ben Gerſon*, *David Camius* ſive *Kimbi* & *R. Iſaac* qui etiam *Jarchius* vulgo appellatur. Horum notitiam & vitas ex Bartoloccio excerptas non ita pridem in Analectis Rabbinicis, utiliſſimo tironibus harum litterarum libro, dedit Vir Clariſſ. Hadrianus Relandus.

Ex Chriſtianis S. Scripturæ interpretibus hoc loco nominandi ſunt *Seb. Munſterus*, *Paulus Fagius*, *Johannes Druſius* tum *Henricus Ainsworthus* Anglus, cujus præclari in Pentateuchum commentarii extant, *Johannes item Ligthfootus* in horis Talmudicis & reliquis commentariis, atque *Chriſtophorus Cartwrigthus*, *Jac. Altingius*, *Jac.* & *Ludov. Capelli*, *Joannes Coccejus*, *Eduardus Pocockius*, *Sebaſtianus Schmidius*, & pauci quidam alii, & qui Leviticum librum illuſtrarunt *Auguſtus Varenius*, *Wolfgangus Franzius*, *Fridericus Spanhemius* T. 3. Opp. qvibus utinam liceret integrum Rev. D. Theodori Daſſovii Commentarium adjungere, cujus ſpecimen tantum ſub titulo *Scholia Criticorum in Leviticum caſtigata* evolvere me memini.

II. Alter veluti fundus atqve fons ex qvo antiqvitatum Hebraicarum notitia petenda venit, *Talmud* eſt, ſive Corpus Juris atque doctrinæ Judaicæ duplex, *Hieroſolymitanum* & *Babylonicum*. Utrumqve conſtat *Miſnah* & *Gemarah*. Miſnah, qvaſi δευτέρωσιν atqve alteram legem, oralem nempe dixeris, textus & κειμένȣ inſtar eſt, cui Gemarah tanqvam in Commentarii uberioris vicem adjungitur, qvi Mishnam ſive *Mathnitam* explicat vel per *Barajetha* ſive ſententiam & deciſionem in ſcholis R. Chaja & R. Uſchaja traditas: vel per *Toſaphta* ſive additionem ad Miſchnam,

* Tantum libros priores IV. antiqvitatum, ſed cum his pleraqve Pentateuchi Moſaici ad leges ritusqve Hebræorum facientia explicant. Oxon. 1700. fol. De Philone & Joſepho nihil attinet repetere qvæ dixi lib. IV. Bibl. Græcæ.

nam, ubi hæc fuit conciſior. Vide Buxtorfii Lexicon Talmudicum p. 2611. 2474. ſeq. & 452. Miſna longe elegantiore purioreque ſtylo Hebræo Rabbinico, licet conciſo & abrupto ſcripta eſt, faciliusqve intelligitur, & majoris eſt auctoritatis fideiqve & antiqvitatis qvam Gemarah, atqve ſi Maimonidem * audimus, circa Hadriani Imp. tempora in litteras relata. Gemara tum ob alias rationes tum propter obſcuriorem Chaldaicum ſtylum admixtaqve varia barbara vocabula longe difficilior & paucis intellecta, ſedensque in tenebris & pluribus referta fabulis gerrisqve & ſententiis Rabbinicis, adverſa fronte inter ſe concurrentibus, neque ante ſextum à CHRISTO nato ſæculum compoſita, qvinimo recentiorum etiam temporum veſtigia haud obſcure præ ſe ferens ut à Jo. Morino aliisque demonſtratum fuit.

Talmud duplex eſt, ** *Hieroſolymitanum* in qvo qvatuor tantum Ordines, 1. *Zeraim* de ſeminibus, Maſſictæ ſive tractatus ſeptem, 2. *Moëd* de feſtis tractatus unicus, 3. *Naſchim*, de mulieribus tractatus ſeptem, & 4. *Jeſchouth* de pœnis, tractatus novem. Vide indicem Talmudis Hieroſolymitani in Jo. Lightfooti Operibus poſtumis p. 30. ſeq. Talmud alterum *Babylonicum* in ſex Ordines diſtinguitur, quorum Targum Jonathanis Exod. XXVI. 9. meminit & alterum Targum, Cantic. V. 10. Illi ſunt: 1. *Zeraim* de ſeminibus, 2. *Moëd* de feſtis, 3. *Naſchim* de mulieribus, 4. *Nezichim* de pœnis, 5. *Kodaſchim* de ſanctificationibus & 6. *Taharoth* de purificationibus. Qvilibet Ordo iterum pluribus conſtat Maſſictis ſive tractatibus, qvi ſinguli in capita ſua diſtingvuntur. Vide Indicem Codicum capitumqve Talmudis Babylonici in Bartoloccii Bibl. Rabbinica T. 3. p. 85. 237. ſeq. Galatinum lib. 1. de arcanis Catholicæ Veritatis cap. 5. Sixtum Senenſem lib. 2. Bibl. Sanctæ, Buxtorfium in Bibl. Rabbinica, Voiſinium ad Raymundi Martini pugionem fidei p. 31. ſeq. D. Jo. Mulleri noſtri τȣ̃ μακαρίτȣ Judaiſmum p. 33. ſq. B. D. Zachariæ Grapii Hiſtoriam litterariam Talmudis Babylonici, Roſtoch. 1696. & Hermannum von der Hardt, V. C. in ſua editione Codicis *Taanith*, ſive de jejunio, Helmſtad. 1712. 8.

Edita eſt *Miſna* ſæpius ſeorſim tum ſine punctis vocalibus ut



* Vide ad Codicem Avoda Sarah T. 4. edit. Surenhuſii p. 369. ubi argillæ Hadriani mentio.

** Judæorum Computus tradit, Talmud *Hieroſolymitanum*, abſolutum eſſe Anno Judaico 4229. ſive Chriſti Dionyſiano 469. Babylonicum 4268. ſive Chriſti 508. Vide Scaligerum de emendat. temporum lib. VII. p. 655. Miſcha abſoluta anno 150. poſt vaſtationem Templi ſecundi, hoc eſt Chriſti 220. ut leges in libro Coſri, p. 247. edit. Buxtorfii.

Amſt. 1631. 8. tum illis à Salamone Adano & Jacobo Juda Leone animata ut ibid. 1641. 8. Etiam cum gloſſa כף נחת Venet. 1609. Amſt. 1643. & cum commentariis Maimonidis atqve Bartenoræ Venet. 1606. f. Sabionettæ 1559. 4. atqve Amſt. 1688. 4. & Prag. 1615. 4. cum commentariis ejusdem Jac. Bartenoræ & Jom Tobh Lipmanni, & noviſſime cum brevibus ſcholiis R. Eliſæ ben Abraham A. 1697. 8. Integram *Hiſpanicè* non optima tamen fide nec diligenti ſatis cura translatam ab Abendanâ ſunt qvi teſtantur: & Rich. Simon in Epiſtolis ſelectis T. I. p. 175. auctor eſt partem ejus *Italicè* verſam à Judæis. Integram *Germanicè* transtuliſſe ſe teſtatus eſt Vir in his litteris verſatiſſimus Jo. Chriſtoph. Wagenſeilius, libri de ſpe Iſraëlis p. 40. ſed nihil ejus hactenus lucem vidit præter Germanicam interpretationem Codicis נגעים qvo de lepra agitur. *Arabicæ* verſionis meminit Jo. Morinus p. 527. Exercitatt. Bibl. Multam qvoqve operam in partibus ejus variis *Latinè* transferendis & commentario illuſtrandis poſuere homines doctiſſimi Chriſtiani Gvil. Gviſius, Jo. Coccejus, idem Wagenſeilius, Seb. Schmidius, aliiqve: ſed nemo repertus eſt ante V. C. *Gvil. Surenhuſium* qvi totam Miſnam explicandam ſibi ſumeret. Hic enim laudatiſſimo ſtudio univerſos Miſnæ ſex ordines Hebraice (at ſine punctis vocalibus qvod dolendum) cum verſione latina partim aliorum partim ſua, qvæ ultimam manum * adhuc in qvibusdam deſiderat, & commentariis Maimonidis & Bartenoræ latine adjunctis, & variorum virorum doctorum animadverſionibus atqve elegantibus iconibus ad Judæorum mentem in æs inciſis edidit Amſtelodami 1703. in fol. ſex voluminibus, qvæ in terna commode poſſunt compingi. Ab eodem doctiſſimo Surenhuſio exſpectamus *promtuarium rituum Judaïcorum ex Talmude illuſtratum.*

In *Gemara* illuſtranda pauciſſimi hactenus ſunt verſati, nam præter caput ultimum libri Sanhedrim Germanice verſum à Chriſtiano Gerſone, & excerpta ex libro *En Jacob* ad Codices Sanhedrin & Maccoth, Sota, Succa, Sota & Chagiga, à Coccejo, Wagenſeilio, Jo. Jac. Cramero & Jo. Henrico Hottingero nepote edita, aliaqve perpauca ſparſim ab aliis latine verſa & allegata nihil in hoc genere vidiſſe lucem memini ante eruditos labores honoratiſſimi Collegæ mei atqve in his litteris hodie, præfiſcini dixerim, principis *Georgii Elieſeris Edzardi*, qvi magni illius Hebraicarum litterarum per Germaniam ſtatoris propagatorisqve Esdræ Ed-

* Vide P. E. Soucieti S. I. ſpecimen ſtricturarum in Surenhuſii opus, qvod legitur in Ephemeridibus litterariis Pariſienſibus A. 1710. menſe Novembri; in memoriis Trevoltinis A. 1710. p. 332. 517. 1233. & 1241.

Edzardi τȣ̃ μακαϱίτȣ major natu filius Gemaram Codicis Talmudici Avoda Sara verſione perſpicua & doctis commentariis illuſtravit, ejusqve jam duo Volumina qvemadmodum & caput primum Codicis Berachot edidit atqve cum ſtudioſis communicavit, & plura hujus generis prælo porro inſtituit committere. Gemaram Codicis Berachot integram verſam à B. Balthaſare Scheidio evolvere me memini auctoris exaratam manu, in Bibliotheca inſtructiſſima Viri cujus nunqvam animo meo excidet memoria, D. Jo. Frid. Mayeri, τῶν ἐν ἁγίοις.

*Talmudis editiones* variæ exſtant. Hieroſolymitanum excuſum curante Davide Bombergio Venet. 1520. fol. Cracov. 1609. fol.

Babylonicum Venetiis apud Bombergium 1522. ſq & 1546. apud M. Antonium Juſtinianum. Confer Bartoloccium T. 3. pag. 269.

Baſileæ 1579. ſeq. apud Ambroſium Froberum, qvæ editio loca S. Scripturæ in ora libri notata habet, ſed in qva viciſſim exſecta ſunt Marci Marini Brixiani ſtudio, qvæ in CHRISTUM & Chriſtianos dicta erant, una cum integro Codice Avoda Sara.

Cracoviæ 1602. ſeq. in qva editione reſtituta ſunt qvæ Baſileenſes expunxerant. Unde correctiorem in quibusdam, appellat Jo. Wulſerus, ad Codicem Shekalim, p. 36.

Hanoviæ 1618. ſeq. Vide Andream Chevillierium de Origine Typographiæ p. 269.

Lublini 1617. ſeq. qvæ editio luculenta exſtat in Bibliotheca Johannea hujus Urbis.

Amſtelodami 1646. ſq.

Francofurti &c.

In Bibliotheca Bodlejana inter Codices Seldenianos exſtat exemplum Talmudis, qvod eruditus quidam Judæus totum emendando percurrit. *Miror*, inqvit Thomas Hyde ad itinera mundi deſcripta ab Abrahamo Peritſol, p. 19. *Judæorum deſidiam & incuriam, quod chariſſimum ſuum Talmudem in omnibus ſuis editionibus ubique paſſim corrupte & incorrecte mendis ſcatentem prodire ſinant. Si quis recudere vellet, ad dictum noſtrum exemplum Seldenianum (excepto quod proh dolor unus deſideratur Tomus,) correctiſſima adornari poſſit editio.*

III. Talmudis egregium compendium, non tantum brevius

ſed & luculentius & facilius univerſam doctrinam Talmudicam complexum ſcripſit judicio & doctrina inter Judæos longe præſtans *Moſes Maimonides*, Cordubenſis, medio ſæculo XII. clarus, id qvoniam in libros XIV. diſtinxerat, vocavit יד ſive manum, addiditqve ex Exod XIII. 9. aliisqve Scripturæ locis encomium *Jad Haſaka* יד חזקה Manum fortem. Hoc opus eximium & rariſſimum hactenus, ex Venetâ editione utraqve A. 1550. & 1574. & CPolitana 1509. commentariis illuſtrata una cum iconibus in æs inciſis luculenter recuſum eſt Amſtelodami A. 1702. curante Joſepho Athia Judæo 2. Vol. fol. Latinè qvædam vertit ex hoc libro Lud. Compiegne de Veiel ex Judæis, qvæ in faſciculis ſuis recudenda dedit Tho. Crenius. R. Jacobi bar Aſcher circa A. C. 1340. clari *Arba Turim* ſive qvatuor Volumina, ſanctionum Talmudicarum breviarium complexa noviſſime prodierunt Berolini 1703. fol. Moſis Tarnenſis Kiriath Sepher breviſſimum & diſtinctisſimum Talmudis compendium laudat Morinus p. 26. Exerc. Bibl. Liber En Jacob ſive fons Jacobi è Deut. XXXIII. 28. petito titulo, loca ſelecta Gemaræ exhibet. Titulum Libri Buxtorfius in Bibl. Rabbinica vertit עין *oculus*, minus bene, ut jampridem obſervavit Wagenſeilius in Epiſt. de infundibulo ſuo pag. 87. De *Aggadis* atqve tropologiis qvæ in Gemara occurrunt, vide ſis librum Coſri, p. 252. ſeq.

IV. Qvæſitum eſt inter eruditos ac multum diſceptatum, tutone poſſimus Talmudicis Doctoribus & Rabbinis eorum legentibus veſtigia habere fidem, ut ex illis tanto temporum intervallo disjunctis veram de antiqvis Hebræorum ſtante utroqve templo ritibus ſacris & juribus moribusqve notitiam certo haurire nobis liceat, ad ſacras Veteris Noviqve Teſtamenti litteras illuſtrandas. Ubi duo utrinqve extrema fugienda eſſe duxerim, ad qvæ pleriqve prolabentes dum ultrocitrove modum excedunt, verum rectumqve conſiſtere haud patiuntur. Ex una certe parte videas viros doctos, qvi in lectione Rabbinicorum ac Talmudicorum ſcriptorum ætatem contriverunt, tantum illis tribuere ut ex eorum leviſſimo aſſenſu vel indicio ſtatim libenter pendeant, eos velut oracula loqventes ex tripode & omni exceptione majores auctores audiant etiam contra clarisſima Hieronymi, Epiphanii, qvinimo Judæorum vetuſtisſimorum Philonis & Joſephi teſtimonia, qvod mihi non modo magnum illud tot ſæculorum ſpatium qvibus Rabbini poſt vixerunt, ſed & ignorantiam, vanitatem ineptias & contradictiones in eorundem ſcriptis obvias & à Morino atqve aliis viris doctis notatas cogitanti videtur

tur minime committendum eſſe, qvi unum Philonis vel Joſephi teſtimonium libenter prætulerim decem Rabbinis, * *à quorum lectione ardua res eſt & rara*, Ed. Bernhardo p. 210. ad Joſephum judice, *non delirare.* Viciſſim alii omnia illa qvæcunqve ex Talmude vel Rabbinis proferuntur ſtatim ſimul ſemelqve abjiciunt atqve velut indigna & abſurda ne dicam blaſphema explodenda exiſtimant, veluti meræ ſint inſcitiæ & nihil plane auri ex ſtercore Rabbinico colligi posſit, atqve ſanctuario illud inſerre prorſus ſit nefas, qvam in ſententiam multa diſputat Iſ. Vosſius vir eruditisſimus in reſponſione ad Objecta Criticæ ſacræ Var. Obſerv. pag. 327. ſeq. 331. ſeq. qvo in loco acerrime in præclarum Virum Joannem Lightfootum invehitur, qvi Rabbinicis conſpurcare nugis nebulisqve obducere ſacros Novi fœderis libros non dubitaverit. Eqvidem non negaverim aliqva interdum afferri ex Talmude & Rabbinis ad illuſtranda Novi fœderis loca, quæ longius petita ſunt, & nec cœlum nec terram tangunt, neqve hilum faciunt ad lucem illi afferendam: largior etiam haud abſurde viros doctos ſuſpicari qvod Rabbini ex libris Novi Teſtamenti qvandoqve hauſerunt, qvæ deinde Chriſtiani exiſtimarunt ſacros ſcriptores à Judæis petiiſſe, qvam in rem Vosſius p. 327. *Quod vero ritus attinet, ſcimus & nos Rabbinos non minus forſan diligenter legere Evangelia quam Chriſtianos, & quamvis CHRISTUM non admittunt, ritus tamen veterum Hebræorum ex Evangeliis & Actibus Apoſtolicis & in ſuos transferre commentarios. Iſtos vero ritus cum legunt Chriſtiani, velut gemmulas colligunt, exiſtimantes ex perenni traditione conſervatam à Rabbinis eorum fuiſſe memoriam.* Confer Mericum Caſaubonum de qvatuor lingvis p. 110. Knatchbullum ad N. T. haud uno loco, Jo. Oweni Theologumena pag. 439. Henr. Teelmannum commentario ad cap. XVI. Lucæ p. 2. ſeq. Auguſtum Pfeifferum τὸν μαχαίρίτην in Matæologia Judaica & Mahumedana Exerc. 1. §. 40. & in confutatione Anonymi Chiliaſtæ (Abfertigung eines vermummten Chiliaſten) p. 80. Lightfootus ipſe in Miſcellaneis Chriſtianis & Judaicis cap. 19. & 20. T. 1. Opp. Jo. Clericus ad Hammondum in Matth. XX. 15. & T. 1. Bibl. univerſalis p. 386. & Jo. Georg. Wachterus in Spinoſiſmo Judaico (Spinoſiſmus im Jüdenthum) p. 45. ſeq. Nihilominus tamen haud aſſentior Vosſio, paulo poſt ſubjungenti: *Si itaque exceperis ea quæ ex Evangeliis, Ariſtæo, Philone, Joſepho & gentium hauſere annalibus, nihil omnino de toto hoc tempore*

* Quam parum illis tribuendum ſit etiam in linguæ Hebraicæ vera indole explicanda atque in rebus ſacra ipſorum ſpectantibus, declarat præter Jo. Morinum parte poſteriore Exercitationum Biblic. Jo. Brunsmannus in libro cui titulus *Judaica levitas*, Hafniæ 1705. 8. quibus adde Memorias literarias Trevoltinas A. 1711. p. 635.

*tempore* (ab Artaxerxe ad Juſtinianum) *in Judæorum ſupererit ſcriptis, quod non ſit commentitium. Si quid veri de Rabbi Akiba, Hillele & aliis in illorum occurrat libris, omne id habent ab Origine & præcipue Hieronymo, cujus ſæpe in Talmude fit mentio. Absque illis iſtorum ne quidem noſſent nomina.* Hieronymi in Gemara (ſed neutiqvam freqventem) mentionem fieri notavit Morinus, propterea vero omnia alia qvæ in Talmude præterea leguntur commentitia ſtatuere temerarium eſt. Porro Gemara licet nugis fabulisque ſit refertisſima, ideo non ſtatim ſimiliter explodenda Miſna, rituum morumqve Hebraicarum, ſaltim qvatenus poſt everſum templum de illis per traditionem conſtitit vel adhuc reliqviæ eorundem inter Judæos ſuperfuerunt, certisſimus theſaurus. Adeoqve ubi illa præeunte, de ritu qvodam & more apud Hebræos uſitato Rabbinorum conſenſus adducitur, is neutiqvam contemnendus venit, ſed donec certisſimis rationibus aut melioribus teſtimoniis confutari posſit, amplectendus, & utiliter adhibendus ad lucem ſacris Scriptoribus afferendam, qvod præter Druſium, Scheidium, Lightfootum aliosqve ſupra §. 1. laudatos oſtenderunt Hottingerus in primitiis Heidelbergenſibus diſſ. 3. de uſu ſcriptorum Hebraicorum ad N. T. Joannes Braunius libro V. ſelect. ſacrorum Exerc. 2. de ſapientia Hebræorum. Wagenſeilius in telis igneis Satanæ p. 66. ſeq. Laurentius Oldhelius in Synagoga bifronte, Francof. 1691. 4. Cæteroqvi in laudandis Rabbinorum teſtimoniis magno judicio magna circumſpectione opus. *Nunquam ſine riſu,* inqvit Jo. Morinus p. 225. Exerc. Bibl. *legere potui virorum quorundam Hebraice doctiſſimorum opuſcula, qui putant ſe ex unius aut alterius Rabbini neoterici ſcriptis de antiquis politicis Judæorum moribus judicium ferre poſſe.*

V. Ex Chriſtianis hominibus nemo forte extitit hactenus qvi plenum & omnibus numeris abſolutum Syſtema Antiquitatum Hebraicarum dare nobis inſtituiſſet. Plura tamen eorundem capita egregie illuſtrat Benedictus *Arias*, à patria dictus *Montanus* * in Antiqvitatum Judaicarum libris IX. Tomo octavo Criticorum ſacrorum Anglorum inſertis, & *Guil. Goeree* in continuatione Cunæi de Rep. Hebræorum, Belgice primum vulgata, dein Gallicè una cum Cunæo Amſt. 1705. ** tribus Vol. 8. atqve

* Vide Colomeſium p. 75. Opuſc.

** Hiſce tribus Voluminibus addenda alia duo à V. C. *Jacobo Baſnagio* edita ſub titulo: *Antiquitez Judaiques, ou remarques Critiques ſur la Republique des Hebreux*, Amſt. 1713. 8. quod opus diverſum eſt ab ejusdem *Hiſtoria Judæorum* Amſt. 1710. 12. itidem Gallice

atqve in opere duplici, Belgica lingva edito de Moſaicis Antiqvitatibus 4. Volum. fol. & de Judaicis Antiquitatibus, 2. Volum. fol. Amſt. 1690. & 1702. cujus elaboratisſimi & variis elegantibus (utinam ad veterum Judæorum mentem ſemper expresſis) tabulis in æs inciſis ornati operis non mediocris eſt apud multos auctoritas. Hiſce accedit *Johannes Lundius* in den alten Jüdiſchen Heiligthümern Hamb. 1701. 1712. fol. qvæ editiones meliores & locupletiores ſunt prima, tribus in 8vo. diſtinctâ Voluminibus. Deniqve *Petrus Jurieu* in Hiſtoria Critica dogmatum rituúmqve bonorum & malorum qvi in Eccleſia DEi obtinuerunt ab Adamo ad Chriſtum usque, & de origine Idololatriæ ex collatione Judaiſmi illuſtratæ Amſt. 1704. 4. Gallicè, una cum appendice, & Anglice Lond. 1705. 8. duobus Voluminibus.

VI. Sparſim qvoqve multa attingunt *Job. Buxtorfius* in Lexico Talmudico & in variis diſſertationibus: *Joh. Heinricus Otto* in Lexico Rabbinico Philologico, *Johannes*, præcipue *Lightfootus*, & ex qvo hic ſubinde profecit *Henricus Ainsworthus*, tum *Job. Seldenus*, *Job. Coccejus*, *Job. Henricus Hottingerus*, *Jacobus Altingius*, *Conſtantinus L'Empereur* ſive *Imperator*, *Joh. Chriſtophorus Wagenſeilius* in ſuis ſcriptis, *Herm. Witſius* in ſuis Miſcellaneis & Celeberrimus *Daſſovius* in ſuis Diſſertationibus & Collegiis, ſive Prælectionibus qvæ calamo exceptæ in ſtudioſorum manibus circumferuntur. Videntur & hoc loco commemorandæ eſſe DD. *Johannis Conradi Dieterici* & *Job. Andreæ Quenſtadii* Antiqvitates Biblicæ, *Joachimi* item *Hildebrandi* poſt auctoris mortem vulgatæ à Rev. *Joh. Andrea Schmidio*, *Pauli Sherlogi* dioptra Antiquitatum Hebr. libris II. Lugd. 1651. fol. *Cherubini de Sancto Joſepho*, Carmelitæ, Apparatus Biblicus, Lovan. 1703. fol. 3. Vol. & *Auguſtini Calmet*, Benedicti diſſertationes Commentariis literalibus in S. Scripturæ libros Gallice editis adjunctæ.

VII. Præcipue magnum ſtudium in hoc genere poſuit indefeſſa B. *Balthaſaris Scheidii*, Profeſſoris qvondam Argentoratenſis A. 1670. 26 Nov. denati induſtria, licet opera ejus edita non ſunt, at novem ſatis



Gallice edita, & ſexto Tomo in ſupplementi & Apologiæ vicem aucta. Hæc Hiſtoria Anglice etiam verſa lucem vidit Londini: & Gallice Pariſiis, ſed ſine auctoris nomine, & mutatis quibusdam atque omiſſis itemque interpolatis recuſa, curante Lud. Elia du Pin. Nonnulla in eadem reprehendit vir doctiſſimus Maturinus Veiſſierius la Croſe, in libro Gallico quem nomine ſuo diſſimulato edidit, *entretiens ſur divers ſujets d' Hiſtoire, de literature, de Religion & de Critique* à Cologne 1712. 12. p. 126. ſeq. & Rich. Simon in Bibl. nova ſelecta itidem Gallice edita T. 2. c. 16. p. 254. ſeq.

ſpiſſis voluminibus in qvarto deſcripta & ad prelum parata exſtant tum in Bibliotheca B. D. Mayeri ad qvem αὐτόγραφον ipſum pervenit, tum in hac urbe Hamburgenſi inter MSta viri ſupra laudes Abrahami Hinckelmanni, qvæ filia ejus aſſervat. In illis Scheidianis qvinque volumina occupat Nucleus Talmudicus, ſive commentarius Talmudicus & Rabbinicus in omnes Veteris Teſtamenti libros, atqve in Novum Teſtamentum, qvi qvoniam Druſio omiſſa tradit, inſcribitur *Præterita præteritorum.* Cætera qvatuor volumina in latina verſione partium Gemaræ & vocabulis peregrinis Talmudis per Lexici modum interpretandis abſolvuntur.

Proxime præla, ut ſpero, evadet B. D. *Joſuæ Arndii* Præſulis olim Guſtrovienſis A. 1685. 7. April. extincti Antiqvitatum Judaicarum Clavis ſive Lexicon, qvale Antiquitatum Eccleſiaſticarum ab eodem habemus, atqve Loci Communes dogmatum & rituum veterum ac recentium Judæorum Rabbinorum Commentatorum, cui filius *Carolus Arndius*, qvi Hebraicas litteras docet in Academia Roſtochienſi, addere promiſit Bibliothecam Antiqvitatis Judaicæ ſelectam. Vide ejusdem Caroli Arndii commentationem de vita & ſcriptis Parentis ſui, in Rev. D. Henr. Pippingii Memoriis Theologor. p. 178. & Orationem inauguralem Roſtoch. 1711. editam p. 15. 16.

Inprimis vero harum litterarum ſtudioſi mecum optant, ne premantur tenebris, ſed in lucem qvamprimum edantur qvæ de Antiqvitatibus Hebraicis ad ſacrarum litterarum lucem obſervata præclare ſunt à Rev. *Theodoro Daſſovio*, qvi Witebergenſem pridem ac deinde Kilonienſem Academiam eruditione ſua ac meritis ornavit, atqve inde Superintendentis Regii Generalis partibus in Holſatia cum maxime fungitur. Ut vero pateat qvam multa & egregia ab eo polliceri nobis debeamus, apponam hoc loco titulos qvos ipſe Novis litterariis Maris Baltici inſeri juſſit A. 1705. - 86.

Pr[illegible]bit primum *Hiſtoria Hebræa in fol.* eo modo & ordine tractata, ut caput qvodlibet in ſex dividatur ſectiones, v. g. caput de victimis in gente Judæa cæſis, in has dividetur ſectiones: *Prima continebit victimarum* hiſtoriam, qvales illæ fuerint, qvomodo conſecratæ, qvomodo interdum amiſſæ, qvomodo cum aliis beſtiis commixtæ, qvomodo oblatæ, qvomodo comeſtæ fuerint, *quæ holocauſtorum ætates*, qvalia fuerint holocauſta, ſi de animalibus vel ſi de avibus caperentur, qvomodo holocauſta vel cum aliis holocauſtis vel beſtiis aliis commutarentur, qvomodo imponerentur iis manus, an etiam in excelſis; qvæ beſtiæ ad holocauſta

cauſta ineptæ fuerint, qvomodo expiationes holocauſtorum intelligendæ ſint, qvomodo & ubi mactarentur holocauſta, qvomodo aſpergeretur ſangvis, & in qvo altaris loco, qvomodo detraherentur pelles, qvomodo dividerentur holocauſta & non dividerentur, qvomodo membra in altari diſponerentur, qvomodo lavarentur inteſtina; *quomodo ſe habuerint victimæ ſi pro peccato* populi, vel pro peccato ſenatus ſummi, vel pro peccatis aliorum *cæderentur*, qvomodo victimæ pro peccato cædendæ cum aliis victimis commutarentur, qvomodo lavarentur victimarum pro peccato ſangvines, qvomodo tactus victimarum pro peccato alias res tactas afficeret, qvomodo ſangvis victimæ pro peccato ſangvines aliarum victimarum antecelleret; *quæ ratio fuerit animalium pro reatu oblatorum*, qvis fuerit reatus dubius, quis reatus certus, qvis reatus ſenatus ſummi, ſi in doctrina erraſſet, qvis reatus principis, an etiam ad illum pertineret reatus dubius, qvomodo reatus homini deberet innoteſcere: qvem reatum contraheret, qvi audiverat exſecrationem: qvem contraheret, qvi noverat depoſitas eſſe opes, nec Synedrio indicarat: qvem ille, qvi tetigerat rem immundam, & deinde ſanctuarium ingreſſus res ſacras immundarat, qvem contraheret ille qvi jurarat; an victimâ unâ multi reatus diverſi expiarentur? an iidem reatus multoties repetiti unâ victimâ placarentur? qvot fuerint reatus ſpecies, qvod harum victimarum pretium, qvæ victimæ pro reatu cum aliis victimis commutatio, qvomodo hujusmodi victima non caderet ſub votum &c.; *Quæ ratio fuerit ſacrificiorum ſalutarium*, cur ita vocarentur, qvænam illorum eſſent ſpecies, qvomodo differret ſalutare Naſiræi ab aliis ſalutaribus, qvomodo ſe habuerint ſalutaria gratiarum actoria, qvales fuerint illorum panes, qvæ cum aliis commutatio, qvalis comeſtio, qvale reſiduum. Cur eccleſia non offerret ſacrificium ſalutare voluntarium, licet offerret debitum, cur etiam fœtus ſacrificii ſalutaris offerretur, qvomodo imponerentur manus excepto paſchate, qvid eſſet adeps operiens inteſtinum, & qvomodo differret ab adipe diaphragmatis, qvid eſſet adeps ſuper inteſtina, qvomodo reticulum cum parte jecoris aufferetur, qvod ſacrificia ſalutaria publica tantùm reqvirerent libamina, qvænam animalia inepta ad ſacrificium ſalutare eſſent, de adipe caudæ, de adipe laterum &c. *Secunda ſectio continebit caſus conſcientiæ*, qvæ circa victimas has movebantur, qvales caſus moti ſint circa animalia cæſa, qvales circa perſonas offerentes, qvales circa edentes, qvales circa victimarum ſangvines, qvales circa adipes, qvales circa deportationem extra templum, qvales circa victimarum delegationem, qvales

circa victimas divitum & pauperum, qvales circa victimarum fœtus, qvales circa victimas votivas & voluntarias, qvales circa ſacerdotum cogitationes & ſermones in immolandis victimis &c. *Tertia ſectio continebit ſententias Sacri Codicis, utriusque fœderis*, ex illa hiſtoria, qvæ in hoc capite excutitur, altiori indagine explicatas, qvæ magnâ copiâ adducentur, ut qvantus hiſtoriæ Hebrææ uſus ſit in explicandis divinis literis jucundè conſtet. *Quarta ſectio continebit emendationes auctorum*, tam Theologorum, qvam Philologorum, variarum nationum, & dignitatum, ſive ſint literatores Vinarienſes, ſive Palatini, ſive Saxones, ſive Tigurini, ſive Haſſiaci, ſive Pomerani, ſive Cimbri, ſive Angli, ſive Belgæ, ſive Galli, Romani, aliiqve qvorum ſententiæ vel ex toto, vel ex parte, ex veteri hiſtoria ſine acerbitate corrigentur, & qvomodo juvari interdum poſſint indicabitur. *Quinta ſectio continebit emendationem verſionum præcipuarum* tam veterum qvam recentiorum, illas ſententias ſacri codicis non ad mentem hiſtoriæ veteris explicantium. *Sexta denique ſectio continebit conciliationes dictorum ſacrorum*, ad ſpeciem ſibi contradicentium, qvæ conciliationes non ex conjecturis, ſed veteri hiſtoria inſtituentur. Petentur autem iſta omnia ex optimæ notæ autoribus Hebræis, qvi veterem hiſtoriam incredibili ſolertia pariqve ingenio indagarunt v. g. *Miſchna, Salomone Jarchio, Moſe Maimonide, Obadia de Bartenora, Jom Tobh, Siphra, Moſe Kotzenſe, Jacobo Kaphelio, Joſepho Bar Iſachar, Elia Orientali, Iſaaco Abarbanele in legem, Moſche Alſchecho, Levi Ben Gerſone, aliisque.* Pari ratione omnia capita expedientur. Poſſent qvoqve adjici *veſtigia Hebræarum rerum*, qvæ *in autoribus Græcis & Latinis* reperiuntur, ut evidenter pateat, ita in uſu fuiſſe Hebræis iſtas ceremonias, qvas recenſemus, qvia aliæ gentes Hebræorum conſvetudinem imitabantur. *Imagines* deniqve adjici *ſatis numeroſæ* poſſent, qvæ res veterum Hebræorum oculis objicerent ad Hebræorum mentem, ex ipſorum libris petitæ, ſi qvis eſſet qvi ſumptus liberali manu impenderet, & rem juvandi literariam inuſitato aliqvo deſiderio teneretur.

*Prodibit 2. Verſio codicis Talmudici Menachoth, ſive de muneribus frugum Deo oblatis, cum tota Gemara Babylonica in fol.* ubi (1) in quolibet capite præmittetur textus Miſchnicus Latinè enuntiatus, & in certas claſſes diviſus, (2) ſubjungetur verſio totius Gemaræ, ut omnes Styli difficultates inſertis parentheſibus tollantur, (3) ordo rerum, de qvibus Hebræi diſputant, in margine indicabitur, ut qvot moveantur dubia, & qvomodo expediantur ſingula, uno intuitu objiciatur oculis, & ſic Gemaræ prolixitas non

non ſit faſtidio. Continet autem *Gemara diſputationes in theſes Miſchnicas*, ſive in decreta autoritate Hebræorum publica promulgata, ubi ſimul perſpicuè intelligetur, qvale ſit Talmud Babylonicum, qvod non tot fabulis multo minus blaſphemiis ſcateat, ſicut arbitrati ſunt, qvi illud non legerunt, ſed qvod innumeras contineat qvæſtiones ingenioſe & ſubtiliter evolutas, qvæ veterum hiſtoriam Hebræam non mediocriter illuſtrant v. g. cùm diſputatur de pugillo de munere capiendo, moventur qvæſtiones Gemaricæ, an pugillus capi ex vaſe terræ impoſito poſſet, an pugillus uno in vaſe conſecraretur, vel in duobus ſimul, an pugillus, ex omni vaſe atrii ſacerdotalis caperetur, an pugillus capi etiam ſiniſtra poſſet, an pugillus, ſi aliqvid de eo deficeret, offerretur, qvomodo pugillus caperetur, ne aliqvid de manu decideret, &c. *Opus in Academia Oxonienſi olim elaboratum*, & cum doctiſſimo Judæo, Iſaaco Abendana, Medicinæ Doctore, qvi Anglis erat in amoribus, ſtudioſe collatum, dehinc reviſum, & ſecundis curis auctum, qvod clavis totius Talmudis vocari poſſet. Qvantus labor fuerit, vel ex eo patet, qvod duodecim ferè ſeculis à tempore collectæ Gemaræ nemo inter tot Academiarum Profeſſores ſuſciperè laborem hunc voluerit, ſed aliqvi tantum excerpta attigerint, nemo vero Gemaram totam.

*Prodibit* 3. *Lexicon Hebræum Emphaticum in fol.* ubi Hebræarum vocum emphaſes ordine alphabethico ex hiſtoria explicantur magna copia; deinde loca biblica, in qvibus illæ emphaſes occurrunt, enucleantur, ut quomodo ignorantia antiqvorum rituum impedimento fuerit, qvo minus innumera Scripturæ commata intelligerentur, luce clarius meridiana pateat. Collectæ ſunt iſtæ emphaſes ex *Maimonidis Jad Chaſaca, Maimonidis & Bartenoræ Peruſch Hammiſchnajoth, Lexico Aruch, Libro Siphra, Piſcke Toſephoth Talmudis Babylonici* &c.

*Prodibit* 4. *Verſio Commentarii Salomonis Jarchii*, doctiſſimi literatoris Hebræi, in Exodum & Leviticum in fol.* collato ejus interprete *Elia Orientali*, ubi interjectis parentheſibus ſtylus facili & plana methodo explicatur. Qvo in libro tota tabernaculi Moſaici ſtructura & totus templi Hieroſolymitani cultus diſcendi avido lectori exhibentur, ſimulqve leges ſacræ & politicæ Hebræorum, hactenus non ſatis intellectæ, enodantur.

Prodibunt 5. *Codices nonnulli Miſchnici in 4. Latinè verſi, ſuæ luci reſtituti, & à tenebris quibus ab aliis involvebantur liberati, v g. Codex Babha Metzia*, qvi agit de rebus inventis, de depoſito, uſuris, conductionibus, locati-



* Commentarius R. Salomonis Jarchi in totum Pentateuchum Latine ex verſione ſua edidit notasqve addidit Vir nobiliſſ. Jo. Frid. Breithaupt, Gothæ 1710. 4.

cationibus, commodato & mutuo: Codex *Babha Bathra*, qvi agit de ſocietate in commerciis, de hæreditatibus & ſucceſſionibus, de emptionibus & venditionibus, itidem in Academia Oxonienſi ductu Doctoris Iſaaci Abendanæ elaborati. Accedit *codex Miſchnicus de ſacrificiis, Latinè expreſſus*, facili & perſpicua loqvendi ratione. In qvibus codicibus, qvæ in commentariis Hebræorum reperiebantur, textui per interjectas parentheſes adjunguntur, ut textus eo melius intelligatur, ubi ſimul vera methodus, qvomodo verti ejusmodi libri debeant, oſtenditur.

Prodibunt 6. in lucem *Moſis Maimonidis tituli duo, nempe titulus de oblationibus* tam victimarum qvam panum, *ut & titulus de ſiclis* Latinè enunciati, cum verſione ſcholiorum *Joſephi Karonis*, & *Abrahami Ben David*, ubi ſimul *Ludovici de Compiegne de Veil* verſio tituli prioris involuta & textu ipſo interdum obſcurior emendatur.

Prodibunt 7. *Jom Tobh accuratæ commentationes* in titulum *de Juge ſacrificio, & titulum de Feſto expiatorio in* 4. ubi multa hactenus incognita, & ab aliis Hebræis præterita, una cum aliorum Hebræorum correctione magna copia & ubertate recenſentur, ut iſte ſcholiaſtes meritò primus habeatur inter illos, qvi in Miſchnam commentati ſunt.

Prodibunt 8. in IV. Holocauſta, victimæ pro peccato & pro reatu cæſæ, ut & victimæ ſalutares, ex libro antiqviſſimo *Siphra*, qvem Judæi ferunt in oculis, recenſitæ, ubi caſus conſcientiæ circa has res oborti eleganter deciduntur, & qvod præcipuum eſt, ſingula ex textu Scripturæ probantur. Opus prolixum, & ex ſcholiis *Aharon Aben Chajim* ita in ordinem redactum, ut omnia ſint plana & perſpicua.

Prodibunt 9. *Tituli duo Talmudis Hieroſolymitani cum tota Gemara Hieroſolymitana in 4.* nempe titulus *de ſolenni comparatione in feſtis*, & titulus *de primitiis*, ubi partim ex adjectis editioni Cracovienſi ſcholiis, partim ex *Jephe Mare* phraſes & res difficiliores explicantur, ut & hiſtoria & ſtylus facilè intelligantur.

Ne autem faſtidium lectori creetur, reliqvæ verſiones omittuntur, qvæ minoris momenti ſunt, v. g. verſiones *Geneſeos*, *Eſaiæ*, *Ezechielis* & Prophetarum minorum ferè omnium *libri Michaljophi*, verſio *Davidis Kimchii* in Eſaiam, *Aben Eſræ* in *Geneſin*, *Abarbanelis* in Malachiam &c. potius illarum loco *feretur Judicium de novis verſionibus Miſchnicis*, qvomodo vel clavi rerum, vel vocum illuſtrari poſſint, ut ab omnibus intelligantur, etiam iis, qvi Hebræam phraſin non aſſeqvuntur; vel qvomodo augeri poſſint verſionibus aliis, qvarum non eſt injecta mentio v. g. Verſione

*Pauli*

*Pauli Riccii, Samuelis Clerici, Johannis Ulmanni, J. F. Fauſti* &c. *vel formabitur judicium de imaginibus Hebræarum rerum*, qvæ paſſim circumferuntur magno numero, & Judæis ipſis ſuſpectæ ſunt, ceu ex libris Hebræorum, res illas aliter delineantium, luculenter patet. *Hactenus egregia promiſſa Venerandi Daſſovii.*

VIII. Succinctius in Tironum uſum complexi pleraqve ſunt Germanica qvidem lingva *M. Chriſtophorus Semler* in Antiqvitatibus S. Scripturæ Hall. 1708. 12. & Anglica *Thomas Goodwin* in Moſe & Aaron ſive libro de ritibus & Antiqvitatibus Hebraicis, qvi ex vernaculâ ſæpius editus, hinc Belgice qvoqꝫ recuſus apud Batavos, & Latine Bremæ 1694. 8. cum notis brevibus Jo. Henrici Reizii, ac noviſſime Anno 1712. 8. clariſſimi Hottingeri nepotis animadverſionibus locupletatus. His addendi qvi latine ſcripſere *Joh. Leusdenius*, in Philologo Hebræo mixto, *Auguſtus Pfeifferus ὁ μακαρίτης* in ſpecimine antiqvitatum ſacrarum & Antiqvitatibus Hebraicis ſelectis Lipſ. 1685. 12. & inter opera Philologica Ultraj. 1704. 4. qvibus addas licet ejus σκιαγραφίαν Antiqvitatum Hebraicarum, qvam dedit in Critica ſacra p. 141. ſeq. & locupletatam à ſe exhibet *Joh Jacobus Schudt* in Deliciis Hebræo Philologicis Hiſtoriæ ipſius Judaicæ ſubjectis p. 147. ſeq. qvi & ipſe p. 166. - 177. aliqvam ſcriptorum de Antiqvitatibus Hebraicis notitiam tradere inſtituit. Noviſſime *Hadrianus Relandus* Profeſſor eruditiſſimus lingvarum Orientalium in Academia Ultrajectina Compendium elegans Antiqvitatum Hebraicarum edidit Ultraj. 1708. 8. & longe locupletius caſtigatiusqve 1712. 8. diviſa univerſa tractatione in qvatuor partes de locis ſacris, de perſonis, de rebus & temporibus ſacris. *Johannis van Bashuyſen* Sciagraphia Syſtematis Antiqvitatum Hebraicarum prodiit Hanoviæ A. 1702.

IX. Non defuere præterea, qvi ſpeciale qvoddam argumentum promittentes in omnifaria tamen antiqvitatum Hebraicarum genera ſunt evagati, qvales ſunt *Joh. Stephanus Menochius*, *Carolus Sigonius* & *Melchior Leydeckerus* in ſcriptis de Rep. Hebræorum, præſertim ſi in Sigonium notæ conferantur *Johannis Nicolai*, longè auctiùs recuſæ 1701. Amſtel. 4. His etiam accenſeri poterit *Fortunatus Scacchus* in ſacrorum Eleochryſmatum Myrotheciis tribus, qvæ ex editione Rom. 1625. 1627. 1637. 4. rariſſimè antea inveniebantur, nunc verò obvia ſunt ex edit. Amſtelodamenſi A. 1701. fol.

X. Recentiorum Judæorum ritus & conſvetudines in qvibusdam ſaltim cum antiqvis conveniunt, etſi in multis probè novi tum ab

illis

illis tum inter ſe differre, qvam in rem præclarè laudatus Daſſovius errare obſervat eos, qvi ſi in Buxtorfii *Synagoga Judaica* (Germanice primum A. 1604. à Joh. Buxtorfio patre, deinde latine & ſubinde auctius à filio ac nepote edita) aliisqve ejusmodi recentioribus libellis multa ridicula abſurdaqve legunt, ſtatim illa Judæis omnibus impingunt, qvamvis Buxtorfius non vivendi rationes Judæorum omnium deſcribere intenderit, ſed præcipuè Germanorum hodiernorum, qvi ad fæcem gentis Judaicæ referri debent, à qvibus ad florentem DEI populum concludere velle eſſet abſurdiſſimum. Nam Judæi Hiſpani Luſitaniqve in plerisqve diſſentiunt ab iſtis Germanorum deliriis in Synagogâ Buxtorfianâ recenſitis, veluti uberrimè demonſtrat Menaſſeh ben Iſraël in libro *Theſauro dos Dinim*, qvi in qvatuor partes diſtinctus & Amſt. 1645. 8. Luſitanice excuſus eſt: Imo Judæi hodierni in Barbaria Germanorum fere ineptias ignorant & longè alia ratione vivunt, teſte *Lanceleto Addiſonio* Doctore Anglo in libello qvi inſcribitur: *the preſent ſtate of the Jews in Barbaria* Londini 1676. 12. typis exſcripto, cujus habeo tertiam editionem excuſam A. 1682. 12. De Judæis in Italia conſulendus *Leo Mutinenſis* in *hiſtoria rituum Hebræorum præſentis temporis* ſive libro de ceremoniis & conſvetudinibus Judæorum, qvi cum Jac. Gaffarelli latina præfatione, qvædam Leoni omiſſa ſupplente primùm editus Italicè Pariſ. 1637. 12. deinde anno interjecto emendatius autore ipſo curante Venetiis, in qvâ editione juſſu ſuperiorum loca Scripturæ (obſervante Rich. Simone) ex vulgata translatæ, & qvædam auctoris omiſſa, ut docet Jo. Seldenus c. 14. de ſucceſſ. in bona defuncti & Uxor. Hebr. p. 51. Hunc Leonis libellum Gallicè vertit & inſigni præfatione binisqve diſſertationibus de Caraitis & Samaritanis auxit *Rich. Simon* Pariſ. 1674. 12. Iterumqve altera editione ſub nomine de *Simonville*, cui adjecta eſt ejusdem collatio rituum Judaicorum & Chriſtianorum. Hanc deniqve latine translatam habemus à *Joh. Valentino Grosgebauer* Francof. 1693. 12. Prætereo *R. Simonis Luzzati* libellum editum itidem Italice de ſtatu & conditione Hebræorum *diſcorſo circa il ſtato degli Ebrei*. Venet 1638. 4. Neqve prolixe commemorabo Judæorum recentium *Minhagim* ſive rituales libellos, qvibus utuntur in Synagogis. Itemqve ex Judæorum, *Chriſtiani Pauli Mayeri* tractatum Germanica lingva editum von der heutigen Juden Ceremonien und Gebräuchen insgemein und durchs gantze Jahr Witeb. 1679. 4. & *Frid. Alberti Chriſtiani* der Jüden Glaube und Aber-Glaube / & *Antonii Margaritæ* gantze Jüdiſche Glaube / utraqve cum præfatione V. C. Chriſtiani Reineccii recuſa Lipſiæ 1705. 8.

Non

Non injucunda etiam ſunt qvæ de convenientia rituum Judaicorum & Indorum collecta leguntur in libro Gallico qvi inſcribitur *conformité des Coutumes des Indiens Orientaux avec celles des Juifs, & des autres peuples de l' Antiquité par Mr. de la C.*** Bruxellis 1704. 12. Nonnulla itidem de morum rituumqve Americanorum congruentia cum Judaicis annotavit *Menaſſeh ben Iſraël* in *ſpe Iſraëlis* ſive libello qvo reliqvias decem tribuum in Americam translatas eſſe diſputat pag. 28. ſeq. *Cui leges, ac conſvetudines, Indorum, Hebræorumqve conferre libet, in multis convenire eas videbit; unde facilè colligere eſt, Indos illas debere Hebræis cum ipſis habitantibus, ante vel poſtquam occultos montes quærerent. Jucatanenſes, & Acuzainilenſes Indi ſe circumcidebant. Totones Novæ Hiſpaniæ, ac Mexicani, prout Jo. Roman, & Francicus Lopes de Gomara, in generali Indorum hiſtoria teſtantur, veſtes lacerant, ſi vel repentinum aliquod infortunium, vel mors alicujus ſupervenerit. Gregorius Garcias in Monarchia Ingaſonum inſulæ Peru narrat Guainacapacum, intellectâ filii Ataguałpæ ob inimici exercitum fugâ, rupiſſe veſtimenta. Mexicani, & Totones, ſive Totonacazenſes, in aris ſemper ignem alebant, ut jubet Dẽus in Levitico; Peruenſibus idem in templis Soli dedicatis facientibus. Nicaraguazenſes vetabant feminas, quæ partum nuperè edidiſſent, templa ingredi, priusquam menſtruo forent purgatæ. Inſulæ* Hiſpaniola *incolæ peccare eos ajunt, quibus res eſt cum fœmina recens enixa; & Indi novæ Hiſpaniæ graviſſimè puniebant Sodomiæ reos. Sepeliebant etiam plurimi Indorum ſuos mortuos in montanis, qui mos etiam eſt Judæorum; & nomen Chana iſtis in locis inventum, referente Gregorio Garcia. Id mireris, quod ab iisdem jubilæum quinquaginta annorum in urbe Mexico, ut totius provinciæ metropoli, magna cum pompa celebraretur. Quid quod die Sabbathi omnes ceremoniis, ac ſacrificiis, in templo faciendis, intereſſe tenebantur. Iidem divortium faciebant a fœminis, quæ quid minus honeſtum patraſſent. Fratrum defunctorum viduas ducebant Indi inſularum Peru, Novæ Hiſpaniæ, & Guatimalæ. An non ex hiſce judices, habitaſſe illic locorum Judæos, à quibus Gentes iſtæ talia acceperint? Supradictis adde & illud, quod notitiam creati mundi, ac diluvii univerſalis, quam habebant Indi, Iſraëlitis acceptam ferre debeant.*

Illum Menaſſæ Iſraëlidis librum Amſtelodami A. 1650. 8. editum in Anglicam lingvam convertit *Moſes Wall*, atque circa idem temporis *Thomas Thorowgood* libellum edidit cui titulus: *Jewes in America, or probabilities that the Americans are of that race.* Lond. 1650. 4. In eandem ſententiam nuper *Ludovicus Hennepinus* in ſuo Itinere ex eadem exigua rituum & morum quorundam conformitate Americanorum

 originem

originem a Judæis repetit. *Ils ſont leur cabanes en forme de pavillon comme les Juifs ; Comme eux ils s' oignent d' huile, & s' attachent ſuperſtitieuſement aux ſonges : ils pleurent leurs morts avec beaucoup de lamentations. Leurs femmes portent le dueil de leurs proches un an entier, pendant lequel elles s' abſtiennent de toutes ſortes de danſes & de feſtins, & portent une maniere de chaperon ſur leur téte. D' ordinaire le pere & le frere du defunt ont ſoin de la veûve. Du reſte il ſemble que la malediction de Dieu repoſe ſur ces Sauvages de l' Amerique, comme ſur les Juifs. Ils ſont brutaux & opiniatres au dernier point. Ils n'ont nulle demeure fixe & arretée. Ils ſont fort impudiques. Quand on leur dit, que leurs ames ſont immortelles, ils demandent ce qu'elles mangeront dans l' autre monde. D' ailleurs on voit quelques traces de la créance des Juifs ſur l' origine du Monde.* William ſive Wilhelmus Penn A. 1712. denatus, in litteris ad commiſſarios ſocietatis Mercatorum Londinenſium datis Philadelphiæ VIII. Auguſt. 1683. editisque tum alibi tum in Penſylvaniæ deſcriptione Germanice vulgata Francof. 1700. 8. pag. 131. originem incolarum illius regionis in America ſeptentrionali, ſimiliter a Judæis deducit: Ihren Urſprung achte ich / daß er herkomme von den 10. Stämmen der Juden. (1) Weiln ſie in einen Lande müſſen herum ziehen / und mögen wohl aus dem äuſerſten Theil Aſiæ in das allerweſtlichſte Theil (Americæ) gekommen ſeyn. (2) Weiln ſie und ihre Kinder von Angeſicht den Juden gantz gleich ſehen wie die Zigeuner. * (adde ibid. p. 28. & 126.) (3) Mit den Juden in Ceremonien gantz übereinkommen. Sie opffern ihre Früchte / rechnen nach den Mond / legen ihren Altar auf zwölff Steine ꝛc. Braſilianos ſimiliter in America Meridionali a Judæis habere originem, alii ſuſpicantur. *Il y a des conjectures aſſez fortes pour dire que les habitans du Braſil viennent de quelques Juifs jettez ſur les côtes de l' Amerique. On y voit encore quelques traces des ceremonies Judaiques, telles que ſont celles de la circumciſion, & celles d' appeller Paraſce une de leur plus grandes feſtes.* Hæc Memoriæ litterariæ Dombenſes A. 1702. p. 355. ex Jo. Joſephi de S. Thereſia Hiſtoria belli Braſilienſis. Vide ſis etiam Joſephum Acoſtam de natura novi Orbis lib. I. c. 23. Ottonis Dapperi Americam p. 26. & Hugonem Grotium de origine gentium Americanarum p. 9. Theophilum Spizelium in elevatione relationis Montezinianæ. Baſil. 1661. 8. & Rich. Kidderum in demonſtratione adverſus Judæos parte III. p. 434. ſeq. Hermannus Witſius in δωδεκαφύλῳ ſive libello de decem tribubus qui Ægyptiacis ejus

* Cingaros origine eſſe Judæos variis argumentis probat Clariſſ. Wagenſeilius in pera libror. juvenilium loculamento 2. ſub extrem.

ejus ſubjicitur cap. VIII. p. 371. poſtquam Menaſſæ Iſraelidis ſententiam rejeciſſet, quod præter Spizelium aliosque jam laudatos facit etiam Wagenſeilius Tomo II. peræ librorum juvenilium parte 2. pag. 123. *non paulo doctius*, inquit, *viri præſtantiſſimi Caduſios Mediæ aquilonaris & montanæ incolas Colchos, Tartaros, Turcas aliasque gentes ex Iſraeliticis paulatim ingentiliſmum degenerantibus ortos hariolantur: ſed quam tenuibus conjecturis & eruditis erroribus, oſtendit amicus noſter Wilhelmus Wilhelmius.* Pro illa ſententia etiam Stephanus Morinus in diſſ. de cognatione Lacedæmoniorum & Hebræorum (inter diſſertationes VIII. Dordraci 1700. 8. junctim editas p. 87.) *Adde in Mengrelia Colchidis regione adhuc hodie feſtum religioſe obſervari, quod cum Judæorum Paſchate & agno a ſingulis familiis edendo magnam habet affinitatem, teſtis Jo. Baptiſta Tavernerius lib. III. c. 12. itinerum Perſiæ, qui addit vicinos Tartaros e propriis tribubus ſolis uxores ducere, quod etiam ſecundum Legem Iſraelitæ obſervabant. c. 13. Sane inter ipſos Tartaros Colchis vicinos etiam Ilordæ ſive turmæ* Naphtalitarum *inveniuntur, teſte Agathia lib. IV. Imo* Danitarum, *à quibus volunt* Danos *nomen accepiſſe, & celeberrimus Thuanus lib. 67. obſervat circumciſos fuiſſe antequam Muhametes ipſis innoteſceret, quod non eſt leve argumentum reliquias eſſe Iſraelitarum, qui e Colchide in vaſtas Tartariæ ſolitudines diffuſi ſunt, & ob quandam Mahumetiſmi cum ſuis veteribus ceremoniis ſimilitudinem ad ipſum amplectendum proni fuerunt. Nota hiſtoria illius qui ſe jactabat Regem* Tibur, *in meditullio Tartariæ, nempe* טבור umbilicus *eſt, & a Franciſco I. Rege humaniter exceptus, & initio etiam à Carolo V. ſed tandem combuſtus ejus mandato, quod aulicos ad Judaiſmum ſollicitaret. Mitto teſtimonia Judæorum aſſerentium maximam Iſraelitarum multitudinem Septentrionalem plagam occupaſſe, & eos qui volunt plurimos eorum in India degere, quamvis à noſtris mercatoribus non inveniantur, qui forſan aliquid audiverunt de profectione in Colchidem & Colchos, eamque verſus Indiam tetendiſſe exiſtimaverunt, quia Colchos & Colchicum ſinum in India repererunt.* Confer Epiſtolam de Judæis in ora Malabarica degentibus quæ inſerta legitur Bibliothecæ novorum librorum Anno MDCXCVIII. p. 868. ſeq. Et quæ de Judæorum Synagoga apud Chinenſes in provincia Honam ante CHRIſtum natum, ut ajunt fundata, Gozanus S. I. commemoravit in Epiſtola de qua Ephemerides Pariſ. Anni MDCCVII. menſe Majo p. 227. narrans Judæos de Meſſia in Lege promiſſo rogatos, atque de JESU monitos, nomen ejus penitus ignoraſſe, Jeſum Sirachi filium cognitum habuiſſe. Cui addendum quod Semedi & Bernierii fide narrat Clariſſ. Jablonskius prolegom. ad Biblia Hebræa §. 38.

Judæorum Synagogas quasdam repertas in China fuiſſe, & penes eos fuiſſe librum Legis Hebraicum ante annos ſexcentos & amplius, ſine punctis vocalibus deſcriptum, Judæos vero iſtos de Chriſto nihil unquam audiviſſe, unde liqueat ante ejus adventum illuc appuliſſe: immo nomen ignoraſſe Judæorum, ſed vero Iſraelitas ſe profeſſos eſſe. Unde veriſimile eſſe ajunt reliquias eos habendos decem tribuum quæ abductæ in captivitatem erant, nam poſt illud tempus nomen Iſraelitarum in uſu vulgari minus fuit quam Judæorum. Denique conſtat *Olaum Rudbeckium*, celeberrimi Atlanticæ ſcriptoris non minus ingenioſum filium, nec minus paradoxa eruditis amantem propinare, in Lapponia ſua illuſtrata probatum iviſſe, reliquias decem tribuum quærendas eſſe neque in Aſia neque in Africa, nedum in America, ſed vero in regione ſeptentrionali Europæ Lapponia, quod itidem tum aliis quibusdam conjecturis reddere probabile, tum ex congruentia rituum quorundam & morum evincere ſtudet. Cæterum ex qualibuscunque ejusmodi veſtigiis morum eorundem atque inſtitutorum, (ne dicam & illa haud tam expreſſa quidem eſſe, ut interdum a ſcriptoribus venditantur) neutiquam firmiter colligi poſſe populi alicujus originem, recte obſervavit Henricus Witſius diſſ. 2. de Evangelio in America non prædicato, ubi reſpondet ad jactatas apud novi orbis incolas reliquias Chriſtianorum rituum, p. 92. *In omni*, inquit, *religione quantumvis Idololatrica, ac Diabolica plane aliquid animadverti poteſt, quod ad divina inſtituta accedere quodammodo videatur. Ludit mirabiliter ingenii humani varietas, & in tam immenſa cultuum diverſitate vix eſt ut non aliqua etiam deprehendatur convenientia. Quæ ſi vel minima ſit, ab iis quorum intereſt ut major habeatur, augeri ſolet & exornari, eo quandoque tractis quæ aliorſum ſpectant.* Jacobus Baſnage V. C. in Hiſtoria Judæorum lib. VI. cap. 3. T. 4. p. 964. *il ne ſuffit pas qu'on trouve chez ces peuples barbares quelque trace de Judaiſme; car il y a beaucoup de Rites qui ont été communs aux Religions idolâtres & aux Juifs. Ceux qui donnent trop au Diable, ſe plaignent il y a long tems qu'il a imité Dieu, & tâchent de rendre ſes myſteres & ſon culte parfaitement ſemblable à celui de l' Etre ſouverain. Mais ſans tirer le Demon des Enfers, l' eſprit humain étant d' une même trempe, a ſouvent les mêmes ſentimens ſur la matiere du culte. Il n' eſt pas beſoin que l' Idolâtre aille puiſer toutes ſes ceremonies dans la veritable Egliſe. Combien d' Idolatres, qui ne ſe ſont jamais conus, ont eu les mêmes idées des Dieux, & leur ont rendu a peu près les mêmes hommages? Sans quitter la matiere que nous traitons, les Americains n' ont pas plus labouré avec les Ma-*

*nichéens*

lib.º de S.ra Barbara de Mattos.



*nichéens qu'avec les anciens Egyptiens ſur les deux Principes. Cependant ils diſent au Perou qu'un homme puiſſant, nommé* Con, *avoit formé les hommes; mais qu'un autre Principe plus puiſſant, fils du Soleil & de la Lune, nommé* Pachacama, *les transforma en ſinges, en perroquets & en ours, & fit les Indiens. Ils * adorent ces deux Principes, & le dernier a plus d'adorateurs, parce qu'on craint quil ne faſſe du mal, & qu'il ne transforme les hommes en bêtes. On a pu de même imiter les Juifs en Amerique ſans avoir commerce avec eux. L'autel élevé ſur douze pierres, l'oblation des premices, & le calcul par les Lunes peuvent avoir été imaginées dans tous les païs. La Circonciſiſon forme un caractere plus parlant; mais le fait eſt tres-incertain. Pierre Martyr † l'aſſûre:* Ils immolent leurs enfans à l'honneur des Idoles, & ſont circoncis. *Gomara dit que quelques-uns coupent leur prepuce; mais qu'ils ne le font pas tous.* Retaianſe a junqve no todos. *Mais Acoſta, qui avoit fort étudié ce païs là, remarque que les Americains ne peuvent être Juifs, parce quils n'ont jamais circoncis leurs enfans & qu'ils ne le font pas; & quand ils ſeroient circoncis, combien d'autres peuples ont ôté leur prepuce? Il ne faut donc pas s'arrêter à quelque ombre de conformité ni precipiter ſes concluſions ſur quelque reſſemblance de Religion, comme ſi les uns devoient neceſſairement deſcendre des autres.*

XI. Juvat hoc caput concludere Indice Theſauri δωδεκατεύχȣ Antiqvitatum Hebraicarum, qvem B. Gothofr. Voigtii Thyſiaſteriologiæ pridem à me præmiſſum, aliqvot monumentis hic adauxi.

## Theſauri Antiqvitatum Hebraicarum Tomus I.

1. Hadriani Relandi Oratio inauguralis de uſu Antiqvitatum Sacrarum.
2. Conradi Mel Antiqvarius ſacer, de uſu Antiqvitatum Judaicarum, Græcarum, Romanarum in explicandis Scripturæ dictis.
3. Maimonides de ſtudio Legis, cum verſione & notis Roberti Clavering.
4. Jo. Benedicti Carpzovii Introductio in Theologiam Judaicam.
5. Joannis à Lent Theologia Judaica recentior.
6. Ej. de Pſeudo Meſſiis Judæorum.
7. Joſephi de Voiſin Theologia Judæorum.
8. Antonii Vandale de Origine ac progreſſu Idololatriæ & ſuperſtitionum, de vera ac falſa Prophetia & de divinationibus Idololatricis Judæorum.



* Zarata l. 2. c. 11. p. 49. † Petrus Martyr Decad. c. 4.

9. Petri Jurieu Hiſtoria Critica dogmatum rituumq́, ex Gallico Latinè.
10. Jo. Seldenus de Diis Syris, cum obſervationibus Andreæ Baieri.
11. Athanaſius Kircherus de Ægyptiorum, Syrorum, Hebræorumq́ Diis, ex Tomo I. Oedipi Ægyptiaci.
12. Chriſtiani Wormii de corruptis Antiqvitatum Hebræarum apud Tacitum & Martialem veſtigiis.
13. De vita & morte Moſis libri tres, cum notis Gilberti Gaulmini, qvibus variæ antiqvitates illuſtrantur.

## Tomus II.

14. Bernardi Lamy apparatus Biblicus, methodicam Antiqvitatum Hebraicarum diſpoſitionem exhibens.
15. Thomæ Godwini Moſes & Aaron cum notis Joh. Henrici Reizii & Jo. Henr. Hottingeri, Nepotis.
16. Claudii Fleury liber de moribus Judæorum, ex Gallico latine.
17. Hadriani Relandi Compendium Antiqvitatum Hebraicarum.
18. Augusti Pfeifferi delineatio Antiqvitatum Hebraicarum cum obſervationibus Johannis Jacobi Schudt.
19. Ej. de ritibus qvibusdam Hebraicis.
20. *Theſauro dos Dinim* ex Luſitanico Menaſſæ ben Iſraël, Latine.
21. Leonis Mutinenſis Hiſtoria rituum Hebræorum præſentis temporis ex verſione Jo. Valentini Grosgebaueri, cum Jacobi Gaffarelli præfatione qvæ Italicæ editioni Pariſ. 1637. præmittitur, & Rich. Simonis collatione rituum Judaicorum cum Chriſtianis.
22. Jo. Buxtorfii Synagoga Judaica.
23. Lancelloti Addiſſonii de præſenti ſtatu Judæorum in Barbaria, ex Anglico latine.
24. Hermanni van der Hardt Antiqvarium Judaicum.
25. Jo. Wulferi theriaca Judaica.
26. Henrici Hahnii Διατάγματα de rebus Judaicis, ex jure Cæſareo & Pontificio concinnata.
27. Sam. Bocharti notæ in Eccleſiæ Gallicanæ decreta qvædam in Judæos ſancita. Ex T. I. Opp. p. 499. ſeq.
28. Formula Græca renunciandi Judaiſmo, è Cotelerii notis ad Patres Apoſtolicos. T. I. p. 499. ſeq.

## Tomus III.

29. Balthaſaris Scheidii ſcripta ad Antiqvitates Hebraicas facientia, qvæ

MSS.

MSS. Gryphiswaldiæ nuper ſervavit D. Joh. Fridericus Mayerus ὁ μακαρίτης.

## Tomus IV.

30. Theodori Daſſovii, Theologi Holſati, Antiqvitates Hebraicæ hactenus ἀνέκδοτοι.

## Tomus V.

31. Euſebii liber de locis Hebraicis cum verſ. Hieronymi & Bonfrerii; notisqve integris ejusdem Bonfrerii, Jo. Marcianæi, Jo. Clerici & obſervationibus Jacobi Rhenferdi.
32. Nic. Sanſonii Geographia ſacra ex editione Jo. Clerici.
33. Auguſtini Calmet tabula Geographica terræ promiſſæ cum obſervationibus. Ejusdem diſſ. de habitationibus, urbibus & oppidis veterum Hebræorum, ex Gallico latine.
34. Eucherius & Beda de ſitu Hieroſolymæ & locorum ſanctorum, Jo. Phocas, Epiphanius Hagiopolita, & Perdiccas de locis Palæſtinæ, ex edit. Leonis Allatii.
35. Itinerarium à Burdegala Hieroſolymam usqve.
36. Marini Sanuti Torſelli deſcriptio Hieroſolymæ ex T. 2. Collectionis Bongarſianæ cui titulus *Geſta Dei per Francos.*
37. Benjamini Tudelenſis Itinerarium ex edit. Ariæ Montani, cum notis Conſtantini l'Empereur, & ineditis Matthiæ Friderici Beckii.
38. Itinerarium R. Petachiæ, cum verſione Wagenſeilii, & Itinera mundi per Abrahamum Peritſol, cum Thomæ Hyde verſione & notis.
39. Hermanni Witſii Hiſtoria Hieroſolymæ, ex T. 2. Miſcell. Sacr.
40. Hadr. Relandi Geographia Sacra.

## Tomus VI.

41. Maimonides de templo, ex verſione Lud. Compiegne de Veil.
42. Jacobus Juda Leo de tabernaculo, ex Hiſpanico latine.
43. Ej libri IV. de templo, ex edit. Jo. Sauberti.
44. Jo. Henr. Cocceji & Campegii Vitringæ libri de templo Ezechielis, e Belgico latine.
45. Leonhardi Chriſtophori Sturmii Sciagraphia templi Hieroſolymitani, & D. Caſp. Hermanni Sandhagenii Oratio de templo.
46. Samuel Lee de templo & ſacerdotio, ex Anglico latine.
47. Jo. Jacobus Cramerus de templi ſecundi ara exteriore.

48. Theod.

48. Theod. Daſſovii altare exterius ad mentem Hebræorum veterum delineatum.
49. Ej. de imaginibus rerum Hebræarum quæ noſtra ætate circumferuntur.
50. Lud. Compiegne de Veiel de cultu divino apud Hebræos.
51. Salomo van Till de Muſica veterum Hebræorum, ex Belgico latine.
52. Chriſtiani Zoëga de buccina Hebræorum.

## Tomus VII.

53. Jo. Seldenus de anno civili Judæorum.
54. Auguſtus Varenius de annis Sabbaticis & Jubileis Judæorum.
55. Nic. Mulleri Judæorum annus lunæ ſolaris & Turcarabum annus mere lunaris.
56. Maimonidis deſcriptio initiationis novilunii cum Henningi Bernhardi Witteri verſione & præf. Jo. Andreæ Danzii.
57 Jo. Jonſtonus & Aug. Pfeifferus de feſtis Hebræorum.
58. Theodorus Thummius de feſtis Judæorum & Chriſtianorum.
59. Adriani Coquii obſervationes de rebus naturalibus in V. T. memoratis, Diisque Syris & Hebræorum feſtis.
60. Jo. Mayerus de origine & cauſis feſtorum Judaicorum.
61. Joſephi de Voiſin de Jubileo ſecundum Hebræorum & Chriſtianorum doctrinam.
62. Chriſtoph. Wagenſeilii diſſ. de Jubileo Hebræorum.
63. Grosſii Bozei libellus ejusdem argumenti, e Gallico Latine.
64. Friſchmuthi & Mich. Waltheri Diſſertationes de via Sabbati.
65. Jo. Andreæ Danzii de curatione CHRISTI ſabbatica.
66. Joh. Buxtorffi diſſ. de cœnæ Dominicæ primæ ritibus & forma, ejusque adverſus Lud. Capellum Vindiciæ.
67. Theod. Daſſovii de accubitu ad agnum Paſchalem.
68. Liber rituum Paſchalium cum verſione Jo. Stephani Rittangelii.
69. Gabr. Groddeckii diſſertationes de ceremonia palmarum.
70. Jo Jacobi Schudt de Voto Jephthæ.
71. Hermanni Witſii diſſ. de Rechabitis.
72. Theod. Daſſovii Vota Monaſtica & Hebræorum collata.
73. Maimonides de jure pauperis & peregrini apud Judæos, cum notis Humfredi Prideaux.
74. Pauli Slevogti diſſ. de proſelytis Hebræorum.

75. Jo.

75. Jo. Andreæ Danzii de proſelytorum baptiſmo.
76. Herm. von der Hardt Juris Judæorum Canonici prodromus, de circumciſione.

## Tomus VIII.

77. Maimonides de ſacrificiis ex verſione Lud. Compiegne de Veiel.
78. Gvil. Outrami de ſacrificiis Judæorum libri II.
79. Jo. Friſchmuthi de ſacrificiis, cumprimis iis quæ ſancti Viri haud longe ab initio rerum leguntur obtuliſſe.
80. Jo. Saubertus de Hebræorum ſacrificiis.
81. De ſacerdotibus Hebræorum.
82. Pauli Slevogti diſſ. de XXIV. Ephemeriis ſacerdotum apud Hebræos.
83. Andreæ Adami Hochſteteri de feſto expiationis.
84. Jo. Rhenſerdi collatio expiationis Pontificis Maximi & JESU CHRISTI.
85. Theod. Daſſovii diſſidium Pontificis Romani & Hebræi.
86. Ej. de Luſtratione Hebræorum.
87. Jo. Friſchmuthi de hirco emiſſario.
88. Jo. Benedictus Carpzovius de vacca ruſa.
89. H. Dodwelli de uno ſacerdotio & uno altari. Ex Anglico latine.
90. Jo. Braunii de veſtitu Sacerdotum Hebræorum.
91. Jo. Prideaux de veſtitu Aaronis.
92. Jac. Altingii diſſ. de mitra, ſtola, Ephod. &c. Heptade VIII. diſſertationum T. 5. Opp.
93. Ben. David Carpzovius de Pontificum Hebræorum veſtitu ſacro.
94. Theod. Daſſovii diſſ. de Coma Hebræorum licita & interdicta.
95. Antonius Bynæus de calceis Hebræorum.

## Tomus IX.

96. Herm. Witſii Oratio de Theocratia Iſraëlitarum.
97. Hadr. Houtyni de Monarchia Hebræorum ante Saulem, una cum ſcriptis contrariis Sam. Puſendorfii & Adami Rechenbergii.
98. Guſtavi Georgii Zeltneri liber de adoleſcentia Reip. Iſraëlitarum ſub temporibus Judicum.
99. Gvil. Schickardus de jure Regio cum notis Jo. Benedicti Carpzovii.
100. Jo Friſchmuthi diſſ de rege apud Hebræos eligendo & deponendo.
101. Ej. & Jo. Vorſtii de Synedriis Hebræorum.

102. Jo. Clerici de magno Synedrio Hebræorum.
103. Præcepta DCXIII. Hebraice & Latine ex edit. Jo. Leusdenii, ſubjectis obſervationibus Sim. Epiſcopii.
104. Gvilelmi Welwod collatio juris divini cum jure civili Romano.
105. Paganini Gaudentii de differentia legum Moſaicarum & Romanarum.
106. Ex Jo. Seldeno de decimis excerpta, Jo. Clerico interprete.
107. Ex H. Dodwelli & Humfredi Hodii ſcriptis contrariis excerpta de Pontifice Max. à Rege Salomone depoſito. Ex Anglico Latine.
108. Maimonides de juramentis Hebræorum cum verſione Miegii & Juſti Chriſtoph. Dithmari notis & Jacobi Perizonii præfat.
109. Jac. Lydii ſyntagma de re militari & de jure jurando Hebræorum cum notis Salomonis van Till.
110. Theod. Daſſovii diſſ. de ſuſpendio hominis lapidibus obruti.
111. Claudii Salmaſii liber de Cruce.
112. Henr. Kippingii de Cruce diſſertationes.
113. Jac. Altingii de ſervis Hebræorum, ex Heptade VII. diſſertationum.
114. Jo. Georgii Abicht Profeſſoris Lipſ. de ſervorum Hebræorum acqviſitione & ſervitiis.

## Tomus X.

115. Julii Bartoloccii Bibliotheca Rabbinica * contracta, emendata & ſuppleta ex Strimero, Plantavitio, Buxtorfio, Hottingero &c.
116. Petri Stevartii Catalogus ſcriptorum Græcorum & Latinorum Anti-Judaicorum, auctus & in hæc tempora continuatus.

## Tomus XI.

117. Jac. Altingii Hiſtoria Academiarum & promotionum Academicarum.
118. Ej. Studioſus & Doctor Hebræus.
119. Henr. Ottonis Hiſtoria CXXX. Doctorum Miſchnicorum.
120. Georgii Urſini antiquitates Hebraicæ Scholaſtico Academicæ.
121. Jo. Held de Synagogis Judæorum.
122. David Clodii de Synagogis Judæorum.
123. Campegii Vitringæ Archi Synagogus & de decem Otioſis Synagogæ.
124. Jac. Rhenferdi de decem otioſis Synagogæ, Synagogus *αὐτοκατάκριτος*, & ſpecimen animadverſionum &c. 125. Jac.

* Hanc ſpero propediem nos in acceptis relaturos Clariſſ. Viro Joh. Chriſtophoro Wolfio, Lingvar Orientalium in Gymnaſio Hamb. Profeſſori, Amico & Collegæ meo conjunctiſſimo.

125. Jac. Altingii de Concionibus Judæorum poſt reditum e Babylonia.
126. Jo. Chriſtoph. Wagenſeilii de Concionibus Judæorum noſtræ ætatis. (Tel. ignea Satanæ p. 245. ſeq.
127. Rich. Simonis Diſſertatio de Caraitis & Samaritanis; ex Gallico latine.
128. Hadr. Relandus de Samaritanis.
129. Samaritanorum Epiſtolæ ad Scaligerum; Ludolſum & fratres in Anglia.
130. Chronologia Samaritarum auctore Ed. Bernhardo (in Actis Erud. A. 1691.)
131. Zemach David, ſive Chronologia R. David Ganz cum notis Gvil. Henrici Vorſtii.
132. Jac. Triglandii de Caraitis; Scaligeri, Druſii, Serarii de tribus ſectis Hebræorum.
133. Jac. Rhenferdi diſſertationes de fictis Judæorum hæreſibus.

## Tomus XII.

134. Eduardus Bernhardus de menſuris & ponderibus antiquis; & de mari Salomonis
135. Henr. Guntheri Thulemarii de variis ſiclis & talentis Hebræorum.
136. Andreæ Beyeri ſiclus ſacer & Regius appenſus.
137. Julii Bartolocci Diſſ. de numis Hebr. ex T. IV. Bibl. Rabbin. p. 518. ſeq.
138. Raphaëlis Avellini Declaratio numiſmatis Hebraici Davidis & Abrahami, ex Italico latine.
139. Wagenſeilii de numis quibusdam Hebraicis ex Commentario ad Sotam p. 275. ſeq.
140. Athanaſ. Kircheri de eodem argumento ex T. 2. Oedipi.
141. Herm. Conringii paradoxa de numis Hebræorum.
142. Hadr. Relandi, Jo. Harduini & Jo. Gagnerii de Numis Samaritanorum.
143. Wagenſeilii de Judæorum in non Judæos uſuris.
144. Martini Mauritii liber de Hebræorum ſortitionibus.
145. Wagenſeilii diſſ. de luſibus Hebræorum, ex libro ejus de Norimberga cap. XXII.
146. Thomæ Hyde de ludis Orientalium.
147. Jo. Buxtorfius de ſponſalibus & divortiis Hebræorum.

148. Tho. Pius de divortiis Hebræorum.
149. Jo. Buxtorfii de lotione Judaica ante & poſt cibum.
150. Martini Geieri de luctu Hebræorum.
151. Frid. Mulleri libri III. de ſepulchris veterum Hebræorum.
152. Jo. Nicolai de ſepulchris Hebræorum.
153. Jo. Henr. Hottingeri cippi Hebraici.
154. Monumenta antiqua Judaica Auguſtæ Vindel. reperta cum notis Matthiæ Frid. Beckii.
155. Menaſſæ Ben Iſrael de reſurrectione.
156. Theodori Daſſovii de mortuorum reſurrectione ex mente Vet. Hebræorum.

# CAPUT II.

## De Ægyptiorum, Perſarum, Carthaginenſium aliarumque Gentium, tum de Græcarum Antiquitatum Generalibus Scriptoribus.

*Scriptores de Antiquitatibus Ægyptiorum.* 1. *Perſarum* 2. *De antiquitatibus Punicis ſive Carthaginienſium.* 3. *De Germanicarum Antiquitatum ſtudio non negligendo.* 4. *De ſcriptoribus antiquitatum Græcarum.* 5. 6. *ſingillatim Laconicarum,* 7. *Atticarum.* 8. *De antiquitatibus aliarum Civitatum vel Inſularum,* 9. *Index theſauri Antiquitatum Græcarum Gronoviani.* 10.

### I.

ÆGYPTIORUM Antiquitates & ritus plurimos perſecutus eſt *Athanaſius Kircherus* Jeſuita in Oedipo Ægyptiaco, Romæ 1652. fol. IV. Volum. quanquam tum in hoc opere tum in Obeliſco Pamphilio ibid. 1650. fol. vulgato, expoſiturus antiquas figuras Hieroglyphicas illius gentis, plurimum indulget conjecturis nulla autoritate nixis, ſæpiſſime etiam nulla veriſimilitudine ſe lectori commendantibus. Brevior ſed & accuratior & eruditior eſt in veteribus ritibus ac conſvetudinibus Ægyptiis exponendis *Johannes Marshamus* Anglus Eques auratus, in cujus canone chronico Londini primum A. 1698. 4. excuſo multa Ægyptiarum antiquitatum nec minus Hebraicarum

carum Græcarumque capita docte illuſtrantur. Viſus tamen eſt in eo peccare, qvod longe junioribus teſtibus pro re tam antiqva depugnans, rationesqve inſtitutorum Leviticorum typicas fere negligens, Hebræos ritus plerosqve omnes ex Ægyptiorum inſtitutis derivat, aut per nudam συγκατάβασιν qvandam, ut gens Judaica ab Ægyptiis abduceretur, à DEO vel oſtenſos vel toleratos fuiſſe contendit, licet *Johannis Spenceri* ea qvoqve eſt ſententia magno molimine defenſitata in diſſ. de Urim & Thummim Cantabrig. 1699. 8 & in opere de legibus Hebræorum ibid. 1686. fol. Hagæ Comit. 1686. 4. & Lipſiæ 1705. 4. Contra hanc Marshami & Spenceri opinionem multis diſputat *Hermannus Witſius* in Ægyptiacis Amſt. 1683. 1693. 4. editis, qvem vide imprimis p. 60. 262. 281. 292. Conſuli etiam poſſunt Hugo Ferrandus T. 2. cogitationum de religione Chriſtianâ Gallicè editarum, Clariſſimus Otto Menkenius ὁ μακαρίτης in præfatione ad Lipſienſem Marshami editionem à ſe curatam, Natalis Alexander in ſelectis capitibus Hiſt. Eccleſ. V. T. Johannes van der Weyen & alii.

Neſcio tamen an ex altera parte viciſſim excedant modum Viri doctiſſimi, qvi ſi qvamcunqve vel minimam vel etiam nullam vident in Hebræorum & Ægyptiorum, Græcorum item Romanorumqve & aliarum gentium inſtitutis ſimilitudinem, longe maximam tamen videre ſe exiſtimantes, nihil non, etiam plerasqve qvas habent fabulas*, nedum ritus & ſacra à Judæis repetiiſſe Ethnicos contendunt. Ita illuſtris Huetius in demonſtratione Evangelica & opere de Concordia rationis & fidei (libris alioqvi eruditiſſimis & lectu digniſſimis) Bochartus in Phaleg, Voſſius de idololatria, Jo. Mich. Dilherrus in diſſ. de κακοζηλία Diaboli, Edmundus Dickinſon in Delphis Phœnicizantibus, aliiqve qvam plurimi.

Excerpta de Ægyptiacis inſtitutis & ritibus è Nymphodoro, Strabone, Plutarcho & aliis ſuæ Herodoti editioni p. 598. ſqq. Græcè & Latinè ſubjecit Godofredus Jungermannus, atqve ejus inde exemplo Tho. Galeus. Extat etiam *Johannis Baptiſtæ Caſalii*, Romani, liber de Ægyptiorum profanis ritibus, cum ejusdem libris de ritibus Romanorum & Chriſtianorum Rom. 1644. 4. & Hanover. 1681. 4. ſed non adeò multa ſunt qvæ de Ægyptiis attingit Vir alioqvi non contemnendus. His addendi *Caſpar Barthius* p. 129.-144. ad Claudian. *Job. Henricus Bœclerus* in νομίμοις Ægyptiorum T. 2. diſſ. p. 665. ſq. & *Johannes Nicolai* qvi eruditas



* Recte hoc viſum incredibile eſt Abbati Banierio in libro edito Gallice *explication Hiſtorique des fables*, Pariſ. 1711. & Hagæ Comitis 1713. 12. T. 1. p. 50. ſeq.

antiqvitates publice cum laude apud Tubingenſes docuit (A. 1708. 9. Auguſt defunctus) libro de Ægyptiorum Synedrio & legibus inſignioribus Lugd. Bat. 1705. 8. De ſapientia, eruditione atqve inventis Ægyptiorum, erudita *Cornelii Adami* Commentatio in Exercitationibus exegeticis, editis Groningæ 1712. 4. p. 92. ſeq. Hieroglyphicorum Ægyptiorum ſcriptores Harapollo, Pierius Valerianus, Cauſſinus aliiqve de qvibus uti de Hermete Triſmegiſto dixi lib. 1. Bibliothecæ Græcæ Meuſatſiaca Laurentii Pignorii commentario illuſtrata prodiit Amſtelod. 1669. 4. Aliam Tabulam antiqvam Ægyptiacam Hieroglyphicis exornatam, qvam vulgavit V. C. Franciſcus de Ficoronis, habes etiam in Actis Eruditor. A. 1714. p. 127. Primos fuiſſe Ægyptios, *qui per figuras animalium, ſenſus mentis effingerent*, teſtis Tacitus 2. Annal. Idem uſurpatum Mexicanis, qvorum Scripturæ figurariæ ſpecimen exſtat in Alphabetis collectis ab Andrea Müllero Greifenhagio.

II. Antiqvitates PERSICAS varias hinc inde haurire licet ex Herodoto, Xenophonte, Procopii Perſicis, Plutarcho, Arriano, Curtio, hujusqve illuſtratoribus Freinshemio, Radero, Pitiſco tum ex iis, qvæ ad calcem Herodoti & Cteſia aliisqve ſcriptoribus græcè ac latinè ſubjecit H. Stephanus & Jungermannus, repetita etiam in noviſſima Londinenſi Herodoti editione. Sed ſingulari ac juſto opere illas complexus eſt digeſſitqve vir doctiſſimus *Barnabas Briſſonius* libris tribus de regno Perſarum, qvorum primus ſacra, ſecundus politiam, tertius rem militarem exponit. Pariſ. 1580. 8. & poſtea ſæpius, ut Pariſ. 1606. 4. & Heidelbergæ apud Commelin. 1595. 8. cum notis Frid. Sylburgii, ad libri calcem, atq; Argentorat. 1710. 8. cum Sylburgii & Jo. Henr. Lederlini V. C. notis in calce cujusqve paginæ ſtatim ſubjunctis. Confer qvæ in laudem hujus operis Briſſoniani adverſus Joſ. Scaligeri acerbiorem cenſuram vir præclarus *Cornelius Adami* Eccleſiaſtes & Rector ſcholæ Damonenſis in Obſervatt. Theologico-Philologicis Groning. 1710. 4. c. 2. p. 23 qvi plures etiam ritus Perſicos illuſtrandis ſacris litteris (Eſtheris præcipue & Danielis libro) perſeqvitur. Nonnulla etiam Briſſonio præterita ſupplevit *Julius Cæſar Bulengerus* in Eclogis ad Arnobium, editis Toloſæ A. 1612. 8. Videndus itidem *Nic. Gurtlerus* lib. 1. de Originibus Mundi c. 10. Librorum trium *Theodori Presbyteri* περὶ τῆς ἐν Περσίδι Μαγικῆς, argumentum refert Photius in Bibliotheca, Codice LXXXI. Ex ſcriptis Orientalibus plures Perſicas Antiqvitates depromſit *Bartholomæus Herbelotus* in Bibliotheca ſive Lexico Orientali Gallice edito Pariſ. 1697. fol. Integros XL. annos

legen-

legendis Perſarum & Arabum monumentis impendit, ex qvibus Lexicon hoc ſuum congeſſit, ante qvam in lucem opus prodiret extinctus Pariſ. 8. Dec. 1695. ætat. 70. Sed nimis conciſe paſſim recenſet ea qvæ legit, nimiaqve libertate, nec ipſa ſcriptorum verba usqvam adducit. Qvo in genere diligentius verſatus eſt *Thomas Hydeus* Bibliothecarius nuper Bodlejanus in Hiſtoria Religionis veterum Perſarum & Parthorum & Medorum eorumqve Magorum, ad cujus calcem liber Sadder, Zoroaſtris præcepta continens latine eſt ſubjunctus Oxon. 1700. 4. Ei jungi poteſt *Henricus Lord* in Hiſtoria religionis Banianum, qvæ ex Anglico Gallice prodiit Pariſ 1667. 12. Vereor tamen ne Æthiopem lavet eruditiſſimus Hydeus, * qvando Perſas ab Idololatria abſolvere & à ſincero unius DEI cultu commendare inſtituit. Recentium Perſarum mores ac conſuetudines cum ex *Sanſonii*, *Herberti*, *Adami Olearii*, *Tavernerii*, *Petri della Valle* & aliorum, noviſſime etiam *Jo. Chardini* & *Cornelii Bruini* itinerariis abunde etiam vulgo innotuerint, lubens prætereo.

III. PUNICAS ſive CARTHAGINENSES Antiqvitates attigit *Bernardus Aldrete*, Hiſpanus, in Antiqvitatibus Hiſpaniæ & Africæ, patrio ſermone editis Antwerpiæ 1614. 4. libro præcipue qvarto ſive ultimo. *Chriſtophorus Hendreich* in libro de Rep. Carthaginenſium, Francof. 1664. 8. (Cui veteri editioni A. 1705. à typographo Batavo novus præfixus eſt titulus) & Vir Clariſſimus *Conr. Samuel Schurzfleiſchius* ὁ μακαρίτης in diſſertationibus Hiſtorico-Polit. p. 516. ſq. ut Reinerium Reineccium prætercam in Hiſt. Julia, & *Ubbonem Emmium* T. 3. Veteris Græciæ p. 157. ſq. Sed profecto merebantur diligentius fuſiusqve exponi & illuſtrari res nobiliſſimæ hujus & potentiſſimæ qvondam in Africa Reip. qvæ Tyriorum ſive Phœnicum vetus Colonia, & tum aliis inſtitutis (adi Grotium ad Deut. XVIII. 10.) tum ipſo idiomate Phœnicibus affinis. Vide Reineſii ἱστορούμενα lingvæ Punicæ, poſt editionem Altenburgenſem A. 1637. 4. nuper in ſyntagmate diſputationum Græviano recuſa Ultrajecti A. 1701. 4. Thomam Hyde ad itinera Abrahami Peritſol, p. 44 ſeq. ubi de nomine Urbis Carthaginis atqve Originibus. Imprimis verò ſummum Virum Sam. Bochartum in Geographia ſacrâ, cui Aldretum ignotum fuiſſe obſervat

* In Actis Martyrum ſelectis Theodorici Ruinarti p. 567. edit. Wetſtenianæ notatur ex Euſebii Renaudoti obſervatione Hydeus, ac reprehenditur, qvod teſtimonium unius auctoris obſcuri, atqve ut ille ait ſordidiſſimi, qvi non niſi gryphos & ænigmata loqvitur, & ante annos CXX. ſcribebat, præferre non dubitat omni Antiqvitati. Auctor ille eſt *libri centum portarum*, pro qvo typographus male excudit; *centum Perſarum*.

vat Joh. Clericus T. 5. Bibl. ſelectæ p. 389. ſq. & p. 393. ſq. Dolendum inſuper fatis doctiſſimi viri *Gilberti Gaulmini* interceptos eſſe ejus libros III. de Rep. Carthaginenſium, cum libro ſingulari de infanticidiis Afrorum, qvos promiſit in præf. ad Euſtathium de Iſmenii & Iſmenes amoribus, qvemadmodum etiam lucem nunqvam vidit Hendreichi ſupra laudati Opus de rebus Carthaginenſium, ſive Carthaginenſium Hiſtoria cujus edendæ ſpem fecit p. 8. & 14. nec edita ſunt ejusdem Analecta ſive additamenta qvæ pollicetur p. 287. 135. & alibi.

IV. Indorum, Arabum, Syrorum (quæ tria nomina latiſſime patent) Tſchinarum item, tum qui in Europa Scytharum Celtarumque ſive Gallorum, Francorum & Germanorum, Hiſpanorum ac Britannorum, Angloſaxonum populorumque ſeptentrionalium veterum res atque antiquitates in alium locum conjicere animus eſt, ne nimium evagandum nobis ſit, locusque proverbio Italorum, *chi troppo abbracia, nulla ſtringe*, & dum omnia perſequi inſtituimus perficiamus nihil. Tantum monemus ſtudioſos, juris præcipue atque Hiſtoriarum. ne in aliarum gentium, Romanarum v. g. atque Græcarum antiquitatibus ita ſe abdant, ut interim in patriis rebus ſint hoſpites, quod æque eſſet ridiculum ac ſi quis in Germania vivens Græce loqui diſceret, Germanicam lingvam ignoraret & aſpernaretur. Syſtema quoddam Antiquitatum Germanicarum, duodecim diſſertationibus ſub *Germaniæ mediæ* titulo Heidelbergæ primum 1678. deinde Jenæ 1686. 4. editis ac nuper cum Gvil. Turckii diſſ. de Geographia Germaniæ medii ævi Halæ Sax. 1709. 4. recuſis delineavit *Paulus Hachenbergius* in quarum prima de regimine, 2. de generibus ſive ordinibus (nobilibus, ingenuis, ſervis, libertis) 3. de legibus 4. de re militari, 5. de nuptiis 6. de ſtudiis 7. de lingva 8. de religione gentili & Chriſtiana 9. de re feciali 10. nummaria 11. veſtiaria & 12. de re funebri veterum Germanorum diſſerit. Breve compendium Germanico idiomate ſub titulo Germaniæ antiquæ noviſſime vulgavit *Paulus Chriſtianus Hœpfnerus*, Halæ Sax. 1711. 12. Monumenta vetera * Taciti, Cæſaris, Strabonis aliorumque de rebus ac moribus priſcorum Germanorum collegit & conjunctim edidit *Hermannus Conringius*: Idem in aliis ſcriptis egregiam lucem attulit antiquitatibus Germanicis, quod fecere etiam *Phil. Cluverus* in Germania antiqua, (cujus epitomen dedit Jo. Buno) *H. Speelmannus* in gloſſario Saxonico, *Cangius* in gloſſario mediæ

* Similem collectionem illuſtris Leibnitius præmiſit Tomo primo ſcriptorum rerum Brunſvicenſium.

mediæ & infimæ latinitatis, *Marquardus Freherus*, *Melch. Goldaſtus*, *Reinerus Reineccius*, *Frid. & Erpoldus Lindebrogii*, *Meibomiique* atque ne alios in præſenti memorem, qui id ſaxum noſtra ætate magna cum laude volverunt volvuntque *Godfridus Guilelmus Leibnitzius*, *Chriſtianus Franciſcus Paulini*, *Wilhelmus Erneſtus Tentzelius*, *Jo. Nicolaus Hertius*, *Jo. Mich. Heineccius*, *Jo. Georgius Eccartus*, *Chriſtianus Junckerus*, & *Jo. Hermannus Smincke*, Argentoratenſisque Academiæ nuper decus *Johannes Schilterus* A. 1705. 14. Maj. denatus. De moribus conſvetudinibusque Francorum per varias ætates Monarchiæ opus inſigne Gallico idiomate edidit *Ludovicus le Gendre* Canonicus Pariſienſis. Pariſ. 1712. 12.

V. Inter GRÆCARUM antiquitatum ſcriptores primo loco commemorandus e veteribus quidem *Pauſanias* eſt in deſcriptione Græciæ ſ. Atticis, Corinthiacis; Laconicis, Meſſenicis, Eliacis, Achaicis, Arcadicis, Bœoticis, Phocicisque, cujus operis præſtantisſimi editio optima Græco-latina cum notis Xilandri, Sylburgii & Jochimi Kuhnii lucem vidit Lipſiæ A 1696. fol. E recentioribus *Everhardus Feithius* in libris quatuor Antiquitatum Homericarum, quæ poſt autoris obitum lucem adſpexere Lugd. Bat. 1677. 12. & recuſi ſunt Tomo ſexto Antiquitatum Græcarum, quas mox referam vulgatas a Viro doctiſſ. Jacobo Gronovio. In hoc brevi & jucundo libello, Heroicorum temporum conſvetudines ex Homero deſcribuntur & ex aliis ſubinde ſcriptoribus illuſtrantur: quod licet accuratius & clarius exponi potuiſſe notat Jo. Clericus Artis Criticæ parte I. p. 98. tamen utiliter eum a tironibus evolvi nec ipſe diffitetur. Atticas Antiquitates ſimiliter prelo paraſſe Feithium ex Nic. Heinſii ad Daumium litteris didici, ſed illæ lucem haud viderunt. *Wolffgangi Lazii* Medici & Hiſtorici Cæſarei commemorationes Hiſtoricæ & Antiquitates quædam Græciæ veteris & Peloponneſi, Variis numiſmatibus illuſtratæ Hanov. 1605. fol. editæ & T. 6 theſauri Gronoviani recuſæ ſunt.

VI. Jam deinceps non eſt prætereundum opus *Johannis Philippi Pfeifferi* Profeſſoris Regiomontani, Regiomont. 1689. 4. qui paullo ante obitum ad Romanam Eccleſiam ſe contulit, diſtributum in quatuor libros, quibus * Antiquitates ſacras, Politicas, militares, & Oeconomicas



* Defectus hujus libri notantur ſatis libere à genero auctoris Chriſtiano Helwich, in Pfeifferi vita p. 589. inter vitas ſelectas è Bibliotheca Chriſtiani Gryphii τῦ μακαρίτυ editas Uratislaviæ A. 1711. 8.

micas Veterum Græcorum gentilium ſuccinĉte complexus eſt, methodo non contemnenda, etſi propter haud præmiſſa ſingulorum capitum argumenta lectoribus obſcuriore. Magis tamen placent juvenumque ſtudiis accommodatiores ſunt *Johannis Potteri*, ejusdem cui eximias Lycophronis editiones debemus, Archæologiæ Græcæ, quæcum iconibus in æs inciſis Anglica lingva prodiere Oxon. 1699. 8. 2 Volum. & locupletiores ac latinè translatæ extant in tomo XII. theſauri Gronoviani. Hinc ſecunda editio Anglica, qvartâ parte auctior lucem vidit Oxon. 1706. 8. 2. Vol. De *Ubbonis Emmii* & *Jacobi Palmerii* veteri Græcia dicturus ſum infra, ubi ad res Geographicas & Politicas pervenero. De *Thomæ Hind* Hiſtoria Græciæ Anglice edita Lond. 1707. 8. vide Acta Eruditorum Lipſienſium T. 4. ſupplem. p. 282.

Compendium brevius Græcarum Antiqvitatum in tyronum uſus concinnavit *Paulus Chriſtianus Hœpfnerus* & ſub Græciæ antiqvæ titulo vulgavit Germanice Halæ Sax. 1710. 12. Breve etiam Antiqvitatum Græcarum Romanarumqve breviarium Palæſtræ ſuæ ſtyli Romani libro qvarto inſeruit *Jacobus Maſenius*, S. I. Colon. 1659. 8. Antiqvitatum Græcarum, præcipue Atticarum deſcriptio brevis, vulgata ſine nomine A. 1714. 12. Franeckeræ, auctorem habet virum doctiſſimum *Lambertum Bos.*

*Petri Danetii* dictionarium Antiqvitatum Romanarum & Græcarum in uſum Delphini pridem adornatum & Gallicè primum vulgatum Pariſ. 1698 mox recuſum in Belgio Amſtelodami A. 1701. 4. Anglicè etiam translatum & editum Londini, tironibus propter perſpicuitatem utile eſt, etſi multa in illo minimèqve omittenda incaſſum qværas, & præter teſtimonia ſcriptorum deſideres majorem etiam hinc inde accurationem. Qvibus in partibus omnibus ſtudioſorum ut ſperamus deſiderio ex aſſe ſatisfaciet præclarum qvod jam ſub prælo ſudat egregii Viri *Samuelis Pitiſci* Lexicon Antiqvitatum Romanarum & Græcarum, duobus Voluminibus in fol. illuſtrando utriqve theſauro Antiqvitatum ſubjiciendum.

*Balthaſaris Stolbergii τȣ̃ μακαρίτȣ* Opus ἀνέκδοτον Antiqvitatum Græcarum in Novum fœdus, exſtat MS. apud Virum Rev. & Clariſſimum Theodorum Daſſovium, auctoris generum, Superintendentem hodiè Generalem Regium Holſatiæ. Qvod ejusdem fere inſtituti eſt cum Antiqvitatibus Biblicis B. Dieterici & Quenſtadii, primo capite à me jam laudatis, ſed alia methodo apparatuqve elaboratum, & magnam partem occupatum in phraſi librorum Novi fœderis è Græcorum veterum ſcriptis illuſtranda & aſſerenda.

VII. Rem-

VII. Rempublicam atqve Antiqvitates LACONICAS illuſtravit *Nic. Cragius*, Ripenſis, cujus libri IV. de Rep. Lacedæmoniorum prodierunt Genevæ A. 1593. 4. ex officina Sant-Andreana atqve iterum Lugd. Bat. 1670. 8. deniqve Tomo qvinto Theſauri Gronoviani. Cæterum falli eos, qvi opus hoc non Cragii ſed Jacobi Cujacii eſſe cum Barthol. Keckermanno lib. 2. c. ult. ſyſtem. Polit. affirmant, oſtendit Henricus Ernſtius lib. 2. c. 27. Obſervationum. Poſt Cragium, qvem magnum Daniæ ornamentum vocat *Johannes Meurſius* libros IV. Miſcellaneorum Laconicarum, ſpicilegium ipſâ meſſe majus conſcripſit, qvos auctore jam defuncto luci publicæ vindicavit Samuel Puſendorfius Amſt. 1661. 4. Gronovius eodem tomo qvinti theſauri dedit recudendos. His addes ſi placet *Guilleterii* Lacedæmonem veterem & novam cum ſeceſſu ipſius Theſſalico. Pariſ. 1676. 12. 2 Vol. & Amſt. 1679. 12.

VIII. Res Atticas in Athenis ATTICIS, libris IV. lectionum Atticarum, pluribusque ſcriptis aliis illuſtravit *Johannes Meurſius*, Vir in his literis verſatus diligentiſſime & accuratiſſime; Ea ante centum circiter annos pleraque edita ſeparatim, & rarius nuper obvia quarto & quinto Theſauri Gronoviani inſerta ſunt pleraque, etiam auctiora hinc inde ex auctoris chirographo, quæ ſuis qvæqve locis a me laudabuntur. *Franciſci Rous* Archæologiæ Atticæ, lingva Anglica decies amplius prælum ſubiere poſt editionem primam Lond. 1637. 4. Uſus ego ſum editione nona Oxon. 1684. 4. cum augmentis, qvæ acceſſerunt a *Zacharia Bogano*, eodem qvi Homerum Hebraizantem Oxon. 1658. 8. edidit. Belgice qvoqve lucem adſpexere Amſt. 1688. 8 Præterea *Gvilleterius* * edidit Gallice deſcriptas Athenas veterem & novam Pariſ. 1675. 12. *Franciſcus* vero *Fanellus* Athenas Atticas, Italice Venet. 1707. 4. de qvo libro vide ſi placet Acta Eruditorum Lipſ. Tomo IV. ſupplementi p. 181.

IX. Idem Gronovius tomo qvarto etiam Jo. Meurſii aliud poſtumum opus de antiqvitatibus rebusqve Inſularum, RHODI, CRETÆ, CYPRI, a Cl. Grævio primum Amſt. 1675. 4. vulgatum exhibet Tomo IV. & Tomo V. *Johannis Baptiſtæ Crophii* antiqvitates MACE-



* Conferendum Jac. Sponii & Georgii Wheleri iter in Dalmatiam, Græciam & Orientem factum editumqve Gallice, Lugd. 1675. 12. tribus Vol. & Gvilleterii *lettres écrites ſur une diſſertation d' un voyage de Grece, publiée par Mr. Spon, avec les remarques ſur les medailles, les inſcriptions &c.* Pariſ. 1679. 12. Jac Sponii reſponſio &c.

DONICAS, ſive de Regio Macedonum principatu moribus atqve militia diſſertationes.

X. Sed qvid vetat hoc loco recenſere integrum illum Antiqvitatum Græcarum theſaurum, qvem V. C. Jacobus Gronovius ad erudiſſ. & elegantiſſimi Grævii exemplum, qvi Romanas tot voluminibus complexus eſt, duodecim in folio Tomis comprehendit, qvi lucem adſpexere Lugd. Batav. 1697. - 1702. apud Petrum van der Aa, & tribus voluminibus primoribus continent præcipua vetera monumenta Virorumqve celebrium effigies * ex nummis, annulis, gemmis, marmoribus ab editore doctiſſimo collectas, & nitidiſſime ac luculenter a ſcalptore in æs inciſas, additis ſingulorum ab editoris ingenio elogiis & deſcriptionibus, in qvibus nonnulla obelo digna notavit Vir magno rei Antiqvariæ detrimento A. 1705. 20. Febr. extinctus *Laurentius Begerus* latens ſub nomine *Dulodori. Colloquium quorundam de tribus primis theſauri Antiquitatum Græcarum Voluminibus ad eorum Auctorem relatio, amico Dulodori calamo eum in finem ſcripta & publicata, ut juſtæ defenſioni locus detur, tantique operis dignitas diſcuſſis utrinque dubiorum nebulis eo clarius pateſcat.* Berolin. 1702. fol.

## Theſauri Antiqvitatum Græcarum Tomus I.

A. Prometheus
B. Lacheſis & Atropos
C. Muſæ
D. Damaſcus
E. Athos
F. Rhodope
G. Nymphæum Apolloniatarum.
H. Cyclops
I. Cecrops
K. Hellen
L. Europa
M. Cadmus
N. Semiramis
O. Endymion
P. Lacedæmon
Q. Beroë

R. Da-

* Harum pleraſqve ante Gronovium vulgaverant illuſtraverantqve Fulvius Urſinus Rom. 1570. fol. Joh. Faber, Antwerp. 1606. 4. Joh. Petrus Bellorius, Rom. 1686. fol. Mich. Angelus Cauſeus in Muſeo Romano, ibid. 1691. fol. Jac. Sponius in Miſcellaneis eruditæ Antiqvitatis, Lugd. 1695. fol. Abraham Gorlæus in Dactyliotheca, & Leonhardus Auguſtinus in gemmis & ſculpturis antiqvis, qvæ utraqve ſcripta cum explicationibus ſuis vulgaverat idem Gronovius, Lugd. Batav. 1695. 1694. 4.

R. Danaus
S. Atys
T. Midas
U. Ganymedes
X. Marſyas
Y. Tityus
Z. Pergamus
Aa. Ino cum Melicerta.
Bb. Tmolus
Cc. Agave
Dd. Zethus, Amphion & Dirce
Ee. Ff. Gg. Perſonæ Bacchicæ
Hh. Niobe
Ii. Bellerophon
Kk. Prœtis
Ll. Perſeus & Andromeda
Mm. Minos
Nn. Cydon
Oo. Naxus
Pp. Tenus
Qq. Scylla
Rr. Dædalus
Ss. Ariadne
Tt. Minotaurus
Uu. Corcyra
Xx. Taras
Yy. Leda
Zz. Hyacinthus
Aaa. Cephalus & Procris.
Bbb. Oeneus
Ccc. Callirrhoë
Ddd. Æetas
Eee. Jaſon
Fff. Orpheus
Ggg. Euphemus
Hhh. Hylas & Hercules
Hhh. 2. - Ab Nymphis raptus
Iii. Calais
Kkk. Cyzicus
Lll. Medea
Mmm. { Meleager / Meleagri mors }
Nnn. Meleager cum capite Apri Calydonii
Ooo. Atalanta
Ppp. Alceſtis & Admetus
Qqq. Abdera
Rrr. Acheloüs
Sss. Omphale
Sss. 2. Iole
Ttt. Theſeus
Uuu. Phædra
Xxx. Oedipus
Yyy. Tomus
Zzz. Regina Amazonum
Aaaa. Heſperides
Bbbb. Smyrna
Cccc. Myrlea
Cccc. 2. Sipylus
Dddd. Herculis pugna cum Amazone
Eeee. Stymphalis
Ffff. Admeta
Gggg. Hyllus
Hhhh. Aventinus
Iiii. Eurypylus
Kkkk. Eubœa
Llll. Sardus
Mmmm. Alabandus
Nnnn. Atreus
Oooo. Paris
Pppp. Hector
Qqqq. Andromache
Rrrr. Laocoon

Ssss. Iphigenia
Tttt. Achilles
Uuuu. Diomedes
Xxxx. Ajax Locrenſis
Yyyy. Chiron
Zzzz. Machaon
Aaaaa. Æneas cum Anchiſe & Julo.

## Tomus II.

1 *Fama*
2 *Menſis*
3 *Ulyſſes*
4 *Nauplius*
5 *Nauſicaa*
6 *Circe*
7 *Sirenes*
8 *Leander*
9 *Hero*
10 *Codrus*
11 *Maro*
12 *Pergamus Junior*
13 *Arethuſa*
14 *Alpheus*
15 *Cryſas*
16 *Acragas*
17 *Patreus*
18 *Homerus*
19 *Idem*
20 *Idem*
21 *Idem*
22 *Heſiodus*
23 *Dido*
24 *Caranus*
25 *Fauſtulus*
26 *Romulus*
27 *Amphinomus & Anapias*
28 *Egeria*
29 *Byzas*
30 *Thales*
31 *Solon*
32 *Pittacus*
33 *Alcæus*
34 *Sappho*
35 *Anacharſis*
36 *Battus*
37 *Pherecydes*
38 *Steſichorus*
39 *Attus Navius*
40 *Pythagoras*
41 *Anacreon*
42 *Sibylla*
43 — *Cumana*
44 — *Manlia*
45 — *Phrygia*
46 *Malchus Imperator Carthag.*
47 *Charondas*
48 *Zaleucus*
49. *Archytas*
50 *Milo*
51 *Columna Rhegia*
52 *L. Junius Brutus*
53 *Mutius Scævola*
54 *Miltiades*
55 *Cynægirus*
56 *Heraclitus*
57 *Democritus*
58 *Hippocrates*
59 *Themiſtocles*
60 *Pindarus*
61 *Cimon*
62 *Sophocles*

63 *Eu-*

63 *Euripides*
64 *Zeno Eleates*
65 *Athenarum & Heraclea concordia*
66 *Socrates*
67 *Alcibiades*
68 *Ariſtophanes*
69 *Lyſias*
70 *Cratevas*
71 *Herodotus*
72 *Thucydides*
73 *Moſchion*
74 *Leodamas*
75 *Ariſtomachus*
76 *C. Marcius Coriolanus*
77 *L. Domitius Ahenobarbus*
78 *L. Quintius Cincinnatus*
79 *C. Servilius Abala*
80 *Idem*
81 *Iſocrates*
82 *Euclides*
83 *Plato*
84 *Ariſtippus*
85 *Aſpaſia*
86 *M. Manlius*
87 *Antiſthenes*
88 *Diogenes Cynicus*
89 *M. Curtius*
90 *Ariſtoteles*
91 *Xenocrates*
92 *Theophraſtus*
93 *Demoſthenes*
94 *Æſchines*
95 *Phocion*
96 *Epicurus*
97 *Monimus*
98 *Menander*
99 *Philemon*
100 *Poſidippus.*

## Tomus III.

1 *Phthia*, Æacidæ Regis filia, Pyrrhi mater.
2 *Docimus*, Heros, Urbis cognominis conditor.
3 *Nemauſus*, Urbis cognominis conditor.
4 *Aratus*, *Aſtrologiæ Poëta*, in Numiſmate æreo apud Fulv. Urſinum.
5 *Theocritus*, apud Fulv. Urſinum in marmore.
6 *M. Atilius Regulus*
7 *Aratus Sicyonius*, apud Ducem Ferrariæ in æreo nomiſmate.
8 *Hamilcar*, apud Fulv. Urſinum in nomiſmate argenteo.
9 — *Et Hannibal*
10 *Hannibal*
11 *M. Claudius Marcellus*
12 *Archimedes*
13 *P. Cornelius*
14 *Aluccius* Hiſpanus, ſponſa ab Scipione donatus.
15 *P. Cornelius Scipio Africanus*
16 *Q. Claudia Veſtalis*

17 P.

17 *P. Cornelius Scipio Naſica.*
18 *Chryſippus*, apud Fulv. Urſinum in numiſmate æreo.
19 *T. Quinctius Flaminius*, Græciæ ab Philippi jugo liberator.
20 *Carneades Cyrenæus*, apud Cardinalem Farneſium in marmore.
21 *M. Porcius Cato*, Cenſorius, ex Dactyliotheca Fulvii Urſini in gemma.
22 *Eucharis*, in ſcenæ Græcæ arte apud Romanos prima excellens.
23 *P. Terentius Afer*, ex vetuſtisſimo Codice Vaticano.
24 *L. Cornelius Lentulus*, Prætor Romanus.
25 *Metrodorus Epheſius*
26 *Pythodoris*, Stephanophorus ſacri certaminis.
27 *Xenocrates* Medicus
28 *Mantias*, pharmacis componendis laudatus.
29 *Heraclides* Tarentinus, Medicus Empiricus.
30 *Andreas*, Medicus celebris
31 *Nicander* Colophonius, Theriacorum ſcriptor.
32 *Sextius Niger*, Medicus & re herbaria clarus.
33 *Pamphilus* Alexandrinus, Grammaticus & herbarum interpres.
34 *Apollonius*, Medicus & herbarius inſignis.
35 *A. Poſtumius*, Conſul Romanus.
36 *C. Cœlius Caldus*, Conſul.
37 *C. Marius*, VII. Conſul.
38 *L. Cornelius Sulla*
39 *Q. Pompejus Rufus.*
40 *Mago* & *Dionyſius* Uticenſes, apud Fulv. Urſinum in gemma.
41. *Poſidonius* Stoicus, Ciceronis Præceptor, apud Card. Farneſ. in marmore.
42 *M. Tullius Cicero*
43 *Cn. Pompejus Magnus*
44 *M. Atius Balbus*
45 *M. Arrius ſecundus*
46 *Saſernæ* Fratres, Milites Cæſaris in Africa.
47 *Cn. Pompejus*, Filius.
48 *M. Junius Brutus*
49 *C. Salluſtius Criſpus*, in Theſauro Chriſtinæ Reginæ.
50 *Atilius Cimber*
51 *M. Antonius*

52 L.

52 *L. Livineus Regulus*
53 *L. Servius Rufus*
54 *C. Antonius Reſtio*
55 *Memoria belli Philippenſis*
56 *Q. Atius Labienus*
57 *L. Antonius*
58 *Sex Pompejus*
59 *M. Vipſanius Agrippa*
60 *Dioſcorides*, Medicus celebris.
61 *C. Numonius Vaala*
62 *P. Virgilius Maro*, apud Fulv. Urſinum in nomiſmate æreo.
63 *Idem*, apud Petrum Stephanonium in gemma.
64 *Q. Horatius Flaccus*, ex nomiſmate in Theſauro Chriſtinæ Reginæ Aug.
65 *Ovidius Naſo*, apud Feliciam Rondanini, Clariſſ. Matronam Romanam.
66 *T. Livius* Patavinus, Patavii in T. Livii Mauſoleo.
67 *Cæcina Pætus & Arria.*
68 *L. Annæus Seneca*, apud Excell. D. Gaſparum de Haro & Guſman, Catholicæ Majeſtatis apud Innocent. XI. Oratorem, inde Neapolitani regni Proregem.
69 *C. Poſtumius.*
70 *A. Perſius Flaccus*, olim in Bibliotheca Jacobi Cardinalis Sadoleti, poſtea Fulvii Urſini.
71 *M. Mettius Epaphroditus.*
72 *Apollonius Tyaneus*, Pythagoricus & præſtigiator, ex nomiſmate æreo in Theſauro Reginæ Chriſtinæ.
73 *Sex. Julius Frontinus.*
74 *Rufus Epheſius.*
75 *Theon Smyrnæus.*
76 *Junius Ruſticus*, M. Aurelii Præceptor, ex Fulvii Urſini Bibliotheca.
77 *Sextus* Chæronenſis, Plutarchi Nepos, M. Aurelii Præceptor, ex nomiſmate æreo Sponii.
78 *Ælius Ariſtides*, in Bibliotheca Vaticana.
79 *Cl. Galenus.*
80 *Conſpectus* prior ſedentium Medicorum VII. è Codice antiqviſſimo MS. Dioſcoridis, qvi exſtat in Bibl. Cæſarea.
81 — Poſterior eorundem.
82 *L. Apulejus*, ex nomiſmate æreo in theſauro Reginæ Chriſtinæ.

83 *Lucius.*
84 *Papinianus* & *Plantia.*
85 *Julia Procla*
86 *Anicius Probus* & *Proba.*
87 *Sacerdos Germanus*, portans navigium Iſidis.
88 *Facies Batava.*
89 *Agamemnon.*
90 *Eryx*, in Sicilia luctator inſignis.
91 *Numa Pompilius.*
92 *Sindus* armatus, ad flagellum Domini paveſcens.
93 *Abaris* Hyperboreus.
94 *Empedocles*, Philoſophus Agrigentinus.
95 *Charondas*, Legislator Catinenſium creditus.
96 *Pytheus*, Poëta Colophonius, ex Fulvii Urſini Bibliotheca.

## Tomus IV.

*Nicolai Gerbelii* in Græciæ Mich. Sophiani deſcriptionem explicatio, in qva docetur, qvem fructum, qvamqve voluptatem allatura ſit hæc pictura Studioſis, ſi diligenter eam cum Hiſtoricorum, Poëtarum, Geographorumqve ſcriptis contulerint. Ejusdem de ſitu, nominibus & Regionibus Græciæ, Celebrium Urbium deſcriptio &c. figuris æneis elegantisſimo artificio à Johanne Goeree delineata.

*Johannis Laurenbergii* enarratio Græciæ antiqvæ, tabulis Geographicis & notis emendatæ ac exornatæ.

*Ubbonis Emmii* Vetus Græcia, opus diſtinctum in tomos tres: qvorum I. Deſcriptionem habet Regionum à Græcis habitatarum, cum adjunctis Inſulis: II. Complectitur res geſtas Græcorum: III. Repræſentat ſtatum ac formam præcipuarum ejus gentis rerumpublicarum, *cum additamentis Auctoris antehac ineditis & locis inſertis*, ac *ſubjectis notilis*, cum fig.

——— Athenarum veterum Deſcriptio, *cum appendice & emendat.*
——— Lacedæmonia antiqva, *cum Appendice.*
——— de Republica Carthaginenſium.
——— de Republica & legibus Cretenſium.
——— de Republica Argivorum.
——— de Republica Thebanorum.
——— de Republica Corinthiorum.

*Ubbo-*

*Ubbonis Emmii* de Republica Syracuſana.
——— de Republica & ſtatu Corcyræorum.
——— de Samo & ejus Republica.
——— de Chio & ejus ſtatu ac fortuna.
——— de Republica & ſtatu Rhodiorum.
——— de Republica & fortuna Achæorum.
——— de Republica & fortuna Ætolorum.
——— de Statu Acarnanum.
——— de Statu Epiri.
——— de Concilio Amphictyonico.
——— de Statu & Republica Maſſilienſium.
——— de Republica Locrenſium in Italia.
——— de Lyciorum Republica in Aſia.
——— de inclinatione & interitu Reipublicæ Atticæ, Spartanæ & Carthaginenſis.
——— de ſitu, amplitudine, & magnificentia Portus Carthaginis.
*Johannis Meurſii* de Populis & Pagis Atticæ, liber ſingularis, in qvo antiqvitates Atticæ plurimæ, cum ſupplementis Auctoris, & Jacobi Sponii.
——— Athenæ Atticæ, ſive de præcipuis Athenarum antiqvitatibus libri III, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo aucti.*
——— Cecropia, ſive de Athenarum arce, & ejusdem antiqvitatibus, liber ſingularis, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo auctus.*
——— Ceramicus geminus, ſive de Ceramici Athenienſium utriusq; antiqvitatibus, liber ſingularis.
——— Archontes Athenienſes, ſive de iis, qvi Athenis ſummum iſtum Magiſtratum obierunt, libri qvatuor, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo aucti.*

## Tomus V.

G*vilielmi Poſtelli* tractatus de Republica, ſeu Magiſtratibus Athenienſium.
*Antonii Thyſii* de Republica Athenienſium diſcurſus politicus.
——— Collatio Legum Athenienſium & Romanarum.
*Johannis Meurſii* Piſiſtratus, ſive de ejus Vita & Tyrannide, liber ſingularis, *nunc ex ipſius Auctoris chirograhbo auctus.*

*Caroli Sigonii* de Republica Athenienſium libri IV.
——— de Athenienſium temporibus liber.
——— Lacedæmoniorum tempora.
*Johannis Meurſii* Fortuna Attica, ſive de Athenarum origine incremento, magnitudine, potentia, gloria, vario ſtatu, decremento, & occaſu, liber ſingularis, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo auctus.*
——— Atticarum Lectionum libri IV. in qvibus antiqvitates plurimæ proferuntur, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo aucti.*
——— Piræeus, ſive de Piræeo, Athenienſium portu celeberrimo & ejusdem antiqvitatibus liber ſingularis.
——— Themis Attica, ſive de legibus Atticis, libri II.
——— Solon, ſive de ejus Vita, Legibus, Dictis, atque Scriptis, liber ſingularis, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo auctus.*
——— Areopagus, ſive de Senatu Areopagitico liber ſingularis, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo auctus.*
*Marquardi Freheri* Deciſionum Areopagiticarum Sylvula.
*Martini Schoockii* Achaja Vetus, ejus ſitus, antiqvitas, respublica, reges, tyranni, leges, bellum &c.
*Johannis Meurſii* de Regno Laconico, liber ſingularis.
——— Miſcellanea Laconica, ſive variarum Antiqvitatum Laconicarum libri IV.
*Nicolaus Cragius* de Republica Lacedæmoniorum, *auctior & emendatior.*

## Tomus VI.

*Joachimi Stephani* de Jurisdictione veterum Græcorum liber.
*Joachimi Perionii* de Magiſtratibus Græcorum & Romanorum, libri tres.
*Heraclidæ Pontici* de Politiis Græcorum libellus, cum interpretatione Latina Nicolai Cragii.
*Johannis Adami Oſiandri* de Aſylis Gentilium diſſertatio.
*Johannis Baptiſtæ Crophi* Antiqvitates Macedonicæ, ſive de Regio Macedonum principatu, moribus, atqve militia diſſertatio, *cum figuris.*
*Petri Hendreich* Maſſilia, ejus ſitus, adminiſtratio, respublica, leges, inſtituta, religio, ſtudia, militia, &c.
*Burchardi Niderſtedt* Melita vetus & nova, Hephæſtia Inſula, Melita ſubterranea, &c.

*Petri*

*Petri Gyllii* de Boſporo Thracio, libri III.
——— de Topographia Conſtantinopoleos & de illius Antiqvitatibus libri IV.
*Georgii Douſæ* de Itinere ſuo Conſtantinopolitano Epiſtola. Acceſſerunt Veteres inſcriptiones Byzantio & ex reliqva Græcia allatæ cum qvibusdam Doctorum Virorum Epiſtolis.
*Leonardi Aretini* Commentaria rerum Græcarum.
*Wolfgangi Lazii* Græciæ Antiqvæ variis numiſmatibus illuſtratæ libri II.
*Joſephi Laurentii* Diſqviſitio de Rebuspublicis, Suffragiis, Conciliis, Accuſationibus, Tormentis &c. Veterum.
*Everardi Feithii* Antiqvitatum Homericarum libri IV. in quibus ferme omnes eorum temporum per Græciam ritus, Ceremoniæ ac Mores, tam in Sacris qvam in Profanis, exponuntur & illuſtrantur.
*Nicolai Damaſceni* de moribus Græcorum aliarumqve Gentium libellus, cum interpretatione Latina *Nicolai Cragii*.

## Tomus VII.

D*anielis Claſenii* Theologia Gentilis, ſeu demonſtratio, qv̄a probatur Gentilium Theologiam (ceu tenebras) Deos, Sacrificia & alia ex fonte Scripturæ (ceu luce) originem traxiſſe, in tres partes diviſa.
*Joſephi Laurentii* Varia Sacra Gentilium, in qvibus de eorum Religione, Diis, Templis, Sacrificiis, Feſtis, Aſylis &c. agitur.
*Abrahami Ortelii* Deorum Dearumqve capita, ex antiqvis numiſmatibus collecta: Hiſtorica narratione illuſtrata à Franciſco Sweertio, *cum figuris*.
*Julii Cæſaris Bulengeri* de Oraculis & Vatibus liber.
——— de Templis Ethnicorum.
*Johannis Henrici Eggelingii* Myſteria Cereris & Bacchi, in Vaſculo ex uno onyche, *cum figuris*.
*Johannis Meurſii* Panathenæa, ſive de Minervæ illo gemino feſto, liber ſingularis, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo auctus*.
——— Eleuſinia, ſive de Cereris Eleuſiniæ ſacro, ac feſto, liber ſingularis, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo auctus*.
*Johannis Nicolai* de ritu antiqvo & hodierno Bacchanaliorum, commentatio.
*Johannis Jacobi Helleri* Exercitatio de DEO ignoto Athenienſium.

*Jacobi Sponii* ignotorum atqve obſcurorum qvorundam Deorum Aræ, notis illuſtratæ, cum qvorundam Eruditorum Epiſtolis ad eandem rem pertinentibus.

*Stephani Byzantini Grammatici* de Dodone fragmentum, qvo tota veterum doctrina & fabulatio de perantiqvo oraculo iſto continetur, cum Exercitationibus recognitis *Jacobi Gronovii*, cum figuris.

*Jacobi Triglandii* I. F. I. N. Conjectanea ad qvædam obſcura fragmenti de Dodone loca.

*Johannis Antonii Venerii* de Oraculis & Divinationibus Antiqvorum, tractatus ſuccinctus & exquiſitus.

Symbolica Dianæ Epheſiæ Statua à *Claudio Menetreyo* expoſita, multis novis additionibus, nummis & monumentis antiqvis illuſtrata.

*Lucæ Holſtenii* Epiſtola ad Franciſcum Cardinalem Barberinum de Fulcris, ſeu Verubus Dianæ Epheſiæ ſimulacro appoſitis, *cum figuris.*

*Johannis Petri Bellorii* notæ in Numiſmata tùm Epheſia, tùm aliarum urbium, Apibus inſignita, *cum figuris.*

——— Expoſitio ſymbolici Deæ Syriæ ſimulacri, *cum figuris.*

Marmorea Baſis coloſſi Tiberio Cæſari erecti ob civitates Aſiæ reſtitutas poſt horrendos terræ tremores. Cujus coloſſi fides à *Johanne Meurſio* oppugnata defenditur, tantum non oculis exhibetur & venuſta proponitur. Tempus, numerus & nomina civitatum reſtitutarum ubiqve falſus & varius ab recentibus Commentatoribus traditur; verus & certus ex marmorea Baſi publico inſtrumento feliciter probatur. Ad Sereniſſimum ac Reverendiſſimum Principem Franciſcum Mariam Mediceum, &c. Primus trans Alpes vulgavit, revocavit, notis & obſervationibus illuſtravit *Laurentius Theodorus Gronovius*, cum figuris.

*Laurentii Pignorii* Magnæ Deum Matris Idææ & Attidis initia, ex vetuſtis monumentis eruta, *cum figuris.*

*Johannis Fazoldi* Græcorum Veterum ΙΕΡΟΛΟΓΙΑ, hoc eſt de plurimis Græcorum Gentilium antiqvitatibus, ritibusqve Sacris: inprimis de feſtis diebus, Sacerdotibus, Templis & Aris: de Ludis item ac certaminibus, diſſertatio.

*Petri Caſtellani* ΕΟΡΤΟΛΟΓΙΟΝ, ſive de feſtis Græcorum Syntagma, in qvo plurimi Antiqvitatis ritus illuſtrantur.

*Johannis Meurſii* Græcia Feriata, ſive de Feſtis Græcorum, libri VI. *cum notis & marmore ταυροκαθαψίων,* cum figuris.

*Johannis*

*Johannis Jonſtoni* de Feſtis Græcorum ſchediaſma.

*Julii Cæſaris Bulengeri* de Ludis Veterum liber unicus.

*Johannis Meurſii* de Ludis Græcorum liber ſingularis, *cum ſupplementis Claudii Salmaſii.*

*Danielis Souterii* Palamedes, ſive de tabula Luſoria, Alea & variis ludis, libri tres.

*Andreæ Senftlebii* de Alea Veterum liber ſingularis.

*Cœlius Calcagninus* de Talorum ac Teſſerarum & Calculorum Ludis, ex more veterum, in gratiam Lilii Gregorii Gyraldi.

## Tomus VIII.

*Johannis Meurſii* Orcheſtra ſive de Saltationibus Veterum, liber ſingularis.

*Johannis Baptiſtæ Caſalii* de Ritu Nuptiarum, ac de Jure Connubiali veterum diſſertatio.

*Joſephi Laurentii* de Sponſalibus & Nuptiis Antiqvorum libellus.

*Barnabæ Briſſonii* ad Legem Juliam de Adulteriis liber ſingularis,

*Joſephi Laurentii* de Adulteris, & Meretricibus tractatio.

*Johannis Meurſii* de Puerperio Syntagma.

*Joſephi Laurentii* de Natalitiis, Conviviisqve, qvæ in iisdem agitabantur, exercitatio.

——— de Præconibus, Citharœdis, Fiſtulis, ac Tintinnabulis collectio.

*Lilii Gregorii Gyraldi*, de Comœdia, ejusqve apparatu omni & partibus commentarius.

*Julii Cæſaris Scaligeri* de Comœdia, & Tragœdia, ejusqve apparatu omni & partibus commentatio.

——— de Verſibus Comicis tractatus.

*Joachimi Camerarii* de Comicis Verſibus diatriba.

*Johannis Baptiſtæ Caſalii* de Tragœdia & Comœdia lucubratio.

*Alberici Gentilis* de Actoribus & Spectatoribus Fabularum non notandis diſputatio.

*Evanthii* & *Donati* de Tragœdia & Comœdia commentatiunculæ.

De Fabularum, Ludorum, Theatrorum, Scenarum ac Scenicorum antiqva conſvetudine, libellus.

*Johannis Ludovici Fabricii* de Ludis Scenicis ΔΙΑΛΕΞΙΣ caſuiſtica qvinqve partita.

*Petri*

*Petri Fabri* de Re Athletica, Ludisqve Veterum Gymnicis, Muſicis, atqve Circenſibus Spicilegiorum tractatus, tribus libris comprehenſi, opus teſſellatum. *Cum ejusdem Paralipomenis.*

Inſcriptiones Athleticæ nuper repertæ, editæ & notis illuſtratæ ab *Octavio Falconerio*, qvibus acceſſerunt aliæ ex Africanis marmoribus recens deſcriptæ, *cum figuris.*

*Barnabæ Briſſonii* Commentarius ad L. Dominico, de Spectaculis, in C. Theod. & L. omnes dies, cod. de Feriis.

*Joſephi Laurentii* de Agyrtis, Hiſtrionibus, Acclamationibus, & Oſculis Inveſtigatio.

*Johannis Meurſii F.* Collectanea de Tibiis.

*Muſonii Philoſophi* opus de Luxu Græcorum, in qvo de Hellonibus, Bibacibus, Generibus Poculorum, Vino, Coronis qvibus in conviviis veteres utebantur, Ungventis, Muſicis Inſtrumentis, Bellariis, Saltationibus, Paraſitis, Generibus Placentarum, ac Meretricibus inſignibus, ab *Stephano Nigro* congeſtum.

*Petri Bellonii* de admirabili Operum Antiqvorum & rerum ſuſpiciendarum præſtantia, libri tres.

*Philo Byzantius* de ſeptem orbis ſpectaculis, Græcè, cum notis & interpretatione Latina Leonis Allatii.

*Phlegontis Tralliani* de rebus mirabilibus liber, Græcè, cum interpretatione Latina Gvilielmi Xylandri, ac recenſione notisqve Johannis Meurſii.

——— *ejusdem* de Longævis libellus; cum interpretatione Latina Gvilielmi Xylandri, ac recenſione notisqve Joannis Meurſii.

*Joannis Friderici Gronovii* de Muſeo Alexandrino exercitationes Academicæ, habitæ anno MDCLXVII. poſt caniculares ferias, ab filio ejus exceptæ: *& nunc primum editæ.*

*Ludolphi Neocori* de Muſeo Alexandrino diatribe: *nunc primum edita.*

## Tomus IX.

*Jani Cornarii* de Conviviis Veterum Græcorum, libellus.

*Andreæ Baccii* de Conviviis antiqvorum, deqve ſolemni in eis Vinorum uſu, atqve ritu Cœnarum ſumptuoſiſſimo, libri qvinqve.

*Johannis Baptiſtæ Caſalii* de Tricliniis, Conviviis, Hoſpitalitate, & Teſſeris Veterum, Exercitatio, *cum figuris.*

*Joſephi*

*Joſephi Laurentii* Opuſcula, de Conviviis, Hoſpitalitate, Teſſeris & Strenis.

*Jacobi Sponii* de Origine Strenarum Diſſertatio epiſtolica, Hiſtorico-moralis.

*Jacobi Philippi Tomaſini* de Teſſeris Hoſpitalitatis, liber ſingularis, in qvo jus hoſpitii univerſum, apud veteres potiſſimum, expenditur. Accedunt qvædam ex Antonio Auguſtino & Johanne Chifletio ad majorem illuſtrationem hinc inde inſerta, *cum figuris.*

*Joſephi Laurentii* de Prandio & Cœna Veterum, ac de aliis ad eadem ſpectantibus Miſcellanea.

*Petri Caſtellani* ΚΡΕΩΦΑΓΙΑ, ſive de eſu Carnium, libri IV.

*Hieronymi Mercurialis* de Potionibus ac Eduliis antiqvorum Mantiſſa.

*Adriani Turnebi* de Vino ac ejus uſu & abuſu libellus.

*Johannis Henrici Meibomii* de Cereviſiis Veterum, potibusqve & ebriaminibus extra vinum aliis Commentarius.

*Johannis Baptiſtæ Caſalii* de Thermis & Balneis Veterum tractatio, *cum figuris.*

*Petri Servii* de Odoribus, Diſſertatio Philologica.

*Lazari Bayfii* de Vaſculis, libellus, ſive animadverſiones in tractatum de Auro & Argento legato, *cum figuris.*

*Pomponii Gaurici* de Sculptura, ſive Statuaria, liber.

*Ludovici Demontioſii* Commentarius de Sculptura, Cælatura Gemmarum, Scalptura & Pictura antiqvorum, libri duo.

*Aldus Manutius, Pauli F.* de Cælatura & Pictura Veterum.

*Philoſtratus* de Pictura, ex Iconum initio.

*Julii Cæſaris Bulengeri* de Pictura, Plaſtice, Statuaria, libri duo.

*Johannis Baptiſtæ Caſalii* de Inſignibus, Annulis, Fibulis &c. Syntagma, *cum figuris.*

*Joſephi Laurentii* de Re Veſtiaria Syntagma.

*Otthonis Sperlingii* de Crepidis Veterum Diatribe.

*Theodori Grazæ* de menſibus Atticis liber ex interpretatione *Johannis Perrelli.*

*Johannis Perrelli* de ratione Lunæ epactarum, & menſis intercalarii Commentariolus.

*Petri Hagueloni* Calendarium trilingue, ſeu de menſibus Hebræorum, Græcorum, & Romanorum, dialogus, ex optimis qvibusqve Auctoribus collectus.

*Joannis Lalamantii* Diſſertationes tres, I. De Tempore & ejus partibus, II. De anno Macedonum, ſeu Græcorum, III. De anno Attico, rara & exqviſita rerum ſcitu digniſſimarum cognitione, ac diverſi generis Auctorum explicatione refertæ.

*Petri Caſtellani* de Menſibus Atticis, nec non de menſibus & anno Græcorum, Athenienſiumqve diatriba.

*Samuelis Petiti* de anno Attico, Eclogæ Chronologicæ.

*Stephani Pighii* Themis Dea, ſeu de lege divina: ubi præter alia reconditæ antiqvitatis, multa de Horis.

——— Mythologia ΕΙΣ ΤΑΣ ΩΡΑΣ, vel in anni partes, ex Symbolis antiqvi cujusdam toreumatis argentei, qvod extat apud Rever. Dominum Antonium Perrenotum, Epiſcopum Atrebatenſem, *cum ſignris.*

*Jacobi Uſſerii* de Macedonum & Aſianorum anno ſolari diſſertatio, cum Græcorum Aſtronomorum parapegmate, ad Macedonici & Juliani anni rationes accommodato.

*Joſephi Laurentii* de Annis, Menſibus, Diebus, Horis &c. tractatio.

*Phlegontis Tralliani* de Olympiis Fragmentum, cum Latina interpretatione & notis Johannis Meurſii.

*Erycii Puteani* Olympiades, ſola manu, ut vere annis mundi reſpondent, computatæ.

*Joannis Meurſii* Denarius Pythagoricus, ſive de numerorum, uſqve ad Denarium, qvalitate, ac nominibus, ſecundum Pythagoricos, liber ſingularis.

*Joachimi Camerarii* Hiſtoria rei nummariæ, ſive de Numiſmatis Græcis & Latinis.

*Leonhardi Porcii* de re Pecuniaria antiqvorum, ac de eorundem Ponderibus, Menſuris, ſtipendiis militaribus, &c. libri duo.

*Joſephi Scaligeri Julii Cæſaris F.* de re Nummaria antiqvorum diſſertatio, Liber poſtumus. *Ex Bibliotheca Academiæ Lugduno Batavæ.*

*Willebrordi Snellii R. F.* de re Nummaria, liber ſingularis.

*Caroli Patini* de Numiſmate antiqvo Auguſti & Platonis, Epiſtola, *cum figuris.*

*Sebaſtiani Faeſchii* de nummo Pylæmenis Evergetæ, Regis Paphlagoniæ, Epiſtola, *cum figuris.*

## Tomus X.

*Ludovici Creſollii* Theatrum Veterum Rhetorum, Oratorum, Declamatorum, qvos in Græcia nominabant ΣΟΦΙΣΤΑΣ, expoſitum libris V. in qvibus omnis eorum diſciplina., & dicendi ac docendi ratio, moresqve produntur, vitia damnantur, & magni utriusque lingvæ illuſtrantur & emaculantur ſcriptores.

*Origenis* ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΜΕΝΩΝ fragmentum: *quod ex Bibliotheca Medicea deſcripſit, ac notis illuſtravit Jacobus Gronovius*, Græcè & Latinè.

*Guilielmi Morellii* de Veterum Philoſophorum origine, ſucceſſione, ætate & doctrina, tabula compendioſa, cum Hieronymi Wolfii annotationibus.

*Davidis Chytræi* Tabula Philoſophica, ſive ſeries Philoſophorum, & ſectæ eorum præcipuæ; à Thalete & Socrate imprimis, usqve ad Ciceronem deducta.

*Deſiderii Jacotii* de Philoſophorum doctrina, libellus.

*Joannis Meurſii* Æſchylus, Sophocles, Euripides, ſive de Tragœdiis eorum, libri tres; *nunc ex ipſius Auctoris chirographo aucti.*

*Plutarchi* Alexandrina Proverbia Græca, *ex Bibliotheca Medicea*, cum interpretatione Latina Jacobi Gronovii, *nondum antehac edita*, extant in Præfatione.

*Joannis Meurſii* Theſeus, ſive de ejus vita, rebusqve præclariſſime geſtis, liber ſingularis.

*Raphaëlis Tricheti du Freſne* Epiſtola de Charondæ effigie in Catanenſi nummo argenteo.

*Joannis Meurſii* Dionyſius, ſive de Auctoribus iſtius nominis, eorumqve ſcriptis, liber ſingularis, *& nunc primum ex chirographo Auctoris editus.*

——— de Heraclide, aliisqve ejus nominis, & eorum operibus, diſſertatio, *nunc primum ex chirographo Auctoris aucta.*

——— Theophraſtus, ſive de illius libris, qvi injuriâ temporis interciderunt, liber ſingularis.

——— Lectiones Theophraſteæ, in qvibus eorum librorum, qvi ſuperſunt, loca aliqvot emendantur.

Accedit *Adolſi Forſtii* Epiſtola de obitu V. C. Joannis Meurſii ad filium ejus *Joannem*, Juvenem præſtantiſſimum, ut & Epitaphia in ejusdem morte per A. Buchellium & Nicolaum Heinſium.

Manus Æneæ Cecropii Votum referentis dilucidatio, Auctore *Jacobo Philippo Tomaſino*, cum figuris.

*Octavii Falconerii* de nummo Apamenſi, Deucalionei diluvii typum exhibente, diſſertatio, *cum figuris.*

*Georgii Schubarti* Enarratio parergica metamorphoſeos Ovidianæ de Diluvio Deucalionis.

*Tanaquilli Fabri* Vitæ Poëtarum Græcorum: ubi de eorundem Patria, Moribus, Scriptis, &c. perſpicue ac compendioſe diſſeritur: Ex Gallico idiomate in Latinum translatæ.

*Joſephi Barberii* de miſeria Poëtarum Græcorum liber.

*Petri Caſtellani* Vitæ veterum & illuſtrium Medicorum, qvi toto orbe usqve ad ſæculum XIII. floruerunt.

*Johannis Henrici Bœcleri* de Scriptoribus Græcis & Latinis, ab Homero ad initium ſæculi poſt Chriſtum Natum decimi ſexti commentatio.

*Helladii Beſantinoi* Chreſtomathiæ: Græcè, cum interpretatione Latina & notis Joannis Meurſii.

*Joannis à Wower* de Polymathia tractatio: Integri operis de ſtudiis veterum ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ, cum Præfatione Jacobi Thomaſii. Acceſſerunt præterea Auctoris Vita & Elogia in Polymathiam, item tabellæ ſynopticæ.

*Joſephi Laurentii* de Profeſſoribus, Oratoribus, Nomenclatoribus & litteris collectio.

*Joannis Meurſii* Bibliothecæ Græcæ libri tres: *ex chirographo Auctoris nunc primum editi.*

——— Bibliotheca Attica, ſive de antiqvis Atticis ſcriptoribus, eorumqve item operibus, libri IX. *ex chirographo Auctoris nunc primum editi.*

*Leonis Allatii* de Patria Homeri liber, *cum figuris.*

——— Homeri Natales, Græcè, cum Interpretatione Latina Andreæ Bajani.

## Tomus XI.

*Dicæarchi* Geographica qvædam, ſive de vita Græciæ. Ejusdem deſcriptio Græciæ, verſibus Jambicis, ad Theophraſtum, Henrico Stephano Interprete, cum ipſius & Iſaaci Caſauboni Annotationibus.

bus. Accedit Henrici Stephani ad Dicæarchum & ſuam in illum lucubrationem Appendicula.

*Henrici Stephani* Dialogus, Dicæarchi Sympractor: vel de Græcorum moribus, præſertimqve Athenienſium, ſupplementum.

*Eraſmi Vindingii Pauli F.* Hellen, in qvo ſingulorum antiqvæ Græciæ populorum incunabula, migrationes, coloniarum deductiones, & res præcipuæ geſtæ, urbiumqve & regnorum origines, mutationes, interitus, & Principum in iis ſucceſſiones, è Græcis præcipue ſcriptoribus, Hiſtoricis, Poëtis, Geographis, Oratoribus & Grammaticis exponuntur. *Ex MS. Auctoris autographo nunc primum eduntur.*

*Lazari Bayſii* de re Navali liber: ſeu annotationes in L. 2. De Captivis & Poſtliminio reverſis. *cum figuris.*

*Stephani Doleti* de re Navali liber, ad *Lazarum Bayſium.*

*Cælii Calcagnini* de re Nautica commentatio, ad *Lilium Gregorium Gyraldum.*

*Johannis Schefferi* de varietate Navium Diſſertatio.

*Joſephi Laurentii* de varietate Navium Schediaſma.

*Joachimi Camerarii* Hippocomicus, ſeu de curandis Eqvis: item de nominibus Eqveſtribus Græcis & Latinis, collectio.

*Julii Cæſaris Bulengeri* de Triumphis, Spoliis bellicis, Tropæis, Arcubus Triumphalibus, & Pompa Triumphi, liber unicus.

*Franciſci Modii* de Triumphis, Ludis & Spectaculis veterum, libri duo.

*Joannis Meurſii* de Funere, liber ſingularis, in qvo Græci & Romani ritus.

*Joſephi Laurentii* de Funeribus Antiqvorum Tractatus: in qvo ritus funebres ante Rogum, in Rogo, & poſt Rogum explicantur ac illuſtrantur.

*Johannis Andreæ Quenſtedii* de Sepultura Veterum tractatus: ſive de antiqvis ritibus ſepulchralibus Græcorum, Romanorum, Judæorum, & Chriſtianorum.

*Petri la Seine* Homeri Nepenthes ſeu de Abolendo Luctu liber.

## Tomus XII.

*Veterum Sepulchra*, ſeu Mauſolea Romanorum & Etruſcorum, inventa in urbe Roma, aliisqve locis celebribus; in qvibus multa ad eruditionem monumenta continentur, collecta & delineata à *Petro San-*

*ctio Bartolio*, cum explicationibus *Joannis Petri Bellorii*. Ex Italico in Latinum ſermonem tranſtulit *Alexander Dukerus*, cum figuris.

*Veterum Lucernæ Sepulcrales*, collectæ ex cavernis & ſpecubus ſubterraneis urbis Romæ, figuris æneis expreſſæ: in qvibus multa ad eruditionem monumenta continentur, delineatæ ſecundum formas ſuas à *Petro Sanctio Bartolio*. Diviſæ in tres partes, cum obſervationibus *Joannis Petri Bellorii*. Ex Italico in Latinum ſermonem tranſtulit *Alexander Dukerus*. Editio Auctior.

*Joannis Potteri* Archæologiæ Græcæ libri IV. ſive Antiqvitatum Græciæ Corpus abſolutiſſimum, ex Anglico in Latinum verſum: nunc iterum ab Auctore ipſo recognitum, emendatum, ac fere dimidia parte auctum; cum proprio Indice & *figuris æneis*.

Index locupletiſſimus in univerſos XII. Tomos.

---

# CAPUT III.

## De Romanarum Antiqvitatum Scriptoribus generalibus ſive univerſalibus.

*De ſcriptoribus qui ante Roſinum Antiquitates Romanas condere inſtituerunt.* 1. *De Jo. Roſino.* 2. *Tho. Dempſtero & Andrea Schotto.* 3. *De variis compendiis Antiquitatum Romanarum.* 4. *De aliis Antiquitatum Rom. ſcriptoribus.* 5. *De Georgii Hieron. Welſchii & Flaminii Vaccæ affectis vel ineditis operibus.* 6. *De ſcriptoribus Miſcellaneis Antiquitates Romanas illuſtrantibus.* 7. 8. 9. *Theſaurus Antiquitatum Romanarum Grævianus.* 10. *Index Alphabeticus ſcriptorum qui in utroque theſauro Græviano & Gronoviano continentur.* 11.

I.

ANtiqvitatum Romanarum corpus moliti perqvam multi ſunt, vix qvisqvam perfecit, nemo certè edidit ante Joh. Roſinum. Nam *Franciſcus Robortellus* Utinenſis, qvi populi Romani ſub Imperatoribus Cæſaribus Auguſtis vitâ & victu qvatuor tomos paraverat, opus ingens, in qvo de Romanorum magiſtratibus, rebus forenſibus, ſacris, militaribus, coloniis, legibus, conſvetudinibus, veſtitu,

victu,

victu, ſtudiis, ſtructuris, ſepultura, ludis, largitionibus, & familiis agere conſtituit, vix primi in XV. libros diſtributi argumenta protulit in lucem, adjunctis novem diſputationibus de Romanorum provinciis, judiciis, & omni conſvetudine cauſas agendi, legionibus, magiſtratibus, familiis, Imperatorum cognominibus, militum præmiis & pœnis, honorumqve gradibus. Bononiæ 1559. fol. Novem illæ diſputationes jam ante editæ fuerant Patavii A. 1557. fol. adjuncto ejusdem libello adverſus Carolum Sigonium de convenientiâ ſupputationis annorum Livianæ cum marmoribus Capitolinis ab urbe condita usqve ad A. U. 604. Recuſæ deindè in Tomo primo Miſcellaneorum Gaudentii Roberti, ſingulas qvasdam ex illis in theſaurum ſuum antiqvitatum Romanarum referente illuſtri Grævio T. 3. & 10. Neqve *Onufrius Panvinius* vel *Carolus Sigonius*, etſi variis ſcriptis de hoc genere literarum meritiſſimi, plenum ſyſtema rerum Romanarum abſolverunt, neqve *Paulus Manutius*, qvi auctoribus Petro Bembo & Bernardino Maffejo corpus Antiqvitatum Romanarum abſolutum dare pollicitus fuit libris decem, * ſed qvorum ſoli qvatuor in lucem editi ſunt de Romanorum civitate, ſenatu, legibus & comitiis, ſuis qviqve locis infrà memorandi; Neqve *Julius Barbaranus* cujus extat promptuarium rerum electarum præſertim in re Romanâ. Veronæ A. 1564. Venet. 1569. 4. Neqve *Franciſcus Hottomannus*, cujus libri qvinqve Antiqvitatum Romanarum, qvi Tomo tertio ejus Operum cura Jac. Lectii editorum Genevæ A. 1599. fol. vix pauciſſima qvædam capita, de magiſtratibus, legibus ac pœnis & re numaria pertractant. Neqve *Pyrrhus Ligorius* Antiqvitatum Romanarum ſcrutator acerrimus & deſcriptor curioſiſſimus, cujus triginta circiter volumina maximo labore ex nummis maxime congeſta Taurini in ſubalpinis in locupletiſſima Sabaudi Ducis ac Pedemontani principis Bibliotheca ſervari teſtatur Philippus Labbeus, adjungens ejusdem operis tomos IV. reperiri Romæ in Bibliothecâ Farneſiorum nonnullosqve in Cimeliarchio Reginæ Chriſtinæ. Neqve *Fulvius Urſinus*, cujus commentarios rerum urbanarum, manu exaratos in Bibl. Vaticana extare teſtatur Juſtus Rycqvius lib. de Capitolio Rom. pag. 451. Neqve *Wolfgangius Lazius* cujus libri XII. de Rep. Romanâ in exteris provinciis bello acqviſitis conſtituta Baſil. 1551. & auctiores Francof. Anno 1598. fol. editi varias qvidem & plurimas res Romanas magno ſtudio illu-

* Vide Manutii præfat. libro de legibus Rom. præmiſſam, & Grævii Epiſtolas p. 237. ſeq. ſive præfat. Tomi I. theſauri Antiqv. Rom.

illuſtrant & de limitibus, prætoriis, magiſtratibus, muniis civilibus & militaribus, exercitibus, legionibus, claſſibus, coloniis, municipiis, ritibus, ludis, ſacrisqve variis agunt ſed & ordine deſtituuntur, mole ſua laborantes & pro juſto atqve accurato corpore ac ſyſtemate Antiqvit. Rom. haberi vix poſſunt. Neqve *Paulus Merula*, in cujus operibus poſthumis Lugd. Bat. 1684. 4. editis Antiqvitates Romanorum h. e. commentarii de ſacrificiis, ſacerdotibus, de legibus comitiisqve & præmiis militaribus continentur. Neqve *Flavius Blondus* de cujus Roma triumphante infra dicturus ſum, neqve *Juſtus Lipſius* deniqve, cujus Lexicon rituale Romanum, qvod per annos 30. molitus fuerat vir doctiſſimus, lucem nunqvam adſpexit, qvamvis editis ejus ſcriptis tum aliis infrà ſuo loco commemorandis, tum in electis maximè & ad Tacitum commentariis lux planè inſignis affertur Antiqvitatibus Romanis & benè multis & maximè reconditis: unde natum facis hiſtoricæ ſive Antiqvariæ compendium ex Operibus Lipſii excerptum, qvod plus ſimplici vice prodiit ſub titulo Romæ illuſtratæ ab Antonio Thyſio ſive *Joh. Thulio* potius collectum & noviſſimè recuſum in Anglia, forma minore, cum Georgii Fabricii (male Patricii legitur in Novellis Reip. litterariæ Anni 1699. menſe Octobr. p. 469.) collatione veteris Romæ cum novâ ſed (prioris ac minus perfectæ editionis) aliisqve libellis ex Lipſio excerptis.

II. Primus itaqve *Jo. Roſinus* Iſenacenſis, Paſtor Numburgenſis qvi A. 1619. obiit Antiqvitatum Romanarum corpus libris decem complexus vulgavit Baſileæ A. 1585. fol. recuſum Lugd. 1609. 4. de qvo rectè Barthius ad Rutilium pag. 188. ſentit, qvod nemo ferè minore ambitione utilius & planius res priſcas juventutem doceat. Neqve contemnendus eſt ordo, qvem ſervat vir diligentiſſimus & non tantum veteribus monumentis ſed & recentiorum obſervationibus aſſidue uſus: Onufrii, Manutii, Sigonii, Ciacconii, Petri Pithœi, Brodæi, Polleti, Cujacii, Briſſonii, Hottomanni, Rævardi, Marliani, Rhodigini, Gyraldi, Grucchii, Rivallii, Gruteri, Turnebi, Lipſii & Scaligeri. Qvanqvam non ignoro acerrimo Reineſii judicio p. 58. Var. lection. in qvodvis opus condemnandum potius Roſinum qvam ad Romanas antiqvitates dirigendas admittendum fuiſſe, qvod nihil ſani ubiqve fere doceat, niſi cum authores integros deſcribit, atqve ut ait p. 54. qvæ minimum intelligit, docere alios præſumat. Sed non minus iniqviſſi-

qviſſimum cenſeo hoc judicium eſſe qvam acerrimum, licet illud ſeqvuntur & probant Kippingius præf. ad Antiqv. Rom. Thomas Crenius I. animadv. philolog. p. 39. itemqve alii. Age enim fac, uno alterovè loco lapſum fuiſſe, qvi primus omnia uno libro complecti & in uſum ſtudioſorum ex antiqvis recentibusqve ordine colligere ac perſpicuè digerere conatus eſt, num propterea tam inhumanè accipiendus erat, qvod rem omnium confeſſione utiliſſimam qvantum potuit diligentiſſimè perfecit? Qvis unqvam ab litterariis illis Heroibus qvi eruditione ſua attingunt nubes, exſpectavit vel vidit Syſtema ullum perſpicuum ac juventuti utile artis vel ſcientiæ cujuscunqve? Permittant itaqve ab aliis componi, qvod ipſi vel qvoniam infrà dignitatem ſuam eſſe putant haud volunt, vel qvia nimis affluit innumerabilium rerum copia, præ reconditâ magnaqve eruditione ſuâ efficere non poſſunt. Cæterùm de Roſino præter Martinum Hankium libro utroqve de Romanorum rerum ſcriptoribus, Kœnigium in Bibl. & Chriſt. Frid. Paulini in Annalibus Iſenacenſibus p. 234. videbis, ubi lubebit clariſſimi Ekkardti excerpta librorum novorum, menſe Junio Anni 1701. p. 62. 63. ubi mentionem facit vitæ Roſini ineditæ, ſcriptæ ab Eſaia Leichfeldero. Varia etiam de Roſino collegit perſonatus Alphonſus Clarmundus ſive Rudigerus parte qvinta vitarum Germanice editarum p. 165. ſqq.

III. Ad Roſinum Paralipomena ſive farraginem variarum doctarum obſervationum Antiqvitates Romanas, Roſino vel præteritas vel minus explicatas, illuſtrantium adjecit *Thomas Dempſterus* à Muresk, J. C. Scotus, Profeſſor Piſanus primùm, dein Bononienſis, vir immenſæ ut ferunt memoriæ, ita, ut qvid eſſet oblivio diceret ſe ignorare: infinitæ lectionis, qvi 14. horas diei legendis libris continuare ſoleret, cæterum ad rixas & contentiones pronus & judicii non adeò magni, ne cum Jacobo Uſſerio libro de Antiqvitatibus Britannicarum Eccleſiarum, dicam planè nullius. Vide de eo præter Hankium parte 2. de Roman. rerum ſcriptoribus & Thomam Pope Blount in Cenſurâ celebrium ſcriptorum, Miræum de ſcriptoribus ſeculi XVI. p 161. Andr. Sauſſæum in Bellarmino continuato p. 82. Erythræi ſive Julii Victorii Roſſi Pinacathecam I. p. 24. ſeq. Hieron. Ghilini theatrum virorum doctorum part. 2. p. 235. & auctorem libri Gallice editi Pariſ. 1707. 12. abregé de l' Hiſtoire des Sçavans p. 269. ſeq. Prima editio paralipomenon

Dempſteri ad Roſinum in lucem prodiit Pariſiis A. 1613. fol. Sæpiùs deinde recuſa ſunt cum Roſino tum in Germania Colon. Agripp. 1619. 1645. 1662. Genev. 1620. 4. additis etiam *Andreæ Schotti* Jeſuitæ, viri optimi & doctiſſimi electis de gentibus, familiis, tribubus ruſticis urbanisqve, & ludis ac feſtis Romanorum. Tum apud Batavos Cornelio Schrevelio curante, adjunctis figuris æneis ex Lipſio fere & Onufrio depromtis Lugd. Bat. 1662. 4. atqve ab eo tempore plus ſimplici vice etiam Amſtelodami, curante V. C. Samuele Pitiſco.

IV. Breve compendium tironibus exhibent præter *Jac. Maſenium* ſuperiore capite à me laudatum Antiqvitates Romanæ, Sacræ, Civiles, Militares, Oeconomicæ *Philippi Caroli* Neoburgo Palatini & in Acad. Altdorfina Profeſſoris (qvi inde A. 1629. deſertis uxore & liberis ad Pontificiorum cœtus tranſiit, A. 1639. in Auſtria defunctus. Vide Omeiſium in gloria Academiæ Altdorfinæ p. 94. 172.) Prodiit hujus Caroli libellus minori formâ Francof. 1643. & 1670. cum Andr. Dominici Flocci, Pomponii Læti, Raph. Volaterrani & Valerii Probi libellis paſſim obviis & Altenb. 1663. 8. cum notis Mich. Chriſtiani Ludovici. Paulo plenius Antiqvitatum Romanarum compendium Anglica lingva dedit *Thomas Goodwin* Lond. 1648. 4. ſæpius deinde recuſum, Belgice etiam editum à Dan. Peen Amſt. 1694. 8. Qvemadmodum latinâ lingvâ habemus *Thomæ Belli* itidem Angli Romam reſtitutam ſive Antiqvitatum Romanarum compendium inſigne, vulgatum Londini 1677. 8. & nuper Clariſſimo Almeloovenio curante recuſum Amſt. 1700. 12. His jungenda *Baſilii Kennet* Romæ antiqvæ notitia ſive Antiqvitatum Romanarum deſcriptio, edita Anglice Lond. 1696. 8. & Belgice ex *Wilhelmi Sewel* verſione cum Franciſci Deſeine deſcriptione Romæ novæ è Gallico verſa, additis figuris in æs inciſis ex theſauro Græviano Amſt. 1704. fol. Hinc noviſſime prodiit Rituum qvi olim apud Romanos obtinuerunt ſuccincta & perſpicua explicatio auctore *G. H. Nieupoort*, eo vel inprimis laudanda nomine qvod veteres ſemper ſcriptores teſtes laudat. Trajecti 1712. 8. & Budiſſæ 1713. 8. Tum *Joh. Caſparis Santoroc*, Profeſſoris Marpurgenſis breviarium Antiqvitatum Romanarum ex ipſis ſcriptorum claſſicorum fontibus derivatum, atqve prolixioribus olim commentariis ab erudito auctore illuſtrandum, Francof. 1712. 12. *Pauli* qvoqve *Chriſt. Hœpfneri* Roma antiqva commemoranda Halæ Sax. 1709. 12. in qva per qvæſtiones & reſponſiones ſumma capita Antiqvi-

tatum

tatum Rom. Germanica lingva in tironum uſum breviter exponuntur. Neqve omittendus *Fridericus Hildebrandus* Rector ſcholæ Martisburg. in Antiqvitatibus Romanis Alphabetico ordine digeſtis, brevi libello in 8vo. Jenæ 1657. cujus ſecunda editio auctior & correctior, Geræ 1671. 8. lucem vidit. Octavum nuper prodiit Franeqveræ A. 1701. 12. cum *Ottonis Aicherii* libris tribus de comitiis Romanorum. Alphabetico ordine Romanas Antiqvitates plerasqve etiam digeſſit *Joſephus Laurentius* Lucenſis in Polymathiæ ſuæ libro qvinto & ſexto, qvi in qvatuor prioribus etiam varia capita Græcarum pariter Romanarumqve Antiqvitatum fuſius illuſtrat, ac perſeqvitur. Prodiit opus non contemnendum Vicentiæ A. 1631. 4. & auctius Lugd. 1666. fol. licet in hac poſteriore editione Epiſtolæ qvibus ſingulas diatribas viris doctis inſcripſerat Laurentius, ſunt omiſſæ. Ex hoc Laurentii opere depromtæ ſunt variæ diatribæ qvas theſauro ſuo Græcarum Antiqvitatum Clariſſ. Gronovius inſeruit. De *Daneti* Dictionario Antiqvitatum Græcarum & Romanarum pridem edito, qvemadmodum & de altero qvod jam ſtudioſorum teritur manibus copioſiſſimo, accuratiſſimoqve *Samuëlis Pitiſci*, jam dictum eſt capite ſuperiore. Memorandi etiam hoc loco libri qvatuor antiqvitatum Romanarum ab *Heinrico Kippingio* * Roſtochienſi, Conrectore Bremenſi A. 1678. æt. 44. defuncto editarum Bremæ A. 1661. 1664. 1668. 1674. 1679. Franeqv. 1684. 1695. 8. ac perqvam nitide cum vitâ auctoris â Johanne Hanghorſt ſcripta & pulchris tabulis æneis Lugd. Bat. 1713. 8. Vix dimidia autem pars operis Kippingiani lucem adſpexit, parte altera qvidem ad editionem paratâ, ſed poſt auctoris obitum perditâ ut notavit Jo. Georgius Eckardtus in excerptis Reipubl. literariæ ſupra laudatis p. 63. ſq. menſe Junio A. 1701. *Petri Joſephi Cantelii* Jeſuitæ de Romanâ Republicâ ſive de re militari & civili Romanorum elegans compendium ad explicandos ſcriptores antiqvos comparatum prodiit primùm Pariſ. 1684. 12. deinde Ultrajecti 1688. additis è Lipſio Onufrioqꝫ tabulis qvibusdam æneis, deniqꝫ ibid. A. 1691. 1696. 1707. 12. *Franciſcus Pomey* S. I. in Epitome Antiqvitatum Romanarum omne punctum tuliſſet ſi abſolvere illi datum fuiſſet opus cujus prima pars tantum de Diis exſtat ſæpius edita, cæteræ novem fato auctoris ſunt interceptæ. 2. de ſacerdotiis, 3. de Comitiis & Magiſtratibus, 4. de Nuptiarum ritibus, 5. de re bellica, 6. de ludis & ſpectaculis. 7. de re veſtiaria, 8. de



* De hoc Kippingio & aliis ejus ſcriptis vide Ephemerides literarias Germanice editas Lipſiæ ſub titulo; Neuer Bücher-Saal/ XXVI. Oeffnung p. 122. ſeq.

menſis & epulis, 9. de variis urbanæ vitæ officiis, 10. de funeribus & ſepulchris. Nunqvam viſus mihi *Lucii Fauni* liber de antiqvitatibus urbis Romæ, qvas ut ait in Bibl Simlerus, ab antiqvis novisqve autoribus excerptas ſummâ brevitate ordineq; diſpoſuit Venet. 1549. 1553. 1559. 8. *Georgii Portii* Specchio ô vero compendio dell' Antichita di Roma ſacre e profane Rom. 1625. 12. *Joh. Cunradi Dieterici* Antiqvitatum Romanarum compendium, cum excerptis ex *Petri Saintfleurii* Monspelienſis libello de rebus illuſtribus memorabilibus. Francof. 1643. 12. *Ludovici Contareni* Antichità de Roma, ſito, Imperadori, famiglie, ſtatue, chieſe Venet. 1575. &c. 8. 2 Vol. &c.

V. A *Joh. Baptiſta Caſalio* duplex opus habemus præſenti loco laudandum & paulo pleniùs ex veteribus monumentis varia Antiqvitatum Romanarum capita perſeqvens, qvorum prius eſt de urbis ac Romani Imperii ſplendore Rom. 1650. fol. alterum de veteribus Ægyptiorum Romanorum & Chriſtianorum ritibus Rom. 1644. 4. Francof. 1681. 4. *Guilbelmus Choul* ſive *Caulius* (latine Braſſicanus à qvibusdam dictus) Nobilis Gallus jam ante centum qvinqvaginta ampliùs annos lingva patria integrum Syſtema Antiqvitatum Romanarum complecti conſtituerat libris XII. ut ipſe memorat p. 17. edit. Veſalienſis Gallicæ libri de Religione Romana: ſed nihil ab ejus manu in hoc genere ad nos pervenit præter librum eximium jam laudatum de religione veterum Romanorum, alterum de Romanorum caſtrametatione & diſciplina militari, & tertium de balneis exercitiisqve antiqvorum Græcorum pariter ac Romanorum, qvi tres libri variis figuris ex monumentis & numis antiqvis illuſtrati extant Lugduni A. 1556. 1569. fol. primum Gallicè, hinc Italicè editi, & Hiſpanicè A. 1579 & junctim iterùm Gallicè Veſaliæ A. 1682. 4. Belgicè deinceps, & deniqve latinè Amſt. A. 1685. 4. Qvod Patinus in hiſtoria numiſmatum ait ſe audiviſſe, in Germanicam lingvam etiam translata eſſe hæc Choulii ſcripta, forte de Belgica verſione accipiendum. Extat præterea Theſaurus Antiqvitatum Romanarum itidem Gallica lingva vulgatus autore *Cæſare Egoſſeo du Boulay* Pariſ. 1651. fol. *Julii Minutoli* Cæleſtinorum Abbatis Romana Antiqvitas diſſertationibus Hiſtorico Criticis illuſtrata Romæ A. 1689 8. qvo de libro videas licet Acta Erud. Tom. 2. ſupplem. p. 565. *Cyriaci Lentuli* apex gloriæ Romanæ, ſive de ſtatu Rei Romanæ ſumma in poteſtate, Magiſtratibus, jurisdictione, militia, civium prærogativa, ſacris & ſacerdotibus, ab

Urbe

Urbe condita per varios mutationum gyros ad noſtra Rerum Germanicarum tempora perducta. Francof. 1689. 4. Deniqve Vir Clariſſ. *Burchardus Gothelf Struvius* Profeſſor Jenenſis tot ſcriptis editis de re literaria ac ſtudioſa juventute meritiſſimus Antiqvitatum Romanarum Syntagma abſolutius meditari cœpit, cujus pars prima * de ritibus ſacris Anno 1701. lucem adſpexit Jenæ 4. præmiſſa Bibliotheca Antiqvitatum generali & ſpeciali, qvalem etiam pridem delineavit ſed alio ordine methodoqve alia *Philippus Labbeus* in Mantiſſa antiqvariæ ſupellectilis. Qvarum utraqve nos ita utemur & jam uſi ſumus, ut nec negligentia in addendo, digerendo, emendandoqve, neqve in ſupine deſcribendo plagii rei poſſimus videri.

VI. *Georgius Hieronymus Welſchius* Medicus & Polyhiſtor Auguſtanus eruditiſſimus, qvi ex Bibl. Caſſiani à Puteo Eqvitis Romani uſus voluminibus pluribus, in qvibus præſtantisſimorum pictorum operâ depicta erant plurima priſca monumenta, veſtes, utenſilia, arma, aliaqꝫ genera antiqvitatum, pleraqve eâ qva erant magnitudine, cætera ad leges Geometricas ſuis pedibus dimenſa. Hic non qvidem Syſtema Antiqvitatum Romanarum plenum & Roſiniano abſolutius elaborare voluit, ut videtur innuere Morhofius ὁ μακαρίτης p. 247. lib. 1. polyhiſt. vel qvod apud Clariſſ. Struvium p. 8. legas, omnibus numeris perficere ipſisqve veterum monumentis qvam optimè illuſtrare, nedum ut in Ephemeridibus Pariſienſibus A. 1702. T. 2. p. 43. fuerit inter eos, qvorum collectiones de Antiqvitatibus editæ jam ſunt, referendus: ſed ut Lucas Schrœckius in memoriâ Welſchiana p. 72. ſeq. teſtatur, tantum inſtituit dare *Ideam Antiquitatis*, expolienda ſingula capita & ſyſtema ipſum perficiendum aliis relicturus. Welſchii ipſius verba ſunt in Epiſt. de ſcriptis ſuis, qvam poſt curatorem editionis Epiſtolarum Gerh. Joh. Voſſii in Germania recuſarum clariſſimus Almelovenius ſubjecit Bibliothecæ ſuæ promiſſæ ac latenti p. 123. *Ideam igitur tantum dabo, ut alii perficiant, quibus ſimilia, aut plura etiam in promtu eſſe ſolent.* Cæterum nec ideam illam dedit unqvam vir doctiſſimus. *Jo: Baptiſtæ Ferretii* corpus Antiqvarium, pluribus conſtans Tomis, lucem hactenus non vidit. Titulos habes in Diario literario Germanice vulgato Lipſiæ qvod inſcribitur: Neuer Bücher-Saal / XXXV. p. 765. ſeq. *Flaminii Vaccæ* opus de Antiqvitatibus Romanis Proſpero Mandoſio in Bibl. Romana me-



* Confer Memoir. de Trevoux A. 1706. Octobr. p. 1736. ſeq.

memoratum neqve editum eſt neqve huc ſpectat, qvia auctor ſtatuarum artifex ſculptorqve in illo monumenta antiqva Romæ obvia delineaverat, non vero Antiqvitates ritus & conſvetudines Romanorum veterum explicaverat. Ex ſchedis ejus multa dedit vir doctiſſimus Bernhardus de Montfaucon in Diario Italico qvi p. 105. etiam refert hoc ejus Epitaphium qvod viſitur Romæ in templo S. Mariæ Rotundæ in hanc ſententiam:

*D. O. M.*

*Flaminio Vaccæ ſculptori Romano, qui in operibus quæ fecit, nunquam ſibi ſatisfecit.*

Cæterum de monumentis antiqvis ſtatuisqve marmoribus, ædificiis, ruderibus, infra erit ſingularis nobis dicendi locus.

VII. Reſtant adhuc Miſcellanei ſcriptores qvi varias antiqvitatis Romanæ Græcæqve partes vel explicarunt vel illuſtrarunt, vel ſcripta diverſa & in his plura etiam ad noſtrum inſtitutum facientia conjunctim curarunt recudi. Ex hoc poſteriori genere duo mihi veniunt inprimis commemorandi Janus Gruterus & Gaudentius Robertus. Ex priore itidem duo Cœlius Rhodiginus & Alexander Alexandrius. *Janus Gruterus* Antwerpienſis, Bibliothecæ Palatinæ præfectus & omnis liberalioris eruditionis promus-condus, qvinqve voluminibus in majore forma octava qvam vulgò vocamus, ſub titulo lampadis ſive facis artium liberalium atqve theſauri Critici junctim Francof. A. 1602. — 1612. edidit ſcripta philologica Miſcellanea Obſervationes varias & antiqvas lectiones virorum doctorum complectentia, qvorum en tibi indicem:

## Tomus I.

*Angeli Politiani* Centuria Miſcellaneorum, & qvod ira in pueris optimæ ſæpe indolis eſt argumentum.

*M. Antonii Sabellici* in Plinium, Livium aliosqve ſcriptores variæ obſervationes.

*Philippi Beroaldi* annotationes in varios Auctores p. 188.

Ex *Domitii Calderini* libro tertio Obſervationum nonnulla.

*Baptiſtæ Egnatii* Veneti racemationes.

*Jo. Baptiſtæ Pii* Annotationes priores & poſteriores in varios ſcriptores.

*Pii Antonii Bartolini* auctarium emendationum.

*Jani*

*Jani Parrhaſii* de rebus per Epiſtolam qvæſitis ſylloge. Ejusd. prolegomena in Plauti Amphitruonem, & Ciceronis Epiſt. Notæ in Orat. pro Milone. Et ex notis ad Claudianum varia ſcriptorum Vett. latinorum loca illuſtrata.

*Laur. Abſtemii* Maceratenſis Annotationes Variæ.

*L. Joannis Scoppæ*, Parthenopæi Collectaneorum libri II.

*Franciſci Floridi Sabini* lectionum ſubciſivarum libri III.

*Petri Nannii* Alcmariani Miſcellaneorum libri X. & adverſus Jacobum Curtium Apologia.

*Franciſci Robortelli* de Hiſtorica facultate p. 1386. Deſcriptio Laconici ſive ſudationis qvæ viſitur in ruina balnearum Piſanæ Urbis p. 1397. De nominibus Romanorum p. 1403. præfatio ad libros Ciceronis de inventione pag. 1412. Notæ in Catulli Epithalamium pag. 1428. & Ode Pindarica βιοχρησμωδία pag. 1430. Explanationes in primum Æneidos librum à *Jo. Baptiſta Busdrago* Lucenſi collectæ, pag. 1435.

## Tomus II.

*Franciſci Robortelli* de convenientia ſupputationis Livianæ cum marmoribus Capitolinis & Dionyſio Halicarnaſſeo.

*Ejusdem* liber de arte ſive ratione corrigendi antiqvorum libros.

*Ejusdem* annotationum ſive emendationum libri II.

*Caroli Sigonii* emendationum libri II.

*Antonii Bendinelli* loci controverſi XXVI.

*Bernardini Realini* in varia ſcriptorum loca annotationes.

*Lilii Gyraldi* dialogiſmi XXX.

*Joannis Brodæi* Miſcellaneorum libri VI. plurimis locis ex ejus chirographo aucti.

*Chriſtophori Rufi* antexegemata.

*Johannis Hartungi* locorum memorabilium decuriæ IV.

*Petri Pithœi* Adverſariorum ſubceſivorum libri II.

*Lucæ Fruterii* veriſimilium libri III.

*Achillis Statii* Luſitani, Obſervationes difficilium aliqvot locorum Græco-Latinorum, antea non excuſæ.

*M. Antonii Mureti* Variarum Lectionum libri XIX.

*Ejusd.* Obſervationum Juris liber ſingularis.

*Hieron. Magii* Miſcellaneorum ſeu Variarum Lectionum libri IV.

Tomus III.

## Tomus III.

*Pauli Leopardi* Iſenbergenſis, emendationum & miſcellaneorum libri XX.
*Bartholomæi Barrienti* Illiberitani annotationum ſilva.
*Franciſci Luiſini* Utinenſis parergon libri III.
*Guil. Canteri* Novarum Lectionum libri IX.
*Theodori Canteri* Variarum Lectionum libri II.
*Ludovici Carrionis* Antiqvarum Lectionum Commentarii III.
*Ejusd.* Emendationum & Obſervationum libri II.
*Jani Durantii Caſellii* Variarum libri II.
*Jani Guilelmii* Veriſimilium libri III.
*Ejusdem* in Plautum Qvæſtiones.
*Marſilii Cagnati* Veronenſis Variarum Obſervationum *libri IV.

## Tomus IV.

*Joannis Brodæi* Miſcellaneorum libri qvatuor poſteriores VII. VIII. IX. & X. è Bibl. Pauli Petavii V. C. (antea non excuſi)
*Joachimi Camerarii* problemata Græce & latine.
*Aldi Manutii* Pauli F. Qvæſita per Epiſtolam.
*Hadriani Junii* Animadverſorum libri qvinqve.
*Ejusd.* de Coma Commentarius.
*Joſephi Caſtalionis* J. C. Variæ Lectiones.
*Jani Mellerii Palmerii* ſpicilegia.
*Jacobi* [Jac. Nepotis] *Schegkii* Obſervationum & emendationum præmeſſa.

## Tomus V.

*Franciſci Modii* Nov-antiqvæ Lectiones Epiſtolis CXXXIII.
*Lucæ Fruterii* collectaneorum veriſimilium liber tertius antea non excuſus.
*Ejusd.* Epiſtolæ Philologicæ.
*Henr. Stephani* ſchediaſmatum libri VI.
*Jacobi Nicolai Loënſis* Miſcellaneorum Epiphyllides, antea non publicatæ, libris X.

*Sextum*

* Librum qvintum MS. habuit Naudæus, teſte Labbeo p. 233. Bibl. novæ MSS.

*Sextum* volumen complectitur Valentis Acidalii in Plautum divinationes & Marcelli Donati notas in Livium, Tacitum, Sveton. Ammianum & ſcriptores hiſtoriæ Auguſtæ. Volumen *ſeptimum* non à Grutero ſed à Jo. Phil. Pareo ingrato Gruteri diſcipulo * additum eſt, neqve aliud qvicqvam præter Criticas Obſervationes in Plautum & in Gruterum invectivas continet. Obiit Gruterus Heidelbergæ A. 1627. qvi Wittebergæ primum Profeſſor fuerat, ſed pulſus inde, qvod Formulæ Concordiæ ſubſcribere nollet. De eo plura dixi in plagiariis num. 73. ubi memoravi qvoqve vitam Gruteri ſcriptam à Frid. Hermanno Flaydero & panegyricum Balthaſ. Venatoris, qvi cum elencho ſcriptorum Gruteri legitur etiam in vitis à Gvil. Bateſio collectis p. 526. & in Wittii Philoſophis p. 212—278. nec minus ante Inſcriptionum veterum mirandum opus, in Belgio nuper luculentiſſime recuſum. His adde qvæ de re viro illo doctiſſimo præter Thomam Popeblount habet Petrus Bælius in dictionario Hiſtorico-Critico.

*Gaudentius Robertus* editis Italico idiomate una cum Benedicto Bacchino Ephemeridibus litterariis Parmenſibus celebris & A. 1695. defunctus, Gruteri exemplo Parmæ A. 1690. 91. & 92. 4. vulgavit qvatuor tomos qvos inſcripſit: Miſcellanea Italica erudita, in qvorum primo continentur:

Joſephi Caſtalionis Anconitani, 1) *Variæ Lectiones*; 2) *De antiquis puerorum prænominibus*; 3) *De recta ſcribendi Vergilii nominis ratione commentarius*; 4) *Adverſus fœminarum prænominum aſſertores diſputatio*; 5) *Ad l. 1. C. quæ res pignori obligari poſſit.* Pauli Manutii Veneti *Antiquitatum Romanarum liber de civitate Romana.* Onuphrii Panvinii Veronenſis, 1) *De ludis ſæcularibus*; 2) *De carminibus Sibyllinis.* Conſtantini Landi Placentini, 1) *In veterum numiſmatum Romanorum miſcellaneæ explicationes.* 2) *In M. Caſſii Cacurii & Atiliæ Manduillæ tumulum explicatio* Andreæ Alciati Mediolanenſis *de magiſtratibus, civilibusque & militaribus officiis.* Franciſci Robertelli Utinenſis 1) *De Provinciis Romanorum*; 2) *De judiciis, & omni conſvetudine cauſſas agendi apud Romanos*; 3) *De legionibus Romanorum*; 4) *De magiſtratibus Imperatorum*; 5) *De familiis Romanorum*; 6) *De cognominibus & appellationibus Imperatorum*; 7) *De commodis, præmiis & donis militaribus*; 8) *De pœnis militum & ignominiis*; 9) *De gradibus honorum & magiſtratuum Romanorum*; 10) *Menſium appellatio ex nominibus Imperatorum.*



* Vide Marqv. Gudii Epiſtolas p. 204.

Secundo tomo exhibentur: *Petri Servii* Medici Romani Juveniles Feriæ, qvæ continent Antiqvitatum Romanarum Miſcellanea; *Ageſilai Mariſcotti Bononienſis* de Perſonis & Larvis, earumqve apud veteres uſu & origine Syntagmation; *Fortunii Liceti Januenſis* Miſcellanea Erudita, decerpta ex ejus Qvæſitis per Epiſtolas à claris viris; *Alexandri Sardi Ferrarienſis* de Moribus & Ritibus Gentium libri III. Venet. 1557. 8. & ſæpius alibi in lucem editi: *Bonaventuræ Caſtilionæi Mediolanenſis* Gallorum Inſubrum antiqvæ Sedes; *Æneæ Vici Parmenſis* de Numiſmatibus antiqvorum libri II.

Tomo tertio continentur *Petri Leonis Caſellæ* de primis Italiæ Colonis; Ejusdem de Tuſcorum Origine, Colonatu & Republica Florentina; *Pauli Manutii Veneti* Antiqvitatum Romanarum liber de Legibus; *Lilii Gregorii Giraldi, Ferrarienſis*, de Sepulchris & vario ſepeliendi ritu; *Aldi Manutii* Veneti de Laudibus vitæ ruſticæ, Ode Horatii Epodon. II. explicata; *Caroli Sigonii Mutinenſis* Judicium de Hiſtoricis, qvi res Romanas ſcripſerunt, ab urbe condita ad Caroli M. Imperatoris tempora; *Balthaſaris Bonifacii* de Romanæ Hiſtoriæ ſcriptoribus Excerpta; *Adriani Politi* ordo Romanæ Hiſtoriæ legendæ; *Jo. Antonii Venerii* de Oraculis & Divinationibus antiqvorum; *Petri Servii* Diſſertatio Philologica de odoribus.

In qvarto deniqve exhibentur: *Pauli Manutii, Veneti* Antiqvitatum Romanarum Liber de Comitiis; *Gaudentii Merulæ, Novarienſis* de Gallorum Ciſalpinorum antiqvitate ac origine; *Jo. Marii Mattii* Brixiani Opinionum Libri III. in qvibus plurima loca Auctorum Latinorum & Græcorum explicantur, aut corrupta emendantur; *Joſephi Nerii* Peruſini Analecta, in qvibus præter ea, qvæ ad Jus pertinent, varia tam in ſacra qvam in profana Hiſtoria, & qvædam in Tacito explicantur, illuſtrantur, emendantur. Prodierant pridem Peruſii A. 1619. 8. uti Matti Opiniones Alexandriæ Statiellorum in Liguria A. 1598.

VIII. *Ludovicus Cœlius Richerius, patria Rhodiginus*, qvi humaniores litteras Vicentiæ primum, deinde Ferrariæ, tum Mediolani ac deniqve Patavii docuit, A. 1520. defunctus, in libris triginta Antiqvarum lectionum qvos ad Vindicis Ceſellii Gellio laudati exemplum ſcripſit, non modo vocabula multa utriusqve lingvæ abſtruſa explicavit & innumeris Græcorum latinorumqve ſcriptorum locis egregiam

giam lucem effudit, ſed & qvam plurimas antiqvitates feliciter illuſtravit. Adeo ut illius opus auro contra carum & variis in locis atq; apud Wechelios emendatius recuſum, non freqventius juvenum manibus teri miretur & indignetur Voſſius lib. 3. de Hiſt. lat. p. 814. ſq. Solet in Rhodigino reprehendi qvod paſſim diſſimulat fontes unde Veteres narrationes repetiit, vel laudat Scriptorum deperditorum monumenta, auctoribus in qvibus illa nominari reperit haud nominatis, qva de re videndus Jac. Thomaſius ὁ μακαρίτης lib. de plagio §. 532. Eraſmus * in Adagio *Chœnici ne inſideas*, & Jungermannus ad Pollucem p. 1347. Optandum etiam erat ut inter tot lectiones antiqvas nullos novos errores proſeminaret Cœlii incuria, ut ait Joſua Barnes in vita Euripidis p. 33. Valet tamen hic illud Varronis, *eum qui tam multa dixerit commode, potiùs laudandum, quam ſi quædam ignoraverit peccaveritque acriter reprehendendum & exagitandum.* Sive ut Horatius:

*Ubi plura nitent in carmine, non ego paucis*
*Offendar maculis, quas aut incuria fudit,*
*Aut humana parum cavit natura* — —

De Rhodigino videndi Jovius & Thomaſinus in elogiis, Balthaſar Bonifacius XV. 4. Hiſt. ludicræ (qvi plura etiam dixiſſe ſe teſtatur in elogiis illuſtrium Rhodiginorum, dubito an editis:) Clarmundus ſive Rudigerus in vitis Doctorum Viror. T. VII. p. 61. Freherus in theatro, Kœnigius in Bibl. Thomas Popeblount in cenſura doctorum, Bailletus in judiciis Gallice editis, & ad Magiri Eponymologium illuſtris Eybenius.

*Alexander Alexandrius* ſive *de Alexandro*, Neapolitanus, Romæ & in Patria cauſas primum agere profeſſus, deinde ubi in judiciis gratia & corruptionib⁹ omnia tranſigi videret, relicto foro humaniorib⁹ litteris unice deditus, ut ipſe narrat lib. 6. cap. 7. genialium dierum. Qvod ipſum opus Miſcellaneum in ſex libros diſtributum hoc loco tanqvam promtuarium aliqvod univerſæ, Romanæ præſertim Antiqvitatis commendandum nobis venit. Prodiit ſæpiſſime ſeorſim, tum illuſtratum ſemeſtribus ſive commentariis eruditiſſimis *Andreæ Tiraquelli*, notisqve *Dionyſii Gothofredi* & *Chriſtoph. Coleri*, & in librum qvintum animadverſionibus *Nicolai Merceri* Rothomagenſis. Lugd. Bat. 1673. 8. 2 Vol. qvæ præſtantiſſima eſt ejus operis editio. Etiam Gallice verſum Alexandri opus à Bernardo de la Roche, didici ex Franciſci Crucimanii Bibl. Gal-



* Rhodigini Epiſtola apologetica ad Eraſmum legitur poſt Epiſtolas Gudianas p. 117.

lica p. 476. De hoc Alexandro, qvi ſub extremum ſeculi decimi qvinti floruit, videndi Gaddius de ſcriptoribus non Eccleſiaſticis T. I. p. 25. Leonhardus Nicodemi in additionibus ad Nic. Toppii Bibl. Neopolitanam p. 5. ut omittam Pancirollum in vitis JCtorum lib. 2. c. 122. Paulum Freherum in Theatro, Hendreichii Pandectas Brandenburg. aliosqve. Solet & hic Alexander plerumqve autores, ex qvibus profecit, diſſimulare, vel jactare ſcriptores pridem deperditos & libros mirandæ vetuſtatis, ubi ipſe forte librum pandectarum vel alios ſcriptores obvios præ manibus habuit, uti paſſim notant Tiraqvellus & Gothofredus, qvorum tanto magis utiles & neceſſariæ ſunt notæ, qvod ubiqve indicant fontes, ex qvibus Alexander ſua collegit ac derivavit.

IX. Extant & alii ejusmodi ſcriptores Miſcellanei in qvibus varia capita Antiqvitatum Romanarum illuſtrata videre licet, ut *Petri Gregorii Tholoſani* Syntagma artis mirabilis, & aliud opus eximium qvod Syntagma juris univerſi inſcripſit. *Adr. Turnebi* & *Caſp. Barthii* Adverſaria, *Petri Victorii, Hieron. Mercurialis, Guid. Pancirolli, Sam. Petiti* & *Tho. Reineſii* Variæ Lect. *Iſaacus Caſaubonus* in Sveton. & Hiſt. Auguſtam *Claudius Salmaſius* in eandem Hiſtoriam, tum aliis in ſcriptis, præcipuè commentariis in Solinum, ex qvibus Alphabetico ordine multa digeſta reperias in *Joh. Jacobi Hofmanni* Lexico univerſali, ut & illud forte præſenti loco nobis ſit commemorandum. Sic *Petrus Faber* in ſemeſtrium libris, *Philippus Rubenius* & *Caſpar Gevartius* in Electis, *Balthaſar Bonifacius* in hiſtoria ludicra ſubinde antiqvos ritus Romanos & conſvetudines jucunde explicant.

X. Nunc deniqve dicendum eſt de opere luculento ac præſtantiſſimo, qvod illuſtris doctrinæ vir *Johannes Georgius Grævius* A. 1703. 9. Januar. elegantioribus litteris ereptus, duodecim in folio voluminibus edidit ſub titulo theſauri Antiqvitatum Romanarum Trajecti fol. A. 1694. — 1699. ex officina Petri van der Aa & Franciſci Halmæ. Scripta ſelecta & rarò hactenus obvia, qvædam itidem nunqvam ante edita vel ex aliis lingvis latinè reddita aut nova luce ornata exhibet, qvæ à viris doctiſſimis ad illuſtrandas Antiqvitates Romanas variis temporibus edita fuerunt. Multæ etiam & accuratæ tabulæ æneæ paſſim additæ, & ſingulis tomis præmiſſa præfatio in qva celeberrimus editor ſubindè varia emendat & addit à ſcriptoribus, qvos recenſuit

cenſuit vel omiſſa vel perperam poſita. Tomo qvinto habentur inter alia *Plutarchi* Ῥωμαϊκὰ ſive κεφάλαια ῥωμαϊκὰ αἰτίαι ῥωμαϊκαί. Qvæſtiones Romanæ cum qvæſtionibus Romanis *M. Zuerii Boxhornii* qvibus varii ſacri & profani ritus eorumqve cauſæ & nonnulla Antiqvitatis monumenta eruuntur & explicantur. Hunc librum vulgaverat Boxhornius admodum juvenis Lugd. Bat. 1637. 4. Singula theſauri ſcripta ſub ſuis qvæqve titulis infra commemorabuntur. Interim ſtudioſis non ingratum fore exiſtimo ſi qvemadmodum in theſauro Gronoviano feci, ſic Græviani etiam conſpectum ſingulorum tomorum hoc loco ſubjungam, ac deinde Indicem Alphabeticum adjiciam ſcriptorum omnium in utroqve theſauro obviorum.

## Tomus I.

*Octaviani Ferrarii* de Origine Romanorum liber.
*Paulus Manutius* de Civitate Romana.
*Caroli Sigonii* de antiqvo jure Civium Romanorum libri II. p. 39. & addenda ac mutanda in illo opere è meliore edit. Pariſienſi A. 1572. p. 1022.
*Onufrius Panvinius* de Civitate Romana.
——— de Imperio Romano.
*Paulus Manutius* de Comitiis Romanorum.
*Nic. Gruchii* de Comitiis Romanorum libri III.
*Ejusd.* reſponſio ad binas Caroli Sigonii reſponſiones.
*Caroli Sigonii* poſterior cum Nic. Gruchio diſputatio de binis Comitiis & Lege curiata.
*Nicolai Gruchii* ad poſteriorem Caroli Sigonii diſputationem refutatio.
*Car. Sigonius* de Lege curiata Magiſtratuum & Imperatorum & eorum jure.
*Paulus Manutius* de Senatu Romano.
*Joannes Sarius Zamoſcius* de Senatu Romano libri II.

## Tomus II.

*Paulus Manutius* de Legibus Romanis.
*Antonius Auguſtinus* de Legibus Rom. cum notis Fulvii Urſini.
*Caroli Sigonii* de antiqvo jure Italiæ libri III.

*Ejusd.* de antiqvo jure Provinciarum libri III.

*Ejusd.* de judiciis libri III.

*Sibrandus Tetardus Siccama* de judicio Centumvirali.

*Franciſcus Hottomannus* J.C. de Magiſtratibus Romanorum eorumqve inſtitutione.

*Ejusd.* de Senatu & Senatusconſulto.

*Ejusd.* de formulis antiqvis.

*Nicolai Rigaltii*, Iſmaëlis Bullialdi & Henrici Valeſii obſervationes de populis fundis.

*Carolus Sigonius* de Nominibus Romanorum.

*Onuphrius Panvinius* de antiqvis Romanorum nominibus.

*Joſephi Caſtalionis* J. C. adverſus fœminarum Prænominum aſſertores diſputatio.

*Ejusd.* de antiqvis puerorum nominibus.

*Petri Servii* Medici Romani Miſcellaneorum cap. V. VI. VII. & VIII. qvibus ſententia Caſtalionis de nominibus fœminarum refellitur *in præfat.*

## Tomus III.

*Franciſci Robortelli* de Provinciis Romanorum & earum diſtributione atqve adminiſtratione.

*Ejusd.* de judiciis & omni conſvetudine cauſſas agendi apud Romanos.

*Junius Rabirius* de Haſtarum & Auctionum origine.

*Franciſci Robortelli* de Magiſtratibus Impp.

*Ejusd.* de gradibus Honorum & Magiſtratuum Rom.

*Guido Pancirollus* de Magiſtratibus municipalibus.

*Ejusd.* de Corporibus Artificum.

*Sextus Rufus* de regionibus Urbis.

*P. Victor* de Regionibus Romæ.

*Bartholomæi Marliani* Urbis Romæ Topographia, cum notis antea ineditis *Fulvii Urſini.*

*Onuphrii Panvinii* antiqvæ Urbis imago.

*Gvidonis Pancirolli* Urbis Romæ deſcriptio. Ejusdem de qvatuordecim Urbis regionibus commentarius.

*Georgii Fabricii* deſcriptio Urbis Romæ.

*Alexandri Donati S. I.* Roma vetus ac recens, utriusqve ædificiis ad eruditam cognitionem expoſitis.

Tomus

## Tomus IV.

*Famiani Nardini* Roma vetus, libri VIII. ex Italica in Latinam lingvam translati à *Jacobo Tollio.* *Eliæ Boberelli* obſervationes ad qvædam Nardini loca, præfationi Grævii ad hunc tomum inſerta ſunt.

*Octavii Falconerii* de Pyramide C. Ceſtii Epulonis diſſertatio.

*Ejusd.* ad Carolum Datum V. C. Epiſtola de latere ex ædificii veteris ruderibus eruto, qvum paries ad inſtaurandam Panthei porticum A. cIↄ Iↄ CLXI. dirueretur.

*Iſaaci Voſſii* de antiqva Urbis Romæ magnitudine,

*Olai Borrichii* de antiqva Urbis Romæ facie diſſertatio compendiaria.

*Sexti Julii Frontini* de Aqvæductibus Urbis Romæ libri II. cum notis *Roberti Keuchenii.*

*Raphaëlis Fabretti* de aqvis & aquæductibus Veteris Romæ diſſertationes III.

*Joannis Chifletii* Aqva Virgo, fons Romæ celeberrimus, & priſca religione ſacer. Opus Ædilitatis M. Agrippæ in vetere anulari gemma.

*Lucæ Holſtenii* Commentariolus in veterem picturam, Nymphæum referentem.

*Petri Ciacconii* in Columnæ roſtratæ inſcriptionem à ſe conjectura ſuppletam explicatio.

*Jacobi Sirmondi* explanatio antiqvæ inſcriptionis qvâ L. Scipionis Barbati F. expreſſum eſt elogium.

*Joſephus Caſtalio* de templo Pacis, atqve ex occaſione de Jani Gemini Templo, belliqve portis.

*Ejusd.* explicatio ad inſcriptionem Auguſti qvæ in baſi eſt Obeliſci ſtatuti per Sixtum V. Pontificem Max. ante portam Flaminiam, alias Populi.

*Petri Angeli Bargæi* de privatorum publicorumqve ædificiorum Urbis Romæ everſoribus, Epiſtola.

*Ejusd.* commentarius de Obeliſco ad Sixtum V. Pont. Max.

*Joſephi Caſtalionis* de Columna Triumphali Imp. Antonini Commentarius.

Fragmenta veſtigii Veteris Romæ, ex lapidibus Farneſianis primum in lucem edita cum notis *Jo. Petri Bellorii.*

*Livinii Cruylii* Presbyteri Gandavenſis deſcriptio faciei variorum locorum, qvam proſpectum vocant, Urbis Romæ, tam antiqvæ qvam novæ, in XV. Tabulis æri inciſa.

To-

## Tomus V.

*Jacobi Gutherii* de veteri jure Pontificio Urbis Romæ libri IV.
*Jo. Andreæ Boſii* de Pontifice Max. Romæ Veteris Exercitatio Hiſtorica.
*Ejusd.* de Pontificatu maximo Imperatorum Romanorum Exercitatio altera.
*Mich. Angelus Cauſeus de la Chauſſe* de inſignibus Pontificis Maximi, Flaminis Dialis, Anguris, & inſtrumento ſacrificantium.
*Auguſtini Niphi* libri II. de Auguriis.
*Jul. Cæſar Bulengerus* de ſortibus.
*Ejusd.* de Auguriis & Auſpiciis.
—— de Ominibus.
—— de Prodigiis.
—— de terræ motu & fulminibus.
*Jo. Baptiſtæ Belli* diatriba de partibus templi auguralis.
*Jo. Pierius Valerianus* de fulminum ſignificationibus.
*Juſti Lipſii* de Veſta & Veſtalibus ſyntagma.
*Ezechielis Spanhemii* de numo Smyrnæorum, ſeu de Veſta & Prytanibus Græcorum diatriba, multum ab auctore locupletata.
Antiqvæ tabulæ marmoreæ ſolis effigie, ſymbolisqve exſculptæ explicatio, qva priſcæ qvædam mythologiæ, ac nonnulla præterea vetera monumenta marmorum, gemmarum, nomiſmatum illuſtrantur, auctore *Hieronymo Aleandro* juniore. Acceſſit non abſimilis argumenti expoſitio ſigillorum Zonæ veterem ſtatuam marmoream cingentis.
*Michaëlis Angeli Cauſei de la Chauſſe* Deorum ſimulacra, Idola aliæqve imagines æreæ.
*Jo. Baptiſtæ Hanſenii* de jurejurando veterum liber.
*Stephanus Trelicrius* de jurejurando.
*Erycii Puteani* de jurejurando antiqvorum ſchediaſma, in qvo de Puteali Libonis.
*Plutarchi* & *Marci Zuerii Boxhornii* qvæſtiones Romanæ, qvibus ſacri & profani ritus eorumqve cauſæ & origines, plurima etiam Antiqvitatis monumenta eruuntur & explicantur.

## Tomus VI.

*Franciſci Bernardi Ferrarii* de Veterum acclamationibus & plauſu libri VII.

*Petrus*

*Petrus Berthaldus* de Ara liber ſingularis.

*Petrus Bacchinus* & *Jacobus Tollius* de ſiſtris, eorumqve figuris ac differentia.

*Caſpar Sagittarius* de januis Veterum, una cum Auctoris Analectis.

*Lazarus Bayſius* de re Veſtiaria.

*Octavii Ferrarii* de re Veſtiaria libri VII.

*Albertus Rubenius* de re Veſtiaria Veterum, præcipue de lato clavo.

*Octavii Ferrarii* Analecta de re Veſtiaria.

*Jo. Baptiſta Donius* de utraqve Pænula.

*Aldus Manutius*, Pauli F. de toga Romanorum.

*Ejusd.* de tunica Romanorum.

—— de tibiis veterum.

*Theophilus Raynaudus* de pileo cæterisqve Capitis tegminibus tam ſacris qvàm profanis.

## Tomus VII.

*Rich. Streinius* de Gentibus & Familiis Romanorum.

*Antonius Auguſtinus* de Familiis Romanorum.

Familiæ Romanæ nobiliores è *Fulvii Urſini* Commentariis.

Notitia Dignitatum utriusqve Imperii, Orientis ſcilicet & Occidentis ultra Arcadii Honoriiqve tempora, & in eam *Guidonis Pancirolli* J. U. D. celeberrimi ac in Patavina Academia Interpretis Legum primarii, Commentarii.

Marmor Piſanum de honore biſellii. Parergon inſeritur de Veterum ſellis, curâ *Valerii Chimentelli* J. C. in Piſano Lyceo Eloqv. & Politices Profeſſoris. Accedit Myiodia, ſive de Muſcis odoris Piſanis Epiſtola.

## Tomus VIII.

*Vetus Kalendarium Romanum, è marmore deſcriptum in Ædibus Maffæorum ad Agrippinam, in tabula marmorea, ſuperne fracta.*

Petri Ciaconii Toletani *notæ in Vetus Romanorum Kalendarium.*

Fulvii Urſini *notæ ad Kalendarium Ruſticum Farneſianum.*

*Kalendarii fragmentum, quod viſitur in Ædibus Capranicorum.*

Sibrandi Siccamæ *Commentarius in Faſtos Kalendares Romanorum.*

*Aliud Vetus Kalendarium, quod in libris antiquis præfigitur Faſtis Ovidii.*

*Kalendarium Romanum ſub Conſtantio, Magni filio, circa annum Chriſti* CCCLIV. *compoſitum, & Valentino cuidam dedicatum.*
Lambecii *notæ in Kalendarium vetus.*
Thomæ Demſteri *Kalendarium Romanum.*
Dionyſii Petavii *Kalendarium vetus Romanum, cum ortu occaſuque ſtellarum.*
Petri Gaſſendi *Kalendarium Romanum compendioſe expoſitum.*
Petri Violæ, Vicetini *de Veterum novaque Romanorum temporum ratione libellus.*
Hadrianus Junius *de Annis & Menſibus.*
Hadriani Junii *Faſtorum Liber.*
Joannes Lalamantius *de Anno Romano.*
M. Jacobus Chriſtmannus *de Kalendario Romano.*
Franciſcus Robortellus *Utinenſis, de Menſium appellatione ex nominibus Impp.*
Joſephus Scaliger *de Veteri Anno Romanorum.*
Samuelis Petiti *Eclogæ Chronologicæ de Anno & Periodo veterum Romanorum.*
Wilhelmus Langius *de veteri anno Romanorum.*
Erycii Puteani *de Biſſexto liber, nova temporis Facula, qua intercalandi arcana, hactenus obſcura, illuſtrantur.*
Petrus Taffinus *de veterum Romanorum Anno ſeculari, ejusque potiſſimum per ludos Seculares celebritate, eorumque Chronologia.*
Erycii Puteani *de Nundinis Romanis liber, nova Faſtorum velut Facula.*
F. Georgii Tholoſani *Syntagmate Juris, de Nundinis & Mercatibus.*
Joannis Baptiſtæ Belli *Diatriba de Pharſalici conflictus Menſe & Die.*
Petri Moreſtelli *Philomuſus, ſive de triplici anno Romanorum, Menſibus eorumque partibus, deque die civili & diverſitate dierum libri quinque.*
——— *Alypius, ſive de Priſcorum Romanorum Feriis liber.*
Julius Cæſar Bulengerus *de Tributis ac Vectigalibus Populi Romani.*
Vincentii Contareni *de Frumentaria Romanorum Largitione liber.*
Joannis Schefferi *Agrippa liberator, ſive Diſſertatio de novis Tabulis.*
Barnabas Briſſonius *de Ritu Nuptiarum & jure Connubiorum.*
Antonii Hotomanni, J. C. *de Veteri Ritu Nuptiarum obſervatio.*
——— *de Sponſalibus, de Veteri Ritu Nuptiarum, & jure Matrimoniorum, item de Spuriis & Legitimatione.*
Joannes Meurſius *de Luxu Romanorum.*
Stanislai Kobierzykii *de Luxu Romanorum commentarius.*

Joachimi Joannis Maderi *de Coronis, Nuptiarum præſertim, ſacris & profanis libellus.*

## Tomus IX.

*Onuphrius Panvinius*, Veronenſis, de Ludis Circenſibus, cum notis *Joannis Argoli*, J. U. D. & additamento *Nicolai Pinelli*, J. C.

*Julius Cæſar Bulengerus*, Juliodunenſis, Doctor Theologus, de Circo Romano ludisqve Circenſibus, de venatione Circi & Amphitheatri, ac de theatro.

*Onuphrii Panvinii* Veronenſis de Ludis ſæcularibus liber.

*Ageſilai Mariſcotti* de perſonis & larvis, earumqve apud Veteres uſu & origine ſyntagmation.

*Marqvardi Freberi* Cecropiſtromachia, antiqva Duelli gladiatorii ſculptura in ſardonyche expoſita, cum notis *Henrici Gunteri Thulemarii* J. U. D. & Antiqviſſimæ Heidelbergenſ. Univerſitat. Profeſſoris Ordin.

*Juſti Lipſii* Saturnalium ſermonum libri duo, de Gladiatoribus.

*Ejusdem* de Amphitheatro liber, in qvo forma ipſa loci expreſſa, & ratio ſpectandi, ut & de Amphitheatris qvæ extra Romam libellus, in qvo formæ eorum aliqvot & typi.

*Onuphrii Panvinii* de triumpho commentarius notis & figuris illuſtratus à *Joachimo Joanne Madero.*

## Tomus X.

*Nicolai Bergierii*, de publicis & militaribus Imperii Romani viis libri V. ex Gallica in Latinam lingvam translati ab *Henrico Chriſtiano Henninio.*

*Henr. Chriſtiani Henninii* notæ ad Bergierium.

*Franciſci Patricii* Res militaris Romana, ex Italica in latinam lingvam verſa à *Ludolpho Neocoro.*

*Hygini* Gromatici, & *Polybii* Megalopolitani de Caſtris Romanis, qvæ extant cum notis & animadverſionibus *Ratbodi Hermanni Schelii.*

*Ratbodi Hermanni Schelii* diſſertatio de Sacramentis.

——— de cuſtodia Caſtrorum.

——— de ſtipendio militari.

——— de ſtipendio Eqveſtri.

——— de die ſtipendii.

*Ratbodi Hermanni Schelii* de frumento & veſte.
——— de Tributo & ærario.
——— de præda.
——— de victu militum.
——— de Itinere.
——— de Agmine Polybiano.
——— de Agmine Veſpaſiani.
——— de Cohortibus Legionis antiqvæ.
*Claudii Salmaſii* de re militari Romanorum liber, opus poſtumum.
*Johannis Henrici Bœcleri* diſſertatio de legione Romana.
*Franciſcus Robortellus* Utinenſis, I. de legionibus Romanorum ex Dionis libro LIV. II. de commodis, præmiis & donis militaribus. III. de pœnis militum & ignominiis.
*Erycii Puteani* de ſtipendio militari apud Romanos ſyntagma, qvo modus ejus hactenus ignoratus conſtituitur.
*Vincentii Contareni* de militari Romanorum & Stipendio commentarius.
*Michaël Angelus Cauſeus de la Chauſſe*, Pariſienſis, de ſignis militaribus.
*Petri Rami* ſummi Philoſophi & Oratoris liber de militia Caji Julii Cæſaris.

## Tomus XI.

*Ezechielis Spanhemii* Orbis Romanus, ſeu ad Conſtitutionem Imperatoris Antonini, de qva Ulpianus leg XVII. dig. de ſtatu hominum, Exercitationes duæ.
Faſti magiſtratuum Romanorum ab Urbe condita ad tempora divi Veſpaſiani Auguſti, à *Stephano Vinando Pighio*, ſuppletis Capitolinis fragmentis.
Deſcriptio Conſulum, ex qvo primi ordinati ſunt, ſive integri Faſti Conſulares, qvos *Idatianos* docti Viri hactenus appellarunt, opera & ſtudio *Philippi Labbe*.
*Tironis Proſperi* Aqvitani Chronicon integrum, ab Adamo ad Romam captam à Genſerico Wandalorum Rege.
Faſti Conſulares Anonymi, qvos è codice Manuſcripto Bibliothecæ Cæſareæ depromſit, & diſſertatione illuſtravit *F. Henricus Noris*.
*Anonymus* de Præfectis Urbis ex temporibus Gallieni. Ut & Fragmentum Faſtorum ab anno Chriſti 205. ad 353. ex editione *Ægidii Bucherii*.

Epiſtola

Epiſtola Conſularis, in qva Collegia LXX. Conſulum ab anno Chriſtianæ Epochæ XXIX. Imperii Tiberii Auguſti decimo qvinto usqve ad annum CCXXIX. Imperii Alexandri Severi octavum, in vulgatis Faſtis hactenus perperam deſcripta, corriguntur, ſupplentur, & illuſtrantur, auctore *F. Henrico Noris*, Veronenſ. Auguſtiniano.

*Sertorii Urſati* Eq. de Notis Romanorum Commentarius.

Diſſertationes de Nummis Antiqvis, diviſæ in qvatuor Partes, Auctore *Ludovico Savoto.* Ex Gallica in Latinam Lingvam transtulit *Ludolphus Neocorus.*

*Alberti Rubenii* Diſſertatio de Gemma Tiberiana, & Auguſtea.

*Ejusdem* de Urbibus Neocoris Diatribe.

*Marquardi Freheri*, Conſiliarii Palatini, de re Monetaria veterum Romanorum, & hodierni apud Germanos Imperii, Libri duo.

*Robertus Cenalis* de vera Menſurarum Ponderumqve ratione.

*Lucæ Pæti*, Jurisconſulti, de Menſuris & Ponderibus Romanis & Græcis, cum his, qvæ hodie Romæ ſunt, collatis, Libri qvinqve.

*Priſciani Cæſarienſis, Rhemnii Fannii, Bedæ Angli, Voluſii Metiani, Balbi ad Celſum*, Libri de Nummis, Ponderibus, Menſuris, Numeris, eorumqve Notis, & de vetere computandi per digitos ratione, ab *Elia Vineto Santone* emendati, ut & à *Jo. Friderico Gronovio.*

*Alexandri Sardi Ferrarienſis* de Nummis Liber, in qvo priſca Græcorum & Romanorum pecunia ad noſtri æris rationem redigitur.

## Tomus XII.

*Vincentius Butius* de calido, frigido, & temperato antiqvorum potu, & qvo modo in deliciis uterentur.

*Julius Cæſar Bulengerus* de Conviviis libri qvatuor.

*Erycii Puteani* reliqviæ Convivii Priſci; tum ritus alii, & cenſuræ.

*Andreæ Baccii* de Thermis veterum liber ſingularis.

*Franciſci Robortelli* Laconici ſeu Sudationis, qvæ adhuc viſitur in ruina Balnearum Piſanæ Urbis, explicatio.

*Franc. Mariæ Turrigii* Notæ ad vetuſtiſſimam Urſi Togati, Ludi Pilæ vitreæ inventoris inſcriptionem.

*Martini Lipenii* Strenarum hiſtoria, à prima origine, per diverſas Regum, Conſulum, & Imperatorum Romanorum, nec non Epiſcoporum ætates, ad noſtra usqve tempora.

*Marci Meibomii* de Fabrica Triremium liber.

*Conſtantini Opelii* de Fabrica Triremium Meibomiana Epiſtola perbrevis ad Amicum.

*Iſaaci Voſſii* de Triremium & Liburnicarum conſtructione, diſſertatio.

*Jacobi Philippi Thomaſini* de Donariis ac Tabellis Votivis liber ſingularis.

*Vincentii Alſarii* de Invidia & Faſcino veterum, libellus.

*Joannis Schefferi* de Antiqvorum Torqvibus ſyntagma.

*Michaëlis Angeli Cauſei de la Chauſſe* diſſertationes tres:

I. De Vaſis, Bullis, Armillis, Fibulis, Annulis, Clavibus, Teſſeris, Stylis, Strigilibus, Guttis, Phialis, Lacrymatoriis, & de Manibus æneis vota referentibus.

II. De Mutini Simulacris.

III. De Æneis Antiqvorum Lucernis.

*Octavii Ferrarii* Diſſertatio de veterum Lucernis ſepulchralibus.

Picturæ antiqvæ ſepulcri Naſoniorum in via Flaminia: delineatæ & æri inciſæ à *Petro Sancto Bartolo*: explicatæ vero & illuſtratæ à *Johanne Petro Bellorio*: ex Italica lingva in Latinam vertit *Ludolphus Neocorus*.

*Jacobi Gutherii* de Jure Manium, ſeu de ritu, more & legibus priſci Funeris, Libri tres.

——— Choartius Major, vel de Orbitate toleranda, ad Annam Robertum J. C. Præfatio.

*Petri Moreſtelli* Pompa ferialis, ſive Juſta funebria Veterum, libri decem.

# XI. *INDEX ALPHABETICUS*

## Scriptorum qvi in utroqve Theſauro Græcarum & Romanarum Antiqvitatum continentur.

*Littera G. theſaurum Antiqv. Græcarum, R. Romanarum: Major numerus Tomum, minor paginam ſignificat.*

ALeandri (*Hier.*) Antiqvæ Tabulæ marmoreæ Solis effigie, Symboqve exſculptæ accurata explicatio: qva priſcæ qvædam Mythologiæ, ac nonnulla præterea vetera Monumenta Marmorum, Gemmarum, Nomiſmatum, illuſtrantur. Acceſſit non abſimilis argu-

argumenti expoſitio Sigillorum Zonæ, veterem Statuam Marmoream cingentis, *cum figuris*. *R. V.* 701.

*Allatii (Leonis)* de Patria Homeri liber, *cum figuris*. *G. X.* 1553.

——— Homeri Natales, Græcè, cum Interpretatione Latina *Andreæ Bajani*. *G. X.* 1853.

*Alſarii (Vincentii)* de Invidia & Faſcino Veterum libellus. *R. XII.* 885.

*Anonymus* de Præfectis Urbis ex temporibus Gallieni. Ut & fragmentum Faſtorum ab anno Chriſti 204. ad 354. Paſchalis Laterculus ex editione *Ægidii Bucherii*. *R. XI.* 383.

*Antiquæ Inſcriptionis* qva L. Scipionis Barbati F. expreſſum eſt Elogium explanatio, *cum figuris*. *R. IV.* 1832.

*Aretini (Leonardi)* Commentaria rerum Græcarum. *G. VI.* 3387.

*Auguſtini (Antonii)* de Legibus & Senatusconſultis Liber, cum notis *Fulvii Urſini*. *R. II.* 1142.

*Bacchini (Benedicti)* de Siſtris, eorumqve Figuris, ac differentia, diſſertatio. *Jacobus Tollius* Diſſertatiunculam & notulas adjecit, & perilluſtri *Velthuſio* conſecravit, *cum figuris*. *R. VI.* 409.

*Baccii (Andreæ)* de Conviviis antiqvorum, deqve ſolemni in eis Vinorum uſu, atqve ritu Cœnarum ſumptuoſisſimo, libri qvinqve. *G. IX.* 21.

——— de Thermis Veterum Liber ſingularis. *R. XII.* 281.

*Barberii (Joſephi)* de miſeria Poëtarum Græcorum liber. *G. X.* 797.

*Bargæi (Petri Angeli)* de Privatorum Publicorumqve Ædificiorum Urbis Romæ Everſoribus, Epiſtola. *R. IV.* 1867.

——— Commentarius de Obeliſco, *cum figuris*. *R. IV.* 1893.

*Bartholini (Bartoli)* Commentarius de Pænula, *cum figuris*. *R. VI.* 1157.

*Bayſii (Lazari)* de Re Navali liber, ſeu annotationes in l. 2. De Captivis, & Poſtliminio reverſis, *cum figuris*. *G. XI.* 564.

——— de Vaſculis libellus, ſive animadverſiones in tractatum de Auro & Argento legato, *cum figuris*. *G. IX.* 677.

——— de Re veſtiaria, *cum figuris*. *R. VI.* 553.

*Belli (Joannis Baptiſtæ)* de Partibus templi Auguralis. *R. V.* 543.

——— Diatriba de Pharſalici conflictus Menſe & Die. *R. VIII.* 705.

*Bellonii (Petri)* de Admirabili Operum Antiqvorum & rerum ſuſpiciendarum præſtantia, libri tres. *G. VIII.* 2530.

*Bellorii*

*Bellorii (Johannis Petri)* notæ in Nomiſmata tum Epheſia, tum aliarum urbium, Apibus inſignita. *cum figuris. G. VII.* 401.

——— Expoſitio ſymbolici Deæ Syriæ ſimulacri. *G. VII.* 425.

——— *Veterum Lucernæ ſepulcrales*, collectæ ex cavernis & ſpecubus ſubterraneis urbis Romæ, *figuris æneis expreſſæ:* in qvibus multa ad eruditionem monumenta continentur, delineatæ ſecundum formas ſuas à *Petro Sanctio Bartolio*. Diviſæ in tres partes, cum obſervationibus *Joannis Petri Bellorii*. Ex Italico in Latinum ſermonem transtulit *Alexander Dukerus*. Auctior. *G. XII.* 1.

——— Picturæ Antiqvæ Sepulcri Naſoniorum in Via Flaminia, delineatæ & æri inciſæ à *Petro Sanctio Bartolio*: explicatæ verò & illuſtratæ à *Johanne Petro Bellorio*: ex Italica Lingva in Latinam vertit *Ludolphus Neocorus*, cum figuris. *R. XII.* 1021.

——— *Veterum Sepulchra*, ſeu Mauſolea Romanorum & Etruſcorum, inventa in urbe Roma, aliisqve locis celebribus; in qvibus multa ad eruditionem monumenta continentur, collecta & delineata à *Petro Sanctio Bartolio*, cum explicationibus *Joannis Petri Bellorii*. Ex Italico in Latinum ſermonem transtulit *Alexander Dukerus*, cum figuris. *G. XII.*

——— Fragmenta Veſtigii veteris Romæ, ex Lapidibus Farneſianis, nunc primum in lucem edita, cum notis Petri Bellorii & figuris æneis. *R. IV.* 1955.

*Bergieri (Nic.)* de Publicis & Militaribus Imperii Romani Viis Libri V. auctiores & emendatiores, ex Gallica in Latinam Lingvam translati ab *Henr. Chriſtiano Henninio*. Accedunt ejusdem Animadverſiones *cum Tabulis & Numiſmatibus. R. X.* 1.

*Berthaldi (Petri)* Liber Singularis de Ara. *R. VI.* 233.

*Bœcleri (Joh. Henr.)* Diſſertatio de Legione Romana. *R. X.* 1454.

——— de Scriptoribus Græcis & Latinis, ab Homero ad initium ſæculi poſt Chriſtum Natum decimi ſexti commentatio. *G. X.* 905.

*Borrichii (Olai)* de antiqva Urbis Romæ facie, Diſſertatio compendiaria. *R. VI.* 1517.

*Boſii (Jo. Andreæ)* de Pontifice maximo Romæ Veteris, Exercitatio Hiſtorica. *R. V.* 225.

*Ejusd.* de Pontificatu maximo Imperatorum Romanorum præcipue Chriſtianorum. *R. V.* 269.

*Boxbornii (Marci Zuerii)* Qvæſtiones Romanæ, qvibus ſacri & profani ritus,

tus, eorumqve cauſſæ & origines, plurima etiam Antiqvitatis Monumenta eruuntur & explicantur. *R. V.* 901.

*Briſſonii (Barnabæ)* ad Legem Juliam de Adulteriis liber ſingularis. *G. VIII.* 1346.

——— de Veteri ritu Nuptiarum & Jure Connubiorum. *R. VIII.* 1007.

——— Commentarius ad L. Dominico, de Spectaculis, in C. Theod. & L. omnes dies cod. de Feriis. *G. VIII.* 2358.

*Bulengerus (Julius Cæſar)* de Auguriis & Auſpiciis. *R. V.* 405.

——— de Circo Romano, Ludisqve Circenſibus Liber. *R. IX.* 577.

——— de Conviviis Libri qvatuor. *R. XII.* 45.

——— de Elephantis. *R. IX.* 821.

——— Tractatus de Eqvis. *R. IX.* 727.

——— de Ludis Veterum liber unicus. *G. VII.* 901.

——— de Ominibus. *R. V.* 441.

——— de Oraculis & Vatibus liber. *G. VII.* 1.

——— de Pictura, Plaſtice, Statuaria libri duo. *G. IX.* 809.

——— de Prodigiis. *R. V.* 457.

——— de Sortibus. *R. V.* 361.

——— de Templis Ethnicorum. *G. VII.* 50.

——— de Terræ motu & Fulminibus. *R. V.* 515.

——— de Theatro, *cum figuris.* *R. IX.* 825.

——— de Tributis ac Vectigalibus Populi Romani. *R. VIII.* 819.

——— de Triumphis, Spoliis bellicis, Tropæis, Arcubus Triumphalibus, & Pompa Triumphi, liber unicus. *G. XI.* 857.

——— de Venatione Circi, & Amphitheatri, Liber unicus. *R. IX.* 749.

*Butius (Vincentius)* de calido, frigido, ac temperato Antiqvorum potu, & qvomodo in deliciis uterentur. *R. XII.* 1.

*Calcagnini (Cælii)* de re Nautica commentatio, ad *Lilium Gregorium Gyraldum.* *G. XI.* 741.

——— de Talorum, ac Teſſerarum, & Calculorum Ludis ex more Veterum, in gratiam *Lilii Gregorii Gyraldi.* *G. VII.* 1213.

*Camerarii (Joachimi)* de Comicis Verſibus diatriba. *G. VIII.* 1578.

——— Hippocomicus, ſeu de curandis Eqvis: item de nominibus Eqveſtribus Græcis & Latinis, collectio. *G. XI.* 793.

——— Hiſtoria rei nummariæ, ſive de Nomiſmatis Græcis & Latinis. *G. IX.* 1401.

*Caſalii (Johannis Baptiſtæ)* de Inſignibus, Anulis, Fibulis, &c. Syntagma, *cum figuris. G. IX.* 893.
——— de Ritu Nuptiarum, ac de Jure Connubiali Veterum diſſertatio. *G. VIII.* 1302.
——— de Thermis & Balneis Veterum tractatio, *cum figuris. G. IX.* 633.
——— de Tragœdia & Comœdia lucubratio. *G. VIII.* 1598.
——— de Tricliniis, Conviviis, Hoſpitalitate, & Teſſeris Veterum, Exercitatio, *cum figuris. G. IX.* 121.
*Caſtalionis (Joſephi)* de Columna Triumphali Imp. Antonini Commentarius, *cum figuris. R. IV.* 1937.
——— Ejusdem Explicatio ad Inſcriptionem Auguſti, qvæ in baſi eſt Obeliſci ſtatuti per Sixtum V. Pontif. ante Portam Flaminiam, alias Populi, *cum figuris. R. IV.* 1858.
——— Adverſus Fœminarum prænominum aſſertores diſputatio. *R. II.* 2050.
——— Opuſculum de Pacis Templo, unde columna exempta in Exqvilinum eſt translata, *cum Numiſmat. R. IV.* 1843.
——— Commentarius de Antiqvis Puerorum Prænominibus. *R. II.* 2062.
*Caſtellani (Petri)* ΚΡΕΩΦΑΓΙΑ, ſive de eſu Carnium, libri IV. *G. IX.* 353.
——— ΕΟΡΤΟΛΟΓΙΟΝ, ſive de Feſtis Græcorum Syntagma, in qvo plurimi Antiqvitatis ritus illuſtrantur. *G. VII.* 597.
——— de Menſibus Atticis, nec non de menſibus & anno Græcorum, Athenienſiumqve diatriba. *G. IX.* 1081.
——— Vitæ veterum & illuſtrium Medicorum, qvi toto orbe usqve ad ſæculum XIII. floruerunt. *G. X.* 853.
*Cenalis (Robertus)* de vera Menſurarum, Ponderumqve Ratione Liber, jam tertio auctus & recognitus ab Auctore. Accedunt & paralipomena qvædam. *R. XI.* 1436.
*Chauſſe (Michaëlis Angeli Cauſei de la)* Deorum Simulacra, Idola, aliæqve Imagines æreæ, *cum figuris nitidiſſimis. R. V.* 765.
——— de Inſignibus Pontificis Maximi, Flaminis Dialis, Auguris, & Inſtrumentis Sacrificantium *cum figuris æneis nitidiſſimis. R. V.* 313.
——— de Signis Militaribus. *R. X.* 1526.
——— Diſſertationes tres, I. De Vaſis, Bullis, Armillis, Fibulis, Annulis, Clavibus, Teſſeris, Stylis, Strigilibus, Guttis, Phialis Lacrymatoriis, & de Manibus æneis vota referentibus. II. De Mutini Si-

Simulacris. III. De Æneis Antiqvorum Lucernis, *cum figuris. R. XII.* 949.

*Chiffletii (Joannis)* Aqva Virgo, Fons Romæ celeberrimus, & priſca Religione ſacer, opus Ædilitatis M. Agrippæ in vetere annulari Gemma, *cum figuris. R. IV.* 1779.

*Chimentellii (Val.)* Marmor Piſanum de honore biſellii. Parergon inſeritur de veterum Sellis, Synopſis appenditur de re Donatica Antiqvorum, accedit Myioda, ſive de Muſcis Odoris Piſanis Epiſtola, *cum figuris. R. VII.* 2025.

*Chriſtmannus (M. Jacobus)* de Kalendario Romano. *R. VIII.* 285.

*Chytræi (Davidis)* Tabula Philoſophica, ſive ſeries Philoſophorum, & ſectæ eorum præcipuæ; à Thalete & Socrate imprimis, usqve ad Ciceronem deducta. *G. X.* 346.

*Ciacconii (Petri)* in Columnæ Roſtratæ Inſcriptionem à ſe conjectura ſuppletam explicatio, cum Sirmondi & alior. notis. *R. IV.* 1807.

——— notæ in vetus Rom. Kalendarium. *R. VIII.* 19.

——— Kalendarium Ruſticum in Bibliotheca Farneſiana. *R. VIII.* 19.

*Claſenii (Danielis)* Theologia Gentilis, ſeu demonſtratio, qua probatur Gentilium Theologiam (ceu tenebras) Deos, Sacrificia & alia ex fonte Scripturæ, (ceu luce) originem traxiſſe, in tres partes diviſa. *G. VII.* (1.)

*Contareni (Vincentii)* de Frumentaria Romanorum largitione Liber. *R. VIII.* 923.

——— de Militari Romanorum Stipendio Commentarius. *R. X.* 1513.

*Cornarii (Jani)* de Conviviis Veterum Græcorum libellus. *G. IX.* 1.

*Cragius (Nicolaus)* de Republica Lacedæmoniorum, *auctior & emendatior. G. V.* 2497.

*Creſollii (Ludovici)* Theatrum Veterum Rhetorum, Oratorum, Declamatorum, qvos in Græcia nominabant ΣΟΦΙΣΤΑΣ, expoſitum libris V. in qvibus omnis eorum diſciplina, & dicendi ac docendi ratio, moresqve produntur, vitia damnantur, & magni utriusque lingvæ illuſtrantur & emaculantur ſcriptores. *G. X.* 1.

*Crophi (Johannis Baptiſtæ)* Antiqvitates Macedonicæ, ſive de Regio Macedonum principatu, moribus, atqve militia diſſertatio, *cum figuris. G. VI.* 2855.

*Damaſceni* (*Nicolai*) de moribus Græcorum aliarumqve Gentium libellus, cum interpretatione Latina *Nicolai Cragii*. *G. VI.* 3843.
*Demontioſii* (*Ludovici*) Commentarius de Sculptura, Cælatura gemmarum, Scalptura & Pictura antiqvorum, libri duo. *G. IX.* 777.
*Dempſteri* (*Thomæ*) Kalendarium Romanum. *R. VIII.* 115.
*Dicæarchi* Geographica qvædam, ſive de vita Græciæ. Ejusdem deſcriptio Græciæ, verſibus Jambicis, ad Theophraſtum, *Henrico Stephano* Interprete, cum ipſius & *Iſaaci Caſauboni* Annotationibus. Accedit *Henrici Stephani* ad Dicæarchum & ſuam in illum lucubrationem Appendicula. *G. XI.* (1.)
*Doleti* (*Stephani*) de Re Navali liber, ad *Lazarum Bayſium*. *G. XI.* 629.
*Donati* (*Alexandri*) Roma vetus ac recens, utriusqve ædificiis ad eruditam cognitionem expoſitis, *cum figuris elegantiſſim.* arctificioſ. delin. à *Joh. Goeree* ex veſtigiis Ædificior. ruinis, Monumentis æneis, &c. collect. *R. III.* 469.
*Donii* (*Joh. Bapt.*) Diſſertatio de utraqve Pænula. *R. VI.* 1149.
*Douſæ* (*Georgii*) de Itinere ſuo Conſtantinopolitano Epiſtola. Acceſſerunt Veteres inſcriptiones Byzantio & ex reliqva Græcia allatæ cum qvibusdam Doctorum Virorum Epiſtolis. *G. VI.* 3343.

*Eggelingii* (*Johannis Henrici*) Myſteria Cereris & Bacchi, in Vaſculo ex uno onyche, *cum figuris*. *G. VII.* 57.
*Emmii* (*Ubbonis*) Vetus Græcia, opus diſtinctum in tomos tres: qvorum I. Deſcriptionem habet Regionum à Græcis habitatarum, cum adjunctis Inſulis: II. Complectitur res geſtas Græcorum: III. Repræſentat ſtatum ac formam præcipuarum ejus gentis rerumpublicarum, *cum additamentis Auctoris antehac ineditis & ſuis locis inſertis, at ſubjectis notulis, cum fig.* *G. IV.* 85.
——— de Statu Acarnanum. *G. IV.* 585.
——— de Republica & fortuna Achæorum. *G. IV.* 557.
——— de Republica & fortuna Ætolorum. *G. IV.* 575.
——— de Concilio Amphictyonico. *G. IV.* 587.
——— de Republica Argivorum *G. IV.* 519.
——— Athenarum veterum Deſcriptio, *cum appendice & emendat.* *G. IV.* 433.
——— de inclinatione & interitu Reipublicæ Atticæ, Spartanæ, & Carthaginienſis, *G. IV.* 597.

*Emmii (Ubbonis)* de Republica Carthaginienſium. *G. IV.* 503.
——— de ſitu, amplitudine, & magnificentia Portus Carthaginis. *G. IV.* 661.
——— de Chio, & ejus ſtatu ac fortuna. *G. IV.* 547.
——— de Republica & ſtatu Corcyræorum. *G. IV.* 541.
——— de Republica Corinthiorum. *G. IV.* 527.
——— de Republica & legibus Cretenſium. *G. IV.* 513.
——— de Statu Epiri. *G. IV.* 587.
——— Lacedæmon antiqva, *cum appendice.* *G. IV.* 465. & 633.
——— de Republica Locrenſium in Italia. *G. IV.* 593.
——— de Lyciorum Republica in Aſia. *G. IV.* 597.
——— de ſtatu & Republica Maſſilienſium. *G. IV.* 589.
——— de Republica & ſtatu Rhodiorum. *G. IV.* 549.
——— de Samo & ejus Republica. *G. IV.* 545.
——— de Republica Syracuſana. *G. IV.* 531.
——— de Republica Thebanorum. *G. IV.* 523.
*Ernſtii (Henr.)* Epiſtola de Pænula. *R. VI.* 1179.
*Evanthii & Donati* de Tragœdia & Comœdia commentiunculæ. *G. VIII.* 1682.

*Fabretti (Raphaëlis)* de Aqvis & Aqvæductibus veteris Romæ Diſſertationes tres, *cum Chartis Geographicis & figuris æneis nitidiſſimis. R. IV.* 1677.
*Fabri (Petri)* de Re Athletica, Ludisqve Veterum Gymnicis, Muſicis, atqve Circenſibus Spicilegiorum tractatus, tribus libris comprehenſi, opus teſſellatum *Cum ejusdem Paralipomenis, G. VIII.* 1758.
*Fabri (Tanaquilli)* Vitæ Poëtarum Græcorum: ubi de eorundem Patria, Moribus, Scriptis, &c. perſpicue ac compendioſe diſſeritur: Ex Gallico idiomate in Latinum translatæ. *G. X.* 740.
*Fabricii (Johannis Ludovici)* de Ludis Scenicis Liber. *G. VIII.* 1714.
*Fabricii (Georgii)* Roma, ejus ſitus, ambitus, gloria, magnificentia, Theatra, Circi, Balnea, &c. *R. III.* 393.
——— De Fabularum, Ludorum, Theatrorum, Scenarum ac Scenicorum antiqva conſvetudine, libellus. *G. VIII.* 1694.
*Feſchii (Sebaſtiani)* de nummo Pylæmenis Evergetæ, Regis Paphlagoniæ, Epiſtola, *cum figuris. G. IX.* 601.

*Falconerii (Octavii)* Inſcriptiones Athleticæ nuper repertæ, editæ & notis illuſtratæ, qvibus acceſſerunt aliæ ex Africanis marmoribus recens deſcriptæ, *cum figuris. G. VIII* 2290.

——— de nummo Apamenſi, Deucalionei diluvii typum exhibente, diſſertatio, *cum figuris. G. X.* 672.

——— de Pyramide C. Ceſtii Epulonis Diſſertatio, *cum figuris. R. IV.* 1461.

——— ad Carolum Datum Epiſtola de Latere ex ædificii veteris ruderibus eruto, qvum paries ad inſtaurandam Panthei porticum A. 1661. dirueretur, *cum figuris. R. IV.* 1483.

*Falda (Joh. Bapt.)* noviſſima & accuratiſſima Romæ Veteris & Novæ tabula Topographica, cum deſcriptione. *R. IV. ibid.*

*Fazoldi (Johannis)* Græcorum Veterum ΙΕΡΟΛΟΓΙΑ, hoc eſt de plurimis Græcorum Gentilium antiqvitatibus, ritibusqve ſacris: inprimis de feſtis diebus, Sacerdotibus, Templis & Aris: de Ludis item ac certaminibus, diſſertatio. *G. VII.* 521.

*Feithii (Everardi)* Antiqvitatum Homericarum libri IV. in quibus ferme omnes eorum temporum per Græciam ritus, Ceremoniæ ac Mores, tam in Sacris qvam in Profanis, exponuntur & illuſtrantur. *G. VI.* 3711.

*Ferrarius (Franciſcus Bernardinus)* de Veterum Acclamationibus & Plauſu, Libri ſeptem. *R. VI.* 1.

*Ferrarii (Octaviani)* de Origine Romanorum Liber. *R. I.* 1.

*Ferrarii (Octavii)* de Re Veſtiaria Libri VII. auctiores & emendatiores, adjectis Iconibus, qvibus res tota oculis ſubjicitur. *R. VI.* 605.

——— Analecta de Re Veſtiaria, ſive exercitationes ad Alb. Rubenii Commentarium de Re Veſtiaria, & Lato Clavo, *cum figuris. R. VI.* 1033.

——— Diſſertatio de Veterum Lucernis Sepulchralibus. *R. XII.* 993.

*Freheri (Marquardi)* Deciſionum Areopagiticarum Sylvula. *G. V.* 2133.

——— Cecropiſtromachia Antiqva duelli Gladiatorii Sculptura in Sardonyche expoſita, cum notis *Henrici Guntheri Thulemarii. R. IX.* 1145.

——— de Re Monetaria Veterum Romanorum, & hodierni apud Germanos Imperii, Libri duo, *cum numiſmatibus. R. XI.* 1396.

*Freinshemii (Johannis)* Diſſertatiuncula de Calido Potu. *G. IX.* 493.

*Freſne (Raphaëlis Tricheti du)* Epiſtola de Charondæ effigie in Catanenſi nummo

nummo expreſſa, apud Petrum Seguinum in nummo argenteo. *G.X.569.*

*Frontini (Sexti Julii)* de Aqvæductibus Urbis Romæ Commentarius, *cum notis & emendationibus Rob. Keuchenii. R. IV.* 1625.

G*aſſendi (Petri)* Kalendarium Romanum compendioſe expoſitum. *R. VIII.* 139.

*Gaurici (Pomponii)* de Sculptura, ſive Statuaria liber. *G. IX.* 725.

*Gazæ (Theodori)* de menſibus Atticis liber ex interpretatione *Johannis Perelli. G. IX.* 977.

*Gentilis (Alberici)* de Auctoribus & Spectatoribus Fabularum non notandis diſputatio. *G.* VIII. 1626.

*Gerbelii (Nicolai)* in Græciæ Mich. Sophiani deſcriptionem explicatio, in qva docetur, qvem fructum, qvamqve voluptatem allatura ſit hæc pictura Studioſis, ſi diligenter eam cum Hiſtoricorum, Poëtarum, Geographorumqve ſcriptis contulerint. Ejusdem de ſitu, nominibus & Regionibus Græciæ, celebrium Urbium deſcriptio, &c. figuris æneis elegantiſſimo artificio à Johanne Goeree delineata. *G.*IV.(1.)

*Gronovii (Johannis Friderici)* de Muſeo Alexandrino exercitationes Academicæ, habitæ anno MDCLXVII. poſt caniculares ferias, ab filio ejus excerptæ: *& nunc primum editæ. G.* VIII. 2738.

*Gronovii (Jac.)* Effigies Virorum ac Fœminarum Illuſtrium, qvibus in Græcis aut Latinis monumentis aliqva memoriæ pars datur, & in qvocunqve Orbis Terrarum ſpatio ob hiſtoriam, vel res geſtas, vel inventa, vel locis nomina data, ac Doctrinam meruerunt cognoſci; *Item variarum regionum miranda, quæ celebrata apud antiquos, ſaxisque & ære expreſſa occurrunt, omnia ex veris ſincerisque documentis petita, & pro ſerie temporum diſpoſita;* Adjecta brevi deſcriptione ſingulorum, qvæ aut in eorum vita, aut in horum proprietate ſpectabilia percipi & intelligi refert, ubi variis occaſionibus nummi, lapides, inſcriptiones, etiam auctorum loca explicantur. Volumen I. continet *Memorabilia temporis mythici, quod Trojano bello terminatur.* Vol. II. *Memorabilia primorum veræ hiſtoriæ ſæculorum.* Vol. III. *Memorabilia veræ Hiſtoriæ poſt Alexandrum Magnum. G.*I. II. III.

— — Marmorea Baſis Coloſſi Tiberio Cæſari erecti ob civitates Aſiæ reſtitutas poſt horrendos terræ tremores. Cujus Coloſſi fides

à *Jo-*

à *Johanne Meurſio* oppugnata defenditur, tantum non oculis exhibetur & venuſta proponitur. Tempus, numerus & nomina civitatum reſtitutarum ubiq; falſus & varius ab recentibus Commentatoribus traditur; verus & certus ex Marmorea Baſi publico inſtrumento feliciter probatur. *Ad Sereniſſimum ac Reverendiſſimum Principem Franciſcum Mariam Mediceum*, &c. Primus trans Alpes vulgavit, revocavit, notis & obſervationibus illuſtravit *Laurentius Theodorus Gronovius*, cum figuris. *G.* VII. 433.

*Gruchii* (*Nicolai*) de Comitiis Romanorum Libri tres. *R. I.* 531.
— — reſponſio ad binas *Caroli Sigonii* reprehenſiones. Unam de binis Magiſtratuum Comitiis; Alteram de Lege Curiata. *R.* I. 709.
-------- ad poſteriorem *Caroli Sigonii* de binis Magiſtratuum Comitiis, & de Lege Curiata diſputationem Refutatio. *R.* I. 755.
*Gutherii* (*Jacobi*) de veteri Jure Pontificio Urbis Romæ Libri IV. *cum figuris æneis. R.* V. 1.
- - - - de Jure Manium, ſeu de ritu, more, & Legibus priſci Funeris, Libri tres, *cum figuris. R.* XII. 1077.
- - - - Choartius Major, vel de Orbitate toleranda, ad A. Robertum, Præfatio. *R.* XII. 1337.
*Gyllii* (*Petri*) de Boſphoro Thracico Libri III. *G. V.* 3087.
- - - - de Topographia Conſtantinopoleos & de illius Antiqvitatibus Libri IV. *G.* VI. 3219.
*Gyraldi* (*Lilii Gregorii*) de Comœdia, ejusqve apparatu omni & partibus commentarius. *G.* VIII. 1474.

*Hagueloni* (*Petri*) Calendarium trilingue, ſeu de menſibus Hebræorum, Græcorum & Romanorum, dialogus, ex optimis qvibusqve Auctoribus collectus. *G.* IX. 1017.
*Hanſenii* (*Joh. Bapt.*) de Jure Jurando veterum Liber. *R.* V. 797.
*Helladii* (*Biſantinoi*) Chreſtomathia, cum interpretatione Latina & Notis *Johannis Meurſii. G.* X. 949.
*Helleri* (*Johannis Jacobi*) Exercitatio de Deo Ignoto Athenienſium. *G.* VIII. 221.
*Hendreich* (*Petri*) Maſſilia, ejus ſitus, adminiſtratio, reſpublica, leges, inſtituta, religio, ſtudia, militia, &c. *G.* VI. 2939.

Hera-

*Heraclidæ (Pontici)* de Politiis Græcorum libellus, cum interpretatione Latina *Nicolai Cragii.* G. VI. 2819.
*Holſtenii (Lucæ)* Epiſtola ad Franciſcum Cardinalem Barberinum de Fulcris, ſeu Verubus Dianæ Epheſiæ ſimulacro appoſitis, *cum figuris.* G. VII. 393.
- - - - de Milliario aureo, error popularis, qvem omnes fere Antiqvarii errant, ab eodem exploſus. *R.* IV. 1805.
- - - - Commentariolus in veterem Picturam Nymphæum referentem ubi Typus veteris Nymphæi appoſitus eſt. *R.* IV. 1797.
- - - - Diſſertatio de Pila Staffilari. *R.* IV. 1083.
*Hotomannus (Franciſcus)* de Formulis Antiqvis. *R.* II. 1909.
- - - - de Magiſtratibus Romanorum, eorumqve Inſtitutione. *R,* II. 1864.
- - - - de Veteri Ritu Nuptiarum, obſervatio. *R.* VIII. 1107.
- - - - de Senatu & inſignibus aliqvot Senatus Conſultis. *R.* II. 1891.
- - - - de Sponſalibus, de Veteri Ritu Nuptiarum & Jure Matrimoniorum, item de Spuriis & Legitimatione. *R.* VIII. 1147.
*Hygini Gromatici, Polybii Megalopolitani*, de Caſtris Romanis, qvæ exſtant, *cum Notis & Animadverſionibus Ratbodi Hermanni Schelii*, cum figuris. *R. X.* 999.

*Jacotii (Deſiderii)* de Philoſophorum doctrina libellus. *G.* X. 349.
*Imperatores* Romani, & Conſtantinopolitani, â C. Julio Cæſare usqve ad Conſtantinum Porphyrogennetum, *ære expreſſ.* in uno folio. *R.* I. 473.
*Jonſtoni (Johannis)* de Annis & Menſibus. *R.* VIII. 199.
- - - - Faſtorum liber, ſive Hemerologion rerum memorabilium qvolibet Anni die actarum. *R.* VIII. 229.

*Kalendarium* Vetus Romanum, è marmore deſcriptum in Ædibus Maffæorum ad Agrippinam, in tabula marmorea ſuperne fracta. *R.* VIII. 1.
- - - - Fragmentum, qvod viſitur in Ædibus Capranicorum. *R.* VIII. 29.
- - - - aliud vetus Kalendarium, qvod in Libris Antiqvis præfigitur Faſtis Ovidii. *R.* VIII. 89.
- - - - Romanum ſub Imp. Conſtantio, Conſtantini Magni filio, circa annum Chriſti CCCLIV, compoſitum, & Valentino cuidam dedicatum. *R.* VIII 95.

*Kobierzykii* (*Stanislai*) de Luxu Romanorum commentarius. *R.* VIII. 1251.

*Labbe* (*Philippi*) Deſcriptio Conſulum ex qvo primum ordinati ſunt: ſive integri Faſti Conſulares, qvos Idatianos docti Viri hactenus appellarunt: ex Codice MS. Bibliothecæ Collegii Claromontani Pariſienſis Societatis JEſu. *R.* XI. 241.

*Lalamantius* (*Joannes*) de Anno Romano. *R.* VIII. 259.

*Lalamantii* (*Jo.*) Diſſertationes tres, I. de Tempore & ejus partibus, II. de anno Macedonum, ſeu Græcorum, III. de Anno Attico, rara & exqviſita rerum ſcitu digniſſimarum cognitione, ac diverſi generis Auctorum explicatione refertæ. *G.* IX. 1041.

*Lambecii* (*Petri*) notæ in Kalendarium vetus. *R.* VIII. 103.

*Langius* (*Wilhelmus*) de Veter. Anno Romanorum. *R.* VIII. 397.

*Latii* Nota & Exacta Chorographia, ſive territorii Romani, juxta Vet. & Nov. ſitum parallela nominum comparatione elaborata. *R.* II. 1409.

*Latinii* (*Latini*) Obſervationes in *Carolum Sigonium* de Antiqvo Jure Civium Romanorum. *R.* I. *in Præfatione.*

- - - - Obſervationes in *Nicol. Gruchium* de Comitiis Romanorum. *R.* I. *in Præfatione.*

- - - - de Antiqvo Jure Italiæ. *R.* II. *in Præfatione.*

*Laurenbergii* (*Johannis*) enarratio Græciæ antiqvæ, *tabulis Geographicis* & notis emendatæ ac exornatæ. *G.* IV. 1.

*Laurentii* (*Joſephi*) de Adulteris, ac Meretricibus tractatio. *G.* VIII. 1402.

- - - - de Agyrtis, Hiſtrionibus, Acclamationibus, & Oſculis inveſtigatio, *G.* VIII. 2434.

- - - - de Annis, Menſibus, Diebus, Horis &c. tractatio. *A.* IX. 1269.

- - - - Opuſcula, de Conviviis, Hoſpitalitate, Teſſeris & Strenis. *G* IX. 161.

- - - - de Funeribus Antiqvorum Tractatus: in qvo ritus funebres ante Rogum, in Rogo, & poſt Rogum explicantur ac illuſtrantur. *G.* XI. 1164.

- - - - de Natalitiis, Conviviisqve, qvæ in iisdem agitabantur, exercitatio. *G.* VIII. 1430.

- - - - de Præconibus, Citharœdis, Fiſtulis, ac Tintinnabulis collectio. *G.* VIII. 1459.

*Lau-*

*Laurentii* (*Joſephi*) de varietate Navium ſchediaſma. *G.* XI. 789.
- - - - de Prandio & Cœna Veterum, ac de aliis ad eadem ſpectantibus Miſcellanea. *G.* IV. 285.
- - - - de Profeſſoribus, Oratoribus, Nomenclatoribus & Litteris collectio. *G.* X. 1161.
- - - - Diſqviſitio de Rebuspublicis, Suffragiis, Conciliis, Accuſationibus, Tormentis &c. Veterum. *G.* VI. 3651.
- - - - de Sponſalibus & Nuptiis Antiqvorum libellus. *G.* VIII. 1330.
- - - - Varia Sacra Gentilium, in qvibus de eorum Religione, Diis, Templis, Sacrificiis, Feſtis, Aſylis, &c. agitur. *G.* VII. (133.)
- - - - de Re Veſtiaria Syntagma. *G.* IX. 921.
*Lazii* (*Wolfgangi*) Græciæ Antiqvæ *variis numiſmatibus* illuſtratæ Libri II. *G.* VI. 3419.
*Leges* ſive *Conſtitutiones Imperiales* de Aqvæductibus tam Romæ veteris qvam novæ, Urbis ſcilicet Conſtantinopolitanæ, cum Notis. *R.* IV. 1671.
*Lipenii* (*Martini*) Strenarum Hiſtoria, à prima origine, per diverſas Regum, Conſulum, & Imperatorum Romanorum, nec non Epiſcoporum ætates, ad noſtra usqve tempora. *R.* XII. 405.
*Lipſii* (*Juſti*) de Amphitheatro liber, in qvo forma ipſa loci expreſſa, & ratio ſpectandi, *cum figuris.* *R.* IX. 1269.
- - - - Ejusdem de Amphitheatris qvæ extra Romam Libellus, in qvo *formæ eorum aliquot & Typi.* *R.* IX. 1319.
- - - - Saturnalium Sermonum Libri duo, qvi de Gladiatoribus, *cum figuris.* *R.* IX. 1161.
- - - - de Veſta & Veſtalibus Syntagma, *cum figuris & Numiſmatibus.* *R.* V. 619.

M*anutius* (*Paulus*) de Civitate Romana. *R.* I. 1.
- - - - - - de Comitiis Romanorum. *R.* I. 477.
- - - - de Legibus Romanis. *R.* II. 1022.
- - - - Liber de Senatu Romano. *R.* I. 894.
*Manutius* (*Aldus*) de Cælatura & Pictura Veterum. *G.* IX. 803.
- - - - de Tibiis Veterum. *R.* VI. 1209.
- - - - Diſſertatio de Toga Romanorum. *R.* VI. 1185.
- - - - de Tunica Romanorum. *R.* VI. 1203.

*Maderi (Joachimi Joannis)* de Coronis, Nuptiarum præſertim, ſacris & profanis Libellus. *R.* VIII. 1403.

*Mariſcottus (Ageſilaus)* de Perſonis, & Larvis, earumqve apud veteres uſu, & origine, Syntagmation *R.* IX. 1097.

*Marliani (Batholomæi)* Urbis Romæ Topographia, cum notis ineditis *Fulvii Urſini & Iconibus Urbis, Romuli, Lupæ, ædificiorum celebrium, Pontis Ceſtii & Caſtri Prætorii* *R.* III. 53.

*Menetreji (Claudii)* Symbolicæ Dianæ Epheſiæ Statuæ expoſitio, multis novis additionibus, *nummis & monumentis antiquis* illuſtrata. *G.* VII. 357.

*Mercurialis (Hieronymi)* de Potionibus ac Eduliis antiqvorum Mantiſſa. *G.* IX. 465.

*Meurſii (Joannis)* Æſchylus, Sophocles, Euripides, ſive de Tragœdiis eorum, libri tres; *nunc ex ipſius Auctoris chirographo aucti. G.* X. 393.

- - - - Archontes Athenienſes, ſive de iis, qvi Athenis ſummum iſtum Magiſtratum obierunt, libri qvatuor, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo aucti G.* IV. 1141.

- - - - Areopagus, ſive de Senatu Areopagitico, liber ſingularis, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo auctus G.* V. 2065.

- - - - Athenæ Atticæ, ſive de præcipuis Athenarum antiqvitatibus Libri III. *nunc ex ipſius Auctoris chirographo aucti G.* IV. 817.

- - - - Bibliotheca Attica, ſive de antiquis Atticis ſcriptoribus, eorumqve item operibus, libri IX. *ex chirographo Auctoris nunc primum editi G.* X. 1393.

- - - - Fortuna Attica, ſive de Athenarum origine, incremento, magnitudine, potentia, gloria, vario ſtatu, decremento, & occaſu, liber ſingularis, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo auctus G.* V. 1677.

- - - - Atticarum Lectionum libri IV. in qvibus antiqvitates plurimæ proferuntur, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo aucti G.* V. 1757.

- - - - de Populis, & Pagis Atticæ, liber ſingularis, in qvo antiqvitates Atticæ plurimæ, *cum ſupplementis Auctoris, & Jacobi Sponii. G.* IV. 673.

- - - - Regnum Atticum, ſive de Regibus Athenienſium, eorumqve rebus geſtis, libri III. *nunc ex ipſius Auctoris chirographo aucti G.* IV. 1017.

- - - - Themis Attica, ſive de Legibus Atticis, libri II. *G.* V. 1945.

- - - - Bibliothecæ Græcæ libri tres, *ex chirographo Auctoris nunc primum editi, G.* X. 1181.

*Meurſii*

*Meurſii (Joannis)* Cecropia, ſive de Athenarum arce, & ejusdem antiqvitatibus, liber ſingularis, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo auctus.* G. IV. 905.

- - - - Ceramicus geminus, ſive de Ceramici Athenienſium utriusqꝫ antiqvitatibus liber ſingularis. *G.* IV. 957.

- - - - Denarius Pythagoricus, ſive de numerorum, usqve ad Denarium, qvalitate, ac nominibus, ſecundum Pythagoricos, liber ſingularis, *G.* IX. 1329.

- - - - Dionyſius, ſive de Auctoribus iſtius nominis, eorumqve ſcriptis, liber ſingularis, *& nunc primum ex chirographo auctoris editus.* G. X. 577.

- - - - Eleuſinia, ſive de Cereris Eleuſiniæ ſacro, ac feſto, liber ſingularis, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo auctus.* G. VII. 109.

- - - - Græcia Feriata, ſive de Feſtis Græcorum, libri VI. *cum notis & marmore ταυροκαθαψίων.* cum figuris. *G.* VII. 701.

- - - - de Funere liber ſingularis, in qvo Græci & Romani ritus. *G.* XI. 1073.

- - - - de Heraclide, aliisqve ejus nominis, & eorum operibus, diſſertatio, *nunc primum ex chirographo Auctoris edita.* G. X. 605.

- - - - Miſcellanea Laconica, ſive variarum Antiqvitatum Laconicarum libri IV. *G.* V. 2281.

- - - - de Regno Laconico liber ſingularis. *G.* V. 2209.

- - - - de Ludis Græcorum liber ſingularis, *cum ſupplementis Claudii Salmaſii.* G. VII. 941.

- - - - de Luxu Romanorum. *R.* VIII. 1215.

- - - - Orcheſtra, ſive de Saltationibus Veterum, liber ſingularis. *G.* VIII. 1234.

- - - - Panathenæa, ſive de Minervæ illo gemino feſto, liber ſingularis, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo auctus.* G. VII. 77.

- - - - Piræeus, ſive de Piræeo, Athenienſium portu celeberrimo, & ejusdem antiqvitatibus liber ſingularis. *G.* V. 1929.

- - - - Piſiſtratus, ſive de ejus Vita, & Tyrannide, liber ſingularis, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo auctus.* G. V. 1397.

- - - - de Puerperio Syntagma. G. VIII. 1417.

- - - - Solon, ſive de ejus Vita, Legibus, Dictis, atqve Scriptis, liber ſingularis, *nunc ex ipſius Auctoris chirographo auctus.* G. V. 1993.

- - - - Theophraſtus, ſive de illius libris, qvi injuriâ temporis interciderunt, liber ſingularis, G. X. 621.

*Meurſii (Joannis)* Lectiones Theophraſteæ, in qvibus eorum librorum, qvi ſuperſunt, loca aliqvot emendantur. G. X. 647.

- - - - Theſeus, ſive de ejus vita, rebusqve præclariſſime geſtis, liber ſingularis. G. X. 465.

*Meurſii F. (Joannis)* Collectanea de Tibiis. G. VIII. 2450.

*Meibomii (Johannis Henrici)* de Cereviſiis Veterum, potibusqve & ebriaminibus extra vinum aliis commentarius. G. IX. 537.

*Meibomii (Marci)* de Fabrica Triremium liber, *cum figuris*. *R.* XII. 553.

*Modii (Franciſci)* de Triumphis, Ludis, & Spectaculis Veterum, libri duo. G. XI. 961.

*Morellii (Guilielmi)* de Veterum Philoſophorum origine, ſucceſſione, ætate & doctrina, tabula compendioſa, cum *Hieronymi Wolſii* annotationibus. G. X. 293.

*Moreſtelli (Petri)* Alypius, ſive de priſcorum Romanorum Feriis liber. *R.* VIII. 789.

- - - - Philomuſus, ſive de triplici Anno Romanorum, Menſibus eorumqve partibus, deqve Die Civili, & diverſitate Dierum, libri qvinqve. *R.* VIII. 733.

- - - - Pompa feralis. ſive Juſta Funebria Veterum libri decem. *R.* XII. 1354.

*Muſonii (Philoſophi)* opus de Luxu Græcorum, in qvo de Helluonibus, Bibacibus, Generibus Poculorum, Vino, Coronis qvibus in conviviis veteres utebantur, Ungventis, Muſicis Inſtrumentis, Bellariis, Saltationibus, Paraſitis, Generibus Placentarum, ac Meretricibus inſignibus, ab *Stephano Nigro* ex Athenæi Dipnoſophiſticis congeſtum. G. VIII. 2466.

*Nardini (Famiani)* Roma vetus, libri VIII. ex Italica in Latinam lingvam translati à *Jacobo Tollio*, cum figuris & Numiſmatibus nitidiſſimis, ubi Latium, Campania, Samnium, & aliæ Antiqvit. ab *Alex. Donato* omiſſæ ſupplentur. *R.* IV. 877.

*Neocori (Ludolphi)* de Muſeo Alexandrino diatribe: *nunc primum edita*. G. VIII. 2766.

*Nicolai (Joannis)* de ritu antiqvo hodierno Bacchanaliorum commentatio. G. VII. 173.

*Niderſtedt (Buchardi)* Melita vetus & nova, Hephæſtia Inſula, Melita ſubterranea, &c. G. VI. 3007.

*Niphi*

*Niphi* (*Auguſtini*) de Auguriis libri duo. *R.* V. 324.

*Noris* (*F. Henrici*) *S. R. E. Cardinalis*, Faſti Conſulares Anonymi, qvos ille è Codice Manuſcripto Bibliothecæ Cæſareæ depromſit, & Diſſertatione illuſtravit. *R.* XI. 351.

*Noris* (*Henrici*) Epiſtola Conſularis, in qva Collegia LXX. Conſulum ab Anno Chriſtianæ Epochæ XXIX. Imperii Tiberii Auguſti decimoqvinto usqve ad annum CCXXIX. Imperii Alexandri Severi octavum, in vulgatis Faſtis hactenus perperam deſcripta, corriguntur, ſupplentur, & illuſtrantur. *R.* XI. (404)

*Opelii* (*Conſtantini*) ſive *Jo. Scheferi* de Fabrica Triremium Meibomiana, Epiſtola perbrevis ad Amicum. *R.* XII. 681.

*Origenis PHILOSOPHOUMENΩN* fragmentum: *quod ex Bibliotheca Medicea deſcripſit, ac notis illuſtravit Jacobus Gronovius*, Græcè & Latinè. G. X. 285.

*Ortelii* (*Abrahami*) Deorum Dearumqve capita, ex antiqvis numiſmatibus collecta: Hiſtorica narratione illuſtrata à *Franciſco Sweertio*, *cum figuris*. G. VII. (253.)

*Oſiandri* (*Johannis Adami*) de Aſylis Gentilium diſſertatio. G. VI. 2835.

*Pati* (*Lucæ*) de Menſuris & Ponderibus Romanis, & Græcis, cum his qvæ hodie Romæ ſunt collatis, libri qvinqve *R* XI. 1608.

*Pancirolli* (*Guid.*) de Corporibus Artificum. R. III. 17.

- - - - de Magiſtratibus Municipalibus. R. III. (47.)

- - - - Notitia Dignitatum utriusqve Imperii, Orientis ſcilicet & Occidentis, ultra Arcadii Honoriiqve tempora, & in eam *G. Panciroli* Commentarium, *cum figuris elegantiſſ.* à Joh. Goeree delineatis. R. VII. 1309.

- - - - Deſcriptio Urbis Romæ. R. III. 317.

- - - - de Quatuordecim Regionibus Urbis Romæ, earundemqve ædificiis, tam publicis qvam privatis. R. III. 321.

*Panvinius* (*Onuphrius*) de antiqvis Romanorum Nominibus. R. II. 1989.

- - - - de Civitate Romana. R. I. 193.

- - - - Imperium Romanum. R. I. 343.

- - - - de Ludis Circenſibus libri II. qvibus univerſa ferè Romanorum Veterum ſacra ritusqve declarantur, ac *figuris æneis* illuſtrantur, cum notis *Joh. Argoli*, & Additamento *Nicolai Pinelli*. R. IX. 1.

*Panvi-*

*Panvinius* (*Onuphrius*) de Ludis Secularibus liber. R. IX. 1061.

- - - - Commentarius de Triumpho, cum notis *Maderi* & aliorum, *cum figuris*, *Numiſmatibus*, &c. R. XI. 1336.

- - - - Deſcriptio Urbis Romæ. R. III 203.

*Patini* (*Caroli*) de numiſmate antiqvo Auguſti & Platonis, Epiſtola, *cum figuris*. G. IX. 1598.

*Patritii* (*Franciſci*) res militaris Romana, ex Italica lingva in Latinam verſa à *Ludolpho Neocoro*, *cum figuris*. R. X 821.

*Perionii* (*Joachimi*) de Magiſtratibus Græcorum & Romanorum, libri tres. G. VI. 2755.

*Perrelli* (*Johannis*) de ratione Lunæ epactarum, & menſis intercalarii Commentariolus. G. IX. 1009.

*Petavii* (*Dionyſii*) Kalendarium Vetus Romanum, cum ortu occaſuqve ſtellarum. R. VIII. 125.

- - - - de Veteri Anno Romanorum. R. VIII. 325.

*Petiti* (*Samuelis*) de Anno Attico, Eclogæ Chronologicæ. G. IX. 1109.

- - - - Eclogæ Chronologicæ de Anno & periodo Veterum Romanorum. R. VIII. 371.

*Philo* (*Byzantius*) de ſeptem orbis ſpectaculis, Græcè, cum notis & interpretatione Latina *Leonis Allatii*. G. VIII. 2624.

*Philoſtratus* de Pictura. G. IX 807.

*Phlegontis* (*Trallìani*) de rebus mirabilibus liber Græcè, cum interpretatione Latina *Gviljelmi Xylandri*, ac recenſione notisqve *Johannis Meurſii*. G. VIII. 2690.

- - - - *ejusdem* de Longævis libellus, Græcè, cum interpretatione Latina *Gvilielmi Xylandri*, ac recenſione notisqve *Johannis Meurſii*. G. VIII. 2727.

- - - - de Olympiis fragmentum, cum Latina interpretatione & notis *Johannis Meurſii*. G. IX. 1289.

*Pierius Valerianus* (*Joh.*) de Fulminum Significationibus, *cum figuris*. R. V. 591.

*Pighii* (*Stephani*) Themis Dea, ſeu de lege divina: ubi præter alia reconditæ antiqvitatis, multa de Horis. G. IX. 1137.

——— Mythologia ΕΙΣ ΤΑΣ ΩΡΑΣ, vel in anni partes, ex Symboli antiqvi cujusdam toreumatis argentei, qvod extat apud Rever. Dominum Antonium Perrenotum, Epiſcopum Atrebatenſem, *cum figuris*. G. IX. 1185.

*Pighii*

*Pigbii (Stephani)* Faſti Magiſtratuum Romanorum ab Urbe Condita ad tempora Divi Veſpaſiani Auguſti à *Stephano Vinando Pighio* ſuppletis Capitolinis Fragmentis reſtituti. *R.* XI. 174.

*Pignorii (Laurentii)* Magnæ Deûm Matris Idææ & Attidis initia, ex vetuſtis monumentis eruta, *cum figuris.* G. VII. 505.

*Plutarchi* Qvæſtiones Romanæ, Gr. Lat. cum Notis & Animadverſionibus *Guil. Xylandri* & *M. Z. Boxhornii*, cum figuris. R. V. 974.

*Plutarchi* Alexandrina Proverbia Græca, *ex Bibliotheca Medicea*, cum interpretatione Latina *Jacobi Gronovii, nondum antehac edita*, extant in Præfatione. G. X. 6.

*Porcii (Leonhardi)* de re Pecuniaria antiqvorum, ac de eorundem Ponderibus, Menſuris, ſtipendiis militaribus, &c. libri duo. G. IX. 1433.

*Poſtelli (Guilielmi)* tractatus de Republica, ſeu Magiſtratibus Athenienſium. G. V. 1305.

*Potteri (Joannis)* Archæologia Græca, ſive Antiqvitatum Græciæ Corpus abſolutiſſimum, ex Anglico in Latinum verſum: nunc iterum ab Auctore ipſo recognitum, emendatum, ac fere dimidia parte auctum; cum peculiari ac proprio Indice, *cum figuris æneis.* G. XII.

*Priſciani* Cæſareenſis, *Rhemnii Fannii*, *Bedæ* Angli, *Voluſii* Metiani, *Balbi* ad Celſum. Libri de Nummis, Ponderibus, Menſuris, Numeris, eorumqve Notis, & de vetere computandi per digitos ratione, ab Elia Vineto Santone emendati, ut & à *Jo. Friderico Gronovio.* *R.* XI. 1675.

*Proſperi (Tironis)* Aqvitani Chronicon integrum, ab Adamo ad Romam captam à Genſerico Wand. Rege, in duas partes tributum. Opera & ſtudio *Philippi Labbe.* *R.* XI. 269.

*Puteani (Erycii)* de Biſſexto liber, nova temporis Facula, qva Intercalandi arcana, hactenus obſcura, illuſtrantur. *R.* VIII. 419.

——— Reliqviæ Convivii priſci; tum ritus alii & Cenſuræ, *cum figur.* *R.* XII. 133.

——— de Jure Jurando Antiqvorum Schediaſma, in qvo de Puteali Libonis. *R.* V. 885.

——— de Nundinis Romanis liber, nova Faſtorum velut Facula. *R.* VIII. 641.

——— Olympiades, ſola manu, ut vere annis mundi reſpondent, computatæ. G. IX. 1297.

*Puteani (Erycii)* de Stipendio Militari Romanorum Syntagma: qvo ejus, hactenus ignoratus, conſtituitur. *R.* X. 1490.

*Quenſtedii (Johannis Andreæ)* de Sepultura veterum tractatus: ſive de antiqvis ritibus ſepulchralibus Græcorum, Romanorum, Judæorum, & Chriſtianorum. G. XI. 1201.

*Rabirius (Junius)* de Haſtarum & Auctionum origine & ratione. *R. III.* (17.)

*Rami (Petri)* liber de Militia C. J. Cæſaris. R. X. 1532.

*Raynaudi (Theophili)* Tractatus de Pileo, cæterisqve capitis Tegminibus, tam Sacris qvam profanis R. VI. 1213.

*Rigaltii (Nicolai) Iſmaëlis Bullialdi & Henrici Valeſii* Obſervationes de populis fundis. R. II 1925.

*Robortellus (Franciſcus)* de Cognominibus, & Appellationibus Impp. R. VII. 1140.

——— de Gradibus Honorum, & Magiſtratuum Rom. R. III (43.)

——— de Judiciis, & omni Conſvetudine cauſas agendi apud Romanos. R. III. (11.)

——— Laconici ſeu Sudationis, qvæ adhuc viſitur in Ruina Balnearum Piſanæ Urbis, explicatio. R XII. 381.

——— I. de Legionibus Romanorum ex Dione lib LV. II. de Commodis, Præmiis, & Donis Militaribus. III. de Pœnis Militum, & Ignominiis. R. X. 1468.

——— de Magiſtratibus Impp. R. III. (37.)

——— de Menſium Appellatione ex nominibus Impp. R. VIII. 305.

——— de Provinciis Romanorum, & eorum diſtributione atqve adminiſtratione. R. III. (1.)

*Romæ Antiquæ Urbis* Imago accuratiſſima ex vetuſtis monumentis, ex veſtigiis videlicet ædificior. mœnium ruinis, fide numiſmatum, monumentis æneis, plumbeis, ſaxeis, tiglinisqve collecta, veter deniqve auctorum fide confirmata in hac tabula redacta atqꝫ deſcripta à *Pyrrho Ligorio* Romano per XIV. Regiones, in qvas Urbem diviſit Imp. Cæſar Auguſtus, *Charta Topographica*, cum deſcript. R. I. (1.)

*Romæ Urbis tam antiquæ quam novæ* Deſcriptio Faciei variorum locorum, deformatæ ab incomparabili in hac arte viro Levino Cruylio Presb. Gandav. in XV. Tabulis æri inciſis. R. IV. *poſt Præfat.*

*Rubenii (Alberti)* Diſſertatio de Gemma Tiberiana & Auguſtæa, *cum figuris.* R. XI. 1328.

——— de Natali Die Cæſaris Auguſti. R. XI. 1378.

——— de Nummo Auguſti, cujus Epigraphe, Aſia Recepta, *cum figuris.* R. XI. 1366.

——— de Re Veſtiaria, præcipue de Lato Clavo, libri duo, *cum figuris.* R. VI. 913.

——— de Urbibus Neocoris diatribe. R. XI. 1347.

*Sagittarii (Caſparis)* de Januis Veterum, liber ſingularis. Accedunt ipſius auctoris Analecta, addendaqve, ſuis locis inſerta. *R.* VI. 417.

*Salmaſii (Claudii)* de re militari Romanorum liber, opus poſthumum. R. X. 1284.

*Sanſonii (Nic.) Abbavillæi* Italiæ, cum Inſulis Sicilia, Sardinia & Corſica deſcriptio Geographica. R. II. 1378.

——— Romani Imperii orientis ac occidentis deſcriptio Geographica, 2. foliis. *Rom.* I. 344.

*Sardi (Alexandri)* de Nummis, in qvo priſca Græcorum & Romanorum pecunia ad noſtri ævi rationem redigitur. R. 1715.

*Savoti (Ludovici)* Diſſertationes de Nummis Antiqvis, in IV. partes diviſæ. Ex Gallica in Latinam Lingvam transtulit *Ludolphus Neocorus.* R. XI. 1832.

*Scaligeri (Julii Cæſaris)* de Comœdia & Tragœdia ejusqve apparatu omni & partibus commentatio. G. VIII. 1494.

——— de Verſibus Comicis tractatus. G. VIII. 1550.

*Scaligeri (Joſephi, Julii Cæſaris F.)* de re nummaria antiqvorum diſſertatio. Liber poſtumus. *Ex Bibliotheca Academiæ Lugduno-Batavæ.* G. IX. 1493.

——— de Veteri Anno Romanorum. R. VIII. 307.

*Schefferi (Joannis)* de varietate Navium Diſſertatio. G. XI. 769.

- - - - Aprippa Liberator, ſive diſſertatio de novis Tabulis. R. VIII. 975.

- - - - de Antiqvorum Torqvibus Syntagma. R. XII. 901.

*Schelii (Herm. Rath.)* de Agmine Polybiano R. X. 1256.

- - - - de Agmine Veſpaſiani. R. X. 1262.

- - - - de Cohortibus Legionis Antiqvæ, *cum figuris.* R. X. 1272.

*Schelii (Herm. Ratb.)* de Cuſtodia Caſtrorum. R. X. 1180.
- - - - de Frumento & Veſte. R. X. 1216.
- - - - de Itinere. R. X. 1246.
- - - - de Præda. *R.* X. 1228.
- - - - Diſſertatio de Sacramentis. *R.* X. 1166.
- - - - de Die Stipendii. *R.* X. 1214.
- - - - de Stipendio Ductorum. *R.* X. 1208.
- - - - de Stipendio Eqveſtri. *R.* X. 1204.
- - - - de Stipendio Militari. *R.* X. 1190.
- - - - de Telis Legionum. *R.* X. 1270.
- - - - de Tributo & Ærario. *R.* X. 1222.
- - - - de Victu Militari. *R.* X. 1238.
*Schoockii (Martini)* Achaja Vetus, ejus ſitus, antiqvitas, reſpublica, reges, tyranni, leges, bellum &c. G. V. 2141.
*Schubarti (Georgii)* Enarratio parergica metamorphoſeos Ovidianæ de Diluvio Deucalionis. G. X. 701.
*Scine (Petri la)* Homeri Nepenthes, ſeu de abolendo luctu liber. G. XI. 1329.
*Senftlebii (Andreæ)* de Alea Veterum liber ſingularis. G. VII. 1121.
*Servii (Petri)* antiqvarum mulierum Romanarum nomina: prænomine eas inſignitas. *R.* II. *in Præfatione.*
- - - - de Odoribus Diſſertatio Philologica G. IX. 645.
*Sextus Rufus* de Regionibus Urbis Romæ, cum Emendationibus *Onuphrii Panvinii. R* III. 25.
- - - - de veteri Anno Romano Romuli & Numæ Pomp. Antitheſes. *R.* VIII. 81.
- - - - Commentarius in Faſtos Kalendares Romanorum. *R.* VIII. 33.
*Siccama (Sibrandi Tetardi)* de Judicio Centumvirali, Libri duo. *R* II 1824.
*Sigonius (Carolus)* de Antiqvo Jure Civium Romanorum, cum additamentis ex editione Pariſienſi 1572. *R.* I. 39. 1022.
- - - - de Antiqvo Jure Italiæ. *R.* II 1398.
- - - - de Antiqvo Jure Provinciarum. *R.* II. 1528.
- - - - de Athenienſium temporibus liber. G. V. 1629.
- - - - de Binis Comitiis, & Lege Curiata, poſterior cum Nic. Gruchio diſputatio. *R.* I. 731.
- - - - de Judiciis. *R.* II. 1684.
- - - - Lacedæmoniorum tempora. G. V. 1670.

*Sigonius (Carolus)* de Lege Curiata Magiſtratuum, & Imperatorum, & Jure eorum, liber ad Nicolaum Gruchium. *R*. I. 841.
- - - - de Nominibus Romanorum Liber. *R*. II. 1951.
- - - - de Republica Athenienſium libri IV. G. V. 1497.
*Snellii (Willebrordi R. F.)* de re Nummaria, liber ſingularis. G. IX. 1549.
*Souterii (Danielis)* Palamedes, ſive de tabula Luſoria, Alea & variis ludis, libri tres. G. VII. 997.
*Spanhemii (Ezechielis)* de Nummo Smyrnæorum, ſeu de Veſta & Prytanibus Græcorum, diatriba, *multo auctior*, cum figuris. *R*. V. 659.
- - - - Orbis Romanus, ſeu ad Conſtitutionem Imperatoris Antonini, de qva Ulpianus Leg. XVII. Dig. de ſtatu hominum, Exercitationes duæ. *R*. XI. 1.
*Sperlingii (Otthonis)* de Crepidis Veterum Diatribe. G IX. 961.
*Sponii (Jacobi)* ignotorum atqve obſcurorum qvorundam Deorum Aræ, notis illuſtratæ, cum qvorundam Eruditorum Epiſtolis ad eandem rem pertinentibus. G. VII. 233.
- - - - de Origine Strenarum Diſſertatio epiſtolica, Hiſtorico-moralis, G. IX. 205.
*Stephani Byzantini Grammatici* de Dodone fragmentum, qvo tota veterum doctrina & fabulatio de perantiqvo oraculo iſto continentur, cum Exercitationibus recognitis *Jacobi Gronovii*, cum figuris. G. VII. 269.
*Stephani (Henrici)* Dialogus, Dicæarchi ſympractor, vel de Græcorum moribus, præſertimqve Athenienſium, ſupplementum. G. XI. (53.)
*Stephani (Joachimi)* de Jurisdictione veterum Græcorum liber. G. VI. 2675.
*Streinius (Richardus)* de Gentibus & Familiis Romanorum. *R*. VII. 1070.

*Taffinus (Petrus)* de Veterum Romanorum Anno ſeculari, ejusqve potiſſimum per Ludos Seculares celebritate, eorumqve Chronologia. *R*. VIII. 467.
*Tholoſanus (Georgius)* de Nundinis & Mercatoribus. *R*. VIII. 697.
*Thyſii (Antonii)* de Republica Athenienſium diſcurſus politicus. G. V. 1361.
——— Collatio Legum Athenienſium & Romanarum. G. V. 1373.
*Tomaſini (Jacobi Philippi)* Manus Æneæ Cecropii Votum referentis dilucidatio, *cum figuris*. G. X. 657.
——— de Donariis Veterum ac Tabellis Votivis, liber ſingularis, *cum figuris*. *R*. XII. 737.

*Tomaſini (Jac. Phil.)* de Teſſeris Hoſpitalitatis, liber ſingularis, in qvo jus hoſpitii univerſum, apud veteres potiſſimum, expenditur. Accedunt qvædam ex Antonio Auguſtino & Johanne Chifletio ad majorem illuſtrationem hinc inde inſerta, *cum figuris.* G. IX. 213.

*Trelierius (Stephanus)* de Jure Jurando. *R.* V. 869.

*Triglandii (Jacobi,* I. F. I. N.) Conjectanea ad qvædam obſcura fragmenti de Dodone loca. G. VII. 321.

*Turnebi (Adriani)* de Vino ac ejus uſu & abuſu libellus. G. IX. 517.

*Turrigii (Franc. Mariæ)* Notæ ad vetuſtiſſimam Urſi Togati Ludi Pilæ Vitreæ inventoris Inſcriptionem. *R.* XII. 389.

*Venerii (Johannis Antonii)* de Oraculis & Divinationibus Antiqvorum, tractatus ſuccinctus & exqviſitus. G. VII. 325.

*Violæ Vicetini (Petri)* de veteri novaqve Romanorum temporum ratione Libellus. *R.* VIII. 165.

*Victoris P.* de Regionibus Urbis Romæ liber, cum Emendationibus Onuphrii Panvinii. *R.* III. 37.

*Vindingii (Eraſmi Pauli F.) Hellen,* in qvo ſingulorum antiqvæ Græciæ populorum incunabula, migrationes, coloniarum deductiones, & res præcipuæ geſtæ, urbiumqve & regnorum origines, mutationes, interitus, & Principum in iis ſucceſſiones, è Græcis præcipue ſcriptoribus, Hiſtoricis, Poëtis, Geographis, Oratoribus & Grammaticis exponuntur. *Ex MS. Auctoris autographo nunc primum eduntur,* G. XI. 1.

*Vorſtii (Adolfi)* Epiſtola de obitu *V. C. Joannis Meurſii* ad filium ejus *Joannem,* Juvenem præſtantiſſimum, ut & Epitaphia in ejusdem morte per *A. Buchellium* & *Nicolaum Heinſium.* G. X. 654.

*Voſſius (Iſaacus)* de Antiqvæ Urbis Romæ Magnitudine, *cum figuris.* *R.* IV. 1497.

——— de Triremium & Liburnicarum conſtructione diſſertatio, *cum figuris.* *R.* XII. 705.

*Urſati (Sertorii Eq.)* de notis Romanorum Commentarius, *R.* XI. (508.)

*Urſini (Fulvii)* notæ ad Kalend Ruſticum Farneſianum. *R.* VIII. 19.

——— de Romanorum gentibus & Familiis. *R.* VII. 1143.

*Uſſerii (Jacobi)* de Macedonum & Aſianorum anno ſolari diſſertatio, cum Græcorum Aſtronomorum parapegmate, ad Macedonici & Juliani anni rationes accommodato. G. IX. 1205.

*Wower*

Wower (*Joannis à*) de Polymathia tractatio: Integri operis de ſtudiis veterum ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ, cum Præfatione Jacobi Thomaſii; acceſſerunt præterea Auctoris Vita & Elogia in Polymathiam, item tabellæ ſynopticæ. G. X. 985.

Zamoſcii (*Johannis Sarii*) de Senatu Romano, libri duo. *R.* I. 951.

# CAPUT IV.

## De Scriptoribus Generalibus Antiqvitatum Chriſtianarum.

*Lexica Antiquitatum Eccleſiaſticarum.* 1. *Syntagmata & Compendia de Antiquitatibus Eccleſiaſticis.* 2. *De Romanæ & Eccleſiarum Occidentalium ritibus ſcriptores.* 3. *De ritibus Eccleſiæ Græcæ aliarumque Orientalium.* 4. *Scriptores de vita & moribus Veterum Chriſtianorum.* 5. *De convenientia rituum Chriſtianorum cum Judaicis atq; Ethnicis* 6. *Scriptores Miſcellanei Antiquitatum Eccleſiaſticarum.* 7. *Ritus Eccleſiaſtici deſcripti ordine temporis quo obtinere cœperunt.* 8. *Per rituum diverſitatem Communionis Eccleſiaſticæ vinculum haud ſolvi.* 9. *Ritus externos omnes neutiquam eſſe improbandos vel negligendos.* 10. *Delineatio theſauri Antiquitatum Eccleſiaſticarum.* 11.

I.

PRæter *Centuriatores Magdeburgenſes, Cæſaremque Baronium* & alios ſcriptores Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, itemqve eos qvi dogmatum Eccleſiaſticorum hiſtoriam tradiderunt, uti præ cæteris noviſſime fecit *Jacobus Baſnagius* V. C. Eccleſiaſtes Roterodamenſis in opere luculento edito Gallicè A. 1699. Roterdami in fol. Antiqvitates Chriſtianas varias perſecuti ſunt Alphabeti qvidem ordine *Dominicus* & *Carolus Macri*, Melitenſes, fratres in Hiero Lexico, cujus latine Rom. 1677. in fol. editi Epitomen Italica Lingva vulgatam vidi in 4to. *Cangius* item in gloſſario utroqve mediæ latinitatis & græcitatis, qvi paſſim illuſtrat bene multos mores, ritus, antiqvitates & conſvetudines veterum Chriſtianorum, qvod factum etiam à *Joh. Caſparo Suicero* eſt in Theſauro Eccle-

Eccleſiaſtico ſive Lexico græco vocum Eccleſiaſticarum. *Joſua* qvoqꝫ *Arndius* Præſul Megapolitanus, primo jam capite mihi memoratus Lexicon Antiqvitatum Eccleſiaſticarum vulgavit Gryphiswaldiæ A. 1669. 4. Deniqve Rev. *D. Joh. Andreas Schmidius*, Abbas Mariævallis & Theologus in Academia Helmſtadienſi celeberrimus præter tot alia ſcripta provehendis juvenum ſtudiis deſtinata, noviſſime etiam vulgavit *Lexicon Antiquitatum Eccleſiaſticarum minus*, Helmſt. 1712. 8. unde & majus alterum fortaſſe, uberius pleniusqve licebit ab eo exſpectare.

II. Syſtema veluti qvoddam veterum Eccleſiaſticorum rituum exhibent libri VIII. *Conſtitutionum Apoſtolicarum* ſub falſo *Clementis Romani* nomine pridem editarum, illuſtratarumqve à Turriano & Cotelerio. Tum *Cyrilli Hieroſolymitani* Catecheſes, cum notis perſpicuis & eruditis editæ à *Tho. Milles*. Oxon. 1703. fol. Ex recentibus Pontificiis primo loco memorandus *Jo. Baptiſta Caſalius*, cujus liber de veteribus ſacris Chriſtianorum ritibus Eccleſiæ ſive Orientalis ſive Occidentalis prodiit Romæ A. 1644. 4. & Hanover. 1684. 4. cum libro de ritibus profanis Ægyptior. & Rom. Ex reformatis huc ſpectant *Joh. Hoornbeckius* libro I. Miſcellaneorum ſacrorum Ultraject. 1677. 4. ex noſtris *B. Jo. Andreas Quenſtadius* Theologus Witeb. in Antiqvitatibus Eccleſiaſticis Witeb. 1688. 4. Cui adde varia *D. Joachimi Hildebrandi* ſcripta infra ſuo qvæqve loco à me recenſenda, & *Matthiæ Zimmermanni* Superintendentis qvondam Miſenenſis Commentarium ad dictum Tertullianeum, *fiunt non naſcuntur Chriſtiani*. Lipſ. 1662. 4. Tum *Caſparis Calvœrii* Superintendentis Zellerfeldenſis in editione Brunſwic. Luneburgenſi, Rituale Eccleſiaſticum, 2. Volum. 4. Jenæ 1704. qvo Eccleſiæ noſtræ Lutheranæ ritus potiſſimum perſeqvitur & cum antiqvis confert. *Jo. Friderici* Liturgia Vetus & nova. Jen. 1705. 4.

III. Latinæ Eccleſiæ ritus & conſvetudines potiſſimum tractant qvi de ritibus & officiis Eccleſiaſticis ſcripſere Alcuinus, Amalarius, Beda, Jo. Belethus, Bernouldus ſive Berno Monachus Richenavienſis, Gvilelmus Durandus, Honorius Auguſtodunenſis, Ivo Carnotenſis, Iſidorus Hiſpalenſis, Micrologus, * Odo Cameracenſis, Ordinis ** Romani auctor, Rabanus Maurus, Radulphus Tungrenſis, Regino Prumienſis, Remigius Antiſſiodorenſis, Rupertus Tuitienſis, Hugo de S. Victore & Wala-

* T. 18. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 469. & in Georg. Caſſandri Operibus p. 121.

** T. 13. Bibl. Patrum p. 639.

Walafridus Strabo. Pleriqve horum ut Strabo, Iſidorus, Alcuinus, Hugo de S. Victore & Micrologus, *Melchiore Hittorpio* curante junctim editi Coloniæ A. 1568. fol. in qvos caſtigationes qvædam Latini Latinii videas licet in ejus Bibl. ſacro profana p. 129. 130. Poſt Hittorpii induſtriam de Divinis officiis & miniſteriis auctores varii congeſti per *G. Ferrarium*, Rom: 1591. fol. Erecentibus *Chriſtophorus Marcellus* Archi-Ep. Corcyrenſis (ſive potius *Auguſtinus Patricius* vide Bælii Lex. in *Graſſis* nota D) libris III. de ritibus Eccleſiæ Catholicæ ſ. de ſacris ceremoniis Romanæ Eccleſiæ ad Leonem X. Venet. 1516. fol. Rom. 1560. fol. Coloniæ 1572. 8. &c. *Joh. Stephanus Durantus* ſenatus Tholoſani præſes (neqve enim *Petrus Daneſius* auctor, ut perſvaſum Morlierio in lib. Gallico cui titulus *Eſſais de literature* T. I. p. 44. ſq. qvod refellitur à Du Pinio T. 16. Bibl. Eccleſ. pag. 119. ſeq.) in libris tribus de ritibus Eccleſiæ Catholicæ Rom. 1591. fol. Lugd. 1675. 4. *Bartholomæus Gavantus* in theſauro ſacrorum rituum Lugd. 1669. 4. 2. Volum. *Andreæ Piſcaræ Caſtaldi* praxis Ceremoniarum, Venet. 1681. 4. *Michaëlis Baudry* Manuale Ceremoniarum, *Mr. de la Croix* parfait Eccleſiaſtiqve &c. Præ cæteris omnibus commendandus *Edmundus Martene* Monachus Benedictinus doctiſſimus in opere de antiqvis Eccleſiæ ritibus, cujus prima pars duobus tomis, libris qvatuor conſtans, de baptiſmo, confirmatione & Euchariſtia & reliqvis Sacramentis prodiit Rothomagi, 1700. 4. Tomus tertius libros binos de ritibus benedictionum & de politia Eccleſiaſticâ complexus A 1700. Idem Martene libros V. de antiqvis Monachorum ritibus opus bipartitum in lucem emiſit Lugd. A. 1690. 4. & librum de antiqva Eccleſiæ diſciplina in Divinis celebrandis Officiis per totum annum Lugd. 1706. 4. His addenda *Claudii de Vert* * Monachi Cluniacenſis Explicatio Hiſtorica & litteralis rituum Eccleſiæ. IV. Vol. Gallice 1708. 1713. 8. Ritus Eccleſiæ Romanæ præſentis, compendio perſpicuo exhibet *Wagenſeilius* in pera librorum juvenilium, loculamento extremo. De libris Eccleſiaſticis, è qvibus Latinæ Eccleſiæ ritus cognoſcere licet, peculiaris exſtat diatriba amici noſtri *Nic. Petri Sibbern*, Witteb. 1706. 8. qvam emendatiorem jam pridem & auctiorem edere habet in animo.

IV. Græcæ Eccleſiæ ritus cognoſcuntur inprimis è libris Græcorum Eccleſiaſticis, qvos peculiari diſſertatione recenſuit *Leo Allatius*,

 nuper

* Memoir. de Trevoux A. 1706. Auguſt. p. 1353. & 1708. Jun. p. 1059. & Auguſt. p. 1321. ſq. ubi Auctoris Vita, qvi obiit menſe Majo Anni 1708. Vide etiam Ephemerides eruditorum Pariſ. A. 1713. Decembr. p. 629. edit Amſt.

nuper cum notis à me iterum prælis ſubjecta. Videndi præterea *Iſaacus Habertus* * ad pontificale Græcorum, *Jacobus Goar* ad Evchologium, & idem *Allatius* in libris de conſenſu Orientalis Eccleſiæ & Occidentalis, aliisqve ſcriptis variis ſuo loco recenſendis. Iidem etiam de præſentis Eccleſiæ Græcæ ſtatu, dogmatis, moribus & conſvetudinibus ſunt conſulendi, qvibus addes *Martinum Cruſium* in Turco-Græcia, *Cangium* in gloſſario Græco & CPoli Chriſtianâ, *Georgium Fhelavium* ad *Chriſtoph. Angeli* librum de ſtatu, inſtitutis & ritibus Eccleſiæ Græcæ, Francof. 1655. Lipſ. 1670. 4. *Thomam Smithum* & *Paulum Ricautum* in libris de ſtatu præſentis Eccleſiæ Græcæ, *Richardum Simonem* ſub decurtato *Moni* nomine latentem in ſupplemento ad ſcrutinium religionum *Ed. Brerewoodi*, ſive in Gallice edita Hiſtoria Critica dogmatum conſvetudinumqve, qvibus utuntur populi Orientales Amſtelod. (licet titulus Francofurtum referat) 1684. 12. *Wolfgangum Gundlingium* in notis ad Ewſtratii Johannidis Zialowsk Rhuteni delineationem Eccleſiæ orientalis Græcæ, Norimb. 1681. 8. Rev. *Johannem Mich. Reineccium* in libro Germanicè edito qvi inſcribitur: Eigentliche und wahrhafftige Abbildung der Alten und Neuen Griechiſchen Kirchen nach ihrer Hiſtorie/ Glaubens-Lehre und Kirchen-Gebräuchen. Lipſiæ 1711. 4. aliosqve.

V. Non omittendi etiam qvi vitam, mores ac virtutes primorum Chriſtianorum perſecuti ſunt, ſive *brevius* ut *Paganinus Gaudentius* in libro de vita Chriſtianorum ante tempora Conſtantini, Florent. 1639 4. *Johannes Fronto* Cancellarius Pariſienſis in Epiſtola ad Franciſcum Harlæum de moribus & vita Chriſtianorum in primis Eccleſiæ Seculis Pariſ. 1660. 4. & inter alias ejus Epiſtolas Leodii Eburonum 1674. 12. *B. D. Chriſtianus Kortholt* im öffentlichen Gottesdienſt der alten und heutigen Chriſten einander entgegen geſtellet/ Kil. 1672. 12. atqve inter alia præclari ejus Viri ſcripta ad pietatem promovendam facientia 1679. 8. *Eduardus Waterhuſius* in diſſertatione Anglice edita de pietate, charitate & politia antiqvorum temporum & primorum Chriſtianorum Lond. 1655. *Claudius Fleury* ſive *Florus* (cujus etiam libellus ſimilis de moribus Judæorum Gallice pridem, & nuper Jo. Enckhuſio interprete etiam Germanica lingva Hanoveræ A. 1709. 8. editus extat) in libro Gallice edito de moribus Chriſtianorum Pariſiis & Hagæ Comitum A. 1682. 12. Sive *fuſius paulo*, ut *Gulielmus Caveus* in primitivo Chriſtianiſmo Anglice

* De Haberti ἀρχιερατικῷ qvod Pariſ. 1643. fol. lucem vidit, confer Rich. Simonis Bibl. ſelectam T. 2. p. 1. ſeq.

Anglice ſæpius (ita ut jam qvinta editio fuerit Anni 1689. deinde Belgice cum præfat. Hermanni Witſii, ac Gallicè Amſt. 1711. 8. & Germanicè deniqve Lipſiæ plus ſimplici vice vulgato in 8. *Joſephus Bingham* in Originibus & Antiqvitatibus Eccleſiaſticis editis Anglice Lond. 1708. 8. & *Gotfridus Arnoldus* in delineatione primorum Chriſtianorum ſecundum vivam ipſorum fidem ſanctamq; vivendi rationem Germanicè A. 1696. & 1700. fol. & Belgicè A. 1698. fol.

VI. Partem qvandam licet minutam antiqvitatum Chriſtianarum attingit *Paganinus Gaudentius* ſupra laudatus in libro de ſeculi Juſtinianei moribus, Florentiæ primum edito deinde Argentorati A. 1654. 8. recuſo, in qvo hoc inter alia notabile, qvod multas Ethniciſmi reliqvias ſive ut Baſilii Seleucienſis verbis dicam, *ἑλληνισμὸν χριστιανισμοῦ προσωπείῳ κρυπτόμενον* adhuc tam ſera ætate ſub Chriſtianis imperatoribus obtinuiſſe oſtendit: in qvam ſententiam paſſim qvædam ſuis in ſcriptis notat *Antonius van Dale*, pluribus id haud dubie, ſi * ſuperfuiſſet facturus in opere de perſonis, muneribus, ritibus, ceremoniis ac conſvetudinibus veterum Chriſtianorum, illarumqve partim ex Ethniciſmo partim ex Judaiſmo origine, qvod promittit p. 336. libri de oraculis, editionis ſecundæ. Confer ejus diſſ. de origine ac ritibus ſacri taurobolii ſub init. & qvæ de epuli feralis uſu ab Ethnicis ad Chriſtianos tranſlato Lipſius ad Taciti VI. Annal. p 241. *Paulus* qvidem *Aringhus* T. 1. Romæ ſubterraneæ p. 107. libenter fatetur gentium ritus, qvi religioni non repugnarent, in Eccleſia ſervatos. Idem faciunt Baronius & alii qvorum loca p. 3. ſeqq. produxit *Muſſardus* in libro Gallicè edito Genevæ A. 1667. 8. & cum Animadverſionibus *B. Sigismundi Hosmanni* recuſo Germanice A. 1695. Lipſiæ in 8. & 1703. parte 2. libri qvi inſcribitur eigentliche Abbildung des nach und nach verfallenen Chriſtenthums; *de conformitate ceremoniarum hodiernæ ætatis cum veteribus*, in qvo toto id agit vir doctus, ut pleroſqve ritus, conſvetudines ac ſuperſtitiones Romanæ Eccleſiæ e paganiſmo derivet, perinde ut dogmata illorum è Judaiſmo repetiit *D. Martinus Geierus ὁ μακαρίτης* in conformitate Judæo-Papiſtica, ac ritus nonnullos Rev. *Jo. Franciſcus Buddeus* in duplici diſſertatione de ritibus Eccleſiæ latinæ Judaicis, Parerg. Hiſtorico Theol. diſſ. 3. & 4. Halæ Magdeburg. 1703. 8. Ac ſane multa Eccleſiæ ſuæ cum Ethnicis communia eſſe, haud diffitetur Florimundus Ræmundus lib. 8. hiſtor. de ortu & pro-



* Diem obiit Harlemi A. 1708. 28. Nov. Vide Jo. Clerici Bibl. ſelectam T. 17. p. 309.

progreſſu hæreſium c. 3. & agnoſcit etiam Guil. du Choul in lib. de religione veterum Romanorum. Adde Lud. Vivem ad Auguſtini lib. VIII. de C. D. c. 27. Jo. Jac. Chifletium in expoſitione tituli ſepulchralis Geminiæ matris Sacrorum p. 70. & de Linteis Chriſti ſepulcralibus c. 8. & Moretum auctorem Querelæ ad Gaſſendum de impiis ritibus ac proceſſionibus in feſto Corporis Chriſti, nuper admodum recuſæ, tum *Claudium Delleum* in tomo qvarto Antiqvitatum Monaſticarum Gallice editarum, qvo Ethnicorum Monachos perſeqvitur, ut tomo tertio Judæorum. Pariſ. 1699. 12. Ex Proteſtantibus vero, præter Auctorem Gallum, ſupra laudatum, plures in hoc argumento deducendo verſati ſunt, ut *David Meier* in Tranſenna Theologica & hiſtorica de Papatu Romano per Ethniciſmum imprægnato refermentatoqve, Francof. 1634. *Jo. Forbeſius* in Inſtructionibus Hiſtorico-Theologicis pasſim, & qvi ex eo profecit *Joh. Valkenier* in Roma paganizante. *Jo. Owenus* pag. 486. Θεολογουμένων, *Petr. Molineus* in Reſponſione ad libellum provocatorium Belliagii p. 110. ſqq. *Oliverius Olmead*, qvi Londini Anglico idiomate edidit Picturam Papiſtæ, cui adjecit Pagano-Papiſmum, in qvo convenientiam Papiſmi & Paganiſmi in 145. capitibus, & hoc illum deteriorem eſſe 17. capitibus conatur oſtendere, teſte Gisb. Voëtio T. II. diſpp. ſelect. p. 698. *Petrus Jurieu* in Præjudicio XII. contra Papiſmum, *Franciſcus de la Croy* in lib. Gallice edito de Harmonia Romanæ Eccleſiæ cum Ethniciſmo, Judaiſmo, & antiqvis hæreſibus 1604. 8. & alius *Scriptor Gallus* Comparationis Paganiſmi & Papiſmi, qvæ ſubjecta eſt vitæ Juliani Gallice editæ in 12. *Andreas Rivetus* in Catholico orthodoxo paſſim, *Car. Drelincourtius* in falſa ſpecie antiqvitatis Sect. VII. p. 41. ſqq. *Joh. Georg. Dorſcheus* P. III. Sylloges Vindiciar. in Exod. p. 58. *Nic. Hunnius* in Apoſtaſia Romanæ Eccleſiæ c. 4. *Matth. Zimmermannus* in Analect. p. 41. ſqq. *B. Valentinus Alberti* in Supplem. ad *Siricii* oſtenſionem abominationum Papatus p. 505. Ut prætercam *D. Chriſtoph. Walpurgerum* de Ethnico Pontificia conformitate, & *Johannis Tilii* parallela ſine nomine auctoris edita Ambergæ 1610. 8. qvibus vitas & mores Pontificum Romanorum confert cum contrariis longeqve melioribus dictis & factis Principum Ethnicorum. Similiter Chriſtianorum etiam inter Proteſtantes vitam collato Ethnicorum exemplo coarguit *Betkius* in Chriſtianiſmo Ethnico, *Ridderus* in dem von Heyden beſchämten Maul-Chriſt / *Henr. Lubbert* in dem von erbahren Heyden verdammten Lutheriſchen Chriſt. Fuerunt jam olim, qvi Chriſtianiſmum ipſum tanqvam ex Judaiſmo & Ethniciſmo conflatum traduxere, qvibus reſpon-

reſpondit B. *Kortholtus* lib. 1. c. 2. ſqq. Obtrectatoris pagani, & *Jo. Fileſacius* lib 2. electorum p. 155. ſqq. qvi etiam Ethnicos à Judæis plerasqve cerimonias ſuas repetiſſe diſputat p. 169. ſq. Licet vero antiqvos etiam, & à ſuperſtitione alieniſſimos veterum Chriſtianorum ritus magnam partem à Judaicis repetitos eſſe non diffitemur, ut docet Jobus Ludolphus p. 365. ſq. Commentar. ad hiſtoriam Æthiop. Fatemur etiam in qvibusdam cum Ethnicis coincidere: tamen, qvod ad hos attinet haud neceſſe putamus, Ethnicis eos imputari, tanqvam auctoribus, non magis, qvam Ethnicos omnia qvæ cum noſtris conveniunt, accepiſſe à Chriſtianis, vel etiam, qvos contemtiſſimos ſemper habuere, Judæis: qvanqvam etiam Ethnicos qvædam ſacra Judæorum & Chriſtianorum in Myſteriis ſuis æmulatos notat Tertullianus c. 4. de præſcriptione. Nam & hæc ipſa convenientia parum facit ad laudem vel vituperationem,** niſi aliis argumentis conſtet ritus illos per ſe probandos vel deteſtabiles eſſe. Atqve alioqvi jam ſupra capite 1. pluribus diſputare me memini, illam qvalemçunqve convenientiam ceremoniarum conſvetudinumqve in ſacris, valde incertum argumentum eſſe, ut hinc ſtatim illas ab his, qvibuscum conſpirare videntur, petitas eſſe colligamus. De ſtatu Paganorum ſub Chriſtianis Imperatoribus ſcripſit Jacobus Gothofredus Genev. 1616. 4. qvo in libello collecta ſunt edicta Imperatorum Chriſtianorum adverſus Ethnicos.

VII. Plures ritus eccleſiaſticos egregie illuſtratos habes in variis ſcriptis Aurelianenſis Epiſcopi doctiſſimi, atqve, ut Mericus Caſaubonus p. 33. ad Optatum vocat, hominis ex mera, qvantus erat, antiqvitate compoſiti, *Gabriëlis Albaſpinæi*: libris præcipue duobus Obſervationum



* *Miramur*, inqvit Iſ. Caſaubonus in Caſaubonianis p. 165. *tot paganicas ſuperſtitiones hodie retineri in Eccleſia Romana. Ecce veram rei cauſam. Putarunt plerique omnes veterum, quorum opera alioquin utiliter poſita in prædicatione Evangelii, indulgendum aliquid Gentibus*, qvoniam, *inquit Gregorius Magnus*, duris mentibus ſimul omnia abſcindere impoſſibile eſſe non dubium eſt. *Eſt illuſtriſſimum ejus rei argumentum in hiſtoria* χριστιανώσεως *Anglorum, tempore Gregorii M. opera Auguſtini Epiſcopi. Solebant pagani boves multos ad ſacrificia Deorum occidere. Veretur Gregorius, ne ſi nihil tale fiat, in religione Chriſtiana parum proficiatur. Utitur igitur ſubtili commento, ut ſpecies veteris moris aliqua retineatur. Sic Apoſtoli Friſiæ petunt reliquias, ut ſtatim ſublatis Gentium idolis haberent quod ſubſtituerent.* Similiter gerunt ſe hodie Jeſuitæ apud Sinenſes in ferendo Confucii cultu, & aliis paganicis eorum ritibus.

** Confer Synodum Nicænam ſecundam Actione ſexta, T. 3. edit. Binianæ A. 1618. p. 648.

num Eccleſiaſticarum, qvos poſt Pariſienſem editionem, vulgavit Gebh. Theod. Meierus, Helmſt. 1672. 4. in epitomen redegit & notas qvasdam adſperſit *Joh. Georg. Kettenbeilius* ib. 1657. 4. Spectant etiam huc Schediaſmata Sacro-Profana, & cætera ſcripta qvædam *Aloyſii Novarini:* tum *Lud. Creſollii* Myſtagogus, Pariſiis in fol. editus, & pulcherrimarum rerum plenus: *Joh. Lud. de la Cerda* Adverſaria ſacra & notæ ad Tertullianum, ut *Tob. Pfanneri* Obſervationes Eccleſiaſticas, Antiqvitates Eccleſiaſticas *Joannis Nicolai*, & alia hujus generis omittam. Longum etiam eſſet perſeqvi Notas, obſervationes & commentarios virorum doctorum in varios Scriptores Eccleſiaſticos: *Nic. Rigaltii* v. g. *Henr. Valeſii*, *Dionyſii Petavii*, *Jac. Sirmondi*, *Jo. Bapt. Cotelerii*, *Paſchaſii Quesnelli*, *Steph. Baluzii*, *Joh. Mabillonii*: qvibus inſignem lucem antiqvitatibus ac conſvetudinibus eccleſiaſticis attulere, poſt *Georgium Caſſandrum*, *Jac. Pamelium*, *Johannem Morinum*, *Johannem Bonam*, & alios paucos horum ſimiles. *Boëtii Eponis* Nordahuſani ſyntagmata Antiqvitatum Eccleſiaſticarum memorat Suffridus Petri de ſcriptoribus Friſiæ, decade XV. 3.

VIII. Non omittendus deniqve libellus, Gallice ante 40. circiter annos in 8. editus Charentone, ſub titulo: *Traité des anciennes Ceremonies, contenant leur naiſſance & accroiſſement, leur entrée en l' Egliſe, & par quels degrez elles ont paſſé jusques à la ſuperſtition.* 8. In lingvam Germanicam translatus & cum altero Muſſardi libro (de qvo ſupra § 6.) iterum Germanice editus ſub titulo eigentliche Abbildung des nach und nach verfallenen Chriſtenthums Lipſ. 1703. 8. cum animadverſionibus M. *Sigismundi Hosmanni.* In hoc libello, ordine chronologico, recenſentur ritus, qvi per ſingula ſecula in Eccleſia paulatim invaluerunt. Quanqvam vero neqve plenus eſt iſte liber, neqve per omnia accuratus, tamen methodus ipſa & conatus merentur laudem, operæqve pretium eſſet, hoc ordine, omnium profecto optimo & utiliſſimo, accuratam rituum Eccleſiaſticorum notitiam à viro aliqvo docto exhiberi. Ritus Eccleſiæ Romanæ poſt Seculum IV. receptos ſuccincte perſeqvitur *Joannes Baptiſta Thiers*, in examine Critico Hiſtoriæ flagellantium à Boilavio ſcriptæ p. 252. ſeqq. Qvare in primorum ſæculorum ſcriptoribus pauciora de ritibus memorata reperiantur, dicet Andreas Hyperius libro IV, de ratione ſtudii Theologici p. 578. ſeq.

IX. Varietatem rituum, circa res in ſacris litteris non definitas, unionem Eccleſiaſticam inter eos, qvibus dogmata eadem ſacroſancta con-

conſtant, neutiqvam ſolvi debere recte docet Confeſſio Auguſtana c. 7. atqve egregie oſtendunt è veteribus *Socrates Scholaſticus* lib. 5. Eccl. c. 22. *Sozomenus* lib. 7. c. 19. *Hieronymus* Epiſt. 27. Auguſtinus Epiſt. 118. & 119. ad Januarium & *Ratramus* lib. 4. contra Errores Græcorum. E recentioribus *Allatius* contra Hottingerum p. 11. ſeq. ad 21 & de ſynodo Phot. p. 529. ſqq. & de purgatorio p. 638. ſq. *M. Ant. de Dominis* lib. 7. de rep. Eccl. c. 12. *Jo. Durellus* in libro, qvo tuetur ritus Eccleſiæ Anglicanæ, paſſim: *Jacobus Gœtten* lib. 1. Obſ. Eccleſ. c. 15. *Joachimus Hildebrandus* in diſſ. de ritibus ſacris (Helmſt. 1655.) §. 23. ſeqq. *Godfridus Wegenerus* in diſſ. edita Regiomonte A. 1695. *utrum neceſſe ſit cerimonias ubivis in Eccleſia eſſe ſimiles & easdem.* *Frid. Spanhemius* T. 2. Opp. p. 1294. ſqq. & *Jo. Bona* de divina ψαλμωδία c. 18. Pontificum Leonis X. & Clementis VII. Bulla, qva Græcis ritu ſuo, uti conceditur, præfixa eſt Iſ. Haberti ἀρχιερατικῷ Eccleſiæ Græcæ, & Allatii libro de ætate & interſtitiis in collatione Ordinum apud Græcos ſervandis, qvi etiam p. 21. Bullam Pauli V. in eandem ſententiam exhibet. Confer præterea eundem Allatium adverſus Creyghtonum p. 155. ſeq & Stanislai Hoſii Opera T. 1. p. 711. Viciſſim ſuperſtitioſos ritus à Romana Eccleſia ſub meriti præcipue & cultus nomine obtruſos recte à nobis rejici oſtendit B. D. *Samuel Benedictus Carpzovius* in Anti-Maſenio p. 714. ſqq. Qvemadmodum ſane, ubi in dogmatibus ipſis diſſenſus eſt, & per rituum, adiaphororum licet, introductionem erroribus ipſis & falſæ doctrinæ via ſternitur, prudentiæ & officii ratio ſvadet neqve in ritibus licet per ſe alioqvi non valde reprehendendis qvicqvam admittere in eorum gratiam, qvi per hoc caſſibus nos ſuis illaqveare & incautos fallere inſtituerunt. Alioqvi ὁμοδοξία nec ſufficit ad ὁμόνοιαν, nec reqviritur in omnibus. Confer A. Dounæum notis ad S. Chryſoſtomum T. VIII p. 360. Præterea *conſvetudo ſine veritate*, ut pulchre ait S. Cyprianus, *vetuſtas erroris eſt.*

X. Multiplicem Studii ſacrarum & Eccleſiaſticarum Antiqvitatum uſum præter Frid. Spanhemium T. 2. Opp. p. 1395. ſqq eleganti nuper oratione demonſtravit *Job. Alph. Turretinus* Franciſci Theologi Genevenſis filius. Genev 1701. 4. Non omnes ritus externos contemnendos aut vitandos eſſe, ne in fuga ipſa ſuperſtitionis ſuperſtitioſi eſſe videamur, multis diſputat Caſp. Calvœrus in Epilogo ritualis Eccleſiaſtici T. 2. p. 707. ſeq ut Joh. Meiſnerum τὸν μακαρίτην in Collegio Adiaphoriſtico, aliosqve prætercam.

XI. Clau-

XI. Claudam & hoc caput delineatione Theſauri Antiqvitatum Eccleſiaſticarum, qvalem ante aliqvot annos præmiſi Clariſſ. Voigtii Thyſiaſteriologiæ, & nunc aliqvot monumentis locupletavi.

## Theſauri Antiqvitatum Eccleſiaſticarum

### Tomus I.

1. Jo. Frontonis Epiſtola de moribus & vita Chriſtianorum in primis Eccleſiæ ſæculis, aliæqve ejusdem Epiſtolæ Eccleſiaſticam rem ſpectantes.
2. Paganinus Gaudentius de vita Chriſtianorum ante tempora Conſtantini.
3. Claudius Florus de moribus Chriſtianorum. Ex Gallico latine.
4. Guil. Cavei primitivus Chriſtianiſmus. Ex Anglico latine.
5. Nic. Vedelius de prudentia Eccleſiæ Veteris.
6. Jo. Stephani Duranti de antiqvis Eccleſiæ ritibus.
7. Barthol. Gavanti theſaurus ſacrorum rituum.
8. Chriſtophori Marcelli de ritibus Eccleſiæ Catholicæ.
9. Claudii de Vert, Cluniacenſis Monachi explicatio litteralis & Hiſtorica rituum Eccleſiæ, è Gallico latine.

### Tomus II.

10. Edmundi Martene de antiqva Eccleſiæ diſciplina circa ſacramenta, ritus benedictionis & Politiam Eccleſiaſticam libri VI.
11. Ej. de antiqva Eccleſiæ diſciplina in divinis celebrandis officiis.
12. Jo. Antonii Dandini Alteſerræ Aſcetica ſive Origines Monaſticæ & Edmundi Martene de antiqva Monachorum diſciplina.

### Tomus III.

13. Euchologium Græcorum cum notis Jacobi Goari.
14. Græcorum Pontificale cum notis Iſaaci Haberti.

### Tomus IV.

15. Lud. Creſollii Myſtagogus.
16. Jo. Ludovici de la Cerda Adverſaria ſacra.

To-

## Tomus V.

17. Auberti Miræi libri V. de notitia Epiſcopatuum Orbis Chriſtiani.
18. Commanvillii tabulæ Geographicæ & Chronologicæ omnium Archi-Epiſcopatuum & Epiſcopatuum Orbis: è Gallico latine.
19. Catalogus Pontificum Romanorum è Papebrochii propylæo ad Acta Sanctorum Maji.
20. Benedicti Bacchini de Eccleſiaſticæ Hierarchiæ origine libri III.
21. Gvil. Cavei de regimine Veteris Eccleſiæ. Ex Anglico latine.
22. Jac. Gothofredi, Sirmondi & Salmaſii de regionibus ſuburbicariis.
23. Victorini Canon Paſchalis cum commentario Ægidii Bucheri.

## Tomus VI.

24. Franciſci Blanchini Veronenſis de Calendario & Cyclo Cæſaris ac de Paſchali Canone S. Hippolyti Martyris, diſſertationes duæ.
25. Lud. Thomaſinus de diebus feſtis, è Gallico latine.
26. Hadriani Bailleti Hiſtoria feſtorum mobilium & immobilium, è Gallico latine.
27. Caroli Guieti Heortologia ſive de feſtis propriis locorum.
28. Jo. Baptiſtæ Thiers de feſtorum dierum imminutione.

## Tomus VII.

29. Jo. Ciampini Synopſis Hiſtorica de ſacris ædificiis à Conſtantino M. conſtructis.
30. Ejusdem vetera monumenta, & ſcripta alia ad antiqvitates Eccleſiaſticas ſpectantia.
31. Jac. Ledarchii diſſ. Hiſtorica de ſacris Baſilicis SS. Martyrum Marcellini Presbyteri & Petri Exorciſtæ.
32. Georgii Wheleri relatio de templis primitivorum Chriſtianorum. Ex Anglico latine.
33. Leo Allatius de Templis Græcorum, & de Narthece Veteris Eccleſiæ.
34. Pompeji Sarnelli antiqva Baſilicographia. Ex Italico latine. Hadr. Valeſii, Jo. Launoji & MS. Lud. Antonii Muratorii de baſilicis diſſertationes.
35. Jo. Baptiſtæ Thiers diſſertationes Eccleſiaſticæ de altaribus & choris Eccleſiarum. Ex Gallico latine.

36. Jac. Lobbetius de religioſo templorum cultu.
37. Antonii van Dalen diſſ. de conſecrationibus templorum, perſonarum ac rerum ſacrarum.
38. Angelus Roccha de campanis.
39. Jo. Baptiſtæ Thiers liber de Campanis, è Gallico latine.

## Tomus VIII.

In duas partes diſtribuendus.

40. David Clarkſon de non ſtatis in Eccleſia veteri liturgiis, cum Tho. Comberi refutatione. Ex Anglico latine.
41. Jo. Bona de divina Pſalmodia.
42. De veteri more inter ſtandum orandi. E Gallico latine. Claudii Joly de recitatione horarum Canonicar.
43. Joach. Hildebrandi rituale orantium, ſacræ antiqvitates de precibus &c.
44. Jac. Thomaſii diſſ. de ritu precandi verſus orientem.
45. Wilh. Erneſti Tenzelii de ritu lectionum ſacrarum.
46. P. Allixii diſſ de Triſagii Origine.
47. Tho. Smithi diatriba de hymnis Græcorum.
48. 49. Joh. Baptiſtæ Ferrarii de Veterum Chriſtianorum Concionibus libri III. & Joach Hildebrandi liber ejusdem argumenti.
50. Ej. Ferrarii de variis Epiſtolarum Eccleſiaſticarum generibus & Gerhardi Rodolphi Gravienſis de litteris Canonicis, Philippi item Priorii de litteris Canonicis, tractoriis & Synodicis.
51. Boilavii Hiſtorica disqviſitio de re veſtiaria hominis ſacri vitam communem more civili traducentis.
52. Andreæ Sauſſæi Panoplia Sacerdotalis libris XIV. Ej de Clericorum tonſura & habitu libris XV. Ej. de ornatu Epiſcoporum libris VII. Ej. de pallio Epiſcoporum ex libro de Myſticis Galliæ ſcriptoribus.
53. Jo. Garnerii diſſ. de pallio Epiſcoporum.

## Tomus IX.

54. Jac. Uſſerii de Rom. Eccleſiæ Symbolo Apoſtolico vetere.
55. Severus Alexandrinus de ritibus baptiſmi, Syriace & latine.
56. Joſephi Vicecomitis de antiqvis baptiſmi ritibus libri V.
57. Gerhardi van Maſtricht ſchediaſma de ſuſceptoribus ſive patrinis.
58. Lucas Holſtenius de forma & miniſtro ſacramenti confirmationis.

59. Hen-

59. Henricus Hammondus de Confirmatione.
60. Sainctebeufius de Confirmatione, contra Dallæum.
61. Joſephus Vicecomes de antiqvis Miſſæ ritibus.
62. David Blondellus de Euchariſtia Veteris Eccleſiæ.
63. Henrici Rixneri de inſtituto veterum Chriſtianorum circa Euchariſtiam.
64. Ludovici Antonii Muratorii disqviſitio de qvatuor temporum jejuniis.
65. Jo. Fileſaci ſyntagma de pœnitentia, & Jac. Sirmondi hiſtoria pœnitentiæ Ægidius Strauchius de priſcis pœnitentium ritibus.
66. Nic. Serarius & Jac. Gretſerus de Eccleſiæ Catholicæ proceſſionibus cum Auctario Nic. Sanderi.
67. Boileavii Hiſtoria flagellantium. Joh. Baptiſtæ Thiers examen Hiſtoriæ Boileavianæ. E Gallico Latine.
68. Ejusdem tractatus de ſuperſtitionibus circa ſacramenta. E Gallico latine.
69. Hiſtorica Critica conſvetudinum ſuperſtitioſarum qvibus in errorem abduci vulgus & eruditos admiratione ſuſpenſos teneri contigit, auctore P. Brun, S. Oratorii Presbytero. E Gallico latine.
70. Conformitas rituum hodiernorum cum veteribus. E Gallico Muſſardi latine.
71. De Antiqvis cerimoniis, ſive qvibus gradibus paulatim defecerint ad ſuperſtitionem. E Gallico latine.

## Tomus X.

72. David Blondellus & Henr. Hammondus de Epiſcopis & Presbyteris.
73. Pompeji Sarnelli Epiſtolæ Eccleſiaſticæ, ex Italico latine.
74. Jo. Launoji Regia in Matrimonium poteſtas.
75. Dominici Galeſii Eccleſiaſtica in matrimonium poteſtas.
76. Jo. Launoji contentorum in Galeſii Eccleſiaſtica in matrimonium poteſtate erratorum Index.
77. Gerbaſii Theologi Sorbonici tractatus Irenicus de Eccleſiæ & Principum in matrimonium poteſtate.
78. Franciſcus Duſſeldorpius Lugdunenſis de non ineundo matrimonio cum iis qvi extra Eccleſiam ſunt.
79. Joach Hildebrandus de nuptiis & Nataliriis Veterum Chriſtianorum.
80. Marci Antonii Marſilii Columnæ, Hydragiologia.

81. Jacobi Gretſeri de benedictionibus & maledictionibus libri III.
82. Proſperi Stellartii de coronis & tonſuris Paganorum, Judæorum & Chriſtianorum libri III.
83. Joh Baptiſtæ Thiers Hiſtoria capillamentorum. E Gallico latine.

## Tomus XI.

84. Joach Hildebrandi praxis Vet. Eccleſiæ circa moribundos & de morientium virtutibus.
85. Jo. Andreas Boſius de Clinicis ſ. grabatariis Veteris Eccleſiæ.
86. Jo Launojus de ſacramento unctionis infirmorum.
87. Jacobi Gretſeri de funere Chriſtianorum.
88. Onuphrius Panvinius de ritu ſepeliendi mortuos apud veteres Chriſtianos & de eorum cœmeteriis.
89 Henrici Spondani Cœmeteria ſacra, ſive de ritibus ſepulturæ apud Judæos, gentes, & maxime Chriſtianos.
90. Ludovici Antonii Muratorii diſſertationes duæ de more intra templa humandi fidelium cadavera.
91. Caſp. Sagittarii de Natalitiis & cruciatibus martyrum.
92. Antonii Gallonii de cruciatibus Martyrum.
93. Angelus Roccha de Canoniſatione ſanctorum.
94. Antonii Macedo de Diis tutelaribus Orbis Chriſtiani.
95. Diſſertationes Eccleſiaſticæ Caſparis Ibannes de Segovia & Peralta pro gloria antiqvorum tutelarium contra fictiones recentes, ex Hiſpanico latine.
96. Claudii Caſtellani Pariſienſis Eccleſ. Cathedral. Canonici Vocabularium Hagiologicum ſive Catalogus Sanctorum qvorum nomina tractu temporis corrupta ſunt, præmiſſus Originibus Gallicis Ægidii Menagii.
97. Simonis de Peyronet Catalogus Sanctorum.

## Tomus XII.

98. Pauli Aringhi Roma ſubterranea.
99. Franciſci Mariæ Torrigii cryptæ ſacræ Vaticanæ. Ex Italico latine.
100. Joannis Herbinii Cryptæ Kijovienſes.
101. Jo. Mabillonii Epiſtola de cultu Sanctorum ignotorum cum reſponſione ad eandem, & Mabillonii Apologia.

Ex

Ex qvo tempore Allatii diſſertationem, qvam ſupra memoravi de libris Eccleſiaſticis Græcorum, cum notulis meis recudendam * dedi, incidit in manus meas Catalogus locupletiſſimus librorum recentis Græciæ, qvos venales habet bibliopola Venetus Nicolaus Sarus. In illo cum præter alia diverſi argumenti ſcripta etiam Eccleſiaſtici libri nonnulli referantur Allatio præteriti, exiſtimavi non ingratam rem me facturum eruditis, ſi eundem hoc loco inſererem.

# ΚΑΤΑΛΟΓΟΣ

Τῶν Βιβλίων τοῦ Κυρίου

ΝΙΚΟΛΑΌΥ ΣΆΡΟΥ,

Τὰ ὁποῖα κρατεῖ εἰς τὸ σπῆτι τοῦ Ἀντώνιος ὁ Μπόρτολις ὁ Τυπογράφος, ὁποῦ κατοικᾷ εἰς τὴν Ἐνορίαν παρὰ τῶν Ἰταλῶν λεγομένην Σάντα Μαρία Φορμῶζα, ἰν Κάλλε Λόγγα, εἰς Βενετίαν.

αψιβ. 1712.

Ἀνθολόγιον, ἤγουν Ἀκολουθίαι τῶν ἐπισημοτέρων ἑορτῶν τοῦ χρόνου ὅλου, μετὰ τῶν κοινῶν Ἀκολουθιῶν.

Ἀπόστολος, ἤγουν Αἱ καθ' ἑκάστην ἀναγινωσκόμεναι Πράξεις καὶ Ἐπιστολαὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. Ἕτερα χρυσά.

Ἄμπακος, ἤγουν Διδασκαλία Μανουὴλ Γλυζουνίου τοῦ Χίου περὶ τῆς Ἀριθμητικῆς, καὶ λογαριαστικῆς.

Ἄνθη εὐλαβείας, ἤγουν Ἀκαδημία ἑλληνική.

Ἀκολουθία τοῦ ἁγίου Γερασίμου, ἤγουν Κανὼν περὶ τοῦ ἁγίου Γερασίμου τοῦ νέου ἀσκητοῦ τῆς Κεφαληνίας.

Ἀκολουθία νεκρώσιμος τῶν Ἱερέων, ἤγουν Κανὼν εἰς Ἱερεῖς τεθνηκότας καὶ Ἀκολουθία.

Ἀκολουθία εἰς τὸν μεγαλομάρτυρα Γεώργιον, τὸν ἐλευθερώσαντα τὴν Ζάκυνθον τῆς λοιμικῆς ἀσθενείας.

Ἀκολουθία τοῦ Ἁγίου ἐνδόξου Βασιλέως καὶ Μεγαλομάρτυρος Ἰωάννου τοῦ Βλαδιμήρου καὶ Θαυματουργοῦ.

Ἀλέξανδρος, ἤγουν Ἱστορία διὰ στίχων περὶ τῆς ζωῆς τοῦ μεγάλου Ἀλεξάνδρου.

Ἁμαρτωλῶν Σωτηρία, ἤγουν Βιβλίον περὶ πολιτείας πνευματικῆς.

Ἄνθος τῶν χαρίτων, ἤγουν Βιβλίον περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν, μεταγλωττισμένον ἀπὸ τὰ Ἰταλικά.



* Volumine qvinto Bibliothecæ Græcæ.

Ἀπολλώνιος, ἤγουν Ῥημάδα περὶ τοῦ Ἀπολλωνίου Βασιλέως τῆς Τύρου.
Αἴσωπος, ἤγουν Ἡ ζωὴ τοῦ Μυθοποιοῦ Αἰσώπου, μετὰ τῶν Μύθων αὐτοῦ, καὶ ἄλλων.
Βαρῖνος, ἤγουν Τὸ μέγα Λεξικὸν τῶν Ἑλλήνων, ὁ Θησαυρὸς δηλαδὴ ἁπασῶν τῶν Φωνῶν τῆς Ἑλληνικῆς γλώττης.
Βησαρίωνος Γραμματικὴ, ἤγουν Γραμματικὴ ἐξηγητή.
Βοσκοπούλα, ἤγουν Ῥημάδα τῆς Βοσκοπούλας.
Βιέννα, ἤγουν Ἱστορία τῆς Βιέννας διὰ στίχων.
Βίος Δημητρίου Βασιλέως μοσχοβίας Σαντομήρου Βοϊβόντου, καὶ ἀρχόντων τῆς λεχίας. Διὰ στίχων πεζῶν.
Γραμματικὴ τοῦ Λάσκαρη, ἤγουν Ἡ ἐπιτομὴ τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου.
Γεωπονικὸν, ἤγουν Ἑρμηνεία πῶς νὰ σπείρουν, πῶς νὰ κεντρώνουν, καὶ πῶς νὰ φυτεύουν τὰ ἀμπέλια, καὶ εἴδησις περὶ τινῶν χρησίμων βοτάνων εἰς ἰατρείαν ἀνθρώπων καὶ ζώων.
Γαΐδαρος, ἤγουν Ῥημάδα περὶ Ἀλεποῦς Λύκου καὶ Γαϊδάρου.
Δαμασκηνὸς, ἤγουν Δαμασκηνοῦ τοῦ Ὑποδιακόνου καὶ Στουδίτου Λόγοι εἰς τὰς ἐπισημοτέρας ἑορτάς.
Διαταγὴ Κλήμεντος τοῦ ἑβδόμου, ἤγουν Βοῦλλα τοῦ ἑβδόμου Κλήμεντος ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Θρησκείας τῶν Γραικῶν.
Διακονικὸν, ἤγουν Διάταξις τῶν Ἱεροδιακόνων ἐν τῇ θείᾳ Λειτουργίᾳ.
Διδασκαλία Χριστιανικὴ, ἤγουν Διδασκαλία διὰ τὰ μικρὰ παιδία εἰς τὰ Ἄρθρα τῆς Πίστεως.
Διήγησις διὰ στίχων τοῦ δεινοῦ πολέμου τῆς κρήτης.
Εὐαγγέλιον νεωστὶ τυπωθὲν, ἤγουν Τὸ Εὐαγγέλιον τῆς Ἐκκλησίας μὲ εἰκόνες ὡραιόταται καὶ μὲ Πασχάλια καὶ κανόνια αἰώνια.
Ἕτερα χρυσά.
Ἐγκυκλοπαιδία Φιλολογικὴ εἰς Τέσσαρας Τόμους διῃρημένη, πρὸς χρῆσιν τῶν Φιλολόγων καὶ Φιλομαθῶν τῆς Ἑλληνικῆς Γλώττης νεωστὶ συναρμοσθεῖσα.
Ὁ πρῶτος τόμος περιέχει Διαλόγους ἐκλεκτοὺς, Ἐπιστολὰς, Ἀποφθέγματα Βασιλέων, στρατηγῶν καὶ Φιλοσόφων, μύθους, ἠθοποιΐας ἐκφράσεις, χρείας, καὶ γνωμικά.
Ὁ δεύτερος περιέχει πεντήκοντα Λόγους ἐξαιρέτους διαφόρων ἁγίων Πατέρων.
Ὁ τρίτος περιέχει Λόγους ὁμοίως ἐκλεκτοὺς διαφόρων παλαιῶν λογογράφων, τῶν ἐν εὐγλωττίᾳ εὐδοκιμησάντων.
Ὁ τέταρτος περιέχει τὰ μᾶλλον ἔκκριτα τῶν ὀνομαστοτάτων Ποιητῶν, καὶ μὴν καὶ ἐκλεκτὰ Ἐπιγράμματα, καὶ ἄλλα πάμπολλα.
Ἐτυμολογικὸν, ἤγουν Τὸ μέγα Ἐτυμολογικὸν, ὁποῦ περιέχει τὴν ῥίζαν καὶ παραγωγὴν τῶν ἑλληνικῶν λέξεων.

Εὐαγ-

Εὐαγγέλιον μὲ χαρτὶ μικρόν.

Ἕτερα χρυσά.

Εὐχολόγιον, ἤγουν Διάταξις τῶν Ἱερέων ἐν ταῖς Ἱεροτελεστίαις.

Ἕτερα χρυσά.

Εὐχολόγιον μισὸν, ἤγουν Διάταξις τῶν Ἱερῶν Λειτουργιῶν μετὰ τῆς ἑρμηνείας αὐτῶν.

Ἐκλόγιον, ἤγουν Οἱ ὡραιότεροι βίοι τῶν Ἁγίων.

Ἐκλογαὶ ἤγουν Βιβλιάριον Περιέχον τοὺς οἴκους τῆς Παναγίας, καὶ τοῦ τιμίου Προδρόμου. την μετάληψιν ἐξηγητήν. στίλους εἰς τὴν μακαρίαν Τριάδα. καὶ εἰς τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην παρασκευήν.

Ἑρβὰν, ἤγουν Διάλογος τοῦ ἐν Ἁγίοις Γρηγεντίου μετά τινος Ἰουδαίου Ἑρβᾶν λεγομένου.

Εἱρμολόγιον, ἤγουν Βιβλίον περιέχον τοὺς εἱρμοὺς ἅπαντας τῶν Κανόνων τῶν ὀκτὼ ἤχων, καὶ ἄλλα τινὰ, μετὰ τῆς προσθήκης τοῦ Φυσιολόγου.

Ἐρωτόκριτος, ἤγουν Ποίημα ἐρωτικὸν, λεγόμενον Ἐρωτόκριτος.

Ἐρωφίλη, ἤγουν Ἡ Τραγῳδία τῆς Ἐρωφίλης.

Ἑβδομαδευχάριον, ἤγουν Προσευχαὶ κοιναὶ εἰς κάθε ἡμέραν.

Θεοτοκάριον, ἤγουν Κανόνες καὶ ὕμνοι διάφοροι εἰς τὴν Ὑπεραγίαν Θεοτόκον.

Θηκαρᾶς, ἤγουν Ὕμνοι καὶ εὐχαὶ κατανυκτικαὶ εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα.

Θυσία τοῦ Ἀβραὰμ, ἤγουν Ῥημάδα εἰς τὴν Θυσίαν τοῦ Πατριάρχου Ἀβραάμ.

Ἰμπέριος, ἤγουν Ῥημάδα τοῦ Ἰμπερίου.

Κυριακοδρόμιον, ἤγουν Ὁμιλίαι εἰς τὰς Κυριακὰς ὅλου τοῦ χρόνου.

Καλοκαιρινὴ, ἤγουν Οἱ ὡραιότεροι βίοι τῶν καλοκαιρινῶν Ἁγίων.

Κατήχησις Ἱερὰ, ἤγουν Βιβλιόπουλον περιέχον βραχεῖαν εἴδησιν τῶν Ἱερῶν Μυστηρίων.

Κατάνυξις τοῦ Μπουναλῆ, ἤγουν Στίχοι εἰς ἁπλῆν γλῶσσαν κατανυκτικοί.

Λειτουργίαι, ἤγουν Διάταξις τῶν θείων καὶ Ἱερῶν Λειτουργιῶν.

Λειτουργίαι Γραικολατῖναι, ἤγουν Αἱ Θεῖαι Λειτουργίαι, καὶ εἰς γλῶσσαν Λατινικὴν μεταφρασμέναι.

Λόγοι Ψυχωφελεῖς εἰς τὸ Σωτήριον Πάθος, καὶ εἰς τὴν ἔνδοξον Ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, νεωστὶ συντεθέντες.

Μηναῖα, ἤγουν Τὰ δώδεκα Μηναῖα ὅλου τοῦ χρόνου.

Μηναῖα δεμένα εἰς χαρτία ἔξη.

Μαργαρίτης, ἤγουν Λόγοι εἰς ἁπλῆν φράσιν τοῦ ἐν Ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου.

Μιχαὴλ Βοϊβόδας, ἤγουν Ῥημάδα διὰ τὰς ἀνδραγαθίας τοῦ Μιχαὴλ Μπέγου τῆς Βλαχίας.

Μπερ-

Μπερτόλδος, ἤγουν Πανουργίαι τοῦ Μπερτόλδου.

Μῦθοι ἕτεροι τοῦ Αἰσώπου εἰς Ἑλληνικὴν καὶ Λατινικὴν γλῶσαν νεωστὶ τυπωθέντες μὲ τὸν βίον αὐτοῦ καὶ ἕτερα συνταγμάτια ὠφελιμώτατα.

Μῦθοι τοῦ Αἰσώπου, ἤγουν Αἴσωπος εἰς ἁπλῆν γλῶσαν.

Μισωρόλογον, ἤγουν Μικρὸν Ὡρολόγιον.

Ἕτερα χρυσά.

Νέος Παράδεισος, ἤγουν Βίοι διαφόρων Ἁγίων.

Νέος Θησαυρὸς, ἤγουν Βίοι διαφόρων Ἁγίων.

Νέος Κλίμακας, ἤγουν Ἡ θαυμαστὴ βίβλος τοῦ ἐν Ἁγίοις Ἰωάννου τοῦ Κλίμακος εἰς κοινὴν γλῶσαν.

Νουθεσίαι διδακτικαὶ τοῦ πατρὸς πρὸς τὸν υἱὸν ὠφέλιμαι. διὰ στίχων πεζῶν.

Ὀκτώηχος.

Ἕτερα δεμένα ἄλλα Λατῖνα.

Ὀκτώηχος μὲ Συλλειτουργικὰ, ἤγουν Τὰ Συλλειτουργικὰ καὶ ἡ Ὀκτώηχος καὶ τὸ Ψαλτήριον δεμένα ὁμοῦ.

Οἶκοι ἐξηγητοὶ, ἤγουν Οἱ κδʹ Οἶκοι τῆς Ὑπεραγίας Θεοτόκου, ἐξηγημένοι εἰς ἁπλῆν γλῶσαν.

Παρακλητικὴ, ἤγουν Ἡ μεγάλη Ὀκτώηχος τῆς Ἐκκλησίας διὰ ταῖς ἀκολουθίαις ὅλου τοῦ χρόνου.

Πεντηκοστάριον, ἤγουν Ἡ ἀκολουθία τῶν Πασχαλοεορτῶν.

Παλαιὸς Παράδεισος, ἤγουν Βίοι διαφόρων Ἁγίων.

Ἡ Παλαιὰ Διαθήκη εἰς μῆκος μέγα, τυπωμένη εἰς Βενετίαν.

Ἑτέρα τυπωμένη εἰς Λίψιαν εἰς τρεῖς τόμους, ὁμοῦ καὶ ἡ νέα Διαθήκη.

Παιδαγωγία, ἤγουν χρήσιμος Φυλλάδα διὰ τὰ μικρὰ παιδία, ὁποῦ ἀρχινίζουν τὰ πινακίδια.

Προσκυνητάριον, ἤγουν Εἴδησις τῶν Ἱερῶν τόπων, ὁποῦ εὑρίσκονται εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν Ἱερουσαλήμ.

Παίγνια τῆς Φαντασίας, ἤγουν Βιβλίον γυμνάζον τοὺς νέους εἰς τὴν ῥητορικὴν τέχνην, μεταφρασμένον ἀπὸ τὸ Ἰταλικὸν ἰδίωμα.

Πασὸρ Φίδος, διὰ στίχων πεζῶν.

Πανουργίαι ὑψηλόταται τοῦ Μπερτόλδου.

Προσκυνητάριον τῶν Ἱεροσολύμων εἰς πεζὴν γλῶσαν διὰ στίχων ὁμοιοκαταλήκτων.

Πορτολαίος, ἤτοι βιβλίον περὶ ὁλονῶν τῶν λιμένων.

Ῥήγας τῆς Σκότζιας, ἤγουν Ῥημάδα τοῦ Βασιλέως τῆς Σκότζιας.

Σύνοψις ἤγουν Βιβλιάριον περιέχον τὴν καθημερινὴν ἀκολουθίαν ἑκάστου εὐλαβοῦς.

Ἕτερα χρυσά.

Συλλει-

Συλλειτεργικὰ, ἤγουν Ἡ ἀκολεθία τῶν Ἀναγνωςῶν.

Στιχολογία, ἤγουν Βιβλιδάριον τ̃ Στιχολογίας τῶν ᾠδῶν διὰ τὲς κανόνας τ̃ ὄρθρε, μὲ ὀλίγα Παχάλια.

Συνταγμάτιον, ἤγουν Βιβλίον περιέχον διαφόρους κανόνας καὶ εὐχὰς ψυχωφελεῖς μὲ Παχάλιον αἰώνιον, σεληνοδρόμιον, καὶ μηνολόγιον.

Συναξαριςὴς, ἤγουν Οἱ βίοι τῶν Ἁγίων τ̃ χρόνε ὅλε, εἰς κοινὴν γλῶσσαν, ἐυγαλμένοι ἀπό τὰ Μηναῖα.

Συντίπας, ἤγουν Βιβλίον μυθολογικὸν, μεταγλωττισμένον ἐκ τ̃ σοφίας τῶν Περσῶν.

Σωσαύνα, ἤγουν Ῥημάδα τ̃ σώφρονος Σωσαύνης.

Τριώδιον, ἤγουν Ἡ ἀκολεθία τ̃ ἁγίας καὶ μεγάλης Τεσσαρακοςῆς.

Τυπικὸν, ἤγουν Ἡ διάταξις πάσης τ̃ Ἐκκλησιαςικῆς τάξεως, καὶ πασῶν τῶν ἀκολεθιῶν.

Τετραβάγγελον μεγάλον. ἤγουν Ἡ νέα Διαθήκη εἰς τύπον χοντρόν.

Ἕτερα χρυσά.

Τετραβάγγελον μικρὸν, ἤγουν Ἡ νέα Διαθήκη εἰς τύπον ψιλόν.

Ἕτερα χρυσά.

Τετραβάγγελον εἰς ἁπλὴν γλῶσσαν, ἤγουν Ἡ νέα Διαθήκη ἑλληνικὴ καὶ κοινὴ, τυπωμένη εἰς τὴν Ἄλα τ̃ Γερμανίας.

Τριαδικὴ Ὀκτώηχος, περιέχεσα κανόνας κ δ. ὧν οἱ μὲν ὀκτὼ εἰσὶ πρὸς τὴν Παναγίαν τριάδα. οἱ δὲ λοιποὶ πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριςὸν. Ποίημα Ἀγαπίε Μοναχε̃.

Ταρίφα μὲ πόςαις, ἤγουν Πολυπλασιασμὸς μὲ τρόπον εὔκολον, καὶ μὲ τ̃ τὴν εἴδησιν τῶν γραμματοφόρων τ̃ Ἰταλίας. καὶ Εὐρώπης.

Χρονογράφος, ἤγουν Σύνοψις τῶν Ἱςοριῶν τοῦ Κόσμε.

Χριςιανῶν ὁδηγία, ἐν ᾗ εἰσὶ γεγραμμαέναι αἱ τρεῖς μεγάλαι ἀρεταί. συντεθεῖσα παρὰ Ἀγαπίε Μοναχε̃.

Ψαλτήριον.

Ἕτερα δεμένα ἄλλα Λατῖνα.

Ψαλτήριον ἐξηγητὸν, ἤγεν Τὸ Ψαλτήριον εἰς γλῶσσαν ἁπλῆν ἐξηγημένον.

Ψαλτήριον μικρὸν, ἤγεν Τὸ Ψαλτήριον μὲ εὐχαῖς κατανυκτικαῖς.

Ψαλτήριον μὲ Λεξικὸν, ἤγεν Τὸ Ψαλτήριον σὺν δυσὶ Λεξικοῖς, Γραμματικῷ δηλαδὴ, καὶ Ἱςορικῷ.

Ὡρολόγιον μέγα, ἤγεν Τὸ Ὡρολόγιον μὲ Παχάλια καὶ ἄλλα τινα ἀναγκαῖα.

Ἕτερα χρυσά.

# CAPUT V.

## De ſcriptoribus veterem Geographiam ac Chorographiam illuſtrantibus.

*Studii Antiquitatum diviſio & partes.* 1. *Archæographia à Jac. Sponio deſcripta, diviſaque octo capitibus.* 2. *Ut in Hiſtoria ſic in Antiquitatum ſtudio Geographia vetus & Chronologia neutiquam omittendæ.* 3. *Geographiæ ſacræ & de terra ſancta ac Hieroſolyma ſcriptores veteres ac recentes.* 4. 5. *Geographia Nubienſis, Abulfeda, &c.* 6. *Antiqui Geographi Græci.* 7. *Latini.* 8. *De Tabulis Geographicis.* 9. *Geographia vetus civilis per compendium à recentioribus tradita.* 10. *Eadem plenius & uberius expoſita.* 11. *Patallela veteris & novæ Geographiæ.* 12. *Lexica Geographica.* 13. *Scriptores qui certas regiones ſpeciatim perſecuti ſunt, & de Geographia medii ac ſequioris ævi, quæ magnam partem adhuc illuſtranda deſideratur. Difficulter id fieri poſſe niſi recens Geographia plenius & accuratius tradatur. ibid.* 14. 15. *Geographiæ veteris Eccleſiaſticæ ſcriptores, & Notitiæ Epiſcopatuum.* 16.

I.

PHilologia atqve humanior eruditio, de qva præclaræ Jo. Woweri de Polymathia, & Gerh. Jo. Voſſii de Philologia Commentationes exſtant, præter Grammaticam lingvarum cognitionem etiam alias diſciplinas humaniores, ut artem dicendi & Poëticen, inprimis vero Criticen ſive facultatem judicandi de omnis generis ſcriptis, Veterũ præcipue, genuina à ſuppoſititiis, lectu digna ab ineptis diſcernendi, eaqve emendandi & interpretandi, ambitu ſuo complectitur: qvæ poſtrema ut accurate fiant, opus eſt non mediocri ſcientia Antiqvitatis, qva deſtitutos nihil in priſcorum ſcriptis videre, & è noſtris moribus veteres ætates judicando paſſim hallucinari certum eſt. Antiqvitatis autem cognitionem ille demum ſibi comparaſſe intelligitur, qvi præter Hiſtoriam veterem, tum fabularem illam tum veram hujusqve partes civilem, Eccleſiaſticam, litterariam & Naturalem perſpectos habuerit ritus moresqve veteres, ſacros, politicos, militares & privatos ſive Oeconomicos, qviqve in monumentis antiqvis probe ſit verſatus, ac præter libros editos conſuluerit etiam & cum

cum judicio * conſulere poſſit Codices MSS. tractaverit numiſmata antiqva & Inſcriptiones, diligenterqve contemplatus ſit ædificia ſive rudera antiqva & inſtrumentum priſcum omnis generis, qvantum temporum hominumqve injuriæ reliqvi nobis fecerunt, aqvæductus, amphitheatra, arcus, ſtatuas, columnas, obeliſcos, pondera ac menſuras, torevmata ſive tabulas exſculptas, opera Muſiva, gemmas, lucernas, vaſa & qvicqvid ſuppellectilis antiqvæ ad nos pervenit & ætatem tulit.

II. Jacobus Sponius V.C. in præfatione ad Miſcellanea eruditæ Antiqvitatis, notitiam antiqvorum qvæ jam dixi monumentorum appellat Archæographiam, eamqve diſtinguit in octo capita, de qvibus nec alienum ab hoc loco nec injucundum aut inutile ſtudioſis erit verba doctiſſimi Viri cognoſcere, cum in ſingulis præcipuos etiam Auctores laudet. Ita vero ille:

ARCHÆOGRAPHIA eſt declaratio ſive notitia Antiqvorum mo-



* Petrus Aurelius reſponſione de Canone Arauſicano ad Sirmondum T. 3. pag. 291. *Debetur Manuſcriptis eatenus fides, qua lux major & rerum graviorum explorata ratio nihil obſtat; debetur in dubiis, cum veritas aliunde nulla cernitur: debetur, cum eorum autoritas nulla inſigniori præponderatur; debetur denique cum nihil eſt, quo eorum errorem aperte coarguamus. Alioquin, ſi vel dilucida ratio, vel ſanctior autoritas, multo magis ſi rerum divinarum decreta, majorumque religio reclament, nemo eſt quin manuſcriptorum codicum, non modo paucorum ſed plurium etiam, ſeu voces, ſeu clamores, ſeu quascunque conſenſiones longe aſpernandas reſpuendasque videat, & primum eorum unius, vel alterius errorem in cæteros manare potuiſſe fateatur. Nam qui hoc negare velit, in eum eruditorum omnium conſenſu conferentur illæ voces quibus tu eos, qui aliquot tuorum manuſcriptorum fidem elevare audeant. aſperſiſti. Non enim ſubeſſe manuſcriptis idoneum Criticum, ſed præeſſe decet, moderari, judicare, regere; nec imperitorum plurium ſcribarum veterno, eruditorum hominum judicia, rerumque ſummarum amplitudinem mancipare. Hoc demum eſt gnavum eſſe Criticum, prudentem, eruditum, elegantem. Nil Criticum eſſe attinet; Hypercriticum eſſe neceſſe eſt, qvi vere Criticus eſſe velit, tam judicio quam nomine, tam re quam officio. Qui enim nil niſi Criticus ſit, mere Criticus, Κενοκριτικὸς literularum & formularum Grammaticus auceps, ſæcularis literaturæ quadam notitia tumidus magis quam plenus, Theologiæ ſanctorumque Patrum ſcientia leviter tinctus, totus literæ, totus chartæ ſervus; hunc Criticorum omnis natio, & inprimis Theologorum Criticorum è choro ſuo exiget, neque tali ἀκρισίᾳ venerandum Critici nomen inquinari patietur. Rerum juxta & literarum peritum eſſe oportet; qui hoc nomen quærat, & judicio præterea ſummo quodam, quæ ipſa Critici notio eſt, præcellentem. Quem horum quodpiam deficiat, hunc Manuſcriptorum codicum copia magis implicabit, quam juvabit: Quo pauciores evolvet, hoc ſibi minus & aliis oberit: tam publicum quieſcendo demerebitur, quam alii laborando.*

monumentorum, qvibus Veteres, ſui temporis Religionem, Hiſtoriam, Politicam, aliasqve tum artes tum ſcientias propagere, poſteriſqve tradere ſtuduerunt. Pro variis ergo qvibus imprimuntur ſubjectis in totidem ſcientias ſubdividenda videtur. Iſtas pro lubitu liceat unicuiqve partiri atqve deſignare. Mihi præcipuè octo ſtatuendæ videntur, juxta totidem ſubjecta, nummos, lapides, ædificia, ſtatuas, gemmas, toreumata, manuſcripta, inſtrumentaqve omnis generis.

1. Prima eſt *Numismatographia*, ſive cognitio numiſmatum, cujusvis metalli, ætatis & regionis, qvam hiſce ultimis ſæculis excitarunt adornaveruntqve Fulvius Urſinus, Auguſtinus, Vicus, Erizzo, Sambucus, Occo, Strada, Golzius, St. Amant, Hemmelarius, Angeloni, Seguinus, Patinus, Spanheimius, Vaillant & Oyſelius: qvamqve variorum Principum cura ad perfectionem qvaſi evexit.

2. *Epigrammatographia* eſt Inſcriptionum antiqvarum lapidi, marmori, æriqve inciſarum notitia: cui inſudarunt ex priſcis, Polemon, Ptolemæi Epiphanis ætate, cognominatus ὁ ϛηλοκόπας, eo qvod columnas ſive cippos, qvas *ſtilas* vocabant, in ſingulis Græciæ urbibus magno *labore* transſcripſiſſet, Athenæo teſte. Philochorus Athenienſis qvi, referente Svida, Atticas inſcriptiones collegerat: Ariſtodemus qvi Thebanas: Neoptolemus Parianus qvi omnis generis Epitaphia. Ex Recentioribus Apianus, Cyriacus Anconitanus, Lipſius, Boiſſardus, Panvinius, Seldenus, Lucius, Capacius, Paradinus, Gvalterus, Reineſius, Guichenon, Chorerius, Urſatus, Marullus Spalatenſis apud me manuſcriptus, Peireskius ineditus, ac tandem inſtar omnium multiſcius Gruterus.

3. *Architectonographia* eſt deſcriptio Templorum, Theatrorum, Arcuum triumphalium, Pyramidum, Balneorum, Portuum, Aqvæductuum, milliariorum, Sepulchrorumqve. Eam excoluere plurimi Græci ac Romani veteres, labantemqve reſtituerunt hac ætate Serlio, Marlianus, Palladius, Boſius, Poldo, Bellorius, Bergerius, Perrotius, aliiqve.

4. *Iconographia* Statuas omnis generis, protomas, picturas, muſivaqve opera deſcribit. Hanc ſexcenti celebres opifices olim coluerunt. *Imaginum amore*, inqvit Plinius, *flagraſſe quosdam teſtes ſunt & Atticus ille Ciceronis, edito de his volumine, & Marcus Varro benigniſſimo invento inſertis voluminum ſuorum fœcunditati, non nominibus tantum ſeptingentorum illu-*

*illuſtrium, ſed & aliquo modo imaginibus, non paſſus intercidere figuras, aut vetuſtatem ævi contra homines valere.* At eam noſtris ſæculis renovarunt, Michaël Angelus, Urſinus, variiqve ſculptores ac cælatores Romani non ignobiles.

5. *Glyptographia* verſatur circa gemmas cælatas veluti Jaſpides, Sardoniches, Carneolas, Amethyſtos, annulis aliisqve ornamentis, & Hieroglyphicis inſervientes. Eam ſub priori non comprehendimus, qvod perampla ſit, cælatorumqve ars à ſculptorum arte diverſa ſit. *Gemmas plures,* ait idem Plinius, *quod peregrino appellant nomine Dactyliothecam, primus omnium habuit Romæ privignus Syllæ Scaurus. Diuque nulla alia fuit, donec Pompejus Magnus eam quæ Mithridatis Regis fuerat, inter dona in Capitolio dicaret, ut M. Varro aliique ejusdem ætatis Auctores confirmant, multum prælatam Scauri. Hoc exemplo Cæſar Dictator ſex Dactyliothecas in æde Veneris Genitricis conſecravit.* Fuit hæc ſcientia qvaſi poſtliminio revocata ab Urſino, Gallæo, le Pois, Pierio Valeriano, Gorlæo, Chiffletio, Kirkero, Auguſtino Romano, Caninio, Bagarrio, Reicheltio Argentoratenſi, aliisqꝫ.

6. *Toreumatographia* exponit tabulas marmoreas exſculptas, qvæ toreumata vocabantur, qvorum avidus collector Julius Cæſar, teſte Svetonio. *Primus* Phidias *artem toreuticem aperuiſſe atque demonſtraſſe merito judicatur: Polycletus conſummaſſe.* Plin lib. 34. cap. 8. Toreumata qvamplurima, qvæ *bas reliefs* appellamus, æri incidit Petrus Sanctes Bartolus, ea imprimis qvæ in columna Trajana & Antoniniana viſuntur à I. P. Bellorio eleganter & breviter explicata. Qvæ in arcu Severi ſpectantur Svareſius Epiſcopus Vaſionenſis interpretatus eſt: aliasqve ediderunt Boſius, Aringhius & Boiſſardus: multaqve poſſident inediti Ligorii, Bagarrii, Eqvitisqve à Puteo codices delineati.

7. *Bibliographia* Manuſcriptis dignoſcendis & perlegendis addicta eſt, cui tot inſignes Critici operam navarunt, Scaliger, Sirmondus, Salmaſius, Caſaubonus, l'Abbæus, Busbekius, & nuper Lambecius, qvi bibliothecam Cæſaream deſcripſit, nec non Æmilius Portus Cretenſis, cujus tractatum de Manuſcriptorum Græcorum abbreviationibus ipſiusmet manu exaratum poſſideo.

8. *Angeiographia* inſtrumenta omnis generis domeſtica, militaria, nautica, vaſa, menſuras, pondera ſcrutatur: modo ſub voce *angeion* commodioris defectu, omne inſtrumenti genus comprehendere liceat. Hæc pertractarunt Bayſius, Ferrarius, Rubenius, Schefferus, Smetius in

ſuis Antiqvitatibus Neomagenſibus, & ineditus Peireskius ὁ πάνυ. *Hactenus Sponius.*

III. Notum eſt duos neceſſarios Hiſtoriæ oculos à viris doctis haberi Geographiam & Chronologiam, qvo nihil poſſe dici verius res ipſa confirmat, nullum enim cogitari poteſt magis obſcurum vel confuſum chaos, qvam rerum qvarumcunqve narratio, ubi ratio temporum vel locorum confunditur aut ignoratur. Eodem plane modo res ſe habet in ſtudio Antiqvitatis, nam & hoc genus eſt qvoddam Hiſtoriæ, eſt enim morum rerumqve qvæ apud veteres in uſu fuerunt enarratio, in qva ut recte verſeris, Geographiæ & Chronologiæ cognitione eſt opus, qvoniam alia alibi & alia ætate obtinuerunt, ne dicam hanc ipſam partem eſſe Antiqvitatis haud ignobilem veterum temporum rationes, Epochas, ærasqve, regionum, urbiumqve appellationes ac regnorum limites veteres noſſe. Anteqvam igitur ad ſpecialia capita argumenti qvod mihi propoſui deſcendam, & ſcriptores de ritibus ſacris aliisqve aut de monumentis veteribus ſingillatim exponam, juvat præmittere inprimis eos qvi Geographiam veterem mediive ævi ſcriptis ſuis illuſtrarunt, deinde dicere de iis, qvorum in expediendis Chronologiæ rationibus occupata fuit induſtria.

IV. Geographiam Biblicam è veteribus primus attigit *Euſebius* libro de Locis Hebraicis, ſecundum ordinem literarum diſpoſito; qvem ab *Hieronymo* latine translatum & auctum primus Græce, cum Hieronymi & ſua verſione edidit, notisqve illuſtravit *Jacobus Bonfrerius* Pariſ. 1631. & 1659. fol. ad calcem commentariorum ſuorum in Joſuam. *Petrum* qvoqve *Bertium* Euſebii libro lucem afferre conatum fuiſſe, teſtatur Jo. Ger. Voſſius p. 261. de Scriptor. Mathem. & Claud. Sarravius p. 267. Epp. Euſebiana Bertii ex Menagii dono miſit ad Iſ. Voſſium Ger. Joannis filium. *Lucas* præterea *Holſtenius* veteris Geographiæ peritiſſimus, novam Euſebii de locis Ebraicis editionem pollicitus eſt, lib. de vita & ſcriptis Porphyrii p. 21. Atqve optandum eſſet, ut poſt novas *Jo. Marcianæi* & *Jo. Clerici* editiones prodiret idem Euſebii liber expolitus cura doctiſſimi Viri *Jacobi Rehnſerdi*, cujus egregia in eundem ſpecimina obſervationum evolvere me memini. Noviſſime pulcherrimam huic Euſebii libro lucem attulit V. C. *Hadrianus Relandus* in ſua Palæſtina, de qva infra. Extat & *Eucherii* Epiſcopi Lugdunenſis Sec. V. Epiſtola de ſitu Hieroſolymæ & Judææ, ad Fauſtinum Presbyterum Inſulanum, qvam edidit Phil. Labbeus

beus T. 1. Bibliothecæ Novæ Manuſcriptorum p. 665. ſeq. A *Marcellino Comite* IV. libellis Conſtantinopolin & Hieroſolymam deſcriptam auctor eſt Caſſiodorus in Divinis Lectionibus c. 25. qvod opus Marcellini intercidit. Sed tulere ætatem liber *Bedæ Venerabilis* de ſitu Jeruſalem & locorum ſanctorum, & ex qvibus hic excerptus eſt, *Adamnani Scoti*, de locis terræ ſanctæ libri 3. excerpti ex ore *Arculphi* Galliarum Epiſcopi, editiqve à Nicolao Serario ac Joh. Mabillonio, prologum vulgante Labbeo T. 1. Bibliothecæ novæ Manuſcriptorum pag. 667. ſqq. Prætereo alios recentiores Terræ ſanctæ deſcriptores, ſive Græcos, ut *Joh. Phocam*, *Epiphanium Hagiopolitam*, & *Perdiccam* de locis Palæſtinæ, editos à *Leone Allatio* in Symmictis: ſive latinos, ut *Auctorem Itinerarii* à Burdegala Hieroſolymam usqve, *Marinum Sanutum Torſellum* ad calcem librorum de ſecretis fidelium crucis, editorum à Jacobo Bongarſio in Tomo ſecundo geſtorum Dei per Francos, h. e. ſcriptorum belli ſacri Hieroſolymitani: ſive Hebræos deniqve *Eldad Danæum*, qvi Latine exſtat ad calcem Chronographiæ Genebrardi, & Hebraice Oxoniæ in Bibl. Bodlejana: *Benjaminem Tudelenſem* A. C. 1173. defunctum in Itinerario, qvod poſt Ariam Montanum vertit & illuſtravit Conſtantinus L'Empereur, & ineditis adhuc obſervationibus Matth. Frid. Beckius, Theol. Auguſtanus ὁ μακαρίτης. *Rabbi Petachiam*, cujus Sec. XII. clari Itinerarium edidit cum verſione ſua Cl. Wagenſeilius in Exercitationibus ſuis varii argumenti, qvi p. 161. ſq. alios Geographicos Judæorum libros commemorat, qvi pauci admodum apud illos, & fabulis fere conſperſi reperiuntur. *Abrahami* deniqve *Peritſol* itinera mundi, Ferrariæ deſcripta ab auctore A. 1525. cumqve verſione & notis edita à Thoma Hyde Oxon. 1691. 4. Hic Abrahamus p. 39. ſuam Mappam Mundi allegat, qvæ non vidit lucem.

V. Inter ſuperioris ſeculi Scriptores Chriſtianos præter *Samuelem Bochartum*, in Geographia Sacra, incomparabili opere, & *Joſephum Scaligerum* qvem librum ſuum de inſolubilibus S. Scripturæ, & Geographiam ſacram à ſe compoſitam paulo ante mortem flammis tradidiſſe teſtatur Patinus T. 1. Epiſt p. 607. 608 huic argumento ſingularem lucem attulerunt in ſuis ad Scripturam commentariis *Andr. Maſius* & *Jac. Bonfrerius* ad Joſuam, & *Joh Lightfootius* in Horis Hebraicis ad Evangeliſtas, aliisqve ſcriptis: *Waltonus* in Apparatu ad Biblia Polyglotta, *Bernardus Lamy* in Concordia Evangelica, pauciqve qvidam alii. Idem conati ſunt in Itinerariis Palæſtinæ *Henr. Buntingius*, *Bernhardum de Breitenbach*

*bach* plerumqve ſecutus. Nec confundendus Bernhardus iſte cujus itinerarium prodiit Spiræ 1502. fol. cum Martino Baumgarten in Breitenbach eqvite Germano, cujus deſcriptio itineris in Ægyptum, Arabiam Palæſtinam & Syriam edita eſt Norimbergæ 1594. 4. *Chriſtianus Adrichomius*, à P. Gautio recenſitus, *Chriſtophorus Heidmannus*, *Franc. Quaresmius*, *Otto Dapper*, aliiqve qvamplurimi, qvos enumerant Acta Eruditorum A. 1713. p. 276. ubi de V. C. *Eduardi Wells* Geographia Vet. & Novi Teſtamenti: Jo. Clericus præf. ad Sanſonii Geographiam ſacram, Ephemerides Pariſ. A. 1707. Octobr. p. 58. Lipenius Biblioth. Theol. T. II. pag. 390. 821. ſq. & *Dan. Hartnaccius* in Bibliothecario p. 168. ſq. qvi non modo Germanica lingva Geographiam Biblicam ſingulari, nec adeo magno libro complexus eſt, Norimb 1689. 4. ſed & longe perfectius atqve plenius opus hujus argumenti, conſultis 200. amplius Itinerariis multorum annorum labore collegiſſe ſe, ibidem teſtatur. Sed profecto arduum eſt, inter tot fabuloſa atqve incerta, ex recentioribus iſtis Hodœporicis, ſitum verum locorum Terræ ſanctæ, in ſacris literis memoratorum cognoſcere. Interim licebit utut neutiqvam immunem à nævis conſulere Geographiam Sacram *Nic. Sanſonii* Abbavillæi, nuper cum Præfatione Jo. Clerici recuſam Amſt. 1703 fol. & *Frid. Spanhemii* Geographiam ſacram, ſeparatim & inter opera ejus editam, *Hieronymi* item *Dicelii*, Germanice vulgatam Lipſ. 1704. 8. tum mappas Geographicas Palæſtinæ, à variis viris doctis adornatas, qvales v. gr. extant in Waltoni Apparatu, in Lightfoti operibus, atqve ut noviſſime edita commemorem, in Commentario *Joh. Clerici* ad Pentateuchum, in *Auguſtini Calmet*, Monachi Benedictini Commentar. ad Joſuam, Pariſ. 1711. 4. in *Franciſci Burmanni*, * filii, Eccleſiaſtæ Amſtelod. Harmonia Evangeliſtarum, Belgice edita Amſtelod. 1713. 4. & in *Frid. Spanhemii* T. I. Opp. paulo ante mortem ejus A. 1701. Lugd. Bat. in lucem edito, in qvo locupletior habetur introductio ejus ad Geographiam ſacram, Patriarchalem, Iſraëliticam & Chriſtianam. Inprimis vero evolvere juvabit viri exqviſitæ eruditionis *Hadriani Relandi*, Palæſtinam ex monumentis veteribus illuſtratam & tabulis accuratis inſtructam, qvæ lucem vidit Trajecti Batavorum 1714. 4. Orbem veterem ut à Noæ poſteris primum freqventatum ſupponit, exhibet & explicat Caſparus Danckwerth in Chronico Holſatiæ lib. I. c. 6. pag. 28. ſqq.

Hiero-

* Auctor tabulæ Palæſtinæ ad Harmoniam Burmannianam adjunctæ eſt *Maundrellus*, itineris deſcriptione qvod in Palæſtinam ſuſcepit notus.

Hieroſolymæ deſcriptionem, præter Lightfootum, aliosqve jam memoratos, fecit *Job. Baptiſta Villalpandus*, in amplis ſuis ad Ezechielem commentariis, Tomo tertio, Rom. 1604. fol. ex qvo excerpta dedit Waltonus in Apparatu, ut omittam qvæ è *Villalpando* exhibuit *Jo. Blomius* Hamb. 1660. 8. *Lud. Cappelli* Ichnographia Hieroſolymæ, ejus Hiſtoriæ Apoſtolicæ illuſtratæ ſubjecta legitur. Extat & *Chriſtiani Adrichomii* Deſcriptio Hieroſolymæ Colon. 1588. 8. Hiſtoriam hujus urbis qvæ & Jebus & Salem dicta eſt, eleganter non ita pridem expoſuit *Herm. Witſius* in Dodecade Diſſertationum, Exercitationibus tribus poſtremis, qvæ recuſæ ſunt Tom. II. Miſcellaneorum ejus Sacrorum. Æliam Capitolinam, qvam pro Hieroſolyma diruta excitatam ab Imp. Hadriano refert Dio Caſſius, non in eodem loco, ubi antea Hieroſolyma fuerat, exſtructam fuiſſe probat *Guil. Beveregius* in notis ad Synodicum magnum p. 61. 62. 63. adde Matthæi Zimmermanni Analecta p. 372. De Hieroſolymæ nominibus conſule ſis Thomam Hyde ad Abrahami Peritſol itinera mundi p. 17. ſeq.

VI. *Geographiæ* qvæ vulgo vocatur *Nubienſis*, qvamqve ex Arabico latine verſam ediderunt Maronitæ, Gabriel Sionita & Joannes Heſronita Pariſ. 1619. 4. auctor ab Abulfeda vocatur *Scherif Elidris*, ſive Nobilis *Idriſius*, ut notatum Seldeno III. 26. uxoris Hebraicæ. Nomen integrum *Mohamed ben Mohamed Sherif al Edriſſi*, teſte Herbeloto Bibl. Oriental. p. 786. Patria videtur fuiſſe Ægyptius atqve adeo diverſus ab Elsheripho el Sachalli ſive Siculo * Mazaratenſi qvem Anno Hegiræ 516. hoc eſt A. C. 1122. obiiſſe, teſtatur Leo Africanus libro de viris illuſtribus in Hottingeri Bibliothecario qvadripartito p. 268. ſimile ejus Opus Geographicum *Spatiatorium locorum* Rogerio primo oblatum memorans. Noſter enim Mahomed junior eſt & Anno Hegiræ 548. hoc eſt A. C. 1153. Geographiam ſuam obtulit Rogerio ſecundo ad explicandum globum in qvo deſcripta fuit terræ figura, qvem ſibi ex argento puro conflari curavit Rex pondere 400. librarum (ſeu Rotalorum ut vulgo loqvuntur) Græcarum, qvarum unaqvæqve 112. Drachmas continet. Utrum religione Chriſtianus fuerit, ut viris præclaris qvi eum latine verterunt, viſum eſt, an vero Muhamedanus, ut ſuſpicatur Iſaacus Caſaubonus ad Epiſtolam Gregorii Nyſſeni, p. 66. ſq. non eſt plane exploratum, neqve qvod W. E. Tentzelio τῷ μακαρίτῃ, in dialogis menſtruis vernaculis Anni 1692. p. 875. in mentem veniſſe video, an concinnator



* Eundem eſſe putavit Bochartus extrema præf. ad Hierozoic.

Epitomes qvam ſolam Maronitæ latine ediderunt, Chriſti ſacris addictus fuerit, auctor autem ipſe Operis, * qvod longe uberius ex Syria Pocockius, & ex Ægypto Joh. Gravius ſecum attulit, fuerit Muhamedanus. Opus ipſum in qvo nihil deſiderandum eſſe notant Arabes, qvam qvod longitudines & latitudines locorum non ſunt annotatæ, Arabice cum verſione & notis edere voluit Georgius Hieron. Welſchius, ſed fatis præventus hoc ut alia multa egregia omiſit.

Opus ab auctore inſcriptum *Nazehat al Moſchták* (pulchritudo univerſi) atqve epitomen ejus tantum ex Arabico Latine edidiſſe Maronitas, & ſine ulla ratione Geographiam Nubienſem inſcripſiſſe, notat etiam Bartholomæus Herbelotus in Bibliotheca Orientali p. 667. 786. Arabice Mediceis typis ** editam refert Voſſius p. 251. de Diſciplin. Mathem. qvi Scriptorem præclare de Orbis deſcriptione, Aſiæ præcipue & Africæ promeritum vocat, ſubjungens Arabiam imprimis ita ab eo deſcribi, ut nihil usqvam accuratius ſit reperire. Ex Europæis vero regionibus diligentiſſime exponere Hiſpaniam, qvam ſolam luſtraſſe ſe narrat p. 148. edit. Latin. Idem Voſſius p. 250. mentionem facit *Horti Geographici*, ab Anonymo Arabice ſcripti & à *Bernardino Baldo* Latine verſi, ſed nondum, qvod ſciam, editi: tum operis Geographici inſignis, qvod compoſuit *Abulfeda Iſmaël*, Princeps Hamah, cujus partem exiguam, Choraſmiæ nimirum & Mawaralnahræ deſcriptionem edidit *Joh. Gravius* Lond. 1650. 4. Arab. & Lat. Plura qvoqve idem Gravius in affectis habuit, in qvibus fuit *** Abulfeda integer. Vide Acta Er. A. 1700. p. 518. ſeq. Bene D. Abr. Hinkelmannus ὁ μακαρίτης in præfat. ad Alcoranum: *Cum vero ad utramque Hiſtoriam GEOGRAPHIA ita neceſſaria ſit, ut ſine ea Hiſtoricus ne intelligi quidem poſſit; maxima in hoc quoque ſtudio adjumenta & lumen in poſterum Arabiſmo debebimus. Neque in ulla parte eruditionis ex ignorantia vocum & rerum Orientalium fœdius peccatum unquam fuit, quam in hac. Hic montem* Gebel, *deſertum* Barka, *& his ſimilia audias, cum voces ipſæ Arabicæ montem & deſertum exprimant. Hic ſumma cum imis confuſa & transpoſita animadvertas, cum ad vera climata & gradus omnia revocaverint Arabes. Nemini ego fidem extorquere annitor: id certe novi, aliam eſſe Aſiæ & Afri-*

* Vide Pocockii ſpecimen Hiſtoriæ Arabum p. 122. 128. 373.

** Rom. 1592. 4. qvam editionem poſſideo paſſim emendatam manu Viri docti.

*** Abulfedæ deſcriptionem Arabiæ, Maris Perſici & Rubri ex Gravii MS. Arabice cum ejus verſione edidit V. C. Joannes Hudſonus Oxon. 1712. 8. volumine tertio Geographorum minorum.

*Africæ faciem, quam in omnibus adhuc chartis Geographicis nobis depingitur. Poſſideo* Inſtitutiones Aſtronomicas Abu Ishak Ibrahim Ibn Jahja, *quibus in fine adjectæ ſunt* Tabulæ longitudinis & latitudinis Locorum nobiliorum Orientis, *ex quibus errores quamplurimos detegere, cuivis deſideranti, ſine negotio poſſum. Atque utinam integrum illud Principis Hamæ* Abul-Fedæ *opus Geographicum aliquando cum Europa communicaretur, cujus præter pauca a Schickardo & aliis citata, ut & partem exiguam a* Gravio *editam, nihil adhuc vidimus. Forte nihil præterea deſideraremus. Interim monere nos poſſunt* Geographia Nubienſis *& quæ ad* Alferganum *Golius annotavit, quantum adhuc emendandum nobis reſtet. Quid eſt autem tantas orbis partes ignorare quam in communi patria tanquam in ignota ſylva vivere? Quid eſt humanius, quam librorum ope nobiliſſimas regiones peragrari?*

VII. De antiqvis Geographis Græcis non repetam qvæ prolixius diſſerui libro IV. Bibliothecæ Græcæ, tantum nomina & præcipuas editiones verbo perſtringam, nonnullaqve memorabo ibi à me omiſſa. Pervenerunt autem ad nos

1.) *Strabo* Amaſenus, Auguſto & Tiberio imperante clarus, cujus libri XVII. de Geographia cum Xylandri verſione & Iſaaci Caſauboni commentario bene editi ſunt à Fed. Morello Pariſ. 1620. fol. Meliorem editionem cum Caſauboni & aliorum virorum Doctorum obſervationibus non ad calcem libri ſed per ſingulas paginas verbis Strabonis ſtatim ſubſtratis noviſſime dedit V. C. Theod. Janſonius ab Almelooveen Amſtelod. 1707. fol. Verſionem Strabonis Caſaubono præter rem tribuit Harduinus in numis populorum & urbium illuſtratis p. 410. De Henrico Scrimgero hæc Henricus Stephanus notis ad Maximum Tyrium p. 360: *Apud Strabonem ubi editio Aldina* Ἀριστέας *habet, adnotavit Henricus Scrimgerus Scotus ex iisdem exemplaribus quorum ope hunc ſcriptorem à multis mendorum millibus purgavit, hanc lectionis varietatem* Ἀρισταῖος *pro* Ἀριστέας, *ſed ita ut ex ſeptem exemplaribus tantum duo hanc haberent.*

2.) *Dionyſius* Periegetes Strabonis, ut pleriqve ſibi perſvadent, æqvalis, ut H. Doddwello perſvaſum ad Heliogabali ætatem detrudendus, cujus enarrationem orbis habemus verſibus Hexametris pulchre deſcriptam & ab *Avieno & Priſciano* latina Metaphraſi donatam, ab *Euſtathio* autem prolixis illuſtratam commentariis, & ab alio *Anonymo* ſcholiis brevibus Græcis ac paraphraſi expoſitam. Melior editio Eduardi Thwaites, nuper eheu defuncti, Oxon. 1697. 8. & Jo. Hudſoni T. 4. Geographor.

minor. Oxon. 1712. 8. qvi Nicephorum Blemmidam ſive Gregoram in Dionyſium ait ſe omiſiſſe, qvod is tantum ex oratione bona ligata fecit ſolutam non bonam. Nicephorum presbyterum vocat Cangius in gloſſario Græco. Commentarium ineditum in Dionyſium, qvi MS. fuit, apud Bochartum, laudat Menagius p. 415. ad Laërtium. Exſtat etiam Dionyſius cum ſcholiis Græcis in Codice bombycino ſcripto A.C. 1344. Florentiæ in Bibl. S. Mariæ Benedictinorum, teſte Montfaucono p. 70. Palæographiæ Græcæ. A Ludovico Servino Pariſienſis Parlamenti Advocato latine verſum Dionyſium de ſitu Orbis, ſcribit Franc. Crucemanius in Bibl. Gallica p. 497. ſed perperam Dionyſio qvatuor libros tribuit. Fallitur etiam Berkelius, qvi ad Stephanum Byz. in Ἰβηρία notat verſum ἀγχȣ̃ ςηλάων μεγαθύμων ἔθνος Ἰβήρων, non eſſe deſumtum ex Dionyſii periegeſi, eſt enim utiqve verſus 282. ut jam notatum V. C. Jacobo Perizonio in inveſtigatione Originum Ægyptiarum pag. 471.

3.) *Claudius Ptolomæus* ſub utroqve Antonino imperante clarus, cujus libri octo Geographiæ poſt editionem Græco-Latinam Amſt. 1618. fol. una cum tabulis Geographicis *Agathodæmonis* vulgatam à Petro Bertio, majore etiam ſtudio ad Codices MSS. recenſeri deſiderant, & à docto aliqvo viro illuſtrari. Arabiæ deſcriptionem à Jo. Gravio ex MS. antiqviſſimo emendatam caſtigatius nuper vulgavit V. C. Jo. Hudſonus.

4.) *Stephanus* Byzantinus Grammaticus poſt Arcadii & Honorii tempora ſcripſit Ἐθνικὰ ſive Lexicon Geographicum, in qvo nomina patronymica potiſſimum perſeqvi inſtituit, ſed eadem operâ univerſæ Geographiæ lucem affert ſingularem. Opus ipſum excepto fragmento Segvieriano diu eſt qvod intercidit, ſed exſtat epitome qvam *Hermolaus* Grammaticus Juſtiniano imperante clarus concinnavit, niſi qvod in litteris κ & λ ſunt lacunæ. Prodiit cum notis Stephani de Pinedo, Judæi Luſitani Amſt. 1678. fol. & cum Abr. Berkelii commentario, & Jac. Gronovii obſervationibus Lugd. Bat. 1688. fol. Doctiſſimæ Lucæ Holſtenii notæ poſtumæ Lugd. Bat. 1684. fol. una cum fragmentis Geographi antiqvi Scymni Chii ſeparatim editæ ſunt à Theodoro Ryckio.

5.) Geographica à *Davide Hæſchelio* Græce edita Auguſtæ Vindel. 1600. 8. Marciani Heracleotæ (ſive ex parte Scymni potius) & Scylacis Caryandenſis, Artemidori Epheſii, Dicæarchi Meſſenii & Iſidori Characeni ſcripta complectuntur.

6.) Geo-

6.) Geographi Græci minores Græce & Latine vulgati cum notis à *Joh. Hudſono* V. C. una cum præmiſſis veterum teſtimoniis, & doctiſſimi Dodwelli diſſertationibus de ætate & ſcriptis ſingulorum in primo & ſecundo Tomo Geographorum & Dionyſii Periegetæ, Oxon. 1698. 1703. 1712. 8. qvatuor Voluminibus.

Tom. I. continentur *Hannonis* periplus.
*Scylacis* periplus.
*Agatharchides* de mari rubro.
*Arriani* Periplus Ponti Euxini.
Periplus Maris Erythræi, eidem vulgò adſcriptus.
*Nearchi* periplus ex *Arriani* Indicis.
*Marciani* Heracleotæ Periplus, cum fragmentis *Artemidori* & *Menippi*.
*Anonymi* periplus Maris Euxini.

Tom. II. *Dicæarchi* Status Græciæ.
Ejusdem deſcriptio Pelii Montis.
*Iſidori* Characeni manſiones Parthicæ.
*Scymni* Chii periegeſis.
Ejusd. Fragmenta à Luca Holſtenio collecta.
Libellus de Fluviis, *Plutarcho* adſcriptus.
*Agathemeri* Compendiariarum Geographiæ expoſitionum libri duo.
Strabonis Epitome.

Tertio Tomo Excerpta ex *Dionyſii* Byzantii anaplo Boſphori Thracici latine ſervata à Petro Gyllio.
Excerpta ex *Georgii* Medici *Chryſococcæ* Syntaxi Perſarum per Iſmaëlem Bullialdum.
Ptolomæi Tabula longitudinis & latitudinis Urbium inſignium. Ex MS. Codice Theonis in Bibl. Bodlej. recenſita.
*Anoymi* vetus orbis deſcriptio pridem vulgata à Jacobo Gothofredo, recuſa latine ex Jac. Gronovii editione.
Variæ Lectiones in Anonymum Geographum Ravennatem ex MS. Urbinate Vaticanæ Bibl. num. 678.
Deſcriptio Choraſmiæ, Mawaralnahræ, & inedita hactenus

nus Arabiæ, Maris Perſici & Alkolzum ſive rubri, Arabice & Latine ex *Abulpheda*, per Jo. Gravium, & Arabiæ deſcriptio *Ptolemaica* Græce & Latine, per eundem Gravium innumeris in locis emendata.

Tabulæ Geographicæ Naſſir Eddini Perſæ & Ulug Beigi Tartari Arabice cum verſione Jo. Gravii.

Periplus (*Arriano* falſo adſcriptus) Ponti Euxini, & locorum utriusqve Continentis, videlicet Bithyniæ Ponto adjacentis, Paphlagoniæ &c. ex Codice Vaticano.

Ptolemæi ἔκθεσις κανονικὴ τῶν ἀστερισμῶν Græce è MS. emendata.

Tomo IV. Henr. Doddwelli diſſ. de ætate & patria Dionyſii Periegetæ. Dionyſius Græce & Lat. cum commentario Euſtathii per ſingulas paginas verbis Poëtæ ſubjecto. Avieni & Priſciani Metaphraſes Dionyſii. Avieni Ora maritima. Anonymi Græci Paraphraſis in Periegeſin integrior. Excerpta è Scholiaſte inedito in Dionyſ. qvi exſtat Pariſiis in Bibl. Regia.

Fragmenta de Urbium & regionum nominibus in alia mutatis, ex notis Leonis Allatii ad Georgium Acropolitam p. 244. & ex iis qvæ ſubjiciuntur Codino p. 404. aliaqve apoſpasmatia Geographica, vel inedita hactenus vel emendatius edita, Græce.

7.) Geographica à *Leone Allatio* in συμμίκτοις collecta, editaqve à Bartholdo Nihuſio Amſt. 1653 8. recentiora ſunt & maximam partem Palæſtinam ſpectant & jam ſupra memorata, & libro IV. Bibl. Græcæ p. 81. ſeq. diligentius à me recenſita, una cum ſyntagmate Geographico qvod edere voluit *Lucas Holſtenius*, teſte Lambecio libro 1. de Bibl. Vindob. p. 113. ſeq. Tantum addere liceat *Joannis Phocæ* deſcriptionem caſtrorum & urbium ab Antiochia ad Hieroſolymam usqve latine ex Allatii verſione præmiſſam Tomo II. Actorum Sanctor. Maji, cui Papebrochius latinum ſubjunxit Itinerarium Antonini Placentini è MS. Torancenſi, cum ſuis animadverſionibus. *Epiphanius* auctor Geographicæ narrationis Syriæ idem videtur qvi de S. Apoſtolo Andrea & de S. Maria ſcripſiſſe memoratur ab Allatio p. 90. & 106. de Simeonum ſcriptis. *Perdiccas* protonotarius Epheſinus, diverſus fuiſſe videtur à Theodoro Per-

Perdicca magnæ Eccleſiæ CPol. à ſupplicationibus, & à Georgio Perdicca ſcevophylace Imperatorii cleri, qvi ambo interfuere Pſeudo-Synodo CPolitanæ Palamitarum A. C. 1343.

8.) *Coſmæ* Indopleuſtæ Topographia Chriſtiana libris XII Græce & latine edita à Bernardo de Montfaucon, Pariſ. 1706. fol. de qva abunde dixi lib. III. cap. 25. Bibl. Græcæ.

9.) Geographica antiqva à *Jacobo Gronovio* edita, Lugd. Bat. 1697. 4 complectuntur *Scylacis* Periplum maris mediterranei, *Anonymi* periplum Mæotidis paludis & Ponti Euxini, *Agathemeri* Hypotypoſin Geographiæ, omnia Græco-Latina, cum notis Iſ. Voſſii, Jac. Palmerii, Sam. Tennulii, & expoſitionem totius Mundi à Jac. Gothofredo editam, latine, additis qvemadmodum ad priora qvoqve editoris emendationibus. Biennio poſt, idem Gronovius edidit animadverſionem in Oxonienſem Scylacis editionem & Diſſertationis Dodwellianæ de Scylacis ætate examen, ſubjuncto *Ephori* fragmento ex Coſmæ Topographia (lib. 2. p. 148. edit. Montfauconianæ) Lugd. Bat. 1699. 4.

10.) *Joannis* Grammatici Gazæi ἔκφρασις τοῦ κοσμικοῦ πίνακος τοῦ ἐν Γάζῃ ἢ ἐν Ἀντιοχείᾳ, verſibus jambicis DCXXVI. Græce vulgata à Jano Rutgerſio Lugd. Bat. 1618. 4. libro 2. Var. Lect. p. 98. cum paucis caſtigationibus. Nonno poſteriorem, ejusqve imitatorem fuiſſe eruditi obſervant, unde verſibus pæne Nonniacis deſcriptum illud Geographicum poëma tradit Caſpar Barthius p. 747. ad Gvil. Britonem, licet Nonnus Hexametro carmine uſus ſit, Joannes Jambico.

VIII. Ex antiqvis Geographis latinis ſuperſunt *Pomponius Mela*, cujus libros III. de ſitu Orbis, eruditiſſimo Iſ. Voſſii commentario illuſtratos habemus, *Plinius Secundus* qvi Hiſtoriæ ſuæ Naturalis libris tertio, qvarto, qvinto Geographiam pertractat, ut Epitomatorem ejus *Solinum*, & qvæ de ſitu locorum diſſerit libro primo *Oroſius*, omittam. Itinerarium qvod fertur ſub *Antonini* nomine, aliaqve hujus generis & Coſmographia qvæ ſub *Æthici* & *Julii Honorii* ambulat nomine, & *Avieni* Ora maritima, tum *Vibius Sequeſter* de fluminibus, fontibus, lacubus, nemoribus, paludibus, montibus, gentibus, à Nobiliſſimo Viro Franciſco Heſſelio nuper illuſtratus, ac *Geographus Ravennas* à Porcherono & Jac. Gronovio vulgatus, de qvibus ſingulis memini me dicere in Bibliotheca Latina.

IX. Ta-

IX. Tabulas Geographicas primus inter Græco's adornaſſe fertur *Anaximander* Mileſius Thaletis diſcipulus teſte Strabone, Laërtio II. 2. Agathemere, aliisqve. Inter Ægyptios *Seſoſtris*, ut auctor eſt Euſtathius ad Dionyſium Periegetem, qvi addit, Hecatæum, Democritum & Eudoxum vetuſtiſſimos Græcorum Philoſophos ſimiliter brevibus in tabellis *pictos ediſcere mundos* docuiſſe, ut Propertii ** verbis ad ſententiam Græci Scriptoris efferendam utar. Meminit etiam tabulæ Geographicæ æreæ ab Ariſtagora Mileti tyranno Cleomeni Lacedæmonio Regi allatæ Herodotus L. V. Hiſt. c. 49. Nec defuere, qvi Joſuæ c. XVIII. 8. ſeq. tabularum Geographicarum veſtigium viſi ſunt ſibi reperire. Confer Cl. Kilonienſium JCti & Mathematici Samuelis Reyheri Matheſin Moſaicam cap. 32. Ex Græcorum porro latinorumqve ſcriptorum monumentis qvamplurima de tabulis Geographicis teſtimonia collegere *Marſil. Cagnatus* Medicus Lib. IV. var. Lect. cap. 5. *Nic. Bergierius* de publicis & militaribus Romani imperii viis lib. III. c. 7. *Ger. Jo. Voſſius* lib. de Philologia p. 61. ſq. *Matth. Berneggerus* Qv. 1. in Tacit. *Menagius* ad Laërtii Theophraſtum L. V. de vitis Philoſophorum Sect. 51. *Franc. Bianchinus* in Hiſt. Univerſali ex monumentis antiqvis probata, & Italico idiomate edita c. 30. pag. 413. 477. ſeqq. *Jac. Perizonius* ad Ælian. III. var. hiſt. c. 28. *Cangius* in gloſſario voce *mappa mundi*. *Wagenſeilius* in pera librorum juvenilium T. 2. p. 27. ſeq. *Joh. Daniel Major* in ſcrutinio Medico Coſmodixeos Satanicæ, Kilon. 1686 capite ſecundo, & amicus noſter *Levinus Johannes Schlicht* in diatriba de tabulis Geographicis antiqvioribus, de qva Ephemerides literaria qvibus titulus: Neuer Bücher-Saal / XXXIII. p. 639. ſeq. De tabula ſimiliter etiam Geographica accipiendum qvod de Agrippa Plinius III. 2. Hiſt. *Agrippam quidem in tanta viri diligentia, præterque in hoc opere cura, orbem cum terrarum orbi ſpectandum propoſiturus eſſet, erraſſe, quis credat, & cum eo Divum Auguſtum.* Apud Stephanum vero Byzantinum in Ἄινος & Ἄβδηρα per πίνακας & πινακογράφους Xylander & Mauſſacus putant reſpici tabulas Geographicas; ſed Holſtenius & Abr. Berkelius in notis ad illa loca rectius obſervant, notari tabulas ſ. indices doctorum virorum, qvales à Callimacho compoſitos olim eſſe conſtat, & cujus generis eſt ex recentioribus Jani Nicii Erythræi Pinacotheca. Jo. Xiphilinus p. 222. ex Dione refert, Metium Pompuſianum

* In Judæorum libris, ut Abrahami Peritſol itineribus Mundi, nomen illis eſt מפא מונדי *mappa Mundi*. Idem Peritſol p. 76. memorat קלף המלכים *chartas nautarum*. Vide & p. 101. 108.

** Propertius IV. 3. 35.

ſianum interfectum à Domitiano, qvod pictum orbem terrarum in conclavi ſuo habens, imperium affectare videretur. Qvod vero Diabolus, Matthæi IV. cum Chriſto Servatori regna mundi de monte Libano oſtendit, hoc fecerit demonſtrata mappa Geographica, ut viris doctiſſimis placet, mihi parum videtur eſſe veriſimile, cum nemini altus mons aſcendendus ſit, ut tabulam Geographicam vel inſpiciat ipſe, vel alteri inſpiciendam oſtendat. Adeoqve in montem adducto, ex eodem potius proſpiciendas oculis partim, cætera mente ſimul cogitandas terras earumqꝫ delicias obtulit Satanas, perinde ut de Severo Xiphilinus p. 295. καὶ ἄλλοτε ἀνήχθη ἐς περιωπὴν ὑπό τινος, καὶ καθορῶν ἀπ' αὐτῆς πᾶσαν μὲν τὴν γῆν πᾶσαν δὲ τὴν θάλασσαν, qvæ non male Matthæi loco conveniunt, niſi qvod per ſomnium hoc Severo accidiſſe narratur. Qvales porro fuerint veterum Πίνακες, rudiores præſertim illi, ad itinerum tantum directionem comparati, nullo clariore teſtimonio conſtat, qvam reliqviis *Tabulæ Peutingarianæ* à M. Velſero editæ & illuſtratæ, de qva dixi in Indice ad Bibliothecam Latinam voce *Tabula:* qvibus nunc addo easdem ſubjectas Orbi antiqvo Georgii Hornii & Ptolomæi Geographiæ editionis Græco-Latinæ Bertianæ. Tabulam Theodoſianam vocat Bertius, qvia illam ætatem refert, à Beato Rhenano lib. 1. rerum Germanicarum p. 35. vocatur tabula provincialis. Cæterum nova illa qvam cum Commentariis illuſtris & doctiſſimi Viri *Menſonis Altingii*, Conſulis Groningenſis, exſpectare juſſi ſumus Tabulæ hujus editio, nondum in lucem prodiit. Alia veterum tabularum Geographicarum ſpecimina præbent antiqvi Codices Geographiæ Ptolemæi, cujusmodi unam alteramqve in membrana, coloribus etiam variegatam penes me habeo. Atqve *Agathodæmonis* qvidem Alexandrini Mechanici, qvi ſeculo V. poſt Chriſtum natum floruit, & cum Iſidoro Peluſiota commercium exercuit literarium, tabulæ Geographicæ, ex Ptolemæi deſcriptione orbem delineantis, Ptolemæo adjunctæ ſunt ab eodem Bertio aliisqve editoribus. Vide Voſſium de Philologia c. XI. §. 23. & Chriſtophori Hendreichii Pandectas Brandenb. p. 59. ſed qvi perperam tradit, Agathodæmonis tabulas editas Latine Baſil. 1552. & 1584. per Marc. Velſerum cum ejusdem notis. Dicere enim voluit extare in Latinis Ptolemæi editionibus annorum illorum, ſed in qvibus nullæ fuere partes Velſeri, qvi tabulam Peutingerianam edidit Venetiis 1591. 4. recuſam inter ejus opera Norimb. 1682. fol. De Diaphragmatis ſive itinerum lineis qvibus maria trajicienda vel regiones peragrandæ eſſent, confer Dodwellum in diſſ.

de Scylacis peripli ætate §.16. Tabulam veterem Orbis terrarum & terræ ſanctæ ex veteri Codice Marini Sanuto, dicti Torſelli, edidit Bongarſius T. 2. Operis cui titulus geſta DEI per Francos, poſt pag. 288. Prodiit apud Wechelos Francof. 1611. fol. Πορτολάνος dicitur apud Græcos recentes liber, nautis portus & intervalla locorum monſtrans, de qvo vide Cangii Gloſſar. mediæ & infimæ Græcitatis. Ex porticu porro illa Auguſtodunenſi, in qva omnium cum nominibus locorum ſitus, ſpatia, intervalla deſcripta fuiſſe teſtatur Eumenius capite XX. Panegyrici pro reſtaurandis Scholis, reliqviæ qvædam nuper repertæ ſunt, de qvo pulcherrimo Antiqvitatis monumento vide ſis Memorias literarias Dombenſes ſive Trevoltinas A. 1706. p. 2097. ſeq. In Theodulfi Aurelianenſis libro IV. carmen tertium eſt in picturam, qva erat imago terræ in modum Orbis comprehenſa.

X. Compendium veteris Geographiæ tradidit Hiſpanice *Gonſalus de Salas*, Melæ inſiſtens. Latine *Phil. Cluverius* freqventer recuſus cum notis & obſervationibus *Joh. Bunonis*. Inprimis qvoqve laudatum compendium antiqvæ Geographiæ in tironum uſum concinnatum à doctiſſ. viro *Chriſtoph. Cellario*, qvi novam itidem Geographiam ſimili Breviario illuſtravit: ut Gallica lingva poſt *Phil. Labbeum* fecere *Robbius* ſive *de la Robbe, A. D. Fer, D. F. de Merveilleux*, aliiqve: Germanica cum ſumma laude, memoratus jam mihi *Joannes Hubnerus*, Scholæ nunc, de qvo gaudemus, Hamburgenſis uti nuper Martisburgenſis magna gloria, cujus qvæſtiones Geographicæ & in Belgicum Gallicumqve & Moſcorum translatæ idioma, & Germanice intra paucos annos (ab A. 1693. ad 1714.) vicies & ter recuſæ omnium manibus teruntur. Ex iis qvi latine hanc compendii operam juvenum ſtudiis navarunt non prætereunda *Georgii Fournier* S. I. Geographica Orbis notitia per littora maris & ripas fluviorum. Francof. 1668. 12.

XI. Notitiam pleniorem Geographiæ antiqvæ univerſæ ſumma diligentia & accuratione elaboratam debemus eidem, qvem modo laudavi, *Chriſtophoro Cellario*, Academiæ Hallenſis & Germaniæ totius ornamento nuper ſingulari. Hujus Notitia orbis antiqvi ſ. Geographia plenior ab ortu rerum publicarum, ad Conſtantinorum tempora orbis terrarum faciem declarans, & novis tabulis Geographicis, accuratioribusqve & plenioribus, qvam Ortelius, Cluverius, & Brietius poſt Agathodæmonem Alexandrinum dederant, illuſtrata, jam lucem vidit integra,

tegra, primo volumine vulgato Lipſ. 1701. 4. mox Cantabrigiæ recuſa ſive in Belgio potius A. 1703. in qvo Europa Vetus deſcribitur. Alterum volumen Aſiam & Africam antiqvam complectens prodiit A. 1706. 4. recuſum eodem anno Amſtelodami. Hoc opus excipere debebat Geographia plenior Media, orbis terrarum faciem per 10. circiter annorum centurias poſt Conſtantinorum ætatem illuſtrans ac perſeqvens, ſed labori huic A. 1707. immortuus vir præclarus, pauca ejus argumenti in ſchedis affecta reliqvit, perficere atqve in lucem edere opus deſideratisſimum haud potuit.

XII. Parallela veteris & novæ Geographiæ edidit *Phil. Brietius* Pariſ. 1648. 4. tribus Volum. Europam duntaxat perſecutus. Similem parallelismum paſſim notant Ptolemæi illuſtratores Bertius & alii, tum pleriqve è Scriptoribus recentioribus, qvos jam nominavi, ac deinceps recenſiturus ſum. Quam in rem commemoranda hoc loco etiam *Audiffreti* Geographia vetus, nova & Hiſtorica, vulgata Gallice Pariſ. 1689. 1691. 1694. tribus Voluminibus 4. Sed nec illa Europam egreditur.

XIII. Lexica ad veterem Geographiam intelligendam præter veteres *Euſebium*, & *Stephanum Byzantinum* jam ſupra memoratos adornàverunt *Abr. Ortelius*, &, qvi recenti qvoqve Geographiæ ſimul lucem afferunt ſingularem, *Jo. Phil. Ferrarius*, Alexandrinus, in Ticinenſi Academia Mathematices Profeſſor: Ferrariiqve locupletator *Mich. Antonius Baudrandus*, Pariſinus, cujus Lexicon Geographicum Latine Pariſ. 1670. fol. atqve A. 1701. 4. Amſtelodami & Pariſ. 1705. fol. Gallice translatum & auctum prodiit. Ad *Ortelii* theſaurum ſ. Lexicon Geographicum Antwerp. 1596. Hanov. 1611. 4. vulgatum extant animadverſiones poſtumæ *Lucæ Holſtenii*, Romæ editæ 1666. 8. Neqve prætereunda ejusdem Ortelii Synonyma Geographica, edita Antwerp. 1578. 4. in qvibus præclaro prorſus inſtituto, qvod continuari virorum doctorum induſtria atqve accurate tradi in primis è re litteraria eſſet, populorum, regionum, inſularum, urbium, oppidorum, promontoriorum, ſylvarum, pontium, marium, ſinuum, lacuum, paludum, fluviorum, fontium &c. variæ pro Auctorum traditionibus, ſæculorum intervallis, Gentiumqve idiomatis & migrationibus appellationes ac nomina ordine litterarum exponuntur. In Lexico hiſtorico *Caroli Stephani*, qvod auxit *Nic. Lloydius*; tum in Lexicis univerſalibus *Ludov. Moreri*, qvod ex Gallico Anglice ac nuper Germanice multis acceſſionibus locupletatum prodiit & *Joh. Jac. Hofmanni*

 ſimi-

ſimiliter qvoqve Geographiæ veteris pariter ac recentis ratio habetur. Hofmanniano certè totus fere Baudrandus eſt inſertus, adeo ut Auctor etiam de recuſo libro ſuo conqveſtus fuerit. Noviſſime Lexica Geographica prodierunt Germanice qvidem duo ſed noſtræ ætati potiſſimum accommodata, unum paucis plurima docens atqve intra octennium qvinta jam vice recuſum cum præfatione Clariſſimi Viri *Johannis Hubneri*, qvod inſcribitur, Reales Staats- und Zeitungs-Lexicon, Lipſiæ in 8. Alterum qvod *Erdmanno Ulbſenio* debetur, qvi laudato Hubnero in Rectura Gymnaſii Martisburgenſis ſucceſſit, & cum præfatione *Chriſtophòri Cellarii* excuſum primum eſt forma octava, deinde longe locupletius in fol. Geographiſches Hiſtoriſches Lexicon. Recentiora tempora itidem potiſſimum reſpicit, nec immune eſt à nævis Dictionarium magnum Hiſtorico-Geographicum *Franciſci Thomæ Cornelii* qvod Gallice lucem vidit Pariſ. 1708. tribus in fol. Voluminibus.

XIV. Hiſpaniam veterem deſcripſit *Ludov. Nonius* Medicus Antwerpienſis, ſingulari libro Antwerp. 1607. 8. & in Andreæ Schotti Hiſpania illuſtrata, in qvo nonnulla loca oræ maritimæ ab Avieno decantatæ illuſtrantur. Geographia vetus illorum tractuum lucem etiam accipit è *Luc. Andr. Reſendii* Antiqvitatibus Luſitaniæ, è *Joh. Vaſæi* Annalibus Rer. Hiſpan. memorabil. & ex *Joh. Marianæ* Rerum Hiſpanicarum hiſtoria, *Arnaldi Oihenarti* notitia utriusqve Vaſconiæ, Pariſ. 1638. ac *Petri de Marca* Geographica & hiſtorica deſcriptione Cataloniæ, Ruſcionis & circumjacentium populorum Pariſ. 1688. fol.

Italiam, Siciliam, Sardiniam, Corſicam antiqvam magno ſtudio à *Phil. Cluvero* declaratam habemus Lugd. Bat. 1619. fol. Epitomen ejus operis concinnavit *Jo. Buno.* Animadverſiones qvasdam & caſtigationes marginibus libri ſui adſcripſerat *Luc. Holſtenius*, qvæ poſt mortem ejus editæ ſunt Romæ 1666. in 8. Fuerat vero Holſtenius Cluvero Italiam luſtranti itineris ſocius, qvi poſt fata etiam viduæ & filiabus ejus conſilio & ope adfuit, cum minime lauta re familiari illas Cluverus reliqviſſet. Extat & *Bened. de Falco* deſcriptio locorum veterum diſtrictus Neapolitani, Etruſco idiomate vulgata Neap. 1580. 12. *Bonaventuræ Caſtilionæi* * Mediolanenſis Gallorum Inſubrum antiqvæ ſedes ſ. Mediolanenſis ditionis deſcriptio habetur tomo II. Miſcellaneorum collectorum

* Caſtilionæi liber legitur etiam in Tomo 1. theſauri Antiqvitatum Italiæ Græviani, ubi & *Jacobi Bracellii* Oræ Liguſticæ *deſcriptio.*

rum à Gaudenio Roberto. Puteolani tractus ſitum expoſuit *Julius Cæſar Capaccius* in libro edito Italice Romæ 1652. 8. *la vera antichita di Pozzuolo.* Galliæ veteris faciem dare conatus eſt *Joſephus Scaliger* in Notis ad Jul. Cæſarem, ut Obſervata ejus in lectionibus Auſonianis omittam: Sed præcipua in hoc argumento laus eſt *Hadr. Valeſii*, cujus notitia Galliarum, ordine literarum digeſta, medii præcipue ævi ſcriptoribus illuſtrandis egregie inſervit Pariſ. 1675. fol.

Germaniam antiqvam idem *Phil. Cluverus* dedit, & ſingillatim præterea deſcripſit veterem Vindeliciam & Noricum Lugd. Bat. 1630. 1631. fol. Germaniæ Cluverianæ Epitomen ſimiliter elaboravit *Joh. Buno*; & in hoc qvoqve Cluverii opus Holſtenianæ animadverſiones leguntur. Multi partes ſingulares Germaniæ ſunt perſecuti ut Pruſſiam *Chriſtophorus Hartknochius*, Sileſiam *Nic. Henelius*, Holſatiam *Caſparus Danckwerth*, Carniolam *Jo. Weikart Valvaſor*, Rhetiam *Ægidius Tſchudus* de priſca & vera Alpina Rhetia; & *Johannes Baſilius Heroldus* tractatu de Germaniæ Veteris qvam primam vocant locis antiqviſſimis & in libello de Romanorum in Rhætia litorali ſtationibus, ſed qvem multis nominibus ineptiſſimum eſſe ſentit Marcus Velſerus p. 407. Opp. Uterqve Heroldi liber extat T. 1. ſcriptorum Germanicor. Simonis Schardii. Cæterum hos omnes ac ſingulos percenſere fortean nimis foret prolixum, ac plenum tædii. *Menſo* tamen *Altingius* non prætereundus, qvi mediæ præſertim ætatis Scriptoribus conſultis ſumma induſtria concinnatam exhibuit deſcriptionem agri Batavi & Friſii, ſeu Notitiam Germaniæ inferioris cis & ultra Rhenum, ordine alphabetico concinnatam, & illuſtratam tabulis Geographicis, cujus pars prior lucem adſpexit Amſtelod. 1698. altera 1702. fol. Noviſſime Geographiam Germaniæ medii ævi poſt ſpecimina in hoc genere ſparſim edita ab illuſtriſſimo Furſtenbergio in monumentis Paderbornenſibus, tertium jam nitide recuſis curante V. C. Euchario Gottlieb Ringk, Noribergæ 1712. 4. Hermanno Conringio, Henrico Meibomio, Caſpare Sagittario & Chriſtiano Franciſco Paulino, & poſt Jo. Nicolao Hertium in Notitia veteris Germaniæ populorum & Wilh. Turckium in diſſ. de Geographia Germaniæ medii ævi, Pauli Hachembergii libro de Germaniæ mediæ rebus & moribus præmiſſa, inſigniter illuſtravit atqve ad facilius perficiendam aliis præivit Clariſſimus vir & amicus noſter Chriſtianus Junckerus, Sereniſſ. Ducum Saxonicorum Hiſtoriographus in Introductione ad Geographiam medii ævi, Germanice edita Jenæ 1712. 4. & Joh. Petrus Ludovicus, JCtus Hal-

lenſis in prolegomenis, ad ſcriptores Germanice vulgatos de rebus Epiſcopatus Monaſterienſis. Lipſiæ 1713. fol. Vorbereitung zu der Oſt-Fränckiſchen Special-Hiſtorie/ ſo in einer genauen Unterſuchung der alten Deutſchen Geographie zu Erkänntniß der öffters wiederhohlten Züge der Deutſchen Völcker beruhet.

Britanniæ veteris faciem exponit *Wilhelmus Cambdenus* in deſcriptione Britanniæ Lond. 1607. 4. & in libro Anglice edito, ſub titulo *reliquiæ Camdenianæ*, ut omittam, qvæ de Scotia veteri Buchananus, Dempſterus & cæteri. Chartam Geographicam Britanniæ qvalis fuit ante annos ſexcentos, Chronico Saxonico præmiſit *Edmundus Gibſon* Oxon. 1692. 4. Unde itidem Geographiæ medii ævi, inſignis lux, qvam ſimiliter in aliis etiam regnis Europæ, Aſiæ, Africæ expediri à viris aliqvot doctis, uti Hadriano Relando, Jo. Georgio Eccarto, Jo. Hermanno Sminkenio, ac modo laudato Junckero, tanto magis eſt exoptandum, qvanto difficilius id eſſe videtur, pleniusqve tædii propter ſcriptorum ex qvibus eruenda illa eſt vaſtitatem ac barbariem, rerumqve & Hiſtoriæ caliginem, à feliciſſimis ingeniis vix diſcutiendam, qvamdiu præcipue recentior Geographia per ſingulas regiones non accuratius & qvoad minutiſſima etiam & contemtiſſima loca, ex qvorum nominibus ſæpe antiqvorum illuſtrium locorum ſitus indagari poteſt, plenius tradita exſtat.

XV. Græciam veterem ex antiqvis expoſuit *Pauſanias*, ex recentibus non omnem tamen *Jacobus Palmerius* Grentemenilius, cujus deſcriptio antiqvæ Græciæ poſtuma à Stephano Morino edita prodiit Lugd. B. 1678. 4. Exſtat etiam *Joh. Laurembergii* enarratio Græciæ antiqvæ, mappis Geographicis illuſtrata, & poſt obitum auctoris à *Sam. Pufendorfio* Amſtel. 1661. 4. oblongo edita. Verum de illis tabulis Geographicis Iſ. Voſſius p. 155. ad Lib. II. Melæ cap. 3. ita judicat, tales paſſim eſſe, ut, ſi omnia nomina locorum in unum collecta caſu deniqve & temere in chartam conjiciantur, vix tamen perverſiorem ordinem & ſitum ſint habitura. *Mich. Sophiani* deſcriptio Græciæ, una cum explicatione *Nic. Gerbelii* ex editione Baſil. 1549. fol. recuſa eſt Tomo IV. Theſauri Antiqvit. Gronoviani, in qvo etiam extat Joannis Laurenbergii enarratio Græciæ antiqvæ, & *Ubbonis Emmii* Vetus Græcia, ſeorſim plus vice ſimplici excuſa & in re publica civitatum deſcribenda potius occupata. In ejusd. Theſauri Tom. XI. occurrit eximium, & nunqvam ante editum

editum opus *Eraſmi Vindingii*, qvod inſcribitur *Hellen* ſ. de ſingulorum Græciæ populorum incunabulis, migrationibus & coloniarum deductione. In eodem tomo habentur etiam *Dicæarchi* Geographica qvædam cum Henr. Stephani Dialogo, qvi inſcribitur Dicæarchi συμπεράχλως & de Græcorum moribus, ex editione Pariſ. 1589. 8. Idem Theſaurus Tomo VI. exhibet marmoream baſin Coloſſi Tiberio erecti, ob civitates Aſiæ, poſt terræ tremores reſtitutas cum commentario *Laur. Theodori Gronovii* ſeparatim antea edito Lugd. Bat. 1697. fol. Tomo V. *Petri Gyllii* de Boſphoro Thracico libri 3. una cum ejusdem Topographia Conſtantinop. cum qvibusdam veteribus inſcriptionibus; qvibus duabus ſcriptis pro illa certa ætate eximiis & ſæpius recuſis præter cæteros addi, imo multis nominibus præferri meretur *Carolus du Freſne* in Conſtantinopoli Chriſtiana, Pariſ. 1680. fol. Tomo IV. Antiqvitatum Græcarum extat *Jo. Meurſii* de populis & pagis Atticæ liber, cum ſupplemento ex chirographo Auctoris, & animadverſionibus *Jac. Sponii* depromtis ex ejus itinerario. Ibidem habes Meurſii Athenas Atticas, Cecropiam, ſ. de Athenarum arce librum, & Ceramicum geminum, Miſcellaneaqve, (in qvibus & ipſis Geographica qvædam attingit) Laconica, cum Auctoris ſupplementis, in præfatione ad dictum tomum à Gronovio editis, qvi in Tomo V. ejusd. operis recudendum itidem dedit Meurſii librum de Piræeo Athenienſium portu. *Petri Hendreichii* Maſſilia, ejus ſitus, adminiſtratio reipubl. leges, inſtituta, religio, ſtudia, militia ex editione Argentoratenſi A. 1658. occurrit Tomo VI. ejusd. Theſauri, in qvo etiam habetur *Burchardi Niderſteti* Melita vetus & nova, Hephæſtiea Inſula, Melita ſubterranea, ex editione Helmſtad. 1660. fol. *Meurſii* Creta, Rhodus, Cyprus, prodiit Amſt. 1675. 4. *Thomæ Broderi Bircherodii* Dani librum ineditum de inſula Archipelagi *Chio* memorant nova literaria maris Baltici A. 1698. p. 143.

XVI. De urbis Romæ deſcriptione dicturus capite proximo, in præſenti ſubjungam Scriptores, ex qvibus haurienda eſt notitia Geographiæ veteris eccleſiaſticæ, qvatenus illa per Patriarchatus, Metropoles, Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus diſtingvitur: ubi primo loco memoranda eſt Geographia Sacra qvam cum veteribus *Notitiis Epiſcopatuum* Græcis Latinisqve ex recondita Bibliothecarum penu collectis edidit *Carolus à S. Paulo*, Epiſcopus Abrincenſis, Pariſ. 1641. fol. in qvo opere, non ubivis antea obvio, ſed noviſſime additis Holſtenii animadverſionibus nitide recuſo Amſt. 1703. fol. variæ variarum ætatum τάξεις Epi-

Epiſcopales referuntur; Qvanqvam Gvil. Beveregius, qvi in Notis ad Synodicum magnum p. 135. ſqq. ſimilem Notitiam, circa A. Chr. 891. à *Baſilio Jalimbanenſi* compoſitam, edidit, notat, Carolum non ſemper optima fide egiſſe, ſed Pontificis Romani ambitioni hinc inde litaſſe. Extant & *Lucæ Holſtenii* animadverſiones poſthumæ ad Caroli à S. Paulo Geographicam Eccleſiaſticam editæ Romæ A. 1666. 8. qvas in editione Geographiæ Amſtelodamenſi adjectas eſſe jam dixi. Præ cæteris hinc diligenter in hoc argumento verſatus eſt *Aub. Miræus* libris V. de Notitia Epiſcopatuum Orbis Chriſtiani Antwerp. 1613. 8 qvorum 3. prioribus veterem Geographiam Eccleſiaſticam tradit & illuſtrat, qvarto codicem provincialem novum, juxta recentem Eccleſiæ ac regnorum in orbe Chriſtiano ſtatum exhibet: qvinto deniqve Epiſcopatus; ſ. urbes titulo Epiſcopali illuſtres alphabeti ſerie digerit, ſuccinctéqve diſſerit de Eccleſiarum maxime illuſtrium originibus, progreſſibus ac viciſſitudinibus. Miræo cujus codicem provincialem ex editione minus integra Anni 1610 in Tomo 3. Chronici Chronicorum recudendum dedit Janus Gruterus ſub Joannis Gvalteri nomine latens, etiam præferendæ ſunt tabulæ Geographicæ & Chronologicæ omnium Archiepiſcopatuum & Epiſcopatuum univerſi orbis, Gallica lingua nuper editæ, & ſuccincta methodo comprehenſæ ab Abbate *Commanvillio*, Rothomagi 1700. 8. *Tables Geographiques & Chronologiques de tous les Archevechez & Evechez d' l' Univers, ou l' on voit l'etat ancien & preſent.* Jam, ut memoratis præcipuis hiſce alios nonnullos ejusdem argumenti ſubjungam, non prætereundus *Em in. Schelſtratenus* in Appendice ad Tom. II. Antiqvitatis Eccleſiaſticæ illuſtratæ, Rom. 1697. fol. in qva præter varias notitias Epiſcopatuum, habetur qvoqve Itinerarium *Antonini*, ſupra à nobis memoratum, & *Hieroclis* Synecdemus ſ. Comes peregrinationis, ab Holſtenio recenſitus & ex codice Farneſiano auctus, & in V. C. Anſelmi Bandurii Imperio Orientali T. 1. nuper etiam recuſus. Eidem Hierocli Carolus à S. Paulo recte tribuit diſpoſitionem civilem Provinciarum Imperii CPolitani, qvam è Codice Vaticano edidit in Notitiis antiqvis Geographiæ ſacræ ſubjectis p. 20. ſqq. eſt enim ille ipſe Synecdemus, poſtremis modo qvatuordecim capitibus mutilus. *Nili Doxopatri* Notitiam qvinqve thronorum Patriarchalium, ſeculo XII. conſcriptam, vulgavit ante Schelſtratenum *Leo Allatius* lib. 1. de Conſenſu & Diſſenſu Eccleſiæ Græcæ cum Romana c. 24. tum *Steph. le Moyne* T. 1. Var. Sacr. p. 211. 261. Leonis Sapientis *διατύπωσιν* ſ. Notitiam Epiſcoporum, qvi Epiſcopo Conſtantinopolitano parebant;

&

& expoſitionem novam *Andronici Palæologi* Imperatoris, qvæ legitur in calce Chronici Eccleſiæ Græcæ, adornati à Phil. Cyprio, & Lipſ. 1687. 8. cura Reverendi Doctoris Theologi Joh. Olearii editi, adjunges Notitiam ſedium metropoliticarum Alexandriæ ab *Eutychio* Patriarcha ſcriptam, medio fere ſeculo X. qvam exhibet & illuſtrat idem Beveregius in Notis ad Synodicon magnum p. 148. ſeq. Notitias provinciarum Galliæ atqve in his unam temporibus Honorii Imp. conditam ſed Civilem, ut jam notavit Carolus à S. Paulo p. 122. non Eccleſiaſticam, vulgavit Sirmondus T. 1. Conciliorum Galliæ & Andreas du Cheſne T. 1. Scriptor. Francorum. Notitiam Provinciarum Africæ idem *Jac. Sirmondus* edidit T. 1. var. opuſc. recuſam T. 1. Opp. p. 429. atqve in tomo priore Hiſtoriæ perſecutionis Vandalicæ Victoris Vitenſis, curante Theodorico Ruinarto: His adde Breviarium *Sexti Rufi*, c. 4. & qvæ viri docti *Joh. Fellus* Epiſcopus Oxon. ad Cyprianum, & *Lud. Elias du Pin* Doctor Sorbonicus ad Optatum, ubi etiam exſtat Africa vetus Chriſtiana eleganti & accurata tabula Geographica per Inſulanum (G. de l' Isle) deſcripta. Non omittendæ etiam Notitiæ Epiſcopatuum, à *Jac. Goaro* Græce & latine editæ ad calcem Georgii Codini inter ſcriptores Hiſtoriæ Byzantinæ Pariſ. 1648. fol. *Renatus Choppinus* in Politia Eccleſiaſtica, *Leunclavius* in Jure Græco Romano p. 244. ſqq. *Juſtellus* T. 1. Bibliothecæ Juris canon. p. 418. ſqq. *Jac. Uſſerius*, lib. de Aſia Lydiana ſ. proconſulari, & VII. in eo Eccleſiis metropoliticis, poſt Auctoris obitum Lond. 1687. 8. edito, & Bremæ 1701. 8. recuſo. Videndus etiam Iſaacus Caſaubonus ad Epiſtolam Greg. Nyſſeni p. 135. ſq. Notitiam patriarchatuum Antiocheni & Hieroſolymitani Guielmo Tyrio ſubjectam exhibet Bongarſius T. 1. geſtorum DEI per Francos p. 1044. ſqq. Spectant & huc *Jac. Gothofredi*, *Jac. Sirmondi*, & *Cl. Salmaſii* Scripta amœbæa de regionibus ſuburbicariis. Notitia Eccleſiarum Urbis Romæ Seculo XI. qvam dat Baronius ad A.C. 1057. n. 19. ſqq. *Frid. Spanhemii* & *Joh. Vorſtii* Exercitationes de ſedibus Epiſcopalibus primariis in veteri Eccleſia, *Eduardus Brerewoodus* & *Guil. Caveus* in Regimine Patriarchali Eccleſiæ veteris, Anglice deſcripto, & *Guido Pancirollus* in Commentario ad Notitiam Imperii, qvi poſt editionem Lugd. 1608. fol recuſus eſt Tomo VII. theſauri Græviani. De antiqvo jure Metropolitæ Mediolanenſis in Epiſcopum Ticinenſem, lectu digna Ludovici Antonii Muratorii diſſertatio in T. 1. Anecdoton Bibl. Ambroſianæ p. 221. ſqq. Nec prætereunda Benedicti Bacchini Monachi Benedictini Caſinenſis opus in tres libros diſtributum de Eccleſiaſticæ

Hierarchiæ origine editum Mutinæ A. 1704. 4. in qvo adverſus Schelſtratenum negat Eccleſiarum Metropoliticarum inſtitutionem primum factam eſſe ſecundum ſtatum provinciarum Romanarum. Qvi tamen ſine partium ſtudio vetera monumenta penſitaverit, neqve ſemper neqve nusqvam Eccleſiaſticas diœceſes cum politica provinciarum diviſione conſpirare comperiet. Adde Salmaſium de primatu Papæ cap. 15. p. 237. Notitia Eccleſiarum provinciarumqve, dependentium à Patriarcha Armenio, qvi Egmiathinæ reſidet, videatur in calce Hiſtoriæ criticæ Fidei & rituum Chriſtianorum Orientalium, Gallicè editæ à *Rich. Simone*. Provinciarum ſ. Metropolium & Epiſcopatuum Patriarchæ Conſtantinopolitano hodie ſubjacentium catalogus occurrit in *Thomæ Smithi* Angli Epiſtola de ſtatu Eccleſiæ Græcæ hodierno, p. 77. ſqq. cujus Smithi extat etiam libellus, in Belgio recuſus, & lectu dignus, de ſeptem Eccleſiis Aſiæ, qvas primoribus Apocalypſeos capitibus memorat Johannes Evangeliſta. Vide etiam *Ricautum* lib. de ſtatu Eccleſiæ Græcæ p. 94. ſqq. edit Gall. *Joſephum Bingham* in Originibus ſive Antiqvitatibus Eccleſiæ Chriſtianæ, editis Anglice, Volumine tertio, libro nono. Lond 1711 8. *Philippi Ferrarii* novam Topographiam in Martyrologium Romanum, Venet. 1609. 4. *P. Geslini* Chorographiam ſanctam Gallice editam, la ſainte Chorographie, ou deſcription des lieux ou reſide l'Egliſe Chrétienne par tout l'univers, Salmurii 1629. 8. Epiſcopatuum orbis Chriſtiani hodierni notitiam, præter *Miræum* & *Commanvillium* ſupra laudatos, tradit *Auguſtinus Barboſa* fol. 33. ſqq. operis de officio & poteſtate Epiſcopi: Qvibus addenda Gallia Chriſtiana *Sammarthanorum* fratrum (2. Vol. fol.) Italia Chriſtiana *Ferd. Ughelli* (8. Vol. in fol.) Anglia ſacra *Henrici Whartoni* (2. Vol. fol.) *Caſparis Bruſchii* de Epiſcopatibus & monaſteriis Germaniæ, 4. *Matth. Raderi* Bavaria ſancta &c. Deniqve præter Hieron. Dicelii Geographiam ſacram & Eccleſiaſticam Germanice editam Lipſiæ 1708. commemoranda *Frid. Spanhemii* Introductio ad Geographiam Chriſtianam, qvæ jam tertia vice lucem aſpexerat Ultrajecti 1686. 8. una cum ejusd. Introductione ad Geographiam Sacram, Patriarchalem & Iſraëliticam. Noviſſime auctior, paulo ante Auctoris obitum, una cum ejusdem Chronologia Sacra & Hiſtoria Eccleſiaſtica prelis iterum ſubjecta eſt Amſtelod. 1701. fol. & Tomum primum ejus operum conſtituit. Mich. Antonii Baudrand Geographia Chriſtiana, cujus mentio in memoriis literariis Trevoltinis A. 1706. p. 1309. nondum vidit lucem.

CAP. VI.

# CAPUT VI.

## De iis, qvi deſcriptionem veteris Urbis Romæ ediderunt.

*Etſi ampla & ſplendida, veteris tamen vix umbram refert Roma hodierna. Joſ. Scaligeri, Petri Scriverii & Jani Vitalis in hanc rem Epigrammata.* 1. *De veteris Romæ nomine.* 2. *Originibus.* 3. *Pomœrio, portis, incrementis & amplitudine Scriptores.* 4. *Obiter de aliis urbibus ampliſſimis. ibid. De XIV. regionibus Urbis Romæ & de Viis publicis.* 5. *De ſeptem Collibus & de Capitolio.* 6. *De urbis ædificiis publicis ac privatis, multitudine incolarum &c.* 7. *Scriptores complures qui Veterem Romam ejusque ornamenta, rudera ac reliquias deſcripſerunt.* 8. 9. 10. 11. 12. *Incrementa & magnitudo Romani Imperii.* 13. *Nova Roma CPolis.* 14.

I.

TAntus eſt eorum, qvi de una urbe Roma, ejusqve deſcriptione egerunt, numerus, ut illis ſingulare caput impendere, eosqve ita reliqvis Geographis, Chorographis ac Topographis ſubjungere non dubitaverim. Qvanqvam vero hodieqve accedentibus inſigne ſpectaculum præbet tum amplitudine ſua & opibus ac ſplendore aulæ Pontificiæ purpuratorumqve Patrum, tum templorum ac palatiorum magnificentia: vel ipſa tamen priſca rudera longe majorem & præſtantiorem veterem Romam fuiſſe, teſtantur, ut adeo *Joſephus Scaliger* votum celebre Auguſtini, qvo hæc tria ſibi optaſſe fertur, ut videret *Chriſtum in carne, Paulum in ore, Romam in flore*, his verſibus exceperit, qvi occurrunt apud Henricum Lancilotum lib. 3. de vita Auguſtini c. 92. p. 296.

*Ne egredere è ſolo ac tetrico, Pater alme, receſſu,*
*Ut JEſum videas, Chriſtus ubique tibi eſt.*
*Ne egredere, ut Paulum auſcultes magna illa ſonantem,*
*In cœlo Paulus mox tuus hoſpes erit.*
*Ne egredere, ut Romam ſpectes, ſtomachabere quando*
*Roma erit in Roma nulla reperta Tibi.*

Exſtat & ejusdem Scaligeri Scazon, qvem Roma diſçedens compoſuit in hanc ſententiam:

*Spurcum cadaver priſtinæ vetuſtatis,*
*Imago turpis puritatis antiquæ,*
*Nec Roma Romæ compos, ſed tamen Roma,*
*Sed Roma, quæ præſtare non potes Romam,*
*Sed quæ foveris fraude, quæ foves fraudem:*
*Urbs prurienti quæ obſoletior ſcorto,*
*Et obſoleti more pruriens ſcorti:*
*Quæ pæne victa fæce proſtitutarum,*
*Te proſtituta vincis, & tuum facta es*
*Tibi lupanar in tuo lupanari.*
*Vale pudoris urbs inanis & recti,*
*Tui pudoris nominisque * decoctrix,*
*Turpis litura non merentium rerum:*
*Ocelle quondam, nunc lacuna fortunæ,*
*Negotioſa mater otioſorum,*
*Vale, nefanda, conſtuprata, corrupta*
*Inceſta cœlibum Quiritium, manceps*
*Contaminata: quippe quid tuos mirer*
*Putere mores, quando vita computret?*

Simile *Petri Scriverii* epigramma, qvod Lucæ Holſtenii, Italiam petentis, albo inſcripſit, editum à Lambecio Lib. VI. de Bibl. Vindobonenſi p. 272. ſq.

*PETRUS SCRIVERIUS LUCÆ HOLSTENIO SUO,*
*in Italiam profecturo.*

*Auſoniam petiture vale, ſuaviſſime Luca;*
*Charus eram, memini; nunc tibi Roma prior.*
*Et ſeptemgeminos ardes cognoſcere Colles;*
*Ilicet, & furius tu mihi triſte vide.*
*Ipſe loci Genius tutelaque deſiit eſſe;*
*Invenies votis cuncta minora tuis.*
*Non tibi Naſo tenet, doctique Propertius oris;*
*Non Calaber vates, non Maro grandis erit.*

*Tul-*

* Franciſcus Juretus ad Symmachi lib. 1. Epiſt. 24. de Roma: *Nunc vero nominis ſui decoctrix jacet; & eſt nihil aliud quam ſuæ venuſtatis priſtinæ ſpurcum cadaver.* Confer Hildeberti Cenomanenſis elegias duas in Romæ ruinas.

*Tullius (hei!) nuſquam, tot cedro digna locutus;*
*Nuſquam Trajani qui placuere Foro.*
*Nuſquam deliciæ Populi, Fora, Balnea, Circi;*
*Obruta ſunt ſaxis Amphitheatra ſuis.*
*Invenies nuſquam geminata mole Coloſſos;*
*Addita nec Latio Flavia Templa polo.*
*Quid cum Porticibus Janos, Delubraque mille*
*In cineres belli turbine miſſa quærar?*
*Plorabis laceras Ædes & Numine caſſas;*
*Plorabis lippos dimidiosque Deos.*
*Non Capitolina veneratur Jupiter Arce;*
*Fulmina Tarpejo ſunt modo lapſa Patri.*
*Miratus dices: Ubi nunc es maxima Roma?*
*Hei mihi, vix tanti nominis umbra jaces!*
*Et ſolum ſupereſt, in Roma quærere Romam;*
*Omnis & in ſterili vita labore perit.*
*Hoc tamen hic diſces, hominum genus eſſe caducum,*
*Cum videas ipſos ſic cecidiſſe Deos.*
*Scribebam IV. Id. Decembr.*
*Lugduni Batavorum A. cIↄ Iↄc XVII.*

In eandem ſententiam jam pridem Janus Vitalis:

*Quid Romam in media quæris novus advena Roma,*
*Et Romæ in Roma nil reperis media?*
*Aſpice murorum moles, præruptaq; ſaxa,*
*Obrutaque horrenti vaſta theatra ſitu.*
*Hæc ſunt Roma. Viden' velut ipſa cadavera tanta*
*Urbis adhuc ſpirent imperioſa minas?*
*Vicit ut hæc mundum, niſa eſt ſe vincere: vicit,*
*A ſe non victum ne quid in orbe foret.*
*Hinc victa in Roma victrix Roma illa ſepulta eſt,*
*Atque eadem victrix victaque Roma fuit.*
*Albula Romani reſtat nunc nominis index,*
*Qui quoque nunc rapidis fertur in æquor aquis.*
*Diſce hinc quid poſſit fortuna; immota labaſcunt,*
*Et quæ perpetuo ſunt agitata, manent.*

II. Triplex urbis æternæ (ita enim * eandem appellare non dubitabant) nomen fuiſſe proditur, unum hoc pervulgatum ROMA, qvod toties diximus, alterum, qvod arcanum fuit, unde, ſi credimus Angelo Politiano, Lib. 1. Ep. 2. *Amaryllida* ſuam, qvæ Amorem ſignificat proprie, in Bucolicum carmen Poëta detorſit Eclog. 1.

*Poſtquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.*

Tertium ſacrificiis deditum, de qvo vocabulum impoſitum Floralibus, qvod Ἀνθοῦσαν Græce Philelphus interpretatur, Latine *Florentem* vel aptius *Floram* fortaſſe dixeris. Annius Viterbienſis ſcriptor ex meris commentis & ſomniis compoſitus arcanum illud Romæ nomen notavit ſive finxit eſſe *Romaneſſum* incerta, & parum credibili conjectura. Idem colligit *Tetrapolim* etiam vocatam eſſe, conſtantem ex Roma proprie dicta, Velia, Germalia & Foro. Vide Commentarium ejus ad Pſeudo-Xenophontem de æqvivocis p. 46. Sunt itidem, qvi *Valentiam* ex Latina vocabuli ῥώμη interpretatione, qvo nomine una ex Æſculapii filiabus dicta fertur. Adde Interpretes ad Plinii L. III. Hiſt. c. 5 & ad Solini caput 1. (al. 2.) *Janum Rutgerſium* L. 1. Var. Lect. cap. 20. & Henr. Meibomium ad Jusjurandum Hippocratis p. 54. De ratione occultati nominis arcani Romæ, deiqve tutelaris, conſulendus *Macrobius* L. III. Saturnal. c. 9. *Baylii* Lexicon, editionis ſecundæ ubi agit de Qvinto Valerio *Sorano*, qvi neci datus eſſe dicitur propter nomen illud arcanum temere vulgatum. Phil. *Camerarius* L. II. Hor. ſucciſ. c. 10. ubi perperam traditur, Romam etiam olim dictam fuiſſe *Cephalon*, cum Cephalon non ſit nomen Romæ, ſed nomen Scriptoris patria Gergithii laudati à Feſto in *Romam*. Romam ante Romulum fuiſſe, & hunc ab illa nomen accepiſſe, ex veteri Lupercaliorum Poëta Mariano tradit *Julius Philargyrius* & *Servius* ad Virgilii Eclogam 1.

III. *Andreæ Cirini*, *Meſſanenſis*, variarum lectionum de urbe Roma ejusqve conditore Romulo liber, in lucem editus eſt Panormi Anno 1665. fol. una cum figuris in æs inciſis. Extat & *Jac. Gronovii* diſſertatio de Origine Romuli, qva vulgares de ea opinione impugnat, & Romulum Phœnicem eſſe contendit. Lugd. Bat. 1684. 8. *Octaviani Ferrarii* libellus de origine Romanorum à Trojanis, Mediol. 1607. 8. qvi familiam ducit in Tomo primo Theſauri Antiqvitatum Græviani. *Theod. Ryckii*, Juſti F.

* Vide ſi placet Balth. Boniſacium Hiſt. Ludicræ XIII. 4. & qvæ collegit Tho. Crenius parte X. animadverſ.

F. diſſertatio, qva Æneæ in Italiam adventum probat adverſus Virum ſummum *Sam. Bochartum* qvi hoc ſingulari Diatriba, à *Johanne Scheffero* è Gallico verſa, & Latine ſeorſim primum Hamburgi 1672. 12. ac deinde ſæpius cum aliis Bocharti ſcriptis edita, impugnaverat, legitur ad Calcem commentariorum poſtumorum Lucæ Holſtenii in Stephanum Byz. qvos eidem Rycqvio debemus. Bocharti ſententiam jam occupaverat *Phil. Cluverius* in Italia antiqva p. 832. Facit etiam cum Bocharto Hugo Grotius epiſt. 176. De fabula qvod Ros qvidam, ex tribu Iſraëlitico Benjaminis ortus Romam condiderit vide *Photium* epiſt. 102. p. 147. ſq. & *Joh. Seldenum* L. II. de Synedriis Ebræorum, c. 3. p. 71. ſq. *Jac. Hugonis* commenta, prodita in libro, qvem inſcripſit Veram Hiſtoriam Romanam ſ. originem Latii vel Italiæ ac Romanæ urbis, è tenebris longæ vetuſtatis in lucem productam Rom. 1685. 4. poſt Eberh. Rud. Rothium in diſſ. de bello Trojano, Jenæ 1672. edita explodunt Hallenſes in Obſervationibus ſelectis ad rem literariam ſpectantibus L. III. Obſ. III. qvo in loco etiam de aliis Scriptoribus Originum Romanarum deperditis & extantibus agendum in ſe ſuſceperunt.

IV. Roma qvadrata primum; & longe minor à Romulo deſignata eſt, qvam poſtea in ſeqventibus temporibus crevit, & varie amplificata fuit. Vide *Hieronymum Magium* L. III. Miſcellan. c. 13. Alex. Donatum & Famianum Nardinum lib. 1. de Roma T. 3. & 4. Grævii: & *Olai Borrichii* librum de Romæ primordio & ambitu, usqve ad ævum Cæſaris Aureliani, qvem Vopiſcus c. 39. teſtatur muros urbis ſic ampliaſſe, ut qvinqvaginta prope millia eorum ambitus tenuerit: qvi Plinii ætate erat paſſuum 13200. Prodiit Borrichii liber Hafniæ 1686. 4. & in Tomo qvarto Theſauri Græviani. Cui addenda Romana Antiqvitas Diſſertationibus Hiſtorico-criticis illuſtrata à *Julio Minutulo* Cœleſtinorum Abbate Rom. 1689. 8. ubi inter alia oſtendit pag. 99. ſqq. qvomodo pomœrium urbis amplificatum fuerit, mœnibus intactis. *Pomœrium*, ſive ut Feſtus vocat, *Poſtmurium*, qvid ſit, docet Livius L. 1. c. 44. & de ratione illorum proferendorum videnda qvæ viri docti ad Tacitum XII. 23. ſeq. & Vopiſci Aurelianum c. 21. *Portæ* Urbis initio *tres* fuerunt vel *quatuor* de qvibus Nardinus lib. 1. c. 3. At Plinii tempore *ſeptem & triginta* III. 7. Hiſt. Inde Juſtiniano imperante *quatuordecim*, qvæ etiamnum hodie extant. Vide Onufrium in deſcriptione Urbis Romæ T. 3. Græv.

P.

p. 263. ſqq. A Bonaventura Overbeqvio qvidem in reliqviis veteris Romæ portas * ita recenſeri videas:

1.) Porta Flumentana, hodie del popolo.

2.) Collatina, hodie Pinciana.

3.) Agonenſis (Qvirinalis, Salaria, Lavernalis, Salutaris) hodie Collina.

4.) Viminalis (Figulenſis, Catularis, Nomentana) hodie S. Agnetis & Pii IV.

5.) Qverqvetulana, *Cloſa* hodie.

6.) Esqvilina (Metia, Prænestina, Tiburtina, Taurina) hodie S. Laurentii.

7.) Labicana (Lavernalis, Nævia, Raudusculana) hodie *Major*.

8.) Cœlimontana, (Aſinaria, Lateranenſis) hodie S. Johannis.

9.) Gabiuſa (de Metrode vel de Metrone) hodie obſtructa non patet.

10.) Valeria (Ferentina, Piacularis) hodie Latina.

11.) Capena (Appia, Camœna, Fontinalis, Madida) hodie S. Sebaſtiani.

12.) Navalis (Trigemina, Oſtienſis) hodie S. Pauli.

13.) Navalis ad fluvium Tiberim (Vinaria) hodie portus.

14.) Aurelia (Janiculenſis, Trajana) hodie S. Pancratii.

15.) Fontinalis, hodie Septimiana ſ. Settignana (ſous-Janus).

De Romanæ urbis magnitudine conſulendi etiam *Juſtus Lipſius* Lib. III. Admirandorum ſive de Magnitudine Romana c. 2. *Nic. Bergierius* lib. 3. de publicis & militaribus Romani imperii viis c. 16. ſqq. & qvi modum excedere videtur, *Iſ. Voſſius* in Variis Obſervationibus, edit. Lond. 1686. 4. & à Grævio T. 4. Antiqv. Rom. inſertus, reprehenſus autem à *Minutulo*, libro laudato p. 113. ſqq. In iisdem Obſervationibus etiam de aliarum urbium magnitudine ſingularia qvædam poſt Lipſium in admirandis doctiſſimus Voſſius annotavit, ut de Babylone de qva videndus etiam Joh. Tzetzes IX. Chil. X. 561. ſqq. de Thebis Ægyptiis in qvibus Scholiaſtes ad Iliados IX, ab Hornejo editus v. 383. numerat vicos 33030, portas centum, incolas 5000000. Confer Stephanum in Διόσπολις. De Ale-

* Cum plures portæ olim fuerint, falli non dubito eos qvi nomina omnia portarum apud veteres memorata ad illas qvatuordecim referunt. De portis CPoleos, Martinus Cruſius in Turco-Græcia p. 51. ſeq. Cangius in CPoli Chriſtiana &c.

Alexandria de qva præclara ſunt qvæ obſervavit illuſtris Cuperus ad calcem Apotheoſeos Homericæ. De Carthagine de cujus amplitudine Hendreichius in Rep. Carthaginenſ. p. 56 ſq. De Nino, Cairo & Babylone Ægyptia, magnisqve urbibus Sinarum. Athenas qvoqve magnitudine ſua admirandas fuiſſe oportuit, in qva temporibus Demetrii Phalerei qvater centena millia ſervorum fuiſſe conſtat. Confer Jo. Meurſii Lect. Attic. lib. 1. c. 1. Nec minores Athenis fuerunt Syracuſæ, qvemadmodum auctor Strabo Lib. VI. ut omittam Agrigentum cujus incolas 800000 numerat Laërtius lib. 8. ſect. 63. Tum Dioscuriadem, in qva trecentæ gentes, teſte eodem Strabone, mercaturam exercuere; nec minus urbem regiam Perſidis, in tota Aſia celeberrimam (la ville de Rey) in qva, ſecundum Geographos Perſas, ſeculo IX. computabantur 96. regiones, ſingularum regionum plateæ ſ. vici 46. in ſingulis vicis domus 400. præterea Collegia 6400. balneæ 16600, 15000 turres Moſchearum, & 13000. diverſoria. Sunt & maximæ hodieqve urbes, Sinarum qvidem Qvinſai centies millenorum paſſuum ambitu patens, in qva pontes dicuntur eſſe 12000, familiæ incolarum circiter 1000000. Tum Japanis, Meaco & Yedo, in qvarum ſingulis 100000 ædificiorum, qvemadmodum in Mexico ultra 60000. Ne dicam de notioribus Conſtantinopoli, Moſcovia, Londino & Lutetia, cujus poſtremæ longitudo à Franciſco Blondello obſervata eſt paſſuum 2500.

V. Roma vetus diviſa fuit in regiones * XIV. de qvibus extant tres libelli veterum ſcriptorum unus *Publii Victoris*, & alter *Sexti Rufi*, qvi editi ſunt tum ab aliis, tum ab *Onufrio Panvinio*, una cum Rutilii Itinerario, & Onufrii ipſius libris III. Commentariorum de Urbe, Imperio & Civitate Romanorum, Venet. 1558. Pariſ. 1588 8. Pro Publio Victore perperam Petri Victoris nomen occurrit in *Topographia Romæ*, Marliani, Onufrii, Boiſſardi & aliorum ſcripta complectente, & excuſa Francof. 1627. fol. de qvo volumine conſulendi Hallenſes in Obſervationibus Selectis ad rem literariam Spectantibus Tom. IV. p. 10. ſqq. Iidem Victoris & Rufi libelli recuſi ſunt in Tomo III. Theſauri Græviani, non in Tomo V. ut in iisdem Obſervationibus p. 13. vitioſe legitur. Tertius libellus eſt antiqvi ſcriptoris Anonymi *deſcriptio Urbis Romæ*, à Pancirollo & Labbeo poſt Notitiam dignitatum illuſtrium & in Grævii the-

U

* Roma Chriſtiana in ſeptem diviſa regiones à Fabiano Pontifice unde totidem Diaconi Cardinales, & Subdiaconi. Vide Baronii diſſ. de Martyrologio Romano c. 1.

theſauro T. 3. p. 317. edita, qvam è MS. Cæſareo non paucis locis emendari poſſe docet Lambecius T. 2. p. 949. ſeq. Qvi Tomo IV. ejusdem theſauri occurrunt, *Famiani Nardini* de Roma veteri & nova libri VIII. ex Italico ſermone, qvo illos primum Romæ A. 1667. 4. cum explicatione qvam ipſe adjunxit inſcriptionum qvarundam veterum, & in Pyramide C. Ceſtii imaginum ediderat Octavius Falconerius, in Latinum translati à Jac. Tollio, juſti inſtar commentarii in dictos Victoris, Rufi & Anonymi libellos eſſe poſſunt. Nonnulla Nardini (cujus libri editio *Benedictum Mellinum* Reginæ Chriſtinæ Bibliothecarium à Roma antiqva deſcribenda, qvod per multos annos molitus fuerat, deterruit) emendat *Grævius* in præfat. ad jam dictum Antiqvitatum Tomum ex obſervationibus *Eliæ Boherelli*, ut prætercam, qvæ notat *Raphaël Fabrettus* in diſſertationibus de Aqvæductibus Veteris Romæ, Rom. 1680. 4. & Tom. IV. Antiqv. Rom. *Guid. Pancirolli* liber de XIV. (non IV. ut perperam legitur ante Tomum IV. theſauri Græv. atqve inde in Bibliotheca novorum librorum Anno 1697. pag. 4.) regionibus urbis Romæ, earundemqve ædificiis tam publicis qvam privatis, ſubjicitur ejus commentario in notitiam utriusqve Imperii. Neqve prætereundæ *M. Fabii Calvi* Ravennatis XIV. figuræ ſ. tabellæ in æs inciſæ, qvibus totidem regiones veteris urbis Romæ delineantur, editæ primum Anno 1528. & dicatæ Clementi VII. Pontifici, iterumqve vulgatæ Baſil. 1556. qvas ſi qvis ordine conjungat & connectat, nihil illis exactius & melius veteris Romæ ſplendorem exhibere affirmat *Nicolaus Bergierius* libro V. de publicis & militaribus populi Romani viis c. 17. qvi & ipſe veteris Romæ faciem in illo opere inſigniter illuſtravit. Titulus operis Bergieriani qvod Antiqvitatum Romanarum theſaurum merito appellari poſſe ait Labbeus, rariſſimeqve antea obvii eſt: *Hiſtoire des grands Chemins de l'Empire Romain pavez depuis la ville de Rome jusques aux extremitez de ſon Empire*, Pariſ. 1622. 4. Hoc latine ab Henrico Chriſtiano Henninio verſum, interpretisqve & Jo. Baptiſtæ du Bos illuſtratum exſtat Tomo X. theſauri Græviani. *Compita Larium* Plinius III. 5. Hiſt. numerat CCLXV. ubi memorat etiam *miliarium* ſive *columnam auream* in fori capite ab Auguſto conſtitutam A. U. C. 734. in qvam omnes Italiæ viæ deſinebant: χρυσοῦν μίλιον vocat Dio l. 54. p. 526. Miliaria tamen ſive lapides non ab hac columna ſed à portis Urbis numeratos clariſſime demonſtrat *Lucas Holſtenius* peculiari Obſervatione de miliario aureo *, qvæ ejus notis poſtumis

* De miliario CPolitano vide ſis Svidam in μίλιον, Lambecium ad Codinum, Cangium in CPoli Chriſtiana & Bandurium ad Antiqvitates CPol. p. 481. ſeq.

poſtumis ad Stephanum Byz. p. 388. ſubjicitur. Eidem Bergierio memoratur Roma vetus, uno folio depicta, & Carolo IX. Galliæ Regi oblata A. C. 1574. à *Stephano du Perac* Pariſino, qvi eodem anno vulgavit Rudera Antiqvitatum obviarum Romæ, elegantibus figuris delineata. *I veſtigi dell' antichita di Roma, raccolti & ritratti in perſpettiva, con ogni diligenza.*

VI. Notum eſt vel ex Plutarchi Qvæſtionibus Romanis, Romam vocari ἑπτάλοφον ſ. ſepticollem, qva de re, præter Interpretes Apocalypſeos cap. XVII. 9. vide *Juſtum Rycquium* Lib. de Capitolio Romano, ubi ſingulatim agit de colle Capitolino & Henr. Kippingium Lib. 2. Antiqvitt. Roman. cap. 1. Rycqvii liber excuſus primum eſt Gandavi 1617. 4. Deinde Lugd. Bat. 1669. 12. & cum Viri Philologi, hoc eſt Jacobi Gronovii animadverſionibus 1696. 12. Paraverat vir eruditus etiam ſupplementa & alterum librum de Capitolio, qvem promittit p. 255. & 421. edit. Lugd. verum una cum auctore liber ille ſecundus intercidit. De Capitolio alioqvi (qvod à Q. Catulo refectum, confer Patinum p. 4. ad Sveton.) conſulendus Tacitus III. Hiſt. c. 71. ſeq. & IV. c. 52. ſq. De aliarum urbium Capitoliis Cangius videndus in gloſſario latino. Cæteri ſex montes ſunt *Cælius* ſeu Qverqvetulanus, ubi nunc ædes Lateranenſis: *Exquilinus* cum *Viminali*, nunc S. Mariæ ad Nives: *Quirinalis* nunc Monte Cavallo, ab eqvis duobus marmoreis qvos Gigantes tenent, Phidiæ opere & Praxitelis: *Aventinus* nunc S. Sabinæ & trans Tiberim *Janiculus* qvem Urbi Ancus addidit, & fuit in parte Romæ ubi regio qvarta decima fuit, hodie Montorio. Vide Harduinum ad Plin. T. 1. p. 331. Fontium urbis Romæ elegantiam ac multitudinem ſalubritatemqꝫ prædicat Galenus 4. in VI. Epidem T. 5. edit. Gr. Baſil. p. 497.

VII. Romæ veteris ædificia primum perhumilia fuerunt ſive caſæ potius ſtramine tectæ, deinde ſcandulis, usqve ad bellum Pyrhi, ut tradit Cornelius Nepos apud Plin. Lib. XVI. c. 10. Adde, qvæ de caſa Romuli ſtraminea *Juſtus Rycquius* lib. de Capitolio c. 44. Ab eo tempore ad illum ſplendorem, altitudinem amplitudinemqve & ornamenta ædificiorum perventum eſt, præcipue ſub Cæſaribus: De qvo videas licet *Nicol. Bergierium* Lib. V. de Viis c. 9. ſq. & c. 4. ubi de uſu freqventi & vario marmoris, qvi à Lucio Craſſo primum Romæ cœpit: Lipſium in Admirandis ſ. de Magnitudine Romana L. 3. c. 4. ſq. & c. 14. De templis, baſilicis, curiis, Amphitheatris, Circis & aliis urbis ornamentis dicetur

infra ſuis locis. De multitudine incolarum urbis Romæ agunt idem Bergierius L. VI. c.31. Lipſius L. I. c.7. & L. III. c.3. & Iſaacus Voſſius de magnitudine Romæ cap. 6. Mirum qvod legas apud Syncellum p.342. graſſante ſub Tito peſtilentia uno die decies millenos amplius ſublatos in Urbe fuiſſe.

VIII. Porro veterem Romam deſcripſerunt *Georg. Fabricius* in Roma, qvi liber eximius recentioremqve faciem & nomina cum antiqvis jucunde conferens ex prima editione A.1551. paſſim recuſus habetur etiam in Roma illuſtrata, ſub *Antonii Thyſii* nomine edita; ſed longe auctior prodiit Baſil.1587.8. ex qva editione prelo iterum ſubjiciendum dedit, & Tomo III. Theſauri ſui inſeruit Cl. Grævius, in qvo extat etiam *Alexandri Donati* Senenſis Jeſuitæ Roma vetus ac recens, utriusqve ædificiis ad eruditam cognitionem expoſitis, qvæ lucem primum aſpexerat Romæ 1639. 4. tum *Barthol. Marliani* Patricii Mediolanenſis Topographia urbis Romæ, qvæ Bernæ primum edita Anno 1539. fol. & Franciſco I. Galliarum Regi dicata; hinc ſæpius Romæ, Venetiis, Lugduni, Baſileæ, Francofurti typis iterum exſcripta, à laudato Grævio exhibetur cum notis antea ineditis *Fulvii Urſini.* Italice Marliani Antiqvitates Romanas vertit *Henricus Barberoſus* Rom.1622. ut *Hieron. Ferrutii* additiones omittam, qvæ extant in editione Marliani Veneta 1588.8. ubi & *Andr. Fulvii* Antiqvitates Romanæ cum deſcriptione ædificiorum antiqvorum ac recentium urbis. Sed & *Philippi Roſſi* (Rubei) Expoſitio veteris ac novæ Romæ huc ſpectat, ubi iconibus Romam antiqvam referentibus additæ explicationes hiſtoricæ ejusdem Marliani Rom. 1645. 8. Dicitur præterea *Raph. Fabrettus* Urbinas, Canonicus S. Petri, vir doctiſſimus, novam deſcriptionem veteris Romæ molitus fuiſſe, cujus conatus morte interceptos merito dolemus. Obiit Romæ ſub initia A.1700. natus annos 75. De *Nodoti* & *Ragueneti* inſtituto, qvi ſimile qvid noviſſime in Gallia commentati ſunt vide Ephemerides Pariſ. A.1701. p.187. & Memorias Trevoltinas (Memoires de Trevoux) ejusd. anni Parte II. p.15. edit. in Belgio recuſæ. Ac Nodoti qvidem librum jucundum lectu evolvi, qvi inſcribitur *Nouveaux Memoires de Mr. Nodot, ou Obſervations ſur les monumens de l' ancienne & de la nouvelle Rome.* Amſterd. 1706. 12. cum iconibus ære deſcriptis.

IX. Veniunt hoc loco etiam commemorandi Scriptores alii, qvi

qvi Romæ priſcæ rudera, antiqva monumenta, ſtatuas, ædificia, aliaqve ſimilia vel graphice depicta atqve in æs inciſa, vel deſcriptione expoſita ediderunt, ut *Jac. Laurus* Romanus in antiqvæ Urbis ſplendore, Rom. 1612. forma oblonga folii, cum expoſitione tribus adpoſita linguis, Italica, Germanica & Gallica. *Ægidius Sadeler* in Veſtigiis ſ. Ruderibus Romæ antiqvæ, Tivoli, & agri Pozzuolani, Pragæ 1606. 4. oblongo, & Rom. 1680. fol. *Franciſcus Albertinus* in opuſculo de mirabilibus novæ & veteris Romæ, Baſil. 1519. 4. *Joachimus Oudanus* in libro edito Belgice qvi inſcribitur Roomiſche Mogentheid, Amſt. 1664. 4. *Laur. Vaccarius* in 7. iconibus ſtatuarum urbis Romæ, qvæ in publicis privatisqve locis viſuntur. Romæ 1584. ut omittam ſtatuas Romanas, delineatas à *Franciſco Pezierio*, tum à *Nic. van Ælſt* Bruxellenſi. Tabula luculenta topographica Urbem Romam graphice delineans auctore *Jo. Baptiſta Falda*, una cum qvindecim tabulis locorum & ædificiorum tam veteris, qvam novæ Romæ, deſcriptis à *Livinio Cruylio* exornant Tomum IV. Theſauri concinnati ab ſæpe laudato jam mihi nec unqvam laudando ſatis elegantiſſimæ doctrinæ Viro *Joh. Georg. Grævio*. *Pyrrhi Ligorii* Neapolitani Picturas novæ ac veteris Romæ à Mich. Tramezino Venetiis editas teſtatur Joſias Similerus in Bibliotheca, qvi etiam Paradoxa ejus contra Antiqvarios inedita commemorat. Imaginem veteris Romæ, qvalem Publius Victor & Sextus Rufus deſcripſerat, Circum Flaminium cum Euripo, Aris & Iſidis leoni inſidentis ſimulacro, tum Thermas Diocletianas & Maximianas, à Ligorio deſcriptas & anno 1553. *1558. editas, laudat Martinus Hanckius lib. II. de Rom. rerum Scriptoribus p. 154. Sed longe plura illius viri volumina ut jam ſupra cap. 3. p. 55. memoravi, in ἀνεκδότοις habentur, non tantum familias veterum Romanorum, ſed & alias antiqvitates Romanas & ſplendorem veteris Romæ mirifice illuſtrantia. Nam 30. circiter tomos, maximo labore ab hoc viro congeſtos, extare Taurini, in Bibliotheca Celſiſſimi Sabaudiæ Ducis, teſtatur Labbeus, & in aliis Bibliothecis Italiæ hinc inde volumina qvædam Ligoriani operis reperiuntur. Qvemadmodum enim Laurentius Pignorius in ſymbolis Epiſtolicis, epiſt. 3. refert, in libros 40. Pyrrhus iſte conjecerat, qvicqvid pervenit ad nos à vetere ævo; meminitqve ipſe hujus laboris à ſe exantlati, productiqve à Saturno Rege Italiæ ad Juſtinianum usqve

 Au-

* *Delle antichità di Roma, doue ſi tratta de' Circi, Theatri & Amphitheatri, con le paradoſſe qui confutano la commune opinione ſopra varii luoghi della Città di Roma*, Venet. 1553. 8.

Auguſtum, in libello Italice ſcripto, editoqve cui titulum fecit *Antiquitates Romanas.* Cæterum in ineditis hujus viri ſcriptis multa notatu digna, nec alibi obvia, ſed viciſſim non pauca dubiæ fidei, & qvæ non ſatis caſtigatam eruditionem, linguarumvé notitiam prodant, obſervat qvi ea evolvit, eruditiſſimus Ezech. Spanhemius p. 441. libri præſtantiſſimi de Uſu Numiſmatum, ubi ex vaſtis illis commentariis ſpicilegia tantum, & ſelecta loca edi optat. Confer de illo Ligorio præter Hankium jam à me laudatum, *Leonh. Nicodemi* Additiones ad Bibliothecam Neapolit. Nic. Toppi p. 208. ſq. Joh. Mabillonium Tom. I. Muſei Italici p. 8. Wilh. Ern. Tenzelium in Dialogis vernac. menſtruis A. 1692. p. 612. ſqq. & Anni 1695. p. 401. ſq. Literarum Græcarum præcipue rudem fuiſſe notat, atqve adeo ejus auctoritatem floccipendit Phil. Bonanni in Numiſmatis ſummorum Pontificum templi Vaticani fabricam illuſtrantibus, cui plane congruit judicium *Joh. Scheferi* lib. de re vehicul. p. 370. & in notis ad Ligorii Diſſ. de Vehiculis antiqvis, ex opere ejus inedito de familiis Romanorum decerptam, & Italice cum latina verſione ab eodem Schefero ibidem editam.

X. *Benedictum* qvoqve *Ægium Spoletinum* Urbis Romæ ruinas explicandas & illuſtrandas ſuſcepiſſe, teſtatur Onufrius Panvinius, præf. ad lib. I. commentar. de Republica Romana. Sed ejus opus lucem, qvod ſciam, non aſpexit. At enim extant *Andr. Palladii* Romanæ Antiqvitates, Etruſco idiomatæ editæ, una cum diſſert. de Focis antiqvorum Venet. 1594. Rom. 1599. 8. *Octavii Pancirolli* Theſauri reconditi, Romæ 1625. 8. Antiqvitates Romanæ, collectæ ab *Ulyſſe Aldrovando* & *Lucio Mauro* Venet. 1562. 8. *Joh. Bapt. de Cevalleriis* Antiqvarum ſtatuarum urbis Romæ libri 2. Rom. 1569. 1585. fol. Ejusd. illuſtrium urbis Romæ ædificiorum reliqviæ, tabulis æneis repræſentatæ ib. 1585. forma qvarta oblonga. *Andreæ Mariani* Bononienſis, Ruinarum Romæ epigrammata, qvibus miranda Urbis agnoſcuntur, ſacra viſitantur, nova & vetera elogiis recenſentur. Bonon. 1641. 8. Admiranda Romanarum antiqvitatum, ac veteris ſculpturæ veſtigia ἀναγλύφῳ opere elaborata ex marmoribus Farneſianis, aliisqve, qvæ Romæ adhuc extant, tum in arcubus & vetuſtis ruinis, hortis, villis, cum Notis *Joh. Petri Bellorii* Romæ 1693. fol. & Tomo IV. Theſauri Antiqvit. Græviani. His addendum luculentum opus & pulcherrimum Overbeckianum Amſtelod. 1709. fol. majori editum hoc titulo: *les reſtes de l' ancienne Rome, recherchez avec ſoin, me-*

*meſurez, deſſinez ſur les lieux & gravez par feu Bonaventure Overbeke, ſous les Pontificats d' Innocent XI. Alexandre VIII. & d' Innocent XII. imprimé aux depens de Michel d' Overbeke.* Qvæ explicandis iconibus adjuncta ſunt, exſtant non modo Gallice, ſed etiam in aliis exemplis operis latine. De ſepulcris, templis, baſilicis, curiis, circis, aqvæductibus, portis, pontibus, inſcriptionibus deniqve antiqvis veteris Romæ ſingillatim alibi dicturus, hoc loco tantum addam notitiam binorum monumentorum clariſſimorum Urbis, qvæ ætatem ſervarunt, columnæ Trajanæ & Antoninianæ. Utramqve elegantiſſime delineavit *Petrus Sanctus Bartoli*, notis & declarationibus illuſtravit idem *Bellorius*, Rom. 1673. & 1676. fol. In columnam Trajanam, Belli Dacici felices expeditiones celebrantem; edita etiam pridem eſt Romæ 1576. 1616. fol. & iterum ab eodem *Bellorio**, *Alphonſi Ciacconi* brevis expoſitio; ſed qvæ ingenioſa licet & erudita *Vincentio Pinello* non per omnia ſatisfecit, ut narrat Gaſſendus lib. 1. de vita Peireſcii p. 250. edit. inter Gaſſendi Opera in folio. Merito autem probatur commentarius varia eruditione refertus, qvo eandem columnam expoſuit *Raphaël Fabrettus*. Prodiit una cum interpretatione veteris tabulæ Iliacæ (à Laur. Begero poſtea Berolin. 1699. 4. ſeparatim recuſæ & illuſtratæ) & deſcriptione emiſſarii lacus Fucini, Rom. 1683. fol. His addere licet Columnam aliam nuper inventam in monte Citorio, qvæ honori Antonini Pii dedicata fuit ab M. Antonino & Vero, qvamqve certatim illuſtrarunt, *Chauſſæus* in Epiſtolis duabus editis Neapoli A. 1704. & 1705. *Grainaillius* S. J. in Obſervationibus inſertis Diario eruditorum Trevultino ſive Dombenſi A. 1704. *Creſcimbenius* in diſſertatione qvæ legitur in Muſeo Minervæ Venetæ (Galleria di Minerva) T. 5. p. 157. ſeq. *Franciſcus Bianchinus* cap. 7. de Calendario & Cyclo Cæſaris, præcipue vero *Jo. Vignolius* Petilianenſis in diſſertatione de illa columna edita Romæ A. 1705. 4. atqve in Epiſtola ad Antonium Gallandium de numo Antonini Pii, qvem Fucaltianum Muſeum ſervat, tertio ejus Imp. conſulatu percuſſum, in qvo columna qvædam exhibetur. Rom. 1709. 4. *Mich. Mercatus* de Obeliſcis Romanis prodiit Romæ 1589. 4. *Athanaſii Kircheri* Obeliſcus Pamphylius continet expoſitionem

* Titulus eſt: *In colonna Trajana, eretta dal Senato e Popolo Romano all' Imp. Trajano nel ſuo foro in Roma, ſcolpita con l' Hiſtoire delle due guerre Dacice e della Vittoria conto il Re Decebalo, e nuovamente intagliata in rame da* Pietro Santo Bartoli, *con l' eſpoſitione Latina d'* Alfonſo Ciaccone, *compendiata nella volgar lengua ſotto ciaſcuna imagine, ed accreſciuta di Medaglie, Inſcrittioni e trofei,* de Giovanni Pietro Bellori, *Roma, folio regali oblongo.*

nem Obeliſci ex hippodromo Antonini Caracallæ translati & reſtituti à Pontifice Innocentio X. Rom. 1650. fol.

XI. *Flavii Blondi* Forojulienſis, Romæ triumphantis libri X. Brixiæ Anno 1503. 8. editi, atqve inde plus ſimplici vice Baſileæ, Pariſiis, & inter ejus opera itidem Baſileæ 1559. fol. recuſi, non tam h.l. qvam ſupra c. 3. commemorandi erant, ubi de Rom. antiqvitatum ſcriptoribus univerſalibus agebamus. Nam & hic libris 2. primoribus veterum Romanorum religionem, libro 3. 4. 5. Rem publicam ac civilem, lib. 6. & 7. militarem, lib. 8. 9. & 10. alia inſtituta varia, ludos, triumphos, ſimiliaqve perſeqvitur. Ejusdem Blondi Romæ inſtauratæ libri III. deſcriptionem recentioris Romæ complectuntur. Italice transtulit hæc Blondi ſcripta *Lucius Faunus*, teſte Simlero. Obiit Blondus, ſeptuagenario major Romæ 1463. non 1363. ut legitur in Eponymologico Magiro Eybeniano p. 134. ubi de viro illo plura, qvibus addes Hankium lib. I. de Scriptoribus Rer. Rom. p. 201. L. II. p. 341. Voſſium de hiſt. Lat. 585. Aſciani ſ. Zimmermanni montes pietatis p. 23. Anton. Varillaſium in Anecdotis Florentinis Lib. IV. Juſtum Fontanini, lib. de Scriptoribus Forojulienſibus ſ. Aqvilejenſibus, Bellarminum & alios, qvi de Scriptoribus Eccleſiaſticis Sec. XVti ſcripſere: ut Morerium, Hofmannumqve in Lexicis, Kœnigium in Bibl. Thomam Pope Blount in Cenſuris & Hendreichium deniqve in Pandectis Brandenburgicis omittam.

XII. *Joh. Bapt. Caſalii* librum de Urbis ac Rom. Imperii olim ſplendore, memoravi ſupra Cap. III. *Pauli* qvoqve *Aringhi* & *Ant. Boſii* Roma ſubterranea huc ſpectat, præcipue propter ea, qvæ diſſerit Lib. II. & ſeq. Sed de hoc opere dicendi locus erit infra, ubi de ſepulcris. Breviſſimo compendio veterem Romam deſcribit libellus *Matthæi Meyr*, qvi inſcribitur: Roma ſepticollis antiqva Rom. 1687. 12. *Franciſci de Seine* Pariſienſis deſcriptio urbis Romæ, Gallice 1690. 12. edita, & Belgice curante W. V. R. cum nitidis tabulis æneis recuſa Amſt. 1704. fol. licet diligentius in hodierna facie illius deſcribenda verſatur, veterem tamen etiam exponit, ſecutus fere Nardinum, qvem ſupra laudavi, conſultis præterea *Guid. Pancirolli* libro, itidem paulo ante memorato, tum *Pompeji Hugonii* tractatu Italice edito, de ſtationibus urbis Romæ: *Fr. Mariæ Torrigii* cryptis ſacris Vaticanis, eadem lingua vulgatis. *Abbatis Piazza*

*ſ. Pla-*

ſ. *Plateæ* libro, cui titulus: Opere pie di Roma; *Floravanti Martinelli* Roma ricavata ſ. recondita, & Roma ſubterranea *Ant. Boſii*; *Petri de Sebaſtiano* Deſcriptione brevi palatiorum Romæ, & *Abbatis Phil. Titi* de Templorum Romæ tincturis, ſculpturis & architectura, qvorum duorum poſtremorum opera propemodum integra ex Italico Gallice verſa operi ſuo inſeruit. *Anonymum* Seculi à nato Chriſto XII. ſcriptorem *de mirabilibus Romæ* eo usqve ineditum vulgavit & illuſtravit *Bernhardus de Montfaucon* Benedictinus, tot inſignibus in litteras meritis celeberrimus, in Diario Italico latine edito Pariſ. 1702. 4. in qvo & de Bibliothecis Romæ hodie conſpicuis, & alia qvædam huc ſpectantia deprehendes. Vetera monumenta, in qvibus præcipue muſiva opera, ſacrarum profanarumqve ædium ſtructura, ac nonnulli ritus diſſertationibus, æneisqve tabulis illuſtrantur à V. C. *Johanne Ciampino*, prodiere Romæ 1690. fol. Monochromata in Conſtantiniana Vaticani aula à ſummo artifice *Julio Pippio* in fimbriis parietinarum iconum juſſu Clementis VII. elaborata, nunc vetuſtate pæne conſumta, duodecim tabulis æneis expreſſit *Petrus Sanctus Bartolus*, Romæ fol.

XIII. Magnitudo & amplitudo Imperii Romani in tantum aucta olim fuit, ut trecentis & amplius gentibus una legitima illius Majeſtas præeſſet, ſicut notat Theodorus Tarſenſis lib. 6. de fato, apud Photium Cod. CCXXIII. p. 358. atqve Appianus in præfat. Hiſt. teſtetur ſe vidiſſe legatos Gentium longius diſſitarum, qvi ſe ſuaqve in poteſtatem Romanis tradere voluerunt, neqve ab eis fuerint receptæ, tanqvam futuræ oneri & inutiles. Univerſum adeo propemodum terrarum orbem complecti viſum eſt ambitu ſuo. Unde humanum genus dictum pro Romano imperio, & *οἰκουμένη* & *Orbis Romanus*, & Roma *communis patria generis humani*. Vide Freinshem. ad Flori præfationem, Nic. Antonium de jure Exulum p. 57. ſq. & 236. Pignorium p. 189 Epiſt. *Magium* L. IV. Miſcell. cap. 3. & Ezech. Spanhemii Orbem Romanum pag. 235. edit. Lond. Etiam Roma *Regum urbs* inde dicta Juſtino l. 18. c. 2. *donare regna conſueta*, ut loqvitur Florus L. III. c. 9. n. 3. ubi iterum confer Freinshemium. *Imperioſa civitas* Auguſtino L. XIX. de C. D. c. 7. Senatus Romanus *ἄνασσα βουλή*, Senatores *Mundi Principes*, ut legas ap. Vopiſcum in Probo. Confer alia Romæ elogia ap. *Rutilium* in itinerario, *Ariſtidem* Or. de Roma, *Jul. Cæſar. Bulengerum* de Imperio Romano p. 312 ſq. Lipſium L. I. de magnit. Rom. cap. 2. De regnis XI. Provinciis CXIII.

inſuliſqve qvintam imperii partem æqvantibus, atqve adeo de toto ambitu Imperii Romani conſulendus *Provinciarum libellus*, qvi ſubjici ſolet Itinerario Antonini: *Notitia dignitatum utriusque Imperii*, & è recentioribus *Wolffgangi Lazii* Commentariorum Reip. Romanæ illius in exteris provinciis bello acqviſitis conſtitutæ libri XII. Baſil. 1550. fol. *Car. Sigonius* de jure antiqvo Italiæ & provinciarum, Francof. 1593. Hanov. 1609. fol. & T. 2. Antiqv. Grævii: *Onufrius Panvinius* in Imperio Romano (T. I. Antiqv. Græv.) *Bulengerus* opere laudato, lib. 2. c. 2. *Bergierius* Lib. III. de viis cap. I. ſqq. *Lipſius* Lib. I. de Magnitud. Rom. c. 3. Succincte etiam limites Imperii Romani perſeqvitur *Joſephus Laurentius* L. IV., Polymathiæ c. 4. Cæterum Imperium hodiernum Germanicum neutiqvam eſſe veteris Romani Imperii laciniam, ſed non niſi levi ex parte ac breviſſimo tempore olim fuiſſe Romani juris, docet *Hermannus Conringius* ſub initium ſtatim præſtantiſſimi Operis qvo Francorum & Germanorum Imperii fines ac fata erudite & accurate deſcripſit.

XIV. Novæ & ſecundæ ſeu alterius Romæ, Regiæ Urbis & Reginæ Urbium nomine donata CONSTANTINOPOLIS, qvam non diu poſt Concilium Nicænum (A. C. 325. habitum) ex veteri Byzantio inſtauravit Conſtantinus Magnus, & Conſtantinopolin ex nomine ſuo appellavit, dedicavitqve A. C. 330. *omnium pæne urbium*, ut in Chronico Hieronymus ſcribit, *nuditate*. Confer *Heſychii* illuſtres Origines CPolitanas, & Ezech. Spanhemii obſervationes ad Orat. I. Juliani p. 69 ſeq. & Caroli du Freſne CPolin Chriſtianam lib. I. p. 26. ſeq. & numos à Conſtantino cuſos qvos exhibet Anſelmus Bandurus ad Origines CPol. p. 458. Hinc eædem illi prærogativæ, eadem Privilegia, qvæ Romæ tribui, & ad exemplum Veteris Romæ pleraqve omnia inſtitui cœperunt, Archi-Epiſcopus & Senatus Romano æmulus, ſplendor ædificiorum, incolarum multitudo juraqve civitatis. Similiter etiam ut vetus Roma, ſic Conſtantinopolis diviſa in XIV. *Regiones* eſt, qvas deſcripſit auctor vetus *Anonymus* circa Theodoſii junioris tempora clarus, qvem poſt Onufrii, Gyllii ſub extremum libri IV. Topographiæ CPol. Labbei in protreptico ad ſcriptores Hiſt. Byz. p. 54. Pancirolli ad calcem Notitiæ Imperii, & aliorum editiones recudi curavit laudatus Carolus du Freſne p. 63. ſeq. præmiſſa præfatione qvam è MS. Vindobonenſi vulgaverat Lambecius lib. 2. de Bibl. Vindob p. 950. Etiam perinde ut veterem Romam ἑπτάλοφον ſive ſeptem collibus inſignem CPolin faciunt Jo. Tzetzes

Tzetzes & alii qvos laudat Cangius p. 37. De magnitudine ejus & freqventia conjecturam facere licet qvod Juſtiniani Imp. tempore peſtilentia per ſingulos dies abſumpta plus qvam decies mille, ut narrat Procopius lib. 2. c. 23. de bello Perſico. Sed plura de hac urbe cognoſcere cupientem lectorem ablego ad *Georgium Codinum* & *Manuelis Chryſoloræ* Epiſtolas III. de Roma nova qvam cum veteri confert, editas Græce & Latine à Petro Lambecio una cum Georgii Codini excerptis de antiqvitatibus CPolitanis, Pariſ. 1655. fol. *Jul. Cæſarem Bulengerum* de Imperio Romano p. 324. ſeq. *Petrum Gyllium* in libris IV. de topographia Conſtantinopoleos ejusqve Antiqvitatibus, qvos recuſos habes tomo VI. theſauri Gronoviani, præcipue vero Conſtantinopolin Chriſtianam jam ſemel iterumqve memorati præſtantiſſimi *Cangii*, itidem diviſam in qvatuor libros & libro primo veteris Byzantii etiam Origines perſeqventem. Luculentum hoc opus una cum familiis ejusdem Cangii Byzantinis prodiit Pariſ. 1680. fol. cui addere deinceps etiam licet operæqve pretium eſt *Anſelmi Bandurii* Monachi doctiſſimi Benedictini Imperium Orientale, qvod noviſſime Pariſienſia præla evaſit A. 1712. fol. Ex his qvi Conſtantinopolim qvalis hodie eſt deſcripſere adire juvabit *Thomam Smithum* in notitia brevi CPoleos, qvæ ſeparatim primum Londini, deinde ad calcem notitiæ ſeptem Eccleſiarum Aſiæ prodiit Trajecti ad Rhenum 1694. 8. & *Joſephum Grelotium* præcipue in itinerario CPolitano accuràte ſcripto editoqve Gallice Pariſiis A. 1680. 4. Àmſt. 1681. 12. *Relation nouvelle d'un voyage de Conſtantinople, enrichie de plans, levez par l'Autheur ſur les lieux & de tout ce qu'il y a de plus remarquable de cette ville.* Hujus libri lectione vehemens ſæpe deſiderium CPolis adeundæ in ſe excitatum teſtatur V. C. Hadrianus Relandus lib. 2. de relig. Muhamedica p. 151.

De ſcriptoribus rerum Byzantinarum & CPolitanarum exſtat eruditus & accuratus commentarius compoſitus à *Martino Hanckio* Lipſiæ 1677. 4. qvemadmodum & de Romanàrum rerum ſcriptoribus liber duplex, ibid. 1669. 1675. 4. Obiit vir præſtantiſſimus & Uratislaviæ ſuæ decus non vulgare die 24. April. A. 1709.

# CAPUT VII.

## De Scriptoribus qvi Chronologiam Technicam & Hiſtoricam tradiderunt.

*Chronologia duplex, Technica & Hiſtorica.* 1. *Hiſtoricæ ſcriptores veteres ante Euſebium.* 2. *De Euſebii Chronico.* 3. *Chronologi poſt Euſebium Græci.* 4. *Latini.* 5. *Arabes. id. Recentiores præcipui.* 6. *Scriptores Chronologiæ Technicæ.* 7. *Parum utilis quorundam in minutiis & incertis περιεργία.* 8. *Chronologorum diſſidia circa annum natalem CHRISTI.* 9. *Idea Chronologica rerum præcipuarum digeſta per ſex annorum millenarios.* 10. *Subſidia Chronologica quædam enumerata, ex quibus in gratiam ſtudioſorum duo h. l. ſubjuncta exhibentur, Index Archontum Athenienſium & Pontificum Romanorum Alphabeticus.* 11.

I.

CHronologiæ, ſive Diſciplinæ qvæ temporum rationes exponit, duæ omnino ſunt partes præcipuæ, una qvam Technicam poſſis appellare, qvoniam non ſine arte & ingenio conſtat, atqve ſcientiarum Mathematicarum Aſtronomiæ & Arithmeticæ ſubſidio rationem menſium, annorum & Epocharum apud varias gentes ita docet expedire, ut earundem diverſitas inter ſe conferri atqve comparari, & univerſa qvæ ad doctrinam temporum pertinentia ab omnis generis ſcriptoribus traduntur, recte intelligi, atqve ex cujusqve hypotheſi ſive ſententia, calculi ita ut par eſt poni poſſint. Altera pars Hiſtorica eſt & in rebus geſtis qvarumcunqve gentium, qvarumcunqve ætatum ad ſuum qvibusqve tempus referendis tota eſt occupata.

II. Qvamvis hæc poſterior ſine prioris cognitione recte conſtitui neqvaqvam poteſt, tamen placet de ejusdem tanqvam magis ad qvorumlibet captum accommodatæ ſcriptoribus prius dicere. Atqve initio mirari licet veteres diu & paſſim doctrinæ temporum parum curioſos fuiſſe. Qvam pauci etiam inter Hiſtoriæ Græcæ particularis expreſſa Scriptores Thucydidis exemplo annorum, qvibus qvælibet res geſtæ ſunt, veſtigia conſignarunt. Generale vero ſive univerſale

verſale Chronicon vix qvisqvam ante *Apollodorum* componere fuit aggreſſus, qvod verſibus jambicis concinnatum Regi Pergameno Attalo inſcripſit. Cæterum & hoc & *Caſtoris* Rhodii & *Phlegontis*, ac ſi qvæ fuerunt alia aliorum Chronica invidit nobis tempus, neqve eſt inter ſcriptores antiqviores qvi ætatem tulerunt qvem in hoc genere laudes, niſi *Diodorum* forte *Siculum*, in cujus Bibliotheca tamen multa & antiqviora præſertim ſine appoſita diſtinctiore temporis nota narrantur. E Romanis primus *Varro* videtur de hac parte eruditionis illuſtranda ſerio cogitaſſe, cujus etiam eſt celebris illa diviſio * omne tempus triplici diſtinguens diſcrimine, qvorum primum ab Origine humani generis ad Cataclyſmum priorem propter ignorantiam appellavit ἄδηλον, ſecundum à Cataclyſmo priore ad Olympiadem primam, qvod qvia in eo multa fabuloſa referuntur, μυθικὸν ab eo dictum eſt, & tertium deniqve à prima Olympiade ad ſuam ætatem ἱϛορικὸν, qvia res in eo geſtæ veris hiſtoriis continentur. Varronis exemplo *Cornelius Nepos* ævum omne tribus explicare chartis ſive libris conatus eſt, ſed & illius & aliorum ſcripta deperdita libenter omitto. Res Ægyptias incerta fide *Manetho*, Romanas ab *Ennio* usqve & *Catone* multi temporum ordine ac per Annales perſecuti ſunt, ſed qvi Chronicon deinceps univerſale condere fuerint aggreſſi à rerum humanarum exordio, (licet pauca qvædam Chronologica attigerunt *Clemens* Alex. in Stromatum libro I. *Theophilus* Antiochenus libro 3. ad Avtolycum, qvem propterea *librum de temporibus* Lactantius I. 23. vocat) non habeo qvos laudem ante *S. Hippolytum* & *Julium Africanum* qvi ambo Chronicon ſuum ab Orbe condito ad Alexandri Severi tempora produxerunt, Julius vero Africanus præcipue in opere ſuo de temporibus ſive Chronographia qvinqve libris diſtributa tam copioſe & diligenter verſatus eſt, ut Euſebio & aliis poſt ſe viam egregie muniverit materiamqve præbuerit plura commentandi. Hippolyti nihil ſupereſt hodie niſi libellus ex Latina veteri verſione de diviſionibus & generationibus gentium à Caniſio & Labbeo editus: ** Africani etiam fragmenta tantum habemus ab Euſebio, Syncello & aliis ſervata. Atqve *Euſebii* ipſius poſt Africanum præcipuam jam pridem hoc genere laudem eſſe, neminem fugit qvi vel à limine has litteras ſalutaverit.

X 3 III, *Chro-*

* Adi Cenſorinum de die Natali cap. 21.

** Vide qvæ notavi lib. V. Bibl. Græcæ p. 205. 269.

III. *Chronicon* Euſebii ſolet etiam vocari Παντοδαπὴ ἱστορία *de cunctis temporibus hiſtoria*, ut titulus Operis a) latine transfertur in Epiſtola Auguſtini 35. ex qvo loco etiam conſtat non ubiqve obvios jam tum fuiſſe Chronici Euſebiani Codices. In libros duos diviſum fuit ab auctore, qvorum priorem inſcripſit χρονογραφίαν, poſteriorem χρονικὸν κανόνα. Atqve hanc *Epitomen* vocat Hieronymus. In priore ex Manethone, Apollodoro, Joſepho, Africano aliisqve origines & ſucceſſiones, resqve memorabiles variarum gentium ab Orbe condito per varia capita perſecutus eſt, in poſteriore omnia ſerie una ad annos ſuos relata digeſſit ab Anno b) vocationis Abrahami h. e. ante CHRISTUM 2017. ad viceſimum usqve annum Conſtantini Magni, A. C. 325. Laudat præter alios Euſtathius Antiochenus in Hexaëm. ſub init. cui Euſebius vocatur ἁγιώτατος, uti ab Eccleſia Gallicana diu illum cultum pro Martyre notat Janningus in Apologia pro Papebrochio præfixa Actis Sanctorum Junii T. I. p. XVII. ſq.

*Græcum* opus Euſebii intercidit præter fragmenta & lacinias qvas recentiores Chronologi ſervarunt, Syncellus inprimis, & Cedrenus, Chroniciqve Alexandrini ſive Paſchalis Scriptor ne de aliis jam dicam. Nam ut vere Joſephus Scaliger, *qui poſt Euſebium ſcripſerunt, omne ſcriptum de temporibus aridum eſſe cenſuerunt, quod non hujus fontibus irrigatum eſſet.* Ex illis Græca ut potuit collegit edidit qve & illuſtravit doctiſſimis notis idem *Scaliger*, ſed non modo Syncelli & Chronici Alex. tum tem-

a) Χρονικὰ συγγράμματα ſua memorat Euſebius in Eſaiæ XIII. 17. χρονικοὺς κανόνας X. 9. præparat. p. 484. & I. 1. Hiſt. Eccleſ. c. 1. Ἀρχαιολογίαν atqve ἀρχαιολογικὴν ἱστορίαν vocat Anaſtaſius Sinaita qv. 41. & 65. *temporum Hiſtoriam* Auguſtinus II. 39. de doctrina Chriſtiana. *Digeſtionem temporum* Hieron. 1. in Ruſin. χρονογραφίαν Epiphanius ſub extremum libri de ponder. & menſur. *Chronicorum Hiſtoriam* breviarium MS. Eccleſiæ Lemovicenſis, Valeſio laudatum. Alia veterum loca titulos Chronici Euſebiani varie referentia notavit Scaliger ante Græca Euſebii Chroniconqve Hieronymianum, Hanckius p. 87. ſqq. de ſcriptoribus rerum Byz. & Allatius ad Euſtathii Hexaëm. p. 13.

b) Euſebiani Chronici Epocham initium capere ab Cal. Sept. ſive autumno anni ante CHRISTUM 2017. Periodi Jul. 2697. diſputat Petavius lib. IX. de doctrina temporum cap. 1.

temporis nondum editi apographis parum emendatis c) uſus eſt, ſed etiam varia ad Euſebium retulit, qvæ parum credibile d) eſt ab illo ſcripta fuiſſe. *Latine* vertit & Vincentio cuidam ac Gallieno inſcripſit *Hieronymus*, ita ut hinc inde ex Latinis præcipue ſcriptoribus qvædam adderet e) alia omitteret, ac deinde Chronicon ad A. C. 378. (Valente ſextum & Valentiniano ſecundum Coſſ.) continuaret. Codices Latini Chronici Euſebiani oſcitantia librariorum mire inter ſe variant, & ſæpius nec inter ſe nec cum Hiſtoria facile poſſunt conciliari. Confer Dodwelli diſſ. 3. ad Irenæum §. 2. Henr. Valeſius p. 10. ad Euſebii Hiſt. vetuſtiſſimos Codices laudat Acutianum, Lipſii & Ortelii. Laudat qvoqve vetuſtiſſimam editionem Mediolanenſem, qvam nec Pontacus nec Scaliger viderit. Conſuluit tamen *Arnoldus Pontacus* Epiſcopus Vaſatenſis præter Codices MSS. duodetriginta, editiones octo, f) atqve ex illis præclaram ſuam concinnavit, in qva mirum ſtudium atqve induſtriam non dubitavit etiam Scaliger Epiſt. 104. omnibus laudibus proſeqvi, atqve editoris doctrinam, candorem, modeſtiam & diligentiam celebrare. Et omnium correctiſſima vocatur Jo. Morino p. 277. Exerc. Bibl. Prodiit notis Pontaci & caſtigationibus illuſtrata, una cum Proſperi Chronico Burdigalæ 1604. fol. ſed raro hodie reperitur. Neqve ubivis obvia altera *Auberti Miræi*, poſteriorem tantum partem à CHRISTO exhibens, additaqve habens Chronica Sigeberti & Anſelmi Gemblacenſis. Antwerp. 1608. 4. Confer B. Ittigium de Bibliothecis Patrum p. 743. Cæterum ob præclaras acceſſiones atqve doctiſſimas

c) Iſ. Voſſius in auctario caſtigatt. Georgii Hornii p. 370. *Quia apographum Syncelli quod Scaligero transmiſſum fuit, raptim & vitioſe admodum deſcripſerat Caſaubonus neſcio an alius, ideo plurimi paſſim in hoc opere tam in annis quam in nominibus errores fuere commiſſi.* Multis hoc docet Goarus notis ad Syncellum. 504-528.

d) Vide Conringium de Medicina Hermet. p. 21. & 30. Steph. le Moyne prolegom. ad Varia S. * 32. 2. b. Hanckium de ſcriptoribus Byz p. 92. ſeq.

e) Id. p. 93. ſeq. Jo. Andreas Boſius diſſ. ad periocham Joſephi de CHRISTO, c. 2. §. 7. ſeq.

f) Veteres Chronici Euſebio Hieronymiani ante Pontacum editiones ſunt: Veneta 1483. 4. Pariſ. 1512. 4. apud Henr. Stephanum avum, & Baſil. 1529. fol. edente Jo. Sichardo cum Chronicis Proſperi, Caſſiodori, Hermanni Contracti & Matthæi Palmerii. Hinc cum aliis Euſebii ſcriptis, & Proſperi ac Matthæi Palmerii Chronico Baſil. 1542. 1548. 1559. 1570. fol. Pariſ. 1581. fol. *Alphonſi Toſtati* commentarius in Euſebii Chronicon, Hiſpanica lingua, Salmanticæ ſumtu Franciſci Ximenii Cardinalis A. 1506. fol. qvinqve Voluminibus.

mas notas freqventiſſime in manibus eruditorum verſatur editio *Scaligeri*, g) altera præcipue ac poſtuma Amſtelodamenſis A.1658. fol. qvæ Alexandri Mori præfationem & Scaligeri commentarios ad latinam Hieronymi interpretationem & Græca Euſebii emendatos & tertia parte auctiores (qvam prior editio Lugd. Bat. 1606. fol.) exhibet & libros tres Iſagogicorum Chronologiæ Canonum ejusdem Scaligeri ſubjunctos habet. Chronico Euſebiano ſubjecta ſunt Hieronymi de qvo dixi ſupplementum & *Proſperi Tironis* ab A. C. 379. ubi deſiit Hieronymus ad A. 444. Victoris Tunnunenſis Chronicon ab A. 445. ad A. 565. *Joannis* Abbatis *Biclarienſis* ab A. 565. usqve ad annum Mauritii octavum A. C. 593. *Idatii* ab A. C. 379. ubi Hieronymus deſinit ad 428. *Marcellini Comitis* ab A. C. 379 ad A. 534. & Veteris ſcriptoris ſive interpretis incerti excerpta latina Chronologica ex Africano, Euſebio & aliis vulgata è Codice Bibl. Puteanæ. Poſt hæc ſeqvuntur Græce qvæ Scaliger velut Euſebiana collegit ac digeſſit. Anonymi Ἐπιτομὴ χρόνων (Chronici Alex. & Faſtorum Siculor. nomine vulgo venit) ab Adamo ad annum Heraclii viceſimum A. C. 629 ex Codice Iſ. Caſauboni. Nicephori Patriarchæ χρονογραφία. Deniqve ſeqvitur ἱστοριῶν συναγωγή & Ὀλυμπιάδων ἀναγραφὴ, non veteris ſcriptoris ſed ut recte viri docti notarunt ipſius Scaligeri, qvi illam ex ſcriptoribus editis & ineditis collegit ac digeſſit, non Græcis modo ſed etiam Latinis, qvorum loca Græce transtulit & hiſce collectaneis inſeruit. Reprehendit Euſebius hinc inde Africanum, ipſe viciſſim reprehenſus eſt ab Aniano, Panodoro, Syncello & aliis, Diodoro etiam Tarſenſi de qvo Svidas, præcipue à Scaligero & aliis Chronologis recentioribus.

IV. *Aniani* & *Panodori* Monachorum Ægyptiorum centum fere Annis Euſebio juniorum Chronographiæ Syncello laudatæ interciderunt, qvibus Euſebium ut jam dixi hinc inde caſtigaverant, ſed in plerisqve

g) Recenſetur à Labbeo T. I. de ſcriptor. Eccleſ. p. 302. & Tho. Ittigio lib. de Bibliothecis Patrum p. 745. ſeq. Emendationes Salmaſii ex Codd. Palatinis IV. cum Conr. Sam. Schurzfleiſchii τοῦ μακαρίτου ad Euſebii Chr. obſervationibus edidit frater Clariſſ. Henr. Leonhardus Schurzfleiſchius. Witeb. 1712. 4. in notitia Principalis Bibliothecæ Vinarienſis in qvam editio Lugd. Bat. 1606. manu Salmaſii notata pervenit ex Bibliotheca Gudiana. Inter Codices Iſ. Voſſii cum MSS. collatos Colomeſius n. 1. memorat Chronicon Euſebianum editionis Scaligerianæ qvod cum MSS commiſit Cornelius Tollius. Bochelli obſervationes Chronicas ad Euſebium MStas laudat Matthias Berneggerus ad Juſtini XVIII. 6.

riſqve ſecuti fuerant. Caſtigaverant vero haud raro ſine magna ratione, & cum ipſi potius eſſent reprehendendi, utScaliger adEuſebium docuit. Intercidit qvoqve *Philippi Sidetæ* Presbyteri Hiſtoria ab orbe condito ad ſuam perducta ætatem,hoc eſt ad qvinti à Chriſto nato ſæculi initia libris XXXVI, ſed longe pluribus ac mille propemodum tomis, ſingulis enim libris argumentum, tomi integri magnitudine præmiſerat, & librum unumqvemqve 24. tomis iterum diſtinxerat, qvod voluminoſum opus auctori Hiſtoriæ tripartitæ XII. 3. *multam* viſum eſt *habere confuſionem nec ſatis prodeſſe legentibus*, uti magis etiam conſtat ex Socratis VII. Hiſt. c.27. Nicephoro XIV. 29. & Photio Cod. 35. Fragmentum hujus Philippi inſigne de Scholæ Alexandrinæ ſucceſſione vulgavit illuſtravitque Dodwellus ad calcem diſſertationum in Irenæum Oxon. 1689. 8. Aliud fragmentum, acta diſputationis de Chriſto, in Perſide inter Chriſtianos Gentiles & Judæos habitæ, cui ipſe interfuit, complexum habetur MS. in Bibl. Cæſarea teſte Lambecio Lib. V. pag. 137. qvi tamen fallitur lib. IV. p. 179. ubi ad hunc Philippum refert fragmentum de tinctura æris Perſici & ferri Indici. Nam verba: *βαφὴ τοῦ παρὰ πέρσαις ἐξευρημένου χαλκοῦ γραφεῖσα ἀπὸ ἀρχῆς Φιλίππου*, tincturam jam ex tempore principatus Regis Philippi deſcriptam denotant, ut recte notavit Cotelerius T. 3. monument. p. 598.

Joanni Malalæ plures laudantur Chronographi, *Arianus*, *Brunichius*, *Buttius*, *Clemens*, *Domninus*, *Euſtathius*, *Eutropius*, *Eutychianus*, *Licinnius*, *Magnus* Carrenſis, *Neſtorianus*, *Theophilus* & *Timotheus*: Sed facile apparet ab ipſo Chronographos appellari Hiſtoricos qvoscunqve. De illis vide ſi placet qvæ dixi volumine ſexto Bibliothecæ Græcæ.

Atqve præſtat editos ſolum perſeqvi, è qvibus primo loco is ipſe qvem jam dixi *Joannes* Antiochenus, cognomento *Malala* commemorandus, cujus Hiſtoria Chronica ab Orbe condito usqve ad obitum Juſtiniani I. Imperatoris prodiit Oxonii è Codice Bodlejanæ 1691. 8. cum verſione & notis Edmundi Chilmeadi, & Humfredi Hody diſſ. atqve Rich. Bentleji Epiſtola. Opus ab auctore diſtributum fuit in libros XVIII. ſed primus liber cum ſecundi parte deſideratur, itaqve ab editore defectus ille ex Georgio Hamartolo ſuppletus. Malalam non diu poſt Juſtinianum floruiſſe, Clariſſimo Caveo lubens aſſentior.

Farraginem Hiſtorico Chronologicam, qvam ſub nomine *Chro-*

*nici Alexandrini* vulgavit Græce & Lat. cum notis Matthæus Raderus S. I. Monachii 1624. 4. unde Latine ex Raderi verſione recuſum eſt in Bibliotheca Patrum Tomo XII. edit. Lugdunenſis p. 867. deniqve ſub veriore titulo *Chronici Paſchalis*, nova meliore verſione & eruditis notis illuſtratum à Carolo du Freſne habemus Pariſ. 1688. fol. Idem Freſneus ex MS. Codice & Holſtenii obſervatione duos illius operis notat fuiſſe auctores, unum qvidem rerum ab orbe condito ad A. C. 354. (Conſtantii 17.) alterum vero qvi illud ad annum usqve viceſimum Heraclii continuavit. Index Imperatorum qvi usqve ad Imperatorem Conſtantinum Monomachum A. C. 1042. pertingit, ab alio eſt, idqve in ipſo titulo diſerte innui teſtatur Iſ. Caſaubonus p. 243. Epiſt. *Antiochenum libentius Chronicon vocaverim*, inqvit Henricus Valeſius p. 39. ad Euſeb. & ad Theodoritum p. 21. ſeq. cum qvo facit Stephanus le Moyne notis ad Varia ſacra pag. 131. *Conſtantinopolitanum* appellat Uſſerius p. 75. prolegom. ad Ignatium, illamqve convenientiorem eſſe inſcriptionem diſputat etiam Reineſius II. 17. Var. Lect. Cæterum Raderus auctorem domo *Alexandrinum* fuiſſe collegit ex iis qvæ de Jeremiæ cineribus Alexandriam juſſu Alexandri M. deportatis leguntur p. 366. & qvod Georgii ſucceſſor Petrus Alexandrinus nota in fronte libri appoſita opus illud commendavit, atqve inde Chronicon Alexandrinum Raderus inſcripſit: qvanqvam in eo potuit falli, qvemadmodum & ejusdem plerasqve emendationes & conjecturas ſibi non probari teſtatus eſt Cotelerius T. 3. monumentorum Eccleſiæ Græcæ p. 608. unde ſæpius correctione indigere illud opus notavit Jo. Gregorius capite 36. Obſervationum ſacrarum: & parum accuratus interpres Raderus dicitur ab Henrico Warthono ad Uſſerium de ſcripturis ſacrisqve vernaculis p. 349. Ex hoc ipſo opere petita ſunt qvæ *faſtorum Siculorum* nomine laudant eruditi, qvoniam Codicem MS. in Sicilia Hieronymus Surita reperit, unde ab Antonio Auguſtino perlatus eſt Romam: indidem faſtos Conſulares excerpſit ediditqve Sigonius & Panvinius, & Græce ac Latine Sylburgius tomo tertio Hiſt. Auguſtæ. Longe plura ex Codice ſuo, qvi deinde ad Sylburgium pervenit, & ab hoc per Hœſchelium redemtus, Bibliothecæ Anguſtanæ * illatus eſt, excerpſit Iſ. Caſaubonus, communicavitqve cum Joſepho Scaligero, qvi illa paſſim laudat nomine *Chronici Caſauboniani*, & edidit Græce ad Chronici Euſebiani calcem, præfixo titulo ἐπιτομῆς χρόνων, ut paulo ante in Euſebio dicere me memini. Ex Malala in illud

Chro-

* Vide Cavei hiſt. literat. in Georgio Piſida.

Chronicon multa deportata eſſe notavit Henricus Noris de Epochis Syro Macedonum p. 203. Multa etiam iisdem verbis leguntur in Topographia Chriſtiana Coſmæ Indopleuſtæ, unde *Coſmam* illum auctorem Chronici ſuſpicatus eſt Allatius Lib. de purgatorio pag. 942. Uſſerius vero & alii *Georgii Piſidæ* tribuunt, Caſimirus Oudinus *Georgio Alexandrino* à qvo vitam Chryſoſtomi ſcriptam habemus. Non Alexandriæ tamen ſed CPoli ſcriptum eſſe illud Chronicon probat Henſchenius exegeſi præliminari ad Tom. 3. Act. Sanctorum Martii p. VII.

*Georgius* Monachus, atqve Theophane teſte Abbas, Patriarchæ CPolitani Taraſii A. C. 806. defuncti *Syncellus* (qvaſi *Concellanum* dicas & domeſticum) ipſe p. 3. & 6. ſi modo ipſe, auctor eſt ſe Chronico ſuo complecti velle res ab Orbe condito geſtas usqve ad A. C. 800. Certe Syncellus morte præventus non ultra Diocletiani tempora pervenit teſte eodem Theophane, qvi continuavit, & Mich. Glyca, ac Georg. Cedreno, qvod & titulus operis indicat: *Γεωργίου τοῦ Μοναχοῦ χρονικὴ ἱστορία ἀρχομένη ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ διήκουσα μέχρι τοῦ Διοκλητιανοῦ.* Joſephus Scaliger qvi opere illo MS. uſus eſt & ex illo pleraqve in Euſebium ſuum minus licet emendate qvandoqve, ut notat Salmaſius p. 99. Epiſt. deſcripta derivavit, qveritur illud ab antiqvario qvi deſcripſit multis partibus mutilatum eſſe, & qvæ ſcriptor toties promittit, ea nusqvam comparere Epiſt. CLX. & CLXI. ad Marcum Velſerum, à qvo alium codicem Venetiis afferendum exſpectabat. Titulus Codicis *ἐκλογὴ χρονογραφίας συνταγεῖσα ὑπὸ Γεωργίου μοναχοῦ Συγκέλλου γεγονότος Ταρασίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Διοκλ.* Qvamquam vero Jacobus Goarus pugnat integrum Georgii opus ad nos perveniſſe, tamen Philippus qvoqve Labbeus ad Glycam ex Georgio qvædam allegantem, qvæ in illo haud leguntur, annotat p. 367. *Ex iſta pericope aliisque quibusdam Lector diſcet, non eſſe integrum Georgii Syncelli Chronicon ſuisque partibus omnibus abſolutum quod è Codice MS. Bibliothecæ Regiæ à R. P. Jacobo Goaro Ord. Prædicatorum typis Regiis prodiit, ſed quædam adhuc in eo deſiderari, ex aliis, ſi quæ forte occurrant uberioribus membranis ſupplenda.* Allatius qvi de Georgio Syncello multa erudite animadvertit diatriba de Georgiis, & Poſſevini, Voſſii atqve aliorum hallucinationem qvi cum Georgio Hamartolo, de qvo mox, confundunt, caſtigavit, p. 327. memorat Codicem Mediolanenſem hoc titulo: *Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων, καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ἀπὸ Γεωργίου μοναχοῦ καὶ Συγκέλλου.* Sed in



illo

illo perinde ut in altero cujus meminit Reineſius Epiſtolis ad Neſteros p. 17. & in qvo res ab Adamo ad Imperium usqve Michaëlis cum Theodora matre cujus initium cum A. C. 841. coincidit, enarrantur, lucubrationes Georgii Hamartoli & Logothetæ ac Theophanis cum Syncellianis videntur confundi. Idem Labbeus in Protreptico de Scriptoribus Byzantinis promiſit Chronologiam Syncelli vulgandam ex MS. Bibl. Regiæ Pariſ. collato cum Vaticano qvem deſcripſerat Holſtenius & cum Mazarinianis addita latina verſione *Jo. Baptiſtæ Hautini*, ſive *Altini*, qvem Nic. Rigaltii levirum Syncelli paraſſe editionem ad Rigaltium Romæ A. 1630. ſcripſit Joſephus Maria Svareſius, in Epiſtola qvæ legitur T. 4. Operum Sirmondi p. 663. At neqve illa verſio neqve editio Altiniana vidit lucem, ſed *Goarus* Syncellum cum verſione ſua & notis publicavit Pariſ. 1652. fol. uſus Codice MS. Regiæ Bibl. ſcripto A. C. 1021. qvem Corinthi paravit Jo. Abramus A. C. 1507.

Syncelli Chronicon ab A. C. 285. (Diocletiani 1.) ad 813. (Leonis Armeni 1.) continuavit *Theophanes* Iſaurus, cujus, confeſſoris imaginum, vitam ſive elogium à Theodoro ut videtur Studita ſcriptum Latine ediderunt ad 12. Martii Lipomannus, Surius, Henſchenius, Græce & Latine *Franciſcus Combeſiſius* editioni Theophanis Lupareæ præmiſit, qvæ cum verſione & notis poſtumis *Jacobi Goari* atqve ejusdem *Combeſiſii* animadverſionibus prodiit Pariſ. 1655. fol. Eam V. C. *Jo. Andreas Boſius* conferens cum MS. Codice Auguſtanæ Bibl. deprehendit hujus ope multo emendatiorem, alicubi & pleniorem, expletis qvibus paſſim fœdatus eſt lacunis aliqvot, dare ſe poſſe, idqve facturum promiſit Exercitatione in periocham Joſephi de Chriſto p. 24. additurus Syncellum & utriusqve continuatorem Geneſium usqve huc ineditum. Publicandarum Boſii in Theophanem obſervationum, qvæ in publica Jenenſis Academiæ Bibliotheca MSS. aſſervantur, fecit Georgius Scubartus præfat. ad poſtumam ejus introductionem ad Notitiam Rerump. à ſe editam, ſpecimenqve illarum videre licet in Wilh. Erneſti Tenzelii τȣ͂ μακαρίτȣ Exercitationibus ſelectis p. 315. *Joannis Buchardi* verſionem latinam memorat Lucas Holſtenius Epiſtola ad Lambecium T. 6. de Bibl. Vindobonenſi p. 260. *Apud Puteanos fratres magnum opus Chronologicum reperies, in quo tuam exerceas induſtriam, Theophanem ſcilicet Agri* (Monaſterii in regione Sigriana) *Abbatem cum* Jo. Burchardi *hominis accurate docti verſione** *eden-*

* Ex Verſione illa locum profert Allatius p. 324. de Georgiis, ſed is male *Jacobum Bullardum*

*edendum, quem nuper ex Barberina Bibliotheca ad ipſos miſi. Adjunxi etiam Anaſtaſium Bibliothecarium antiquum ejus interpretem* (qvi præf. ad Hiſt. ſuam Eccleſiaſticam plura ex Syncello & Theophane repetiiſſe ſe innuit, uti ex eodem Landulphus Sagax non pauca tranſtulit in poſtremam Hiſtoriæ miſcellæ partem) *ex Caſinenſi Codice Longobardico depromtum. Præfigendum erit Theophani Chronicon Georgii Syncelli à Julio Cæſare usque ad Maximianum, cujus itidem exemplaria duo ad Vaticanos & Palatinos Codices accurate collata ibi offendes. Alia etiam Regia Bibliotheca ſuppeditabit.* De hoc Theophane conferendus inprimis Martinus Hanckius lib. 1. de rerum Byzantinarum ſcriptoribus cap. XI. Anteqvam vero de hoc Chronico dicere deſinam, apponere juvat Godfridi Henſchenii judicium ex ejusdem exegeſi præliminari præmiſſa Tomo tertio Actorum Sanctor. menſis Martii edito A. 1684. in qva tabulas Chronicas Theophanis, ſaltim qvoad annos ſeriemqve Epiſcoporum in qvinqve ſedibus Patriarchalibus nulla fide dignas eſſe obſervat. *Chronographia Theophanis*, inqvit, *qualem nunc habemus ex collatione quinque Codicum MSS. Regii ſcilicet, Peireziani, Barberini, Vaticani & Palatini, duabus conſtat partibus, quarum quæ potior eſt, & vere aurea, omnique acceptione digniſſima, hiſtoriam exhibet per annos digeſtam: altera vix plumbea dici meretur, conſiſtitque in tabulis Chronologicis* (Canonia *vocat Goar*) *quibus per loculos diviſis primum annus Mundi, tum Chriſti incarnati, dein Imperatoris Romani, proxime Regis Perſarum, aut Ducis Arabum, rerum poſt Perſas in Palæſtina potientium, denique ex ordine quinque Epiſcoporum præcipuorum ſeu Patriarcharum,* Romani, Conſtantinopolitani, Hieroſolymitani, Alexandrini & Antiocheni *ordo & anni continentur. Tabulas autem iſtas magna cum diverſitate non tantum præfixas annis non ſuis, ſed etiam mendoſiſſimè conſcriptas eſſe, & plurimis hiare loculis, ac portentoſis prorſus annorum, præſertim Patriarchalium ſupputationibus ſcatere, cum ipſemet Goar agnoſcat fateaturq́; mirum eſt, aut ipſum, aut, qui defuncti Goaris laborem eduxit in lucem, Combefiſium potuiſſe ſibi perſuadere, ab autore Theophane eſſe: qui variorum autorum ſententias & numeros ſecutus ſit varios, opusque proprium urgente perſecutionis neceſſitate non recenſuerit, proindeque exigere à lectore ſuo poſſit, ut, qui dormitantem Homerum patitur, Theophanem quoque lapſum erigat corrigatque: cum nimirum ſuccedentes & ad invicem cohærentes numeros in ſequiores tranſponit annos, ſeu etiam con-*



*dum* vocat. Rectius Labbeus in protreptico ad ſcriptores Byz. edendos, *Jo. Jacobum Buccardum.* Pariſinus hic fuit Cardinalis Barberini Romæ domeſticus, cujus laudatio funebris in Nicol. Fabricium Peireſcium & alia ſcripta qvædam referuntur in Catalogo Bibl. Barberinæ p. 194.

*conjunctos annos in diſſita canonia deſultoriè transfert; aut eidem viro nunc pauciores, mox plures diverſis canoniis aſſignat annos: vel cum ejusdem viri pauciores anni, plura occurrant canonia: aut cum ſumma quæpiam ætatis æquales loculos ſive Canonia quibusdam omiſſis non accepit; vel denique cum numero ejusdem anni repetito confuſio infertur non mediocris.*

In eadem exegeſi prælimiriari p. X. ſeqq. mendas qvasdam librariorum ſocordia Theophani adſperſas & ab aliis non obſervatas Henſchenius eluit.

Theophanem continuarunt Leo Grammaticus, Anonymi duo, tum Georgius Monachus & Simeon Logothetes, de qvibus ſingulis uti & de Joanne Scylitze alibi diligentius diſſerui, Johannes item Geneſius adhuc ineditus, qvem è Codice Bibl. Paulinæ Lipſienſis vulgare inſtituerunt viri præſtantiſſimi Jo. Andreas Boſius, Chriſtianus Wagnerus & Georgius Schubartus, qvibus fato præventis, beneficium iſtud exſpectamus ab eruditiſſimo noſtro Godfrido Oleario.

*Nicephori* Patriarchæ CPolitani A. C. 828. defuncti Chronologiam compendiariam ab orbe condito ad ſuam ætatem latine jam circa A. C. 872. vertit *Anaſtaſius Bibliothecarius*, cujus Hiſtoria Eccleſiaſtica ex Syncello, Theophane & Nicephoro collecta prodiit latine cum notis *Car. Annibalis Fabrotti* inter ſcriptores Hiſt. Byz. Pariſ. 1649. fol. Ex ejusdem Anaſtaſii verſione Chronologia Nicephori legitur in Bibliothecis Patrum, Pariſ. 1589. 1644. & 1654. Tomo ſeptimo: Colon. 1618. Tomo nono, & Lugd. 1677. Tomo XIV. p. 72. cum commentario *Antonii Contii* primum edito Pariſ. 1573. 4. qvem LXX. Interpretibus * nimium tribuere, in expurgatorio Indice notat Jo. Maria Braſichellanus. *Latine* itidem, interprete *Joach. Camerario*, una cum ejus commentariis & diſſ. de Concilio Nicæno Baſil. 1561. fol. & Lipſ. 1573. 4. atqve ſine commentariis Baſil. 1569. 8. ante Hiſtoriam qvam vulgo vocant Miſcellam.

*Græce* in theſauro temporum *Joſephi Scaligeri*. Lugd. Bat. 1606. & 1658. fol.

*Græce & Latine*, cum *Jac. Goari* notis ad calcem Georgii Syncelli Pariſ. 1652. fol. inter ſcriptores Hiſt. Byz. Imperatorum & Patriarcharum qvorundam poſtremorum nomina à ſcriptore juniore adjecta eſſe tum in Nicephori Græcis tum in Latinis Anaſtaſii codicibus docet Seldenus II, 4. de ſynedr. p. 106. ſeq. & Hanckius de ſcriptoribus Byz. p. 245. Valen-

* Confer Rich. Simonis Bibliothecam Criticam T. 2. pag. 470.

lentiniani qvoqve genealogiam in Codicibus qvibusdam deſiderari notat Jo. Pearſonius in Vindiciis Epiſtolarum S. Ignatii. Viciſſim in aliis MSS. diverſæ continuationes reperiuntur jam ad Conſtantinum Ducam qvi A. C. 1067. obiit, jam ulterius etiam usqve ad A. C. 1180.

*Georgii* Monachi & Archimandritæ cognomento *Hamartoli* circa A. C. 842. clari, qvem cum Syncello multi male confundunt, Chronicon ab O. C. ad Michaëlem Theophili Imp. filium nondum integrum lucem vidit, etſi partes qvasdam illius & fragmenta habemus à Petavio, Lambecio, Gretſero, Allatio, Radero aliisqve ſparſim edita. Ex hoc Chronico etiam Chronologica excerpta petita ſunt qvibus Malala ab initio ſuppletur; Confer Humfredi Hody diſſ. Malalæ præmiſſam §. XLI. & Allatium de Georgiis p. 329. ſeq. qvi Cedrenum, Theophanem, Glycam aliosqve poſteriores Chronologos ex eo profeciſſe notat. Idem Allatius libro de ætate & interſtitiis Ordinum apud Gæcos p. 180. nonnulla ex eodem proferens, monet neutiqvam contemnendum eſſe auctorem, *ex quo recentiores Græcorum Hiſtorici ſua fere omnia neque verbis ipſis immutatis hauſere, quod ut videas latinum fecimus & una cum textu Græco ſi per tempora licuerit tibi communicabimus.* Illa Allatii verſio & editio non vidit lucem, niſi qvod procemium operis cum interpretatione ſua, diatribæ de Georgiis inſeruit. Duos Codices MSS. Regiæ Bibl. Pariſienſis laudat Cotelerius ad Lib. IX. recognitionum qvæ ſub Clementis nomine ambulant c. 20. Vindobonenſem Lambecius II. pag. 588. Mediolanenſem & Scorialenſem Allatius de Georgiis p. 334. Bavaricum Gretſerus T. 2. de cruce & Matthæus Raderus in viridario ſanctorum, Baroccianum deniqve qvi exſtat in Bibl. Bodlejana, Humfredus Hody loco laudato.

*Hippolyti* Thebani qvi ſeculo XI. floruit, Chronicon à Chriſto nato ad ſua tempora, ſimiliter nondum in lucem prodiit, exceptis fragmentis, de qvibus dixi libro V. Bibl. Græcæ p. 212. ſqq.

*Georgii Cedreni* Monachi Chronicon ab Orbe condito ad A. C. 1057. cum Jo. Xylandri verſione & notis editum eſt Baſileæ apud Jo. Oporinum & Epiſcopios fratres A. 1566. fol. atqve inter ſcriptores Hiſt. Byzantinæ cum ejusdem Xylandri ſed paſſim emendata interpretatione notisqve, & notis Jacobi Goari, & gloſſario Caroli Annibalis Fabrotti. Pariſ. 1647. fol. In hac editione ex Codd. MSS. lacunæ ingentes tres aliæqve ex MSS. Altempſianæ & Vaticanæ Bibl. ſuppletæ ſunt, nam & Jo.

Leunclavius notis ad Annales Turcicos teſtatus erat apud ſe aliqvot folia Cedreni eſſe qvæ in Xylandri editione deſiderarentur, In Codice Vaticano Æthiopicorum Heliodori annotatum eſt, hunc ſcriptorem verſibus Jambicis etiam ad Imp Theodoſium ſcripſiſſe de auro conficiendo, idqve Georgium Cedrenum teſtari. γράφει δὲ διὰ ςίχων ἰάμβων τὴν τοῦ χρυσοῦ ποίησιν πρὸς τὸν αὐτὸν Θεοδόσιον, ὡς φησὶ Γεώργιος ὁ Κεδρηνός. *Neque vero hoc licet negare*, inqvit Conringius de Medicina Hermetica p. 25. *etſi in edito Cedreni volumine* (etiam Pariſienſ. edit.) *non reperias. Notum enim valde mutilum illud eſſe & miris modis deformatum, quod jam Joſephus Scaliger eſt conqueſtus.* Vide tamen qvæ Scaligeri judicio, qvi breviarium tantum majoris operis & cadaver ad nos perveniſſe exiſtimabat, opponit Allatius de Georgiis p. 336.

*Joannis Zonaræ* CPolitani ex præfecto vigilum & primo à Secretis Monaſticam vitam amplexi & plurimis aliis ſcriptis clari, Annales ab Orbe condito ad A. C. 1118. qvo obiit Alexius Comnenus, ex Viennenſi MS. cum Hieron. Wolfii notis prodiere Baſil. 1557. fol. Poſtea vir præclariſſimus Carolus du Freſne Wolfianam editionem ex 4. ſcriptis Codd. Regiæ Bibl. & uno Colbertino emendavit, latinam verſionem recenſuit notasqve eruditas addidit Pariſ. 1686. fol. cumqve Wolfius contra auctoris mentem Annales in tres partes diremiſſet, Cangius diviſionem operis genuinam in partes duas, librosqve XVIII. reſtituit, & libros capitibus diſtinxit, ſubjuncto brevi ſummario Chronologico Anonymi ab Adamo ad Alexium Comnenum, qvod Dionyſ. Petavius cum Nicephori CPol. breviario Hiſtorico Græce & Latine vulgaverat Pariſ. 1616. 8. Italice qvoqve translati Zonaræ Annales ſunt à Marco Æmilio, Florentino Venet. 1560. 4. & Gallice à Joanne Mileto Pariſ. 1583.

In eodem Anno Chriſti 1118. deſinunt etiam ab Orbe condito deducti Annales *Michaëlis Glycæ* Siculi, qvorum partem à Julio Cæſare ad Conſtantinum M. ex codice Andreæ Schotti ſub falſo *Theodori Metochitæ* nomine cum verſione & notis edidit Jo. Meurſius Lugd. Bat. 1618. 4. Integras ex Joh. Sambuci Codice vertit vulgavitqve Latine Jo. Leunclavius, & ad captam usqve à Turcis CPolin continuavit Baſil. 1572. 8. Inde Philippus Labbeus pluribus Codd. MSS. uſus Claromontano, Fontiſebraldenſi, & variis lectionibus ex Codice Bavarico, Vallicellano atqve Auguſtano Glycam Græce primus edidit, verſionem Leunclavii recenſuit, notasqve ſuas, perinde ut Meurſii qvoqve, & Leunclavii continuationem

tionem adjunxit. Pariſ. 1660. fol. Laudat hic Glycas p. 82. *Pyronem* ſive *Pyrrhonem* χρονογράφον, ex eoqve refert Adamum qvadrageſimo demum cum conditus eſſet die paradiſum eſſe ingreſſum.

Poſt Glycam ſcripſit circa A. C. 1150. ſed Chronicon ſuum ab Orbe condito ad A. C. 1081. ſive Nicephori Botaniotæ imperium & Alexii Comneni initia tantum modo produxit *Conſtantinus Manaſſes.* Non proſa ſed verſibus proſæ ſimillimis, qvos *politicos* Græci recentiores appellant, ſcripſit Annales ſuos, ſive σύνοψιν ἱςορικὴν ad Irenem Andronici Comneni uxorem, de qva Cangius in familiis Byzantinis p. 181. Vertit ex Italico Codice vulgavitqve Latine Jo. Leunclavius Baſil. 1573. 8. Græce ex Codice Palatino deſcriptum Jo. Meurſius edidit ſubjuncta Leunclavii verſione ad calcem voluminis & notis ejusdem ſuisqve caſtigationibus Lugd. Bat. 1616. 4. Hinc inter Hiſtoriæ Byz. ſcriptores lucem vidit Græce & Latine Pariſ. 1655. fol. additis præter Meurſii & Leunclavii notas variis Lect. è MSS. Codice Allatii, & qvas Carolus Annibal Fabrottus collegit è duobus Regiis Codicibus, ejusdemqve Fabrotti gloſſario. Andreas Schottus in litteris ad Meurſium datis 28. Auguſt. A. 1615. *De Manaſſe ſcito & penes me eſſe MS. ex libris Petri Pantini, eodem etiam latino interprete, cum ignoraret fortaſſe à Leunclavio eſſe converſum.*

V. Chronologi Latini veteres præter *Hieronymum* Euſebii interpretem continuatoremqꝫ, notandi veniunt qvos una cum illo editos p. 167. dixi *Tiro Proſper*, *Victor Tunnunenſis*, *Johannes Biclarienſis*, † *Idatius* Lemovicenſis & *Marcellinus Comes.* Neqve prætereundum Chronicon *Proſperi* integrum, qvale à Victore Aqvitano præf. ad Canonem Paſchalem, Gennadio c. 84. de S. E. & Caſſiodoro divinar. Inſtit. c. 17. deſcribitur, editum primum à Philippo Labbeo in Bibl. nova MSS. Pariſ. 1657. fol. T. 1. p. 16. atqve recuſum in Tomo XI. theſauri Græviani, una cum faſtis Magiſtratuum Pighianis ab U. C. ad Veſpaſianum ex edit. Antw. 1615. fol. faſtis conſularibus integris *Idatianis* ex ejusdem Labbei †† editione, faſtis conſularibus Anonymi qvos è MS. Vindobonenſi H. Noris * edidit & diſſertatione illuſtravit, Anonymo de præfectis urbis & fragmento faſtorum ab A. C. 205. ad 353. ex editione Ægidii Bucherii Antwerp. 1634. fol. & Epiſtola Conſulari ejusdem Henrici Noris ex edit. Bono-



† Chronica Idatii & Johannis Biclarienſis recenſuit qvoqve Cardinalis Aguirre Tomo II. Conciliorum Hiſpaniæ.

†† T. 1. Bibl. novæ MSS. p. 1.

* Ad calcem diſſ. de Anno & Epochis Syro Macedonum, Lipſ. 1696. 4.

Bononienſi A. 1683. Pars prior hujus Chronici Proſperiani ab Orbe condito procedit usqve ad mortem Imp. Valentis, altera ab A. C. 379. ad 455. convenit fere cum ea qvam vulgaverat Andreas du Cheſne T. 1. ſcriptorum Francorum p. 201. Pariſ. 1636. fol. Addidit Labbeus eumqve ſecutus Grævius etiam editionem Pithœanam Chronici Proſperi ab A. C. 379. ad 455. ſed ex MSS. emendatam. Ac præter hanc Pithœanam A. 1588. etiam altera è MS. Auguſtano legitur T. 1. lectionum antiqvarum Henrici Caniſii, qvas (raro hodie obvias) ſperamus intra breve tempus inſignibus acceſſionibus auctas & expolitas videre opera & ſtudio doctiſſimi Viri Jacobi Baſnage. Ab A. C. 455. incipit Chronicon *Marii Aventicenſis* & ad Tiberium Conſtantinum progreditur, qvod cum appendice veteris ſcriptoris vulgavit idem Andreas du Cheſne. *Flavio Lucio Dextro* ſuppoſitum Chronicon Hiſtoriæ omnimodæ omitto, licet commentariis operoſis atqve ut ipſe vocat apodicticis Franciſci Bivarii illuſtratum & Lugd. 1627. fol. editum. Neutiqvam enim illud opus eſſe qvod Lucius Dexter ad Hieronymum ſcripſit, neqve continuationem compoſitam eſſe à *Mario Maximo* Epiſcopo Cæſarauguſtano ſed potius utrumqve tenebrionis ſiniſtri ἄτοπον κύημα & omnimodæ fabulæ nugarumqve canorarum pandocheum, Hieronymiqve de la Higuera vel ſimilis nugivenduli Hiſpani officinam ſapere, pridem obſervarunt viri doctiſſimi. Omitto etiam Chronicon, qvod *Dacio* Mediolanenſi Epiſcopo A. C. 551. defuncto nonnulli tribuunt, qvoniam nec editum eſt, & qvicqvid contra pugnet Euſtachius à S. Ubaldo in * diſſ. de Hymno *Te DEum laudamus*, longe junioris eſt ſcriptoris, & res tantum Mediolanenſis Eccleſiæ ab octavo ſæculo ad A. C. 1067. narrat. Vide Mabillonii Analecta T. 1. p. 3. ſeq. & Lud. Antonium Muratorium V. C. T. 1. anecdoton Bibl. Ambroſianæ p. 236. Acta Sanctor. T. 1. Januar. 14. p. 967. ſeq. Tillemontium memor. Hiſt. Eccleſ. T. 13. &c. *De M. Aurelii Caſſiodori Senatoris* Chronico ad Theodoricum Regem ab Adamo usqve ad A. C. 519. ſive conſulatum Eutharici Cillicæ & Juſtini, nec non de Chronico *Jornandis* dixi in Bibliotheca Latina. De Chronicis *Q. Julii Hilarionis* (qvod exſtat Tomo VI. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 373.) *Iſidori* Hiſp. *Bedæ* Venerab. *Freculfi* Lexovienſis, *Adonis* Viennenſis, *Reginonis* Prumienſis, *Hermanni* Contracti, *Mariani* Scoti, *Lamberti* Schafnaburgenſis, *Sigeberti* Gemblacenſis per *Anſelmum* Abbatem continuato, *Hugonis* Virdunenſis, *Florentii Bravonii*, *Orderici Vitalis*, *Othonis* Friſingenſis Epiſcopi, *Godfridi*

Viter-

* Vide Acta Erud. T. 3. ſupplementi p. 163.

Viterbienſis, *Helinandi, Conradi à Lichtenau, Alberti Stadenſis, Martini Poloni* aliorumqve plurium conſules Voſſium de Hiſt. Latinis, & de ſcriptoribus Eccleſiaſticis ſcriptores, Georg. Calixtum appendice diſſ. de Creatione, Jo. Andreum Boſium Introductione ad Hiſt. univerſalis ſcriptores ac Tho. Ittigii τȣ͂ μακαρίτȣ apparatum ad Hiſt. Eccleſiaſticam.

*Judæi* Chronologi pauci exſtant ut 1.) *Seder Olam Rabba* Chronicon majus ab Orbe condito ad tempora Imp. Hadriani à R. Joſe ben Chilpetha ut ajunt concinnatum: 2.) *Seder Olam Zutha* ſive Chronicon minus ab exordio mundi ad Annum Chriſti 522. progrediens, qvos ambos libros poſt Gilb. Genebrardum vertit & cum interpretatione ſua Latina & notis eruditis, ac præclaris de Hiſtoriæ ſacræ fide diſſertationibus edidit Johannes Meyer Amſtelod. 1699. 4. Hic multis diſputat contra Jo. Morinum, qvi in Exercitationibus Biblicis p. 226. ſeq. contenderat utrumqve Chronicon hoc ſcriptum ſæculo XII. atqve adeo diverſum eſſe à Seder Olam qvod in Talmude Codice Nidah cap. 5. & 30. allegatur. 3.) *Schalſcheleth Hakkabala* ſive Catena traditionis R. Gedaliæ, qvi A. C. 1549. ſcripſit, ab orbe condito ad ſuam ætatem. 4.) *Sepher Juchaſin*, liber familiarum auctore R. Abrahamo Zacuth, ab humani generis initio ad A. C. 1502. cum additamentis R. Samuëlis Schullam. 5.) *Zemach David* Germen Davidis auctore R. David Ganz ab Orbe condito ad A.C. 1592. cujus libri magnam partem (utinam accuratius) vertit & cum notis ſuis Latine edidit Guil. Henricus Vorſtius Lugd. Bat. 1644. 4.

Ex illis qvi *Arabice* ſcripſerunt, celeberrimi ſunt Eutychius & Abulpharajus, ambo Chriſtiani, ambo lectu haud indigni. *Eutychium*, Gvil. Tyrius * appellat *Seith filium Patricii:* ab aliis *Aphthiſium* etiam nuncupari notat Seldenus lib. 5. c. 2. de jure naturæ & Gentium. Hic ex priſcis Orientis monumentis à rerum initiis ad A. C. 940. Hiſtoriam ſive Annales, plerumqve Eccleſiaſticos, ſumma qvod ejusdem Seldeni judicium eſt, diligentia contexuit. Fuit Patriarcha Alexandrinus ab A.C. 933. ** ad 950. qvo diem obiit ſupremum. Hæreſi Jacobitarum ſive Eutychianorum & Neſtorianorum pariter infeſtus, utramqve oppugnat, & Melchitam ſe profitetur T. 2. p. 16. 23. 79. 147. ſeq. Chronologicæ ejus rationes probantur inprimis Joanni Pearſonio in diſſ. poſteriore de annis priorum Romæ Epiſcoporum, licet non tantum illis tribuit in Vindiciis Ignatianis. Locum qvendam inſignem Annalium



* Vide Geſta DEI per Francos T. 1. p. 626.
** Confer Eutychii Annales T. 472. 527. 531. ſeq.

Eutychii cum Latina verſione & commentario ſuo edidit Jo. Seldenus Lond. 1642. 4 ſub titulo Originum Alexandrinarum. Qvæ inde Seldeno oppoſuit Abraham Ecchellenſis in Eutychio ſuo vindicato Rom. 1661. 4. ad ea reſpondet Seldenus in præfatione ad rerum Anglicarum ſcriptores veteres. Cæterum totum Eutychii opus Arabice & Latine cum utiliſſimis ad rem Chronologicam indicibus vulgavit Eduardus Pocokius Oxon. 1658. 4 à Seldeno potiſſimum ut hoc laboris in ſe ſuſciperet impulſus, neqve enim ipſe Seldenus (A. 1654. jam ſeptuageſimo ætatis anno defunctus) integrum Eutychium vel vertit vel in lucem edidit, qvo nomine Eliam du Pin T. 8. Bibl. Eccleſ. p. 4. hoc tradentem recte reprehendunt acta Eruditorum A. 1698. p. 162.

*Gregorii Abulpharaji*, profeſſione Medici, ſecta Jacobitæ, Compendium Dynaſtiarum ab Orbe condito ad A.C. 1284. Arabice & Latine ab eodem Pocockio in lucem editum eſt Oxoniæ 1663. 4. qvi ſpecimen Hiſtoriæ Arabum ex eodem Abulfarajo cum luculentis ſuis commentariis ediderat ibid. 1650. 4. De hoc ſcriptore, tanto minus prolixe hoc in loco agendum mihi eſſe video, qvod p. 33. ipſe negat ſe accuratum ſtudium in temporum notatione poſuiſſe. *At cum inſtituti noſtri non ſit exacte definire annos (Philoſophorum) verum ex illis nonnulla recenſere, quæ quod laudabile fuit in moribus eorum exprimant, atque animum oblectare - - nihil noſtra intererit utrum tempora quibus facta fuit eorum mentio, ſint ea quibus revera floruerint nec ne.* Ait tamen ſecutum ſe eſſe Chronologos Euſebium & Andronicum, iisqve conſentientem Jacobum Rohenſem, qvi tribus lingvis Hebræa, Græca & Syra excelluit.

His adde Chronologicam Hiſtoriam *Hazi Kalifæ Muſtafæ*, Muhamedani, ab exordio Mundi ad usqve A.C. 622. qvam ex Turcico, Perſico & Arabico non ita pridem Italice edidit Jo. Rainaldus Carolus: Cronologia Iſtorica ſcritta in lingua Turca, Perſiana & Araba da Hazi Kalife Muſtafa, è tradotta nell' idioma Italiano da Giovanni Rinaldi Carli, Nobile Juſtinopolitano & Dragomano della Sereniſſ. Rep. di Venezia. A. 1696. 4. Vide Muſeum Minervæ Venetæ T. 1. p. 359.

Venit etiam hoc loco memorandum alterum ſed Chriſtiani ſcriptoris *Chronicon Orientale* ex Arabico Codice Seguieriano verſum & Latine editum ab Abrahamo Ecchellenſi Pariſ. 1651. fol. inter ſcriptores Hiſtoriæ Byzantinæ. De auctore ita ſcribit Ecchellenſis: *Noſtrum exemplar Anonymum eſt, at ejus autorem fuiſſe quendam nomine filium Monachi,*

*ex prima parte Chronici GEORGII HOMAIDI (Elmacini) plane colligitur. Quoties enim quod paſſim facit hunc laudat, non ſolum ſententia ſemper eadem eſt, ſed numerata quoque verba. Eum autem fuiſſe Ægyptium Cophtitam, indicant ſtilus, numeri, ac Patriarcharum Gentis vitæ, quorum pro Dioſcoriana* * *ſecta labores ac certamina celebrat.* In ætatibus Patriarcharum rationes LXX Interpretum ** probat, addit tamen computum Hebræorum ſecundum verſionem ſacrorum librorum Arabicam Abibahri Almontaſſeri. Qvæ de Imperatoribus Romanis traduntur & pauca ſunt & in Heraclio hoc eſt tempore Hegiræ Muhamedicæ deſinunt. Hiſtoria Calipharum Moslaminorum & Calipharum Ægypti & Babylonis, Patriarcharumqve Alexandriæ perducitur usqve ad A. C. 1258. Hegiræ 657. Martyrum 955. Annos Hegiræ lunares reducit ad annos ſolares. Huic Chronico Orientali Hiſtoriam ſuam de rebus & dogmatibus Arabum ex monumentis Arabicis excerptam ſubjunxit, in qva allegat inter alia libros Chronicorum Gregorii Barhebræi, Hiſtoriam gentium Iſmaëlis Sciahinſciah & Chronicon Hamzæ Aſplahanenſis Perſæ & p. 201. notat ex Arabum mente incidere Hegiram in A. C. 631. Diocletiani ſ. Martyrum 339. Actiacum 652. ab Alexandri M. victoria 934. à Nabuchodonoſoris regni initio 1369. à Moyſis obitu 2348. à natali Abraami 2893. à diluvio 3974. & à caſu Adami 6216.

*Georgius Elmacinus*, itidem Chriſtianus, medio ſeculo tertiodecimo clarus ſcripſit Hiſtoriam ſive Chronicon ab Orbe condito usqve ad A. C. 1118. cujus priorem partem usqve ad Muhamedem in Bibl. Seguieriana MS. evolvit Ecchellenſis, ut teſtatur ad Chronicon Or. & in Eutychio ſuo vindicato: In Cantabrigienſi Bibl. eandem partem literis deſcriptam Syriacis legit, qvi ſubinde ex ea nonnihil profert in hiſtoria Orientali Hottingerus: poſterior ſub titulo Hiſtoricæ Saracenicæ prodiit ex Thomæ Erpenii verſione Latine Lugd. Bat. 1625. 4. cum Roderici Ximenes Archi-Epiſcopi Toletani Hiſtoria Arabum: & Arabice ac Latine cum eadem verſione Erpeniana, curante Jacobo Golio, ibidem atqve eodem anno in fol. Laudat ſubinde Chronologum & Chronica Chriſtianorum ſed ſine nomine.

Extat & *Chronicon Samaritanum*, ſive Arabica verſio Chronici veteris Samaritani ab exceſſu Moyſis ad tempora Antoninorum, qvam Sa-



* Vide Chronicon Orientale p. 118. ſeq. & p. 59. ubi Melchitarum & Jacobitarum qvoqve mentio. Melchitæ hoc eſt Regii & Imperiales dicti qvi contra Dioſcorum cum Imperatore ſenſerunt. De Jacobitis iterum p. 120. ſqq. Melchitarum meminit etiam ſ. 123.

** Confer Abrahami Ecchellenſis Hiſt. Arabum p. 197.

mariticis ſcriptam litteris ad Joſephum Scaligerum à Samaritanis miſſam ex ejus legato MS. poſſidet Bibliotheca publica Leidenſis Academiæ, ex qvo apographum in Bibl. Mazariniana legit Ecchellenſis, qvid laudat in Hiſtoria Arabum p. 145. Deſcripſit etiam Hottingerus & ex eo loca à ſe Latine verſa hinc inde allegat in Enneade diſſ. in Hiſtoria Orientali & aliis ſcriptis, atqve Epitomen ejus libri Latine ſubjecit Exercitationibus Anti-Morianis, librum integrum etiam publicare pollicitus, qvod tamen morte præventus facere haud potuit: Deſcripſit etiam Jacobus Golius cujus apographum manu ejus paſſim emendatum ſervare ſe teſtatur V. C. Hadrianus Relandus, qvi ex illo nonnulla affert parte 2. diſſ. Miſcell. 1. Computum Samaritanum cum notis ſuis vulgavit Scaliger VII. de emendat. temporum p. 657. ſeq. Et Chronologiæ Samaritanæ Synopſim ex *Abulphetacho Daneſæo* excerptam ab viro doctiſſimo Eduardo Bernhardo Lipſienſes inſeruere Actis Eruditorum Anno 1691. p. 167.

VI. Ex Chronicis Hiſtoricis recentibus cum exſtent infiniti, paucos tantum commemorare juvat, Annalium qvidem Veteris Teſt. ſcriptores *Jacobum Salianum, Auguſtinum Torniellum, Henricum Spondanum*, atqve his neutiqvam inferiores accuratiſſimum *Jacobum Uſſerium, Hugonem Robinſonum, Jacobum Capellum* & Chronici Catholici auctorem pereruditum *Eduardum Simſonium.* Annales temporum novi Teſt. usqve ad A. C. 1198. edidit *Cæſar Baronius*, qvum notationis temporum minorem qvam rerum curam habuiſſent Centuriarum Magdeburgenſium auctores: Baronium continuarunt brevius qvidem *Henricus Spondanus* ad A. 1640. fuſius & uberius *Abrahamus Bzovius* usqve ad A. 1572. novem Vol. atqve *Odoricus Rainaldus* octo Vol. usqve ad A. 1534. Caſtigavit Baronium & ſupplevit præter alios *Antonius Pagi* in Critica Baroniana 4. Vol. Genev. 1705. fol. & *Samuel Baſnagius* in Annalibus Politico Eccleſiaſticis usqve ad A. C. 602. Roterd. 1706. fol. 3. Volum. De qvibus ſingulis diligenter & copioſe diſſeruerunt Theologi celebratiſſimi Thomas Ittigius in Exercitatione præmiſſa ſelectis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Seculi 1. capitibus & Jo. Fridericus Mayerus in libro de fide Baronii ipſis Pontificiis ambigua Amſtelod. 1697. 8. De *Edmundi Maclet* Hiſtoria V. & N. Teſt. vide Acta Eruditorum A. 1713. p. 371. & 374.

*Joh. Marshami*, Angli Eqvitis aurati Canon Chronicus Ægyptiacus, Ebraicus, Græcus, non minus ob minime vulgarem eruditionem qvam paradoxas qvas propugnat opiniones notiſſimus prodiit Lon-

Londini 1672. fol. hinc Lipſiæ V. C. Ottone Menckenio curante 1676. 4. & in Belgio 1698. 4. Inter alia etiam illuſtrat præclarum & antiqviſſimum monumentum Græcum Chronologicum Epochas marmoreas *Arundelianas*, qvas Oxonium hodieqve ſervat, & cum Jo. Seldeni, Tho. Lydiati & ſuo commentario edidit Humfredus Prideaux Oxon. 1676 fol. Ad easdem conferendus Jac. Palmerius Exercitatt. ad optimos auctores Græcos p. 681. ſeq. Franciſcus Bianchinus in antiqva Hiſtoria ex monumentis priſcis illuſtrata cap. 25. p. 320. ſeq. Henricus Maſcampius in inſtitutionibus Chronologicis parte 1. Rich. Bentlejus diſſ. de Epiſtolis Phalaridis Anglice edita p. 205. ſeq. Marshami Chronologiam noviſſime ad examen vocavit V. C. Jacobus Perizonius in Originibus Ægyptiacis. Lugd. Bat. 1711. 8.

*Paulus Pezronius* in Antiqvitate temporum defenſa ac reſtituta veſtigiis inſiſtit Iſaaci Voſſii, adverſariumqve nactus eſt virum doctiſſimum Michaëlem le Qvien. *Jo. Harduini* S. I. Chronologiam ad examen revocavit V. C. Alphonſus des Vignoles in Epiſtola ſubjuncta Vindiciis veterum ſcriptorum ſcriptis à doctiſſimo Viro Maturino Vez. de la Croſe, Roterd. 1708.

Ex Chronicis univerſalibus primus *Sethus Calviſius* operæ pretium feciſſe videtur, cujus opus Chronologicum usqve ad A. C. 1685. continuatum (auctor enim A. 1615. Lipſiæ defunctus ultra initia ſæculi decimi ſeptimi haud proceſſit) prodiit Francof. 1685. fol. *Gilbertus Genebrardus* qvi ante Calviſium ſcripſit multa tradidit incerta fide, neqve accurata ſatis, qvod de plurimis aliis affirmare licet, ideo prætermittendis qvoqve: non tamen prætereundus *Ubbo Emmius* cujus Opus Chronologicum cum Canone Chronico prodiit Groningæ 1619. fol. nec *Philippus Labbeus* S. I. cujus Chronologia poſtuma Hiſtorica ſive Annales ab orbe condito usqve ad A. C. 1666. qvo auctor obiit, viderunt lucem Philippo Brietio curante Pariſ. 1670. fol. tribus Vol. In primis hinc laudandus *Dionyſii Petavii* S. I. Liber decimus tertius doctrinæ temporum, ſive Chronologia ab orbe condito usqve ad A. C. 533. Hanc ſimili accuratione faciliqve methodo ad noſtra tempora produci è re ſtudioſorum eſſet, qvos interim contentos eſſe oportet vel Calviſio, vel Chronico *Jo. Baptiſtæ Riccioli* ab orbe condito ad A. C. 1668. vel *M. Zuerii Boxhornii* Chronologia qvam ad A. C. 1676. continuavit Daniel Hartnaccius. Aut certe B. *Chriſtophori Helvici* theatro Hiſtorico-Chronologico, qvod A. 1609. primum editum, ab aliis deinde continuatum eſt, uti *Schraderianis* qvoqve

qve tabulis, ſæpius ob communem apud noſtros uſum recuſis, accidit. Noviſſime omne ævum duabus tabulis explicatum accurato Viri eruditiſſimi & cum incredibili elegantiorum literarum jactura nuper * extincti *Jacobi Perizonii* ſtudio recenſitis, ære deſcripſit Petrus van der Aa, Lugd. Bat. 1714.

VII. In technica Chronologiæ parte haud dubium eſt qvin omnes qvi ante ipſum ſcripſerunt longe poſt ſe reliqverit, omnibusqve poſt futuris facem, inſignem plane præluxerit *Joſephus Scaliger* libris VII. de emendatione temporum, cujus operis à paucis hodie lecti pauciores etiam præſtantiam intelligere, vere ait Huetius p. 276. Alnetanarum qvæſtionum. Melior editio Plantiniana eſt Lugd. Bat. 1598. fol. recuſa apud Genevenſes A. 1629. atqve tum aliis emendationibus & acceſſionibus priore A. 1583. præſtat, tum vel ideo præferenda, qvod fragmenta veterum, Beroſi, Abydeni & aliorum à Scaligero ſelecta & obſervationibus illuſtrata exhibet. His addendi ejusdem Scaligeri Iſagogicorum Canonum libri tres, ex editione locupletata ab auctore & emendata qvæ poſt illius mortem prodiit ad calcem Chronici Euſebiani cum præfat. Alexandri Mori Amſt. 1658. fol. Multa poſt Scaligerum præclare obſervavit acerbus nimis ejus inſectator *Dionyſius Petavius* S. I. in immortali de doctrina temporum opere (qvod poſt editionem Pariſienſem A. 1627. fol. recuſum eſt Amſtelodami 1703.) & in VIII. libris diſſertationum ad Uranologium Pariſ. 1630. atqve deinde Amſtelodami fol. Ex eadem ſocietate laudandi veniunt *Philippus Labbeus* cujus Chronologia technica Pariſ. 1670. folio 2 Vol. poſt auctoris mortem lucem vidit, nec minus *Joh. Baptiſta Ricciolus* in Chronologia reformata Bononiæ 1669. fol. & *Ægidius Bucherius*, cujus de doctrina temporum commentarius Canones præcipue veteres Paſchales luce haud contemnenda perfundit Antw. 1634. fol.

Noſtra ætate acutiſſimum & elaboratiſſimum opus Chronologicum vidimus ab Hibernorum doctiſſimo *Henrico Dodwello*, de veteribus Græcorum Romanorumqve Cyclis Oxon. 1701. 4. Idem vir præclarus multa etiam alia ad temporum rationes dilucidandas erudite commentatus eſt, ſcriptoresqve antiqvos varios luculentis notationibus Chronologicis & annorum qvos perſeqvuntur conſignatione illuſtravit.

B. *Matthiæ Waſmuthi* opus Aſtro-Chronologicum auſpiciis Reginæ Chriſtinæ A. 1692. edi cœptum in herba ſtatim ſuppreſſum eſt, neq; ultra

* Obiit Lugduni Batavor. 1715. 6. April.

ultra ſpecimen ejus atqve introductionem qvicqvam vidit lucem, neqve eruditis ſatisfeciſſet credo vir ſuis magis hypotheſibus addictus, qvam veterum diligenti tractatione & expenſione comparatus ad res qvas illi tradunt ad eorum mentem, certo tempori aſſignandas. Hodie novum opus Chronologicum exſpectamus à ſagaciſſimo viro *Joanne Maſſon*, à qvo vitas Horatii, Ovidii, Plinii junioris erudite ſcriptas cum voluptate evolvunt harum literarum ſtudioſi. Elementa Chronologiæ technicæ compendio tradita tirones qvam rectiſſime haurient ex B. *Ægidii Strauchii* noſtri breviario Chronologico, ſæpius ſubjecto prælis in Germania, & apud Anglos qvoqve, in qvo licet brevi libello multa ſolide & perſpicue traduntur. A perſpicuitate ſe commendat etiam *Jo. Henrici Alſtedii* Theſaurus Chronologicus & *Frid. Spanhemii* Chronologia ſacra magno ſtudio ſcripta & Tomo primo Operum viri illius eruditi edita. Sed *Dionyſii Petavii* rationarium temporum toties in Gallia, Germania & nuper etiam cum docta præfatione V. C. Jacobi Perizonii in Belgio recuſum, vel eo nomine omnibus compendiis Chronologicis præferri meretur, qvod parti technicæ plene & perſpicue traditæ præmittit partem priorem, egregium Hiſtoriæ univerſalis compendium, perſpicue & diligenti cura compoſitum, qvod in ora libri ad fontes ſemper lectorem remittit. Non poteſt ſibi temperare Petavius qvo minus Scaligero, cui tam multa debet, etiam in hoc inſultet ubiqve, qvod in viro tam immoderatæ bilis minus mirum, nam ut Alexander Morus præf. ad Euſebii Chron. *Memini*, inqvit, *cum viveret atque ad ipſum inviſendi cauſa itaremus, ne nominari quidem Scaligerum ferre poterat, quin excandeſceret, ac ſtomachum in contumelioſas voces & homine partibus addicto quam erudito magis dignas erumperet. Nec alius in libris apparet, quos tamen ſedatius compoſitos oportuit - - Non tamen ita partium ſtudio ducimur, ut Doctrinæ temporum conditorem laude fraudatum ſua velimus; abeſſet modo ſuccus loliginis & ærugo. Nam quæ tandem ars inchoata ſimul & perfecta eſt? Quin eum inter principes Chronologos non illibenter putamus, & verſatile hominis ingenium, eruditionem ſane multijugam, & bene latinum ac rotundum eloquii genus complectimur, nec arbitramur ei parem tum fuiſſe, poſtquam à Sirmundo diſceſſeris, illius ordinis virum, eumque adeo magis interdum quam Scaligerum ſequimur. Sed an ideo majoris quam Scaligerum facimus? Quaſi vero Gigantis invectus humeris pumilio quia longius proſpicit, ipſo Gigante major exiſtimandus ſit.*

VIII. Socrates apud Xenophontem * ſapienter monuit Geometriam



* Xenophon IV. de dictis & factis Socratis p 814. Laudat illum locum etiam Euſebius XIV. 11. præparat. Evangelicæ.

metriam eatenus addiſcendam eſſe, qvatenus certos præberet uſus in vita, ſubtilitatibus autem minutis & difficilibus intellectu animum pertinacius non eſſe applicandum, neqve enim qvid ea res fructus haberet videre ſe dicebat, licet illarum minime rudis eſſet: ἔφη δὲ ταῦτα ἱκανὰ εἶναι ἀνθρώπου βίον κατατρίβειν, καὶ ἄλλων πολλῶν τε καὶ ὠφελίμων μαθημάτων ἀποκωλύειν, *poſſe vero eas omnem hominis vitam abſumere, ac ab aliis multis utilibusque diſciplinis avocare.* Similiter in Chronologicis diligenter evitandus hic ſcopulus, ne in ſubtilioribus & incertis tempus & operam diutius ludamus, ſed certis & exploratis inhærentes, in aliis ſimus veriſimilitudine contenti, neqve omnia ad pulviſculum excutiendo in minutiis ſudemus & angamur, ac poſt longos & inſanos æſtus tamen cogamur deniqve fateri incertiores nos eſſe qvam dudum. Laudandus ſane præclarorum ingeniorum conatus, caliginem qvæ occurrit in veteribus monumentis improbo ſtudio diſpellendi, & difficilia explanandi: verum debet eſſe modus in rebus, & qvando conſtat multos maximos viros non alio fructu rem aliqvam tentaſſe, qvam ut in diverſa alii ab aliis abeundo lectores magis etiam ambiguos relinqverent, præſtat ex tot ſententiis unam amplecti, qvæ vel veriſimilitudine argumentorum, vel auctoritate ſcriptorum ſe præ cæteris probet nobis, qvam ſine ſpe melioris ſucceſſus longo & parum profuturo labori ſe de integro immergere, utilioribusqve ſtudiis ſubducere. Laudandum etiam ſtudium in viris doctiſſimis qvi rationes Cœli, & Eclipſium ſupputationes ad lucem Chronologiæ inferendam attulere. Sed qvo intricatius id omne eſt ob tenuem nec diſtinctam ſatis de illis apud antiqvos ſcriptores memoriam & faciles in computandis iisdem errores, tabularumqve accuratarum & ab omni labe immunium defectum, eo major adhibenda eſt cautio ne demonſtrationum Aſtronomicarum prætextu in falſas hypotheſes, qvibus poſtea plura falſa ſuperſtruuntur, incidamus. Cavebimus etiam ob difficultates alias Chronologicas qvas expedire forte non poſſumus, ſtatim vocare in dubium vel negare rem bonis ſcriptoribus teſtatam, ſeqvemurqve potius judicium Plutarchi, qvi Solonem cum Crœſo Rege verſatum noluit inficiari, licet temporum rationibus hoc qvidam repugnare exiſtimarent. *Ego vero*, inqvit in vita Solonis p. 93. *hiſtoriam adeo illuſtrem & tam multis conſignatam teſtibus, & quod majus eſt, tum Solonis moribus conſentaneam, illiusq; magnitudine animi dignam & ſapientia, non poſſum in animum inducere ut repudiem ob chronicos quosdam quos vocant Canones*, οὓς μύριοι διορθοῦντες ἄχρι σήμερον εἰς οὐδὲν αὑτοῖς ὁμο-

*ὁμολογȣ́μενον δύναντα κατασῆσαι τὰς ἀντιλογίας, quos ſexcenti corrigentes nihil hactenus conſtituere certi, in quo conſentiant inter ſe de pugnantibus, valuere.* Sulpicius Severus lib. I. *Inter ſe parum conſentiunt qui rationem temporum inveſtigatam ediderunt, quod cum vel DEI nutu vel vitio vetuſtatis eveniat, calumnia carere oportebit.*

IX. Petavius qvidem lib. II. Epiſtola XI. ad Arnoldum Cathium ingenue fatetur ſententiam ſuam, qva tempus nati Chriſti ad Annum ab orbe condito qvartum & octogeſimum ſupra nongenteſimum ac termilleſium retulit, neutiqvam demonſtratione firma niti, ſed tantummodo ex veriſimili ſuſpicione probatam à ſe poſitamqve fuiſſe. *Etenim ſua cuique putandorum temporum ratio eſt, à nobis iſta certis de cauſis eſt conſtituta, quas in Tomo II. Operis de doctrina temporum uberrime tradidimus. Neque vero id ἀποδέιξει mera, ſed majori ex parte conjectura nititur. Quare qui aliter exiſtimat, non magnam flagitium fecerit. Sit ille modo ſibi conſtans, & Chronologiæ ſuæ rationes ita ex parte moderetur, ne cum anterioribus poſteriora, vel utraque cum hiſtoria & obſervatione diſſideant.* Qvantopere vero hac in parte inter ſe diſſideant Chronologi, cognoſce mecum qvæſo ex hac tabella, in qva varias ſententias de Anno Chriſti nati recenſitas habes, paulo plures qvam vel Ricciolus lib. VII. Chronologiæ reformatæ p. 292. vel Michaël. Neander in Erotematibus Hebrææ linguæ p. 213. ſeq. atqve Renatus Joſephus Turnemine S. I. in tabula prima Chronologica, Carolus Joſephus Imbonatus in adventu Meſſiæ à Judæorum blaſphemiis vindicato ad calcem Bibliothecæ Latino Ebraicæ p. 30. ſq. vel Allatius ad Euſtathii Hexaëmeron p. 250. ſeq. vel Urbanus Chevræus T. I. Hiſtoriæ mundi cap. I. atqve ex eo Lud. Morerius in Lexico vocabulo *Monde*, vel Frid. Spanhemius in Chronologia ſacra p. 159. ſq. aut Ægidius Strauchius in breviario Chronologico p. 360. aliive qvos viderim retulerunt.

| | |
|---|---|
| R. Lipmann (notante Vorſtio ad R. David Ganz p. 271.) ſenſit *Chriſtum natum eſſe* | *Anno mundi* 3616 |
| Iſaac Abarbanel | 3630 |
| R. Abraham ben Dior | 3660 |
| Chronicon Ebræorum ſive liber Juchaſin R. Abrahami Zacuth | 3670 |
| R. Jaſon Noſen | 3734 |
| R. Nahaſſon lib. de cyclo Paſchali, apud Genebrardum | 3740 |
| R. Gerſon, R. ben Levi & R. Abraham | 3754 |
| Judæi in Seder Olam | 3758 |

Hieron. à Sancta Fide, Paulus à S. Maria, Lyranus, R. David Ganz, R. Abraham ben Chaja, Georgius Venetus, Galatinus & alii ex computo vulgato Judæorum 3760
R. Levi in c. 12. Danielis 3780
Aliqvi Talmudici apud Genebrardum 3784
S. Julianus ex Hebraica editione SS. Biblior. 3834
Andreas Helwigius 3836
Ben. Arias Montanus 3849
Jacobus Gordonus, ſi Ricciolo fides 3880
Matthæus Beroaldus 3917
Johannes Benedictus 3926
Gerh. Mercator, Jo. Lightfoot, Hugo Brughtonus, David Pareus, 3928
S. Hieronymus in qvæſtionibus Hebraicis 3941
Joannes Cario 3944
Rob. Baillius 3945
Joſephus Scaliger, Sethus Calviſius, Ubbo Emmius, Chriſtophorus Helvicus, Jo. Henr. Alſtedius, Petrus Laurenbergius, Reinoldus Franckenbergerus, Joh. Behmius, Nic. Mullerius, Jo. Micrælius, Chriſtianus Schotanus, Georg. Hornius, Caſpar Danckwerth in ſpecimine Chronologiæ 3947
Daniel Spiegel in diſſertationibus de Natali Chriſti 3948
David Origanus, Jo. Argolus, Frid. Hildebrandus, Iſmaël Bullialdus, Ægidius Strauchius, Jo. Jonſtonus, Magnus Celſius in Computo Eccleſiaſtico 3949
Petrus Lambecius, Frid Spanhemius, Hieronymus Vecchiettus, Antonius Pagi, Samuel Baſnage, Henr. Kippingius 3950
Cornelius à Lapide, Gabriel Philippus de la Hire in Ephemeridibus Regiæ ſcientiarum Academiæ 3951
Hieronymus, Beda, Hermannus Contractus 3952
Jo. Sleidanus 3953
Cornelius Cornelii, Vincentius Bellovacenſis 3954
Jo. Georgius Herwartus 3955
Horatius Turſellinus 3956
Philo de temporibus 3957
Philippus Lansbergius, Henr. Wolfius Tigurinus, 3958
Alphonſus Salmero, Valerius Anſelmus Ryd in Catalogo annorum & Principum (edito Bernæ 1540. fol.) Joh. Picus Mirandulanus 3959

Jo. Lucidus, Abrahamus Scultetus, Petrus Bogdanus, M. Gvazzus, Jo. Boulæſius, qvibus Dolionum & Avicennam Ricciolus adjungit. 3960
F. Matthias Cheſneux, Auguſtinianus 3961
Abbas Urſpergenſis, Sixtus Senenſis, Pantaleon Candidus, Wolfg. Lazius, Dav. Chytræus, Cunmannus Flinsbachius, Martinus Lutherus, Phil. Melanchthon. 3962
Jo. Funccius, Alfonſus Toſtatus, Jo. Buxtorfius, Jac. Hainlinus, Jo. Hevelius p. 88 prodromi Aſtronom. 3963
Chriſtianus Severinus Longomontanus in Aſtronomia Danica, Petrus Balliſardus, Conr. Peucerus 3964
Gerh. Mercator, Petrus Opmeer 3966
Henricus Buntingius, Hieronymus Bardius, Andreas Sœlmatter 3967
Gvaltperus, Bullingerus, Elkſtormius, 3969
Abraham Bucholcerus, Elias Reuſnerus, Henricus Pantaleon, Cornelius Janſenius, Chriſtianus Matthiæ, Urbanus Chevræus, Marcus Zuerius Boxhornius, Matthæus Dreſſerus 3970
Lombardus, Krentsheim 3971
Theophilus libris ad Avtolycum, ſi Imbonato credimus 3974
Theodorus Bibliander 3979
Dionyſius Petavius, Jo. Clericus 3983
Rob. Bellarminus, Jac. Perizonius in tabulis Chronologicis. 3984
Joh. Cluverius, ſi eidem Imbonato fides (nam Chevræus & Strauchius notat eum Chriſti nativitatem referre ad annum mundi 3970.) 3985
Carolus Bovillus 3989
Jo. Keplerus in tabulis Rudolphinis 3993
Jo. Funccius poſteriore editione Chronici, 3996
Henr. Harvillæus, Jac. Capellus, Jac. Tirinus, Abraam Calovius, Svareſius, Gvil. Hoëlius, M. Antonius Capellus, Natalis Alexander, Ignatius Hyacinthus Ancat de Graveſon in diſſertatt. de myſteriis & annis Chriſti, (Rom. 1711. 4.) Henr. Maſcampius in Inſtitutionibus Hiſtoricis 4000
Jac. Gordonus, ſi fides Imbonato. 4002
Johannes Wichmannus, Roſtochienſis in Chronologia ſacra 4003
Jac. Uſſerius, Ed. Simſon, Laur. Eichſtadius, Wilh. Whiſtonus 4004
Jo. Harduinus 4005

| | |
|---|---|
| Jo. Cluverus in Epitome Hiſtoriarum | 4006 |
| Thomas Lydiat | 4007 |
| Antonius Pagi | 4009 |
| Benedictus Pererius; Conradus Pawellus ab Adenſtadt in conſilio Chronologico, Eraſmus Reinholdus | 4022 |
| Henricus Philippi S.I. Gvil. Langius libro ſecundo de annis Chriſti | 4040 |
| Jo. Jacobus Hofmannus, Petrus Megerlinus, Jo. Jacobus Schererus in ſynchroniſmo ſynoptico | 4049 |
| Xantes Pagninus, Auguſtinus Torniellus, Chriſtoph. Beſoldus | 4051 |
| Jac. Salianus, Henricus Spondanus, Jo. de Buſſieres | 4052 |
| Gabriel Bucelinus | 4053 |
| Philippus Labbe, Philippus Brietius, Henricus Samericus | 4054 |
| Horatius Scoglius | 4055 |
| R. Moſes (Maimonides, ſi fides Imbonato & Chevræo, ſed intelligendus R. Moſes Gerundenſis, ben Nachman) Joſephus Blancanus | 4058 |
| Jo. Baptiſta Ricciolus | 4062 |
| Jo. de Roa, Davila | 4072 |
| Michaël Mœſtlinus & Jo. Valentinus Andreæ | 4079 |
| Arnoldus Pontacus | 4088 |
| Gilbertus Genebrardus | 4090 |
| Franciſcus Ribera | 4095 |
| Lud. Cappellus in Chronologia ſacra | 4102 |
| Jo. Brentius | 4121 |
| Nicolaus Vignier in Bibliotheca Hiſtorica | 4128 |
| Thomas Malvenda | 4133 |
| Laurentius Codamannus, Chriſtianus Ravius | 4140 |
| Matthias Waſmuth | 4141 |
| Flav. Joſephus, ſi Imbonato fides | 4163 |
| Ricciolus ſecundum Hebraicam & vulgatam editionem | 4184 |
| Marianus Scotus | 4193. |
| Auctor examinis Chronologiæ (qvem confutavit parte 2. Rationarii Petavius) | 4200 |
| Jo. Jacobus Hainlinus in clavi ſacrorum temporum. | 4214 |
| Ado apud Imbonatum. | 4270 |
| Odiato ſive Eduvicon Aſtrologus apud Imbonatum | 4320 |
| Conradus Mel in Epitome Hiſtoriæ Eccleſ. Germanice edita | 4500 |
| Magnus Aurelius Caſſiodorus | 4697 |

Origenes in Matthæum 4830
Ado Viennenſis Archi Epiſcopus 4832
Renatus Joſephus Turnemine in Memoriis literariis Trevoltinis A. 1706. p. 811. 4890
Metrodorus 5000
S. Epiphanius in ſecunda Nicæna ſynodo 5001
Arabes aliqvi apud Genebrardum 5185
Paulus Oroſius ſi fides Allatio p. 252. ad Euſtathium Antioch. 5190
Sigebertus, Iſidorus Hiſp. in Chron. & Philo Judæus ſi Ricciolo credimus 5196
Philippus Bergomas, Alphonſus Pandulphus 5198
Euſebius Cæſareenſis, Oroſius, Beda, Martyrologium Romanum, Cæſar Baronius ſecundum LXX. Interpretes 5199
Vinc. Lirinenſis, S. Julianus, Pomponius Gauricus, & Sanſovinus 5200
Paulus Foroſempronienſis, Jo. Nauclerus 5201
Iſidorus lib. V. Originum c. 49. 5220
Rabanus Maurus 5296
Albumaſar Aſtronomus Arabs 5328
Iſidorus Peluſiota, Lucas Tudenſis 5336
Petrus de Alliaco & qvidam Talmudiſtæ 5344
Auguſtinus apud Genebrardum & Chaldæi notante Ricciolo 5351
Iſidorus Hiſpalenſis notante Strauchio 5410
Victor Giſelinus Sulpicium Severum corrigens 5419
Sulpicius Severus 5469
Theophilus ad Avtolycum notante Allatio, & Maximus Monachus 5491
Antiochena Eccleſia & Panodorus apud Syncellum p. 313. 5493
Q. Julius Hilarion (qvi ait ad paſſionem Chriſti effluxiſſe 5530.) 5497
Æthiopes teſte Jobo Ludolfo p. 385. commentar. in Hiſt. Æthiop. Alexandrina Eccleſia, Theophanes, Glycas, Georgius Monachus, Chronicon Orientale, Pſeudo-Nicodemi Evangelium, Amphilochius in vita S. Baſilii p. 164. (licet in latino excuſum 6600. pro ςΦ.) Euſebius ad calcem Chronici Paſchalis p. 421. Svidas in Ἀδάμ, Meletius apud Jo. Damaſcenum T. I. p. 650. Philippus Solitarius in Dioptra lib. 3. cap. 8. Nicephorus, CPol. 5500
Georgius Syncellus 5501
Nicetas notante Allatio 5503
Nicephorus Calliſtus 5505

Cedre-

| | |
|---|---|
| Cedrenus, Perſæ & Nicetas apud Ricciolum Anonymus ad calcem Chronici Paſchalis p. 425. | 5506 |
| Chronicon Alexandrinum | 5507 |
| Græci hodie communiter, CPolitana Eccleſia, Ducas Michaëlis nepos (vide Bullialdum in notis) Rutheni ſ. Moſcovitæ, Bulgari, Æthiopes qvidam teſte Jobo Ludolfo, | 5508 |
| Epiphanius Cyprius | 5509 |
| Theophilus Antiochenus apud Ricciolum | 5515 |
| Nicephorus alter apud eundem | 5520 |
| Euſtathius Antiochenus in Hexaëmeron | 5531 |
| Faſti Siculi apud Imbonatum | 5535 |
| Flav. Joſephus probe expenſus judice Ricciolo | 5555 |
| Iſaacus Voſſius | *5598 |
| Faſti Siculi notante Strauchio | 5608 |
| Clemens Alexandrinus | 5624 |
| Ricciolus ſecundum LXX. Interpretes | 5634 |
| Nicephorus CPol. apud Ricciolum, è qvo Imbonatus, | 5700 |
| Lactantius | 5800 |
| Philaſtrius | 5801 |
| Paulus Pezron | 5868. 5872 |
| Tabulæ Alphonſinæ in codice Riccioli | 5984 |
| Euſebius alter apud Imbonatum | 5990 |
| Cyprianus, Svidas in Φαλέγ, Heſychius fragmento de Chriſti natali, affirmans omnes ἀκριβεῖς συγγραφεῖς in hac ſententia conſpirare. | 6000 |
| Julianus Archi-Epiſcopus Toletanus | 6011 |
| Onufrius Panvinius | 6310 |
| Jo. Mullerius Regiomont. & Alphonſus Rex in tabulis Mulleri | **6484 |

Etiam in ipſa † *æra Chriſtiana* qva vulgo utimur, & qvam à Dionyſio Exiguo A. C. 525. primum uſurpatam *Dionyſianam* ſolemus appellare, ſecundum qvam hodie computamus Annum Chriſti 1715. in ipſa inqvam æra illa cum vero Anno Chriſti conferenda mirus eſt Chronologorum diſſenſus, aliis Chriſtum pluribus annis ante, aliis poſt illam æram natum eſſe ſciſcentibus, ut ex proxima tabella apparebit, qvam ex Frid. Spanhemii Chronologia ſacra T. I. Opp. p. 206. mutuati ſumus. Jam modo notandum prius exiſtimo, qvod Petavio & Sam. Baſnagio T. I. Anna-

* Ricciolus Chevræus & Imbonatus male 5590. ** Iidem male 6984.

† Vocabulum Ære ab Arabico *erach*, h. e. *computabit à certo tempore*, unde *tarich*, i. e. *notatio temporis quo aliquid factum eſt.* Vide Thomam Hyde in limine notarum ad Abrahami Peritſol itinerarium.

Annalium Politico Eccleſiaſt. p. 183. animadverſum eſt, æram qva utimur vulgarem ab ipſa Dionyſii ſententia integro anno diſtare, ſupponereqve Chriſtum natum Anno Juliano 46. COSS. Cajo Cæſare & Æmilio Paulo: cum Dionyſius natalem Chriſti ad annum Julianum 45. retulerit, Coſſo Cornelio Lentulo & L. Calpurnio Piſone COSS.

| *An. Urbis Cond.* | *An. Juliani.* | *Ante Æram Dionyſ.* | CHRISTUM NATUM cenſent, | |
|---|---|---|---|---|
| 720. | 12. | 34. | Petrus Damiani, florens Sec. XI. Ep. XXI. ad Albericum; Nempe ex hypotheſi, Chriſtum *paſſum* Anno Urb. C. 753. d. VIII. April. feriâ VI. Lunâ XV. qvod qvadret in annum Chr. XXXIII. Et inde incipiendos *annos Domini* ſc. à *Paſſione*. Secutus eſt, *Antonius Dulciatus*, Eremita Florent. *de Feſtis mobilib.* P. 1. | Sic Chriſtus paſſus eſſet, XIII. annis *ante* mortem *Auguſti*, minimum XXXI. annis, anteqvam ſub *Tiberio* affixus cruci. |
| 748. | 40. | 6. 25. *Dec.* | Joannes Keplerus, M. Ant. Capellus, Henſchenius, Pagius in *Criticâ*, Henr. Dodwellus *Diſſert.* 1. in Irenæum, p. 83. Lælio Balbo & Antiſtio Vetere *Coſſ. Per. Jul.* 4708. *Olymp.* CXCIII. anno III. *Aug.* XXXVIII. Chriſtum *conceptum* hoc anno Urb. C. DCCXLVIII. Martii XXV. Johannem *con-* | *Baronius* falſo, hoc anno Cajum Cæſ. præfectum Syriæ & Orienti. *Pagius*, poſt *Noriſium*, hoc anno *Quintil. Varum* ſucceſſiſſe in Syriæ Præfectura *Sentio Saturnino*. Probant ex duobus *Vari* Numiſ- |

 *ce-* mat.

| *An. Urbis Cond.* | *An. Juliani.* | *Ante Æram Dionyſ.* | CHRISTUM NATUM cenſent, | |
|---|---|---|---|---|
| | | | *ceptum* anno præcedente XXIV. *Octobr.* *Zachariæ* enim familiam iniiſſe vices ſuas, ἐφημερίαν, משמרת המזבח, XVII. Oct. A. U. C. DCCXLVII. Ita Keplerus. | mat. ſignatis Æra Antioch. Auguſtanâ XXV. qvæ cum hoc anno concurrat. Contra *Joſephus*, & Hiſtorici. Fuit annus Syro-Maced. 307. |
| 749. | I. | 5. | Joh. Chryſoſtomus, qvi ſuppoſuit Joh. Baptiſtam conceptum XXIV. *Sept.* Thiſri X. An.U.C.DCCXLVIII. *Olymp.* CXCIII. Hinc Chriſtum conceptum XXV. *Martii*, anno ſq. natum XXV. *Dec.* Hæc ſententia Liberio Rom. placuit, dein Damaſo, Ambroſio, poſtea *Conſtantinopolitanis*. Et prout qvisqꝫ ſuppoſuit *diem*, qvo *Angelus* Zachariæ apparuit, *Luc.* I. alii *Septembri*, alii *Octobri* menſe, alii, *Junio*, *Julio*, *Auguſto* (ſcil. pro variâ Computatione *Ephemer.* Sacerdotalium) ita hinc conjectarunt diverſimode diem *Concept.* hinc *Nativitatis* Chriſti. Sic Joh. Deckerus | Anno Syro-Maced. 308. Chriſtum natum *ante annum U. C.* 750. qvo mortuus ſit Herodes, adeoqve minimum Anno U.C. 749. nuper qvoqꝫ *Rigordius* Gallus, *Diſſert.* ad Nummum Herodis Antipæ; 1689. Et *Dom. Paulus Pezron*, Doctor Pariſinus, in Hiſt. Evangelicâ, A. 1695. |

Mors

| *An. Urbis Cond.* | *An Juliani.* | *Ante Æram Dionyſ.* | CHRISTUM NATUM cenſent, | |
|---|---|---|---|---|
| | | | ckerus S I. Laurentius Suslyga Polon. Dion. Petavius, Ignat. Hyacinthus Amat. de Graveſon, &c. Auguſto XII. & Corn. Sullâ *Coſſ. Per. Jul.* 4709. *Olymp.* CXCIII. anno 4. *Auguſti* XXXIX. Ita Dodwellus *Diſſ.* I. in Iren. pag. 83. *Vel natus initio Anni* U. C. DCCXLIX. | |
| 750. | 42. | 4. | • Sulpicius Severus *Hiſt.* L. II. Et qvotqvot Chriſtum natum putant, ſaltem aliqvot menſibus ante mortem Herodis.<br>Calviſio Sabino, & Paſſieno Rufo *Coſſ. Per. Jul.* 4710. *Olymp.* CXCIV. A. I. *Auguſti* vulgo XL. | Mors Herodis (ſecundum Joſephum) accidit hoc anno, U. C. 750. *Novembri* menſe, Sic qvoqve nuperi ſcriptores, Rigordius, Pagius, Noriſius, Dodwellus, Paulus Pezron, &c. A. Syro-Macedon. 309.<br>Alii menſe *Sept.* natum, vel *April.* Alii 26 Martii conceptum, & *Decembri* exeunte natum. |
| 751. | 43. | 3. | Alexandrini *veteres*, Irenæus, Tertullianus, Clemens Alex. (de cujus ſententiâ, & Euſebii illâ, prolixe Frid. Spanhemius Pater *Dub. Evangelicis* P. II. D. I.) Maximus, Monachus, G. Syncellus, Cedrenus, &c. In re- | Tertull *adverſ. Jud.* C. VIII. Chriſt. natum *quadrageſimo & primo imperii Auguſti*; ſed addit, *quo* (potius *qui*) *poſt mortem Cleopatræ imperavit.* |



Anno

| *An. Urbis Cond.* | *An. Juliani.* | *Ante Æram Dionyſ.* | CHRISTUM NATUM cenſent, | |
|---|---|---|---|---|
| | | | *recentioribus*, Baronius, Scaliger, Pererius, Torniellus, Calviſius, Emmius, Helvicus, Gerh. J. Voſſius, &c. | Anno Seleucid. 310. |
| | | | C. Lentulo, & Val. Meſſalino *Coſſ. Per. Jul.* 4711. *Olymp.* CXCIV. anno 2. *Auguſti* vulgo XLI. Qvidam numerantes à morte Julii, XLII. & ſic Pagius. | |
| 752. | 44. | 2. | Epiphanius *Hær.* LI. & Hær. LXXVIII. Hieronymus, Oroſius, Beda, Freculphus, Sigonius, Mar. Scotus, Onuphrius, Temporarius, &c. Euſebius qvoqve in *Chron.* teſte Pontaco; & ſic Henr. Valeſius, ac ſi qvi alii. Richardus Montacutius, Capellus uterq́; David Blondellus, &c. Sed Epiphanius, natũ Chriſtum anno ineunte, VIII. Idus *Jan.* *Tybi* Ægyptior. d. XI. *Thebet.* XIII. | Fuit annus Seleucid. 311. *Cajus Cæſar*, Agrippâ & Julia genitus, miſſus hoc A. in Orientem, cum Extraordinario ſeu Proconſ. Imperio, ad bellum Armeniacum. Ex Vellejo, & Numiſmat. Sed mortuo Herode, venit Hieroſol. Archelao regn. *Sentius Saturninus* Præſes adhuc Syriæ, qvo tempore Cenſus ſub Auguſto actus, *Tertull.* contra Marc. L. IV. Sed *Quirinius* tum in Oriente agens, confecto in Ciliciâ bello, potuit Satur- |
| | | | Auguſto XIII. & Plautio Sylvano *Coſſ.* | |

| An. Urbis Cond. | An Juliani. | Ante Æram Dionyſ. | CHRISTUM NATUM cenſent, | |
|---|---|---|---|---|
| | | | *Olymp.* CXCIV. anno 3. *Per. Jul.* 4712. *Auguſti* XLII. XV. annis ante mortem Aug. *Cyclo* Solis VIII. &c. | turnino adjungi, ad *Cenſum* eum tum hominum, tum facultatum, peragendum; *Luc.* II. I. Præſes & Syriæ hoc anno *Q. Varus*, ſucceſſor datus Sentio Saturnino, ante mortē Herodis, *Joſeph.* L. XVII. Antiq. C. VIII. |
| 753. | 45. | I. | Panodorus Monachus Ægyptius, Antiocheni, Chronicon Alex. *Nat.* Chriſtum hoc anno XXV. *Dec.* Sic Petrus de Alliaco, Sixtus Sen. Mart. Lutherus, Joh. Lucidus, Alph. Salmero, Henr. Harvillæus, Phil. Labbeus, &c. Et hæc ſententia Vulg. ſecundū Dionyſ. Exiguum.<br>Corn. Lentulo, & Calp. Piſone *Coſſ. Per. Jul.* 4713. *Olymp.* CXCIV. anno 4. *Auguſti* XLIII Tribun. Poteſt. XXIII. *Cyclo* Sol. IX. *Lunæ* I. ante Æram Vulgarem (qvæ primum annum Chriſti conjicit in ſeqventes *Kal. Jan.*) anno uno. | Hoc anno mortuus creditur *Herodes*, ex Epiphanio; inter Eclipſ. Lunæ, qvæ fuit *Jan.* IX. & Paſcha qvod *April.* VI.<br>Archelai ann. I. Chriſti nati 2. qvo reverſus ex Ægypto. Ut vitium ſit in Joſepho, qvi *triennio* ante mortuum Herod. Fuit annus Seleuc. 312. |

| *An. Urbis Cond.* | *An. Juliani.* | *Anni Æræ Dionyſ.* | CHRISTUM NATUM cenſent, | |
|---|---|---|---|---|
| 754. | 46. | 1. | Qvidam *Nativ. Ch.* conjiciunt in hunc annum, 25. *Dec.* & ſic Faſti Conſul. in Cæſariana Biblioth. qvi tum notant *Lunam* XV. manifeſto errore. Cajo Cæſ. (Auguſti filio) & Æmilio Paulo *Coſſ. Per. Jul.* 4714. *Olympiade* CXCV. an. 1. Auguſti XLIV. Cyclo *Sol.* X. *Lunæ* 2. &c. | A. Seleucid. 313. Hoc anno *Auguſtus* LXIII. ætatis implevit, qvem vocat κλιμακτῆρα, *Epiſt.* ad *Cajum* Cæſ. & inchoavit LXIV. Vide *Gell.* L. XV. C. VII. |
| 755. | 47. | 2. | P. Vincio, & P. Alfenio Varo *Coſſ. Per. Jul.* 4715. *Olymp.* CXCV. a. 2. *Auguſti* XLV. &c. Ita Paulus de Middelburgo, & qvi hunc ſecuti. | In hunc annum *Lucii Cæſ.* obitus contigit: Et *Tiberii* ex Rhodo Inſula reditus Romam, ſecund. *Lydiatum, Pagi,* &c. anno demum ſeqvente, ſecund. *Petav.* |
| 756. | 48. | 3. | Thomas Lydiatus *Recenſion.* C. XVI. & in Serie Magiſtratuum, cenſet hoc anno *natū* eſſe Chriſtum XXV. *Pachon* ex Clem. Alex. qvi dies inciderit hoc anno in *Maji* XX. Hinc Chriſtum circumciſū Maji XXVII. ipſo die Pentecoſtis. Eundem annum, ſecutus Æram U.C. Fabianam, cenſet fuiſſe DCCLI. Ælio Lamiâ, & Servilio Gemino *Coſſ. Per. Jul.* 4716. *Olymp.* CXCV. a. 3. Auguſti XLVI. | Aliqvot annis, ante hunc ipſum, *natum* eſſe Chriſtum, vel inde colligitur, qvod *Cajus* Aug. filius, mortuo jam Herode in Orientem profectus ſit; paulo poſt Conſulatum abſens initurus A. U. C 754. Vide ſis Joſephum, *Antiq.* L. XVII. C. XI. |

X. Ex

X. Ex hoc tanto virorum doctorum diſſenſu, qvi in temporum rationibus excutiendis ætatem contriverunt, ne de Sinenſium opinione jam dicam, qvi annum nativitatis Chriſti à tempore orbis conditi ultra octingenties octogies qvater mille & octingentis annis removent, merito colligat aliqvis cum Jacobo Gaffarello c. 2. curioſitatum inauditarum, neqve dies neqve annos qvi à rerum creatarum initio ad Chriſtum natum usqve effluxerunt, citra peculiarem revelationem divinam certo definiri poſſe: qvanqvam Benedictus Pererius in V. Geneſ. ſollicite monet in verbis Eccleſiaſtici c. I. v. 2. *dies ſæculi quis enumerabit?* de diebus eſſe ſermonem, non de annis, horum enim numerum ſciri, illorum ignorari. Non tamen ideo incerta ſunt omnia, ſed de pluribus iisqve maximi momenti rebus ſic ſatis conſtat, ut Synchroniſmi obſervari & ſyſtema aliqvod Hiſtoricum componi poſſit, qvo res præcipuæ digerantur juſto tempore, ne anticipare neceſſe ſit qvæ poſt contigerunt, aut qvæ ante geſta ſunt poſtponere. Ut vero breve ſpecimen aliqvod Ideæ Chronologico Hiſtoricæ tironibus exhibeam, qvod memoria facile teneant, placet non cum Varrone tempus omne dividere in ἄδηλον μυθικὸν, & ἱστορικὸν, ſed huic Varronianæ diviſioni potius præferre antiqvam & Judæorum teſtimonio celebratiſſimam domus Eliæ traditionem * qva omne ævum dividitur in ſex annorum millenarios hoc modo: *duo millia inane* ſive ante Legem Moyſis: *duo millia Lex, duo millia Meſſias.* Sic ponemus Chriſtum natum eſſe circa annum Mundi 4000, Legem Moyſis vero eſſe latam poſt Annum Mundi 2400.

In *PRIMO MILLENARIO* & *SECUNDO* nihil occurrit notatu dignum & certum, niſi qvod ſacra Geneſeos nobis offert Hiſtoria. Anni generationum Patriarchalium ante Diluvium ita ſe habent ex Geneſ. V:

Adam

* De illa domus Eliæ traditione dixi uberius in Codice Pſeudepigrapho teſtamenti pag. 1079. ſq. In præſenti tantum adnotabo, qvod ad numerum ſex dierum qvibus conditus à DEO Mundus eſt, ſex etiam ætatibus omne tempus diſtinguit S. Auguſtinus libro & capite ultimo de Civitate DEI. *Ipſe etiam numerus ætatum veluti dierum ſi ſecundum eos articulos temporis computentur, qui in Scripturis ſanctis videntur expreſſi, iſte ſabbatiſmus evidentius apparebit; quoniam ſeptimus invenitur, ut prima ætas tanquam dies primus ſit ab Adam usque ad Diluvium. Secunda inde usque ad Abraham. Hinc jam usque ad David una, altera inde usque ad transmigrationem in Babyloniam, tertia inde usque ad Chriſti carnalem nativitatem. Fiunt itaque omnes quinque. Sexta nunc agitur. Poſt hanc tanquam die ſeptimo requieſcet DEUS, cum eundem ſeptimum diem quod nos erimus in ſe ipſo DEUS faciet requieſcere.*

| | | Hebr. | Samarit. * ap.Scalig. | Samaritan. apudSync. | LXX. | Joſeph. | Iſ. Voſſ. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Adam | genuit anno ætatis ſuæ | 130 | 130 | 130 | 230 | 230 | 230 |
| Seth | | 105 | 105 | 105 | 205 | 205 | 205 |
| Enos | | 90 | 90 | 90 | 190 | 190 | 190 |
| Cainam | | 70 | 70 | 70 | 170 | 170 | 170 |
| Mahelaleel | | 65 | 75 | 65 | 165 | (165) | 165 |
| Jared | | 162 | 62 | 62 | 162 | 162 | 162 |
| Henoch | | 65 | 65 | 60 | 165 | 165 | 165 |
| Mathuſalah | | 187 | 77 | 67 | 167 | 187 | 187 |
| Lamech | | 182 | 53 | 53 | 188 | 82 | 182 |
| annus Noæ qvo diluvium accidit | | 600 | 600 | 600 | 600 | 600 | 600 |
| Summa | | 1656 | 1327 | 1302 | 2242 | 2153 | 2256 |

Poſt Diluvium, hæc ſeries generationum exhibetur Geneſ. XI:

| | | Hebr. | Samarit. ap. Scalig. | Samarit. apud Sync. | LXX. | Joſeph. | Iſ. Voſſ. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Diluvium fuit | | 1656 | 1327 | 1302 | 2242 | 2153 | 2256 |
| Semus genuit poſt diluv. | | 2 | ---- | 2 | 2 | 12 | 12 |
| Arphacſad | anno ætatis ſuæ | 35 | 135 | 135 | 135 | 135 | 135 |
| *Cainan* | | -- | --- | --- | 130 | --- | 130 |
| Sala | | 30 | 130 | 130 | 130 | 130 | 130 |
| Eberus | | 34 | 134 | 134 | 134 | 134 | 134 |
| Phaleg | | 30 | 130 | 130 | 130 | 130 | 130 |
| Regu | | 32 | 132 | 132 | 132 | 130 | 130 |
| Serug | | 30 | 130 | 130 | 130 | 132 | 132 |
| Nahor | | 29 | 79 | 79 | 179 | 120 | 129 |
| Thara | | 70 | 70 | 70 | 70 | 70 | 70 |
| inde ad natum Abrahamum | | 60 | 60 | 60 | 60 | 60 | 60 |
| Summa | | 2008 | 2327 | 2304 | 3474 | 3206 | 3448 |

Ab anno nati Abrahami numeros ſuos ſupputare incipit Chronicon Euſebianum.

*MILLE-*

*MILLENARIO TERTIO* ex ſacris litteris obſervanda

| | |
|---|---|
| Vocatio Abrahami anno ætatis 70. ut Hebræorum habet traditio Petavio etiam probata, vel ut Euſebius computat, qvem pleriqve alii ſeqvuntur | 75 |
| Iſaacus natus anno Abrahami 100. Geneſ. XVII. | |
| Jacobus & Eſau — Iſaaci 60. Geneſ. XXV. 26. | |
| A vocatione Abrahami usqve ad Exodum Iſraëlitarum ex Ægypto ſive *annum octogeſimum* Moyſis Geneſ. XV. 13. Exod. XII, 40. Actor. VII. 6. Exod. VII. 7. | 430 |
| Ab Exodo Iſraëlis & data tertio menſe poſt Lege Exod. XX. 1. usqve ad conditum templum Salomoneum 1. Reg. VI. 1. | 479 |
| His adde annos ab orbe condito ad natum Abrahamum | 2008 |
| | 2992 |

Anni illi 479. ut diſtinctius intelligantur, en tibi brevem * tabellam:

| | | |
|---|---|---|
| Ab egreſſu Ebræorum ex Ægypto ad mortem ſive annum 120. Moſis — | 40. | Exod. VII, 7. Deut. XXXIII, 7. |
| Inde ad mortem Joſuæ — | 25. | |
| Inde ad cœptam ſervitutem ſub Cuſane — — | 34. | |
| Inde ad reſtitutam per Othnielem Libertatem — — | 8. | Judic. III. 8. |
| Inde ad cœptam ſervitutem ſub Eglone — — — — | 40. | Jud. III. 11. |
| Inde ad redditam per Ehudum Libertatem — — | 18. | Jud. III. 14. |
| Inde ad cœptam ſervitutem ſub Midianitis — — | 80. | Jud. III. 30. |
| Inde ad reſtitutam per Gedeonem Libertatem — | 7. | Judic. VII. 1. |
| Inde ad mortem Gedeonis — | 40. | Jud. VIII. 28. |
| Inde ad mortem Abimelechi | 3. | Jud. IX. 22. |
| Inde ad mortem Tholæ — | 23. | Jud. X. 2. |
| Inde ad mortem Jairi & cœptam ſervitutem ſub Ammonitis & Philiſtinis — | 22. | Jud. X. 2. 7. 8. |



* Jo. Marsham Canon. Chron. p. 305. ſq. Petrus Brinch examine Chronologiæ Joſephi p. 16.

| | | |
|---|---|---|
| Inde ad finem ſervitutis ſub Philiſtinis & recuperatam vindice Samuele Libertatem — — | 40. | Jud. XIII. 1. |
| Inde ad initium Regni Saulis — | 16. | 1. Sam. VII. 13. |
| Inde ad mortem Saulis — — | 40. | Actor. XIII. 21. |
| Inde ad mortem Davidis — | 40. | 1. Reg. II. 11. |
| Inde ad fundationem Templi Salomonis — — — | 3. | 1. Reg. VI. 1. |
| Summa — | 479. | |

Præter hæc qvæ è ſacris litteris conſtant, pauca certa ex aliis mõnumentis licet eruere. Nam qvæ de diſperſione gentium & de originibus ac ſucceſſionibus Imperiorum antiqviſſimorum Aſſyriaci, Ægyptii aliorumqve feruntur, & à Viris doctiſſimis diſputata uberrime & excuſſa ſunt, pauciſſima ita diſtincte & explorata ratione cognoſcuntur, ut certis temporum articulis ſignare & conſtituere illa qveamus.

Antiqviſſima *æra* de qva dignioribus fide teſtibus conſtat eſt *Trojana* ſive captæ Trojæ qvam anno 408. ante Olympiades communiter definiunt, ante urbem Romam conditam 437. Trojanam æram annis circiter qvadraginta præceſſiſſe traditur celebris illa expeditio *Argonautarum*. Cætera omnia caligini temporis ἀδήλου & μυθικοῦ non dubitavit adſcribere Varro Romanorum doctiſſimus.

*MILLENARIUS QUARTUS* ex ſacris literis hæc cognoſcenda præbet: Poſt *Saulum* qvi 19. & *Davidem* qvi 40. annos regnavit, numerantur ab anno qvarto *Salomonis* qvo templum condi cœptum eſt usqve ad obitum

| | | | |
|---|---|---|---|
| Regis Salomonis | 3. Reg. VI. 1. XI. 43. | 2. Chron. IX. 30. | anni 37 |
| 1. Roboam | 3. Reg. XIV. 21. | 2. Chron. XII. 13. | 17 |
| 2. Abiam | 3. Reg. XV. 1. | 2. Chron. XIII. 2. | 3 |
| 3. Aſſa | 3. Reg. XV. 10. | 2. Chron. XVI. 13. | 41 |
| 4. Joſaphat | 3. Reg. XXII. 42. | 2. Chron. XX. 31. | 25 |
| 5. Joram | 4. Reg. VIII. 17. | 2. Chron. XXI. 5. | 8 |
| 6. Ochozias | 4. Reg. VIII. 26. | 2. Chron. XXII. 2. | 1 |
| 7. Athalia | 4. Reg. XI. 3. | 2. Chron. XXII. 12. | 6 |

8. Joas

| | | | |
|---|---|---|---|
| 8. Joas | 4. Reg. XII. 1. | 2. Chron. XXVI. 1. | 40 |
| 9. Amaſias | 4. Reg. XIV. 2. | 2. Chron. XXV. 1. | 29 |
| 10. Azarias ſ. Ozias | 4. Reg. XV. 2. | 2. Chron. XXVI. 3. | 52 |
| 11. Joatham | 4. Reg. XV. 16. | 2. Chron. XXVII. 1. | 16 |
| 12. Achaz | 4. Reg. XVI. 2. | 2. Chron. XXVIII. 1. | 16 |
| 13. Ezechias | 4. Reg. XVIII. 2. | 2. Chron. XXIX. 1. | 29 |
| 14. Manaſſes | 4. Reg. XXI. 1. | 2. Chron. XXXIII. 1. | 55 |
| 15. Amon | 4. Reg. XXI. 19. | 2. Chron. XXXIII. 21. | 2 |
| 16. Joſias | 4. Reg. XXII. 1. | 2. Chron. XXXIV. 1. | 31 |
| 17. Joachas | 4. Reg. XXIII. 32. | 2. Chr. XXXVI. 2. menſes | 3 |
| 18. Joakim | 4. Reg. XXIII. 37. | 2. Chron XXXVI. 5. | 11 |
| 19. Jechonias | 4. Reg. XXIV. 8. | 2. Chr XXXVI. 9. menſes | 3 |
| 20. Sedechias | 4. Reg. XXIV. 18. | 2. Chron. XXXVI. 11. | 11 |

Summa annorum 430. menſes 6.

Hi *Reges Judæ* usqve ad captam à Nabuchodonoſore Hieroſolymam Anno ante Chriſtum natum circiter 588. Reges vero *Iſraëlis* ſive decem tribuum à Jeroboamo usqve ad captam à Salmanaſare Samariam anno Ezekiæ Regis Judæ Sexto, ante Chriſtum natum 721, ita computantur:

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1. Jeroboam I. | 3. Reg. XIV. 20. | regnavit annos | 22 |
| 2. Nadab | 3. Reg. XV. 25. | | 2 |
| 3. Baaſa | 3. Reg. XV. 33. | | 24 |
| 4. Ela | 3. Reg. XVI. 8. | | 2 |
| 5. Zamri | 3. Reg. XVI. 15. | | Dies 7 |
| 6. Amri | 3. Reg. XVI. 23. | | 12 |
| 7. Achab | 3. Reg. XVI. 29. | | 22 |
| 8. Ochozias | 3. Reg. XXII. 52. | | 2 |
| 9. Joram | 4. Reg. III. 1. | | 12 |
| 10. Jehu | 4. Reg. X. 36. | | 28 |
| 11. Joachaz | 4. Reg. XIII. 1. | | 17 |
| 12. Joas | 4. Reg. XIII. 10. | | 16 |
| 13. Jeroboam II. | 4. Reg. XIV. 23. | | 41 |
| Interregnum | | | 11 |
| 14. Zacharias | 4. Reg. XV. 8. | | menſes 6 |
| 15. Sellum | 4. Reg. XV. 13. | | menſem 1 |

| | | |
|---|---|---|
| 16. Manahem | 4. Reg. XV. 17. | regnavit annos 10 |
| 17. Phaceia | 4 Reg XV. 23. | 2 |
| 18. Phacee | 4. Reg XV. 27. | 20 |
| 19. Hoſea | 4. Reg. XVII 1. | 9 |

Summa anni 241. menſes 7. dies 7.

Poſt annos ſeptuaginta *captivitatis* qvæ ſoluta eſt Anno ante natum Chriſtum 536 per edictum Cyri Perſarum Regis de templo reædificando, Judæi non amplius paruerunt Chaldæis, ſed ſub Regibus Perſarum qvadam libertatis umbra uſi ſunt usqve ad Alexandrum M. qvi everſo Perſarum imperio Judæos etiam ſibi ſubjecit, atqve ſi Joſepho * fides, Hieroſolymam qvoqve intravit, ac ſalutavit ibi Pontificem Maximum Jadduam, occupavitqve Samariam ** cum Andromachum præfectum cives interfeciſſent. Poſt Alexandrum Hieroſolyma iterum capta à Ptolomæo Lagi, & Judæorum populus modo Ptolemæis modo Antiochis paruit, donec ſub Antiocho Epiphane Syriæ rege jugum ob graviſſimas perſecutiones intolerabile excutere cœpit Matathias Pontifex Max. anno ante natum Chriſtum 166. Inde ſucceſſio *Maccabæorum*, ita concipienda:

| | | |
|---|---|---|
| Matathias | ante Chriſtum 166. | Euſeb. 1851 |
| Judas Maccabæus Matathiæ F. | 165. | num. 1852 |
| Jonathan Apphus, Judæ frater | 157 | 1860 |
| Simon frater alter Judæ | 143 | 1874 |
| Johannes Hyrcanus, frater tertius | 135 | 1882 |
| Ariſtobulus Hyrcani F. primus *Rex* ſalutatus | 104 | 1913 |
| Alexander Jannæus Ariſtobuli F. | 103 | 1914 |
| Alexandri uxor Salome, Regina | 77 | 1940 |
| Hyrcanus Alexandri F. | 67 | 1950 |
| Ariſtobulus Hyrcani frater, ſub qvo capta à Pompejo Hieroſolyma & Romanis ſubjecta, A. ante Chriſtum nat. | 63 | 1954 |

Hyr-

* Joſephus libro XI. c. ult. Antiqvitatt. Mentio etiam in Joma f. 69. 1. in Vajikra Rabba ſect. 13. ut Coſmam Indopleuſtem XII. p. 344. & alios juniores Chriſtianos prætercam. In dubium tamen illam narrationem vocat Antonius van Dale libro de Ariſtea p. 75. ſeq.

** Syncellus p. 261.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hyrcanus iterum | ante natum Chriſt. 63 | Euſeb. | 1954 |
| Antigonus Ariſtobuli F. | 40 | num. | 1977 |
| ſecuri percuſſus ab M. Antonio triumviro | 37 | | 1980 |

Seqvitur *Herodiadarum* ſucceſſio:

Herodes Magnus, Antipatri Aſcalonitæ, qvi ſub Hyrcano adminiſtrationem rerum habuerat, Filius, rex Judææ à Senatu Rom. dictus anno ante Chriſtum natum 39

Archelaus Herodis F. ab Auguſto Rex conſtitutus anno Chriſti 1

Herodes Agrippa, Herodis M. ex Ariſtobulo filio Nepos, ὁ σκωληκόβρωτος, à Caligula & à Claudio rex eſſe juſſus, totius Tetrarchiæ Philippi patrui & tetrarchiæ Lyſaniæ 37

Agrippa junior regnavit annos 56. ab A. C. 44

Hieroſolyma capta *à Tito* die octava menſis Gorpiæi, ſive Auguſto menſe, anno ſecundo Flavii Veſpaſiani, 70

Templum exuſtum anno urbis ſanctæ conditæ 2177. die decima Loi, ſive Julio menſe, die eadem qva ante annos 316 templum prius vaſtaverat Nabuchodonoſor Babyloniorum Rex, anno ab urbe Hieroſolyma condita 1461. Vide Joſephum VII. 26. & 42. de bello Judaico, qvi à rege Davide ad primum excidium computat annos 464. & tres menſes; ad excidium poſterius annos 1179.

*Æram Chaldaicam* incipere ajunt Anno 1993. ante captam ab Alexandro Babylonem, teſtemqve hujus rei laudant * Calliſthenem. Sed neſcio an id firmiter colligere liceat ex hoc loco Simplicii ad l. 2. de cœlo p. 123. ὑπ᾽ Ἀριστοτέλους οὖν πειθομένους ἐπειδὴ δεῖ μᾶλλον τοῖς ὑστέροις ὡς μᾶλλον σώζουσι τὰ φαινόμενα, ἐκείνων μήτε τελείως σωζόντων, μήτε τοσαῦτα φαινόμενα εἰδότων, διὰ τὸ μήπω τὰς ὑπὸ Καλλισθένους ἐκ Βαβυλῶνος πεμφθείσας παρατηρήσεις ἀφικέσθαι εἰς τὴν Ἑλλάδα, τοῦ Ἀριστοτέλους τοῦτο ἐπισκήψαντος αὐτῷ, ἅστινας διηγεῖται ὁ Πορφύριος χιλίων ἐτῶν εἶναι καὶ ἐννεακοσίων τριῶν, μέχρι τῶν χρόνων Ἀλεξάνδρου σωζομένας, μὴ δὲ δυναμένων δεῖξαι δι᾽ ὑποθέσεων τὰ πιστευόμενα. Horum enim verborum ſenſus



eſt,

* G. Joh. Voſſius Iſagoge Chronologica p. 54. *Antiquitatem regni Babylonici etiam ex Simplicio ſcimus, qui commentario in Ariſtotelis libb. de cœlo refert, quomodo cum Alexander M. Babylona cepiſſet, Ariſtoteles ex conſobrino & diſcipulo ſuo Calliſthene, qui Alexandrum comitabatur, quæſierit per litteras, quamdiu duraſſet imperium Babylonium: illum autem Ariſtoteli reſcripſiſſe, ex ſententia ſapientum Chaldæorum urbem eam occupatam eſſe anno æra Chaldaica* 1993.

eſt, circa obſervationes Aſtronomicas fidem potius habendam eſſe Aſtrologis minus vetuſtis, qvam antiqviſſimis illis, qvi non tam diligenter phænomena annotarunt, aut obſervationes eorum ſcripto ſervatas habuerunt, demonſtrationibusve potuerunt iis qvæ afferunt fidem facere, inprimis anteqvam Calliſthenes Babylone in Græciam miſiſſet obſervationes annorum 1993. qvas ad ætatem usqve Alexandri ſervatas reperit.

Ut præcipuas tamen qvasdam temporum notationes hoc loco adjungam :

| | | |
|---|---|---|
| Ab initio Nini ad Sardanapalum ab Arbace devictum, ſunt anni, ut notat è Cteſia Diodorus Siculus, | 1360 | ante Chriſtum ab A. 2236 ad 876 |
| Ab Arbace ad Aſtyagem ultimum *Medorum* Regem, anni | 322 | 883 — 561 |
| Æra Iphiti ſive Olympiadum | | 776 |
| Æra Urbis Romæ conditæ Catoniana | | 755 |
| ———————— Varroniana | | 753 |
| Æra Nabonaſſari Babyloniorum Regis qvi à Medis defecit | | 747 |
| Æra Nabopalaſſari, qvi pater Nabuchodonoſoris fuit | | 625 |
| A Cyro primo Rege *Perſarum* ad * mortem Darii Codomanni qvem vicit Alex. Magnus | 231 | ab A. 561 — 330 |
| Regnum Macedonum à Philippo Aridæo ad Perſeum victum à Paulo Æmilio | 271 | 324 — 153 |
| Regnum Ægyptium à Ptolemæo Lagi ad Cleopatram | 293 | 321 — 28 |
| Regnum Parthorum ab Arſace ad Artabanum IV. victum ab Artaxare | 476 | ab A. 250 ante, ad 226 poſt N. C. |
| Regnum Syriæ, ab Seleuco I. Nicanore ad Antiochum Pii F. à Pompejo M. Syria privatum | 249 | ab A. ante N. C. 312 — 63 |

Æra Seleucidarum, Æra contractuum, Æra Dilkarnaim, Anni Græcorum ſecundum qvos computant ſcriptores Maccabaicorum, incip. ab A. ante C. N. 312

Æra

* Darius cum Alexandro jam conflicturus apud Curtium IV. 14 20. *Forſitan ita Dii fata ordinaverunt, ut Perſarum imperium quod ſecundo curſu per ducentos triginta annos ad ſummum faſtigium evexerant, magno motu concuterent magis quam adfligerent.*

Æra Juliana ſive Antiochena prior, initium Julii Cæſaris dictaturæ, ante C. N. 45

Æra Hiſpanica ab anno Juliano VIII. 38

Æra Antiochena poſterior, eadem qvæ æra pugnæ Actiacæ, qva Auguſtus Antonium devicit, atqve Æra Alexandrina à capta ab Auguſto Alexandria 30

*MILLENARIUS QVINTUS* præter Romani Imperii & tot ſub eo gentium fata, inprimis conſiderandam offert Chriſti vitam & Evangelii prædicationem ab Apoſtolis propagatam per totum terrarum orbem, Chriſtianæqve Religionis incrementa, & Eccleſiæ dilatationem, qvæ inter tot graviſſimas perſecutiones annos circiter trecentos ſub Imperatoribus Romanis Ethnicis mirum in modum crevit: donec primus *Conſtantinus* Magnus ab A. C. 312. non dubitavit Chriſtianiſmum publice profiteri, nomineqve Chriſti labara ſua & inſignia ac numos conſecrare. Obiit Nicomediæ A. C. 337.

Reip. Judaicæ excidium A. C. 70

Æra agonis primi Capitolini, à Domitiano celebrati 86

Perſarum regnum ab Artaxare reſtauratum 226

Æra Diocletiani, Ægyptiaca, Martyrum, Gratiæ 284

Æra Conſtantini M. Imperatoris in Britannia ſalutati 306

Æra ſive periodus qvindecennalis *Indictionum* ab * octavo Cal. Octobr. 312

*Concilium* I. Oecumenicum *Nicænum* in qvo deſinit Chronicon Euſebii 325

*Conſtantinopolis* à Conſtantino M. inſtaurata & dedicata 330

Imperium diviſum inter Conſtantinum fil. Conſtantium & Conſtantem 337

Inter Valentinianum & Valentem 364

Inter Valentinianum juniorem & Gratianum 375

Conſtantini M. diviſio Imperii in Orientale & Occidentale, qvâ Theodoſius Magnus filiis Arcadio *Orientem* & CPolin 384

Romam Honorio & *Occidentem* tribuit 393

Francorum regnum in Gallia cœpit 418

Sub

* Græci Imperatores deinde auſpicati ſunt Indictiones numerare à Calendis Septembribus, Pontifices à Calendis Januarii. Vide Bandurium ad Antiqvitates CPol. p. 473. ſeq. & Combefiſium ad Amphilochium p. 262.

Sub idem tempus pleræqve Occidentalis Imperii provinciæ & regna à Vandalis, Hunnis, Gothis aliisq; barbaris populis invadi cœpta.

*Imperium Occidentale* extinctum, dejecto Romulo Auguſtulo A. C. 476

Per Odoacrum Tunilingorum Regem

Sæculo ſexto Longobardi infeſtarunt Pannoniam, Dalmatiam, Illyricum ac deniqve Italiam

Exarchi Ravennæ fuerunt per annos 383. ab A. C. 369. ad 752

Æra Arabum ſive Hegiræ Muhamedicæ 622

Æra Perſica ſive Jezdagirdis ultimi Perſarum Regis ſive inchoati Saracenorum in Perſia Imperii 632

Saracenorum regnum in Hiſpania cœpit 714

Regnum Longobardicum in Italia à Carolo M. extinctum 774

Imperium Occidentale ab eodem Carolo M. inſtauratum 801

Chriſtiana religio per Germaniam & ſeptentrionales regiones propagata ſæculo nono.

MILLENARIUS SEXTUS, cujus & ipſi particula ſumus, qvo propiora nobis tempora complectitur, eo brevius illo defungi poterimus, nihil qvicqvam ejus hoc loco annotaturi qvam *Imperii Orientalis* excidium A.C. 1453. & jucundiſſimam qvæ in ſæculi XVI. initia incidit Epocham reſtauratæ lucis Evangelii atq; bonarum literarũ.

X. Cum Chronologia univerſalis compactum qvoddam ex innumeris obſervationibus & particularibus Hiſtoriis corpus ſit, utilem huic perficiendo operam præſtant ii, qvi in celebriorum regnorum vel Rerumpub. rebus ſingillatim digerendis deſudant. Nullam autem lucidiorem facem præferre cognitioni illarum poſſunt, qvam ſi Regum, Principum, Archontum, Conſulum, Magiſtratuum, Patriarcharum, Epiſcoporum ætatem & tempora recte digerere ſtudeant. Sic Atticæ v. g. Hiſtoriæ inſignem plane lucem affert ſeries Chronologica Archontum, ad qvorum tempora Græci ſcriptores (ita ut ad annos Conſulum Romanorum Latini) referre omnia ſolent, à Jo. Meurſio lib. de Archontibus illuſtrata, exhibitaqve ab Humfredo Prideaux ad Marmora Oxon. T. 2. p. 82. & Henrico Dodwello opere præſtantiſſimo de Cyclis p. 713. ſeq. Sed non minus utilem operam præſtitit idem Dodwellus qvando p. 737. eosdem Archontes ordine Alphabetico cum adpoſita temporis nota deſcriptos exhibet, ut qvando in veterum monumentis aliqvid hoc vel

illo

illo Archonte contigiſſe legitur, ope hujus indicis ſtatim de tempore qvo Archon ille præfuit conſtet. Illum indicem, cum in veteri Attica Hiſtoria utiliſſimus ſit, Dodwelli vero opus in paucorum apud nos manibus verſetur, hoc loco integrum adjungere volui.

*Regum Atticorum* à Cecrope, *Archontumque* ſeries *Alphabetico* ordine diſpoſita, cum *annis* qvibus honorem qvisqve inivit, Periodi, *ante annuos* Archontas, *Julianæ*; poſtea vero ipſarum *Olympiadum*.

*Periodi* Julianæ *numerus prior*, *Chronici* Marmorei Arundeliani, *poſterior*, Dodwelli.

A.

Abion, forte Olymp. 80. $\frac{3}{4}$.
Acaſtus, 3646. M. Ox. 3665. Dodwello.
Aceſtorides, 69. $\frac{1}{2}$. 76. $\frac{3}{4}$.
Adimantus, 75. $\frac{3}{4}$.
Adrianus Imp. 222. 4.
Ægeus, 3406. M. Ox 3432. Dodw.
Æſchylus, 3935. M. Ox. 3936. Dodwello.
Æſimedes, 9. 1. Jul. P. 3971.
Agameſtor, 3895. M. Ox. 3916. Dodwello.
Agathocles, 183. 2. 105. 4.
Agyrrhius, ante Andocidem, *incert.*
Alcæus, 89. 3.
Alcibiades, incert. Pollux.
Alciſthenes, 102. 1.
Alcmæon, 3958. M. Ox. 3959. Dodwello.
Alexias, 93. 4.
Aminias, 89. 2. 87. 4.
Amphictyon, 3191. 3217. Dodw.
*Anarchia*, Olympiad. 94. 1. 215. 3.
Anaxicrates, 125. 2. 118. 2.
Anchiſes, 73. $\frac{1}{2}$.
Anicetus, 112. 1.
Anticles, 113. 3. 4.
Antidotus, 82. $\frac{2}{3}$.
Antigenes, 93. 2.
Antilochides, 86. $\frac{2}{3}$.
Antipater, 97. 4. 206. 1.
Antiphates, 120. 4.
Antiphon, 90. 3.
Antitheus, 160. 1. Meurſ. Rectius 158. 3. vid.
Aphepſion, 74. $\frac{3}{4}$.
Aphidas, 3556. Marm. Ox. 3578. Dodwello.
Apollodorus, 87. 3. 107. 3. 114. 4. 115. 2.
Apollonius, incert. Unus è Sophiſtis *Philoſtrati.*
Apſander, 19. 1. Jul. Per. 4011.
Apſèphion, 74. 3. 77. $\frac{3}{4}$.
Apſeudes, 86. 4.
Archeſtratides, $\frac{5}{5}\frac{0}{1}$. $\frac{4}{1}$.
Archias, 90. 2. 108. 3.
Archidas, 108. 3.
Archidemides, Olympiad. 79. $\frac{1}{2}$.

Archimedes, 29. 1. male Pauſan. pro 79. $\frac{1}{2}$. Vid. *Meurſ.* Arch. Ath L. II. c. 15.
Archippus, 3679. M. Ox. (3701. Dodwello) 114. 4. 115. 1. 3.
Areus, Grut. Inſcript. p. 105. 9. incert. ſub Auguſto aliqvo.
Arimneſtus, 91. 1.
Ariphron, 3837. M. Ox. 3869. Dodwello.
Ariſtæchmus, incert. Grut. Inſcript. p. 405. 1. ſub *Romanis.*
Ariſtæus, Ariſtot. Meteor. L. I. c. 6. forte 101. 4.
Ariſtides, $\frac{72}{73}$. $\frac{4}{1}$.
Ariſtion, 89. 4.
Ariſtocles, 43. 4.
Ariſtocrates, 95. 2.
Ariſtodemus, 107. 1.
Ariſtomenes, 52. $\frac{3}{4}$.
Ariſtomneſtus, 91. 1.
Ariſton, 81. $\frac{3}{4}$. 89. 4.
Ariſtophanes, 112. 2.
Ariſtophon, 112. 3.
Ariſtophylus, 90. 1.
Arrhenides poſt Zenon. Citieum incert. Laert.
Aſteus, 101. 4.
Aſtyphilus, 90. 1.
Athenæus, -- νεώτερος πρότερος, 61. 1.
Attalus, Cl. incert. Grut. p. 79. 6. 317. 3. ſub *Romanis.*
Aurelius Ancharenus, circa temp. *Severi.* Inſcr. *Spon.* Miſcell. p. 369.
Autoſthenes, 28. 1.

B.

Bentidius Sota, circa temp. *Severi.* Inſcript. *Spon.* Miſcell. p. 369.
Bion, 80. $\frac{3}{4}$.

C.

Cærimus, 118. 1. male.
Calamio, poſt Olymp. 104. 1. ſub qvo victi Athenienſes ad ἐννέα ὁδοὺς ſub duce Timotheo. Incert. è Schol. MS. in Æſchin.
Calliades, $\frac{74}{75}$. $\frac{4}{1}$.
Calliarchus, 119. 4.
Callias male, $\frac{74}{75}$. $\frac{4}{1}$. 81. $\frac{1}{2}$. πρότερος Mar. Ox. (Ergo priori anno *Calliades.*) II. 92. 1. III. 93. 3. IV. 100. 4.
Callidemides, 105. 1.
Callimachus, 83. $\frac{3}{4}$. 107. 4.
Callimedes, 105. 1.
Calliſtratus, 106. 2.
Cebris, incert. ante Philochorum. *Heſych.* Ἀγοραῖος.
Cecrops I, 3132. M. Ox. 3158. Dodwello.
- - - II, 3341. M. Ox. 3367. Dodw.
Cephiſodorus, 103. 3. 104. 2.
Cephiſodotus, 105. 3.
Cephiſon, 112. 1.
Cephiſophon, 112. 4.
Chabrias, 91. 2.
Chærephanes, 82. $\frac{1}{2}$.
Chærondas, 110. 3.
Chæronidas, 110. 3.
Chares, 77. $\frac{1}{2}$. 86. $\frac{3}{4}$.
Chariander, Olymp. 101. 1.
Chariclides, 104. 2.
Charinus, 118. 1.
Charondas, 110. 3.
Charops, 3960. M. Ox. 3961. Dodwello.

Chion

Chion, 103. 4.
Chremes, 113. 2, 3
Claudius Attalus. vid. Attalus.
Clearchus, 91. 4.
Cleocritus, 91. 4.
Clidicus, 3980. M. Ox. 3981. Dodwello.
Cliſthenes, 67. $\frac{3}{4}$.
Codrus, 3603. M. Ox, 3624. Dodwello.
Comias, $\frac{54}{55}$. $\frac{4}{1}$.
Conon, 79. $\frac{3}{4}$. 208. 4.
Corœbus, 118. 3.
Corybus, 118. 3.
Cranaus, 3182. M. Ox. 3208. Dodwello.
Creon, Per. Jul. 4031. Olymp. 24. 1. 2.
Critias prior, 44. 1.
Cteſicles, 111. 3.
Cteſicles antiqvior, Lyſ. *inc.*

D.

Damaſias πρότερος 35. 1. 2. Dionyſ. Hal. II. 49. $\frac{2}{3}$. Sed 48. $\frac{4}{1}$. Schol. Pind. Argumento *Pyth.*
Damaſis, 48, $\frac{4}{1}$. Schol. Pind. Arg. *Pyth.*
Demetrius Phalereus, 117. 4.
Democles, 125. 3.
Democlides, 116. 1.
Demogenes, 115. 4.
Demonicus, Demoſthen pro Coron. Non, ut videtur, Eponymus.
Demophilus, 99. 4.
Demophon, 3507. M. Ox. 3533. Dodwello.
Demoſthenes, 116. 1.
Demoſtratus, 96. 4. 97. 3. 211. 1.
Demotion, 77. $\frac{3}{4}$.
Dexitheus, 98. 4.
Dimylus, Laërt. male 93. 4.
Dinophilus, 207. 1.
Diocles, 92. 4. 114. 3.
Diognetus, 3793. M. Ox. (3822. Dodw.) 72. $\frac{1}{2}$. 129. 1. Incert. *Reineſ.* Claſſ. I. 206. Sed *Smyrnæus* forte, non *Athenienſis*.
Dionyſius, poſt Lyciſcum. Incert. Grut. p. 319. 2. ſub *Romanis*.
Dionyſodorus, 208. 1.
Diophantus, 96. 2.
Diotimus, 88. 1. 106. 3.
Diotrephes, 99. 1.
Diphilus, 84. $\frac{3}{4}$. 121. 4.
Draco, 39. 1.
Dromoclides, 76. $\frac{2}{3}$.
Dropides, $\frac{46}{47}$. $\frac{4}{1}$.
Dropilus, 33. 4.
Dyſcinetus, 102. 3.

E.

Elpines, 106. 1.
Elpinices, 106. 1.
Epænetus, Olympiad. 36. 1. 94. 4.
Epaminon, 87. 4. pro ἐπ' Ἀμεινίᾳ. Nec enim nomen *Aminon*.
Epaminondas, 87. 4. Doric. non Atticum. Pro ἐπ' Ἀμεινίᾳ.
Epiginus, 85. $\frac{2}{3}$.
Erechtheus, 3291. Marm. Ox. 3317. Dodwello.

Erichthonius, 3201. Marm. Ox. 3227. Dodwello.
Eryxias, 21. 3. Jul. Per. 4021.
Erxiclides, 58. $\frac{1}{2}$.
Euænetus, 111. 2.
Euander, 99. 3.
Eubulides, 96. 3.
Eubulus, 108. 4.
Euchariſtus, 105. 2.
Euclees, 88. 2. Ariſtoteli, Olympiod. Alex. Aphrodiſæo, & Schol. MS. in Æſchin. περὶ Παραπρεσβ.
Euclides, 88. 2. 94. 2.
Eucrates, 47. $\frac{1}{2}$.
Euctemon, 93. 1. 120. 2.
Eudemus, 106. 4.
Eudorus, 108. 4.
Euippus, $\frac{79}{80}$. $\frac{4}{1}$.
Euphemus, 90. 4.
Euthippus, $\frac{79}{80}$. $\frac{4}{1}$.
Euthycles, *Demoſthen.* pro Coron. Sed non Eponymus. Incert.
Euthycrates, 113. 1. ſi Auctorem habuerit cur illum ita appellaret *Scaliger.*
Euthycritus, 113. 1. An ille? *Reineſ.* Claſſ. v. 36. Sic putat ipſe.
Euthydemus, 56. $\frac{1}{2}$. 82. $\frac{3}{4}$. 87. 2. 88. 3. 106. 4. ſi Auctor fuerit *Scaliger.*
Eutymenes, $\frac{85}{86}$. $\frac{3}{4}$.
Euxenippus, 118. 4.
Exænetus, 94. 4.

G.

Gallienus Imp. 260. 1.
Glaucides, 85. $\frac{2}{3}$.
Glaucippus, 92. 3.
Gorgias, 125. 1.

H.

Hadrianus Imp. 222. 4.
Hegemachus, 120. 1.
Hegemon, 113. 2.
Hegeſias, 114. 1.
Hegeſtratus, 55. $\frac{1}{2}$.
Heniochides, 41. 2.
Heraclides, 61. $\frac{3}{4}$. ſi habuit Auctorem *Scaliger.*
Heraclitus, 162. 1.
Hercules, 61. $\frac{3}{4}$.
Herodes, 180. 1.
Heropythes, Demoſthen. pro Coron. Non Eponymus.
Hieromnemon, 117. 3.
Hipparchus, 71. $\frac{1}{2}$.
Hippoclides, 53. $\frac{3}{4}$.
Hippodamus, 101. 2.
Hippomenes, 14. 1. Jul. Per. 3991.
Hybrilides, 72. $\frac{2}{3}$.

I.

Jaſon, Olympiad. 163. 4.
Iſagoras, 68. $\frac{1}{2}$.
Iſarchus, 89. 1.
Ithycles, 95. 3.

L.

Laches, 95. 1.
Lacratides, 73. $\frac{2}{3}$.
Leocrates, 16. 3. Jul. Per. 4001.
Leocritus, 91. 4.
Leoſtratus, 27. 2. 74. $\frac{1}{2}$. 119. 2.
Lyciſcus, 109. 1. incert. *Grut.* p. 319. 2. ante Dionyſium. Sub *Romanis.*

Lyco-

Lycoſtratus, 102. 4.
Lyſagoras, 68. $\frac{1}{2}$.
Lyſanias, 78. $\frac{3}{4}$. 84. $\frac{2}{3}$.
Lyſiades, 95. 4.
Lyſias, 20. 3.
Lyſicrates, $\frac{81}{82}$. $\frac{4}{1}$.
Lyſimachides, $\frac{83}{84}$. $\frac{4}{1}$. 110. 2.
Lyſimachus, 86. $\frac{1}{2}$.
Lyſiſtratus, 78. $\frac{2}{3}$. 102. 4.
Lyſitheus, $\frac{78}{79}$. $\frac{4}{1}$.

M.

Macrinus, 223. 4.
Medon, 3624. M. Ox. 3645 Dodw.
Megacles, 3765. M. Ox. 3792. Dodwello. 45. 1.
Melanthus, 3566. M. Ox. 3587. Dodwello.
Menander, 99. 3.
Meneſtheus, 3484. M. Ox. 3510. Dodwello.
Menon, $\frac{76}{77}$. $\frac{4}{1}$.
Micion, 94. 3.
Miltiades, 29. 1. 30. 2. 64. $\frac{1}{2}$.
Mneſidemus, 120. 3.
Mneſiphilus, incert. Demoſthen. pro Coron. Non Eponymus.
Mneſitheus, $\frac{80}{81}$. $\frac{4}{1}$.
Mneſithides, incert. *Demoſthen.* pro Coron. Non Eponymus.
Molon, 104. 3.
Morychides, 85. $\frac{1}{2}$.
Myrichides, 85. $\frac{1}{2}$.
Myrus, 70. $\frac{1}{2}$.
Myſtichides, 98. 3.

N.

Nauſias, incert. *Reineſ.* Cl. 1. 135. & *Selden,* de Synedr. L. 2. c. 3. §. 3. p. 56.
Nauſicles, incert. *Demoſth.* pro Coron. Non Eponym.
Nauſigenes, 103. 1.
Nauſimachus, 86. $\frac{1}{2}$.
Nauſinicus, 100. 3.
Neæchmus, 115. 1.
Neocles, incert. *Demoſth.* pro Coron. Non Eponymus.
Niceratus, 112. 1.
Nicetes, 112. 1.
Nicias, 121. 1. 106. 1. Item Nicias antiqvior. *incert.* Plutarch. Nic.
Nicocles, 119. 3.
Nicocrates, 111. 4.
Nicodemus, 74. $\frac{2}{3}$. 104. 4.
Nicodorus, 116. 3.
Nicomachus, 109. 4.
Nicon, Olympiad. 100. 2.
Nicophemus, 104. 4.
Nicoſtratus, 111. 4. 121. 2.
Nicoteles, 97. 2.

O.

Olympiodorus, 121. 3.
Oxyntes, 3542. Marmor Ox. 3566. Dodwello.

P.

Pandion I. 3251. M. Ox. 3277. Dodwello.
Pandion II. 3381. M. Ox. 3407. not. Dodwello.
Pedieus, $\frac{82}{83}$. $\frac{4}{1}$.
Phædon, $\frac{73}{74}$. $\frac{4}{1}$. 76. $\frac{1}{2}$. $\frac{77}{78}$. $\frac{4}{1}$.
Phædrias, incert. Inſcript. *Spon.* Miſcell.

ſcell. p. 343. & *Wheeler*. p. 54. poſt *Hadrianum.*

Phænippus I. 48. 1. II. 72. $\frac{3}{4}$.

Phanippus, 72. $\frac{3}{4}$.

Phanoſtratus, 99. 2.

Pherecles, 3818. M. Ox. 3850. Dodwello 119. 1.

Philinus, 250. 1.

Philippus, 48. $\frac{1}{2}$. 121. 4. 122. 2.

Philiſcus, 83. $\frac{1}{2}$.

Philocles, 79. $\frac{2}{3}$. 97. 1. 114. 3.

Philocrates, 73. $\frac{3}{4}$.

Philombrotus, 46. $\frac{2}{3}$.

Phocion, 115. 3.

Phorbas, 3735. M. Ox. 3761. Dodwello.

Phormio, 96. 1.

Phraſicles, 80. $\frac{1}{2}$.

Phraſiclides, 80. $\frac{1}{2}$. 102. 2.

Phrynichus, 110. 4.

Piſander, 91. 3.

Piſiſtratus, 27. 4. Et alius junior Piſiſtratus Piſiſtratida. Incert. Thucyd. L. VI.

Polemon, 117. 1.

Polycles, 114. 3. Forte non Archon Eponymus.

Polyzelus, 103. 2.

Praxibulus, 116. 2.

Praxiergus, 77. $\frac{2}{3}$.

Praxiteles, 84. $\frac{1}{2}$.

Prexurgus, 77. $\frac{2}{3}$. ſi Auctorem habuerit *Scaliger.*

Procles, incert. *Clem. Alexandrin.* in Protreptico.

Prulades forte inc. *Grut.* p. 464. 7.

Pyrgion, 98. 1.

Pyrrhion, 98. 1.

Pytharatus, 127. 2.

Pytheas, 100. 1.

Pythocritus, 71. $\frac{2}{3}$.

Pythodemus, 111. 1.

Pythodorus, 87. 1. 94. 1. 111. 1.

Pythodotus, 109. 2.

## S.

Scamandrius, incert. *Andocid.* Περὶ Μυϛηρίων.

Scythodorus, 88. 3. Rectius fortaſſe.

Simon, 33. 3. 47. $\frac{2}{3}$.

Simonides 33. 3. 117. 2. 47. $\frac{2}{3}$.

Socratides, 101. 3.

Solon, 46. $\frac{3}{4}$.

Soſicles, 113. 4.

Soſigenes, 109. 3.

Soſiſtratus, 81. $\frac{2}{3}$.

Stratocles, 88. 4.

Syniades, 95. 4.

## T.

Theagenides, Olymp. 78. $\frac{1}{2}$.

Theellus, 107. 2.

Thellus, 107. 2.

Themiſtocles, $\frac{75}{76}$. $\frac{4}{1}$. 108. 2.

Theodamus, male 106. 4.

Theodorus, 85. $\frac{3}{4}$.

Theodotus, 98. 2.

Theomneſtus, 108. 1.

Theon, incert. *Grut.* p. 317. 2.

Theophilus, 108. 1.

Theophraſtus, 110. 1. 116. 4.

Theopompus, 92. 2.

Thericles, 61. $\frac{3}{4}$.

Therſippus, 3694. M. Ox. 3720. Dodwello.

The-

Theſeus, 3454. M. Ox, 3480. Dodwello.
Theſpieus, 3868. M. Ox, 3889. Dodwello.
Theſſalus, 107. 2.
Thraſyllus, 210. 1.
Thumedus, 108. 1.
Thymœtes, 3557. M. Ox. 3579. Dodwello.
Timarchides, 83. $\frac{2}{1}$.
Timocles, $\frac{84}{85}$. $\frac{4}{1}$.
Timocrates, 104. 1.
Timoſthenes, 75. $\frac{2}{3}$.
Tiſander, incert. *Marcellin.* vit. Thucydidis, ante Hippoclidem, Ol, 53. $\frac{3}{4}$.
Tiepolemus, 79. $\frac{2}{3}$.
Tleſias, 24. 3. 23. 4. Pauſ. Meſſ. 15.

V.

Ventidius Sota, circa temp. *Severi.* Inſcript. *Spon.* Miſcell. p. 369.

X.

Xanthippides, 75. $\frac{1}{2}$. *Plutarch.*
Xanthippus, 75. $\frac{1}{2}$.
Xenænetus, 94. 4.
Xenias, 118. 4.
Xenippus, 118. 4.

Z.

Zeno, incert. Marm. Arundel. VI. Reineſ. Claſſ. 1. 55. Oxon, 132. Archon Delius.

Huic indici Dodwelliano, addetur à me

## *Brevis Sciagraphia Hiſtoriæ Veteris Athenienſ.*

Æra Attica A. 807. ante Olympiades. Confer Marsham. p. 491. Canonis Chronici.

Ogyges regnavit Annos 32.

Ab Ogygis usqve diluvio ad Cecropem Annor. 190. interregnum.

A Cecrope 1. (qvi primus *Rex*) usqve ad Codrum (qvi vitam ſuam pro patria effudit) *Reges* 17. per annos fere qvingentos. Vid. Scal. Can. Iſagog. p. 165. Petav. 2 rationar. p. 110. & 2. doctrin. temp. p. 492. Sigonius de temporibus Athenienſ. T. 5. Gronov. p. 1633. ſeq. Vindingii Hellen. T. XI. Gronov. p. 181. ſeq. Meurſii regnum Atticum ſive libri III. de Regibus Athenienſium T. IV. Theſaur. Gronov. Dodwell de Cyclis p. 696. ſqq. & 683. ſqq. & Jo. Potteri Antiqvitates Atticæ T. XII. Gronov. p. 10.

*Archontes perpetui* à Medonte Codri filio ad Alcmæonem ordine tertium decimum, *Archontes* perpetui per annos 316. Vide Scal. Can. Iſagog. p. 166. Petav. 2. rationar. p. 111. Meurſii Regnum Atticum, Dodwell. de Cyclis p. 698. & 687. ſqq.

*Archon-*

*Archontes decennales* à Charope ad Eryxiam, ordine ſeptimum usqve Olymp. XXIII. 1. ante Chriſtum 686. per annos 68. Vide Scalig. Canon. Iſagog. p. 166. Petav. 2. rationar. p. 111. Dodwell, de Cyclis p. 691. ſqq.

*Archontes Annui* ab Olymp. XXIII. 2. ante Chriſtum 685. Novem qvidem ſimul erant Archontes Athenis, ſed unus tantum ex his ἐπώνυμος, alter βασιλεὺς, tertius πολέμαρχος, reliqvi ſex νομοθέται. Vide Potteri Antiq. Atticas p. 63. ſeq. Joh. Meurſium de Archontibus, & Clariſſ. Montfauconi Palæographiam Græcam p. 150.

Olymp. LIV. 4. Piſiſtrati tyrannis * ejusqve filiorum. Obiit Piſiſtratus Olymp. LXIII. 2.

LXVI. 4. Hipparchus interfectus ab Harmodio & Ariſtogitone. Hippias pulſus LXVII. 3.

LXXII. 1. Pugna Marathonia Imp. Miltiade adverſus incurſus Medorum ſub Dario Hyſtaſpide.

LXXV. 1. Pugna Salaminia victus Xerxes Imp. Themiſtocle.

2. Pugna ad Plateas victi Perſæ ducibus Pauſania & Ariſtide ad Mycalen ducibus Leotychida & Xanthippo.

4. Imperium Græciæ acceperunt Athenæ ſub Ariſtide, tenuerunt per annos 65. ad Ol. XCII. 1.

LXXVII. 2. Perſarum claſſis profligata duce Cimone.

LXXX. 3. Thebani cæſi duce Myronide.

LXXXVII. 1. Belli Peloponneſiaci cum Lacedæmoniis initium, qvod duravit per annos 27. ad Ol. XCIII. 3.

LXXXIX. 4. Peſtilentia qvam è Thucydide deſcribit Lucretius.

XCII. 1. Qvadringenti Remp. invadentes, qvi iterum ejecti ſunt anno poſt. Plutarch. Alcibiade f. 205.

XCIV. 1. Athenæ à Lacedæmoniis captæ, duce Lyſandro.

Triginta Tyranni. Decemviri.

XCIV. 4. Libertas recuperata auctore Thraſybulo.

XCVI. 2. Imperium Græciæ Lacedæmoniis iterum extortum Duce Conone.

CV. Bellum Sociale.

CX. 3.

* Confer Jo. Meurſii Piſiſtratum, & Anonymi diſſ. Chronologicam & Criticam ad Herodoti lib. 1. c. 59. ſeq. inſertam Memoriis Literariis Trevoltinis A. 1709. Octobr. p. 1786. ſeq.

Olymp. CX. 3. Pugna infelix ad Chæroneam, in qva victi à Philippo Athenienſes libertatem perdidere.

CXIV. 2. Subactæ Athenæ ab Antipatro, Lamiaco bello.

CXVIII. 2. Recepta à Demetrio Phalereo ſpecies libertatis. Diodor. Sic. XX. T. 2. p. 782. Demetrius Antigoni F. cogens Phalereum Athenis cedere. Plutarch. Demetrio p. 892. 893. victus ab Athenienſibus ſpernitur p. 903. Athenas iterum capit, Lachare in fugam conjecto p. 905.

CXLII. 4. Vexatæ à Philippo Demetrii II. Filio. Defenſæ Athenæ à Romanis.

CLXXIII. 3. Interceptas à Mithridate, recuperat Sylla. Videndus Meurſius in fortuna Attica, capite præcipue X. Tomo qvinto Gronov.

Qvemadmodum Athenienſibus Archontes, ita Romanis Conſules tempora deſignabant, unde perqvam commodam utilemqve operam Hiſtoriæ Romanæ ſtudioſis præſtitit Clariſſimus Vir & alia multiplici ſpectatæ induſtriæ laude inſignis *Theodorus Janſonius ab Almelooveen*, cujus libri duo * faſtorum Romanorum Conſularium exſtant, prior juxta ſeriem annorum, poſterior ſecundum ordinem Alphabeticum digeſtus, Amſtelod. 1705. 8. Secundis curis qvibus hoc opus expolire auctor doctiſſimus inſtituerat, ante paucos menſes interceſſit Viri fatum, qvod eum hoc anno 1712. abſtulit Harderovici; & ſimul tot alios egregios ejus conatus oppreſſit. Succeſſiones Regum principumqve in plerisqve regnis per omnem ætatem, recenſitis ordine temporum ſingulis, qvo invicem ſucceſſerunt, populorum rectoribus, perſeqvi conatus eſt *Gerhardus Johannes à Bentinck*, puer tum, ut titulus libri habet, duodecennis in *Mundo gubernato*, Daventriæ 1696. 4. Neqve contemnendus eſt labor, licet non usqve qvaqve accuratus. Qvi ſi ex fide dignis monumentis emendetur ſuppleaturqve, cum cura annotatis annis Chriſti vel ante Chriſtum, & juſto deinde ornetur indice, nihil facile extet utilius ad lucidiſſimam facem omni hiſtoriæ præferendam. In Hiſtoria Eccleſiaſtica ſimiliter non obſcurum eſt qvantam lucem ordinandis temporibus afferat diligentior notatio ſucceſſionis Epiſcoporum, illorum præcipue qvi in præcipuis illis qvinqve ſedibus Romana, CPolitana, Hieroſolymitana, Antiochena & Alexandrina præfuerunt: & qvanqvam non exigua caligine, ut omnis vetus hiſtoria, in multis etiam



* Alios faſtorum Conſularium Rom. ſcriptores refero infra Cap. XIV. §. 10.

hæc Chronologiæ pars obſita videtur, tamen merito in uſum verti debent qvæ diſpellendis illis tenebris recens virorum eruditiſſimorum induſtria & ingenium præclare obſervavit. Ac præcipue operæ pretium eſt videre qvæ de *CPolitanorum* Epiſcoporum ſucceſſione annotata ſunt à Dan. Papebrochio in T. 1. Act. Sanctor. Junii, atqve inprimis ab Anſelmo Bandurio in Imperio Orientali, ut Freheri jus Græco Rom. p. 296. ſeq. & Chronologiam operi præmiſſam Labbeum in protreptico Hiſt. Byzantinæ, & Henr. Hilarium ad Philippi Cyprii Chronicon Eccleſiæ Græcæ, nec non conſpectum Hiſtoriæ CPolitanæ qvem dedi libro qvinto Bibliothecæ Græcæ capite qvinto, omittam: De *Hieroſolymitanis* ab eodem Papebrochio in T. 3. Maji, & T. 7. p. 696. ſq. De *Alexandrinis* ab Abrahamo Ecchellenſi in Chron. Orientali (ad usqve A. 1250.) Pariſ. 1651. fol. Ed. Pocockio indice ad Eutychii Annales, Athanaſio Kirchero in prodromo Copto & poſt Lexicon Copticum pag. 518. ſeq. Johanne Mich. Wanslében ad calcem libri de Eccleſia Alexandrina Pariſ. 1677. 12. Ottone Dappero in deſcriptione Africæ, præcipue vero in Actis Sanctorum à Jo. Bapt. Sollerio S. I. Tomo V. Junii: & noviſſime ab V. C. Euſebio Renaudoto in Hiſtoria Patriarcharum Alexandrinorum, Pariſ. 1713. 4. De *Antiochenis* antiqvioribus, qvemadmodum de aliarum qvoqꝫ ſedium Patriarchalium Antiſtitibus conſulendus Carolus à S. Paulo in Geographia ſacra, Eutychius in Annalibus, Nicephorus CPol. in Chronographia &c. Chronologia Epiſcoporum *Romanorum*, antiqviorum præſertim perturbatior èſt, ut unicuiqve apparebit qvi vel recentium ſcripta vel veteres Catalogos conferre inter ſe voluerit. Decem Catalogos veteres & undecimum Honorii Auguſtodunenſis *, Antonius Pagi præmiſit tomo 1. Criticæ Baronii. Etiam Catalogos binos cum variis obſervationibus Papebrochius Tomo 1. Act. Sanctorum Aprilis præfixit, præter qvatuor illos qvos edidit in Conatu Chronico Hiſtorico, propylæo Actor. Maji. Librum Pontificalem cum Catalogis antiqvis (in Cuſpiniani faſtis, & ab Ægidio Bucherio p. 269. ad Victorini Canonem Paſchal.) comparatum ad MSS. codices & cum aliis veterum teſtimoniis collatum exhibet Emanuel Schelſtratenus, T. 1. Antiqvitatis illuſtratæ. Exſtat & Catalogus Pontificum Rom. in Nicephori CPol. Chronographia, qvem latine vertit Anaſtaſius Bibliothecarius: & in Orderici Vitalis Hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 2. p. 436. E recentioribus præter Pagium, Schelſtratenum & Papebrochum videndi Jo. Pearſonius in ope-

* Exſtat & Tomo XX. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 1026.

operibus poſtumis & Henr. Dodwellus in diſſ. de ſucceſſione Epiſcoporum Romæ. Cæterum cum in pertexenda accurate & ad temporum rationes exigenda Pontificum Rom. ſerie integra ad noſtram usqve ætatem, nemo diligentius verſatus ſit Papebrochio, placet ex ejus propylæo Maji mutuari Indicem Pontificum Chronologicum, literarum ordine digeſtum, & locis qvibusdam, ipſius ex obſervatione emendatum, qvem ſtudioſis Hiſt. Eccleſiaſticæ non injucundum fore confido.

# CATALOGUS Pontificum Rom.

A, notat antipapam. Numerus primus ordinem inter Pontifices, a, ſignificat abdicatum vel ſe abdicantem.

| | | |
|---|---|---|
| 79 Adeodatus ab Anno | 672. Mart. 14. ad | 677. Maji 18. |
| 97 Adrianus I. | 772. Febr. 9. | 795. Dec. 25. |
| 108 ——— II. | 867. Dec. 14. | 872. Nov. 25. |
| 111 ——— III. | 884. Mart. 1. | 885. Jul. 8. |
| 171 ——— IV. | 1154. Dec. 4. | 1159. Sept. 1. |
| 188 ——— V. | 1276. Jul. 16. | 1276. Aug. 18. |
| 222 ——— VI. | 1522. Febr. 16. | 1523. Sept. 14. |
| 59 Agapetus I. | 535. April. 29. | 536. April. 17. |
| 132 ——— II. | 946. Junii 2. | 956. Januar. 11. |
| 81 Agatho | 679. Maji 29. | 681. Dec. 2. |
| 7 Alexander I. | 108. Nov. 5. | 117. Maji 3. |
| 158 ——— II. | 1061. Sept. 30. | 1073. April. 20. |
| 172 ——— III. | 1159. Sept. 7. | 1181. Aug. 25. |
| 183 ——— IV. | 1254. Dec. 25. | 1261. Maji 25. |
| 208 ——— V. | 1409. Jun. 26. | 1410. Maji 3. |
| 218 ——— VI. | 1492. Aug. 11. | 1503. Auguſt. 18. |
| 241 ——— VII. | 1655. April. 7. | 1667. Maji 20. |
| 245 ——— VIII. | 1689. Octobr. 6. | 1691. Jan. 31. |
| 5 Anacletus | 84. Maji 9. | 92. Jul. 13. |
| A. Anacletus | 1130. Febr. 17. | 1138. Febr. 7. |
| 41 Anaſtaſius I. | 398. Dec. 5. | 401. Dec. 14. |
| 52 ——— II. | 496. Sept. 15. | 498. Sept. 8. |
| 123 ——— III. | 912. Oct. 4. | 914. Nov. 25. |
| 170 ——— IV. | 1153. Jul. 9. | 1154. Dec. 2. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 11 Anicetus | ab Anno 150. Jan. 19. | ad | 154. April. 17. |
| al. 12 idem | 153. Jul. 16. | | 162. April. 17. |
| 20 Anteros | 235. Nov. 22. | | 236. Jan. 3. |
| 64 Benedictus I. | 575. Jun. 16. | | 579. Aug. 12. |
| 83 ——— II. | 685. Maji 14. | | 686. Mart. 25. |
| 106 ——— III. | 855. Sept. 1. | | 858. Mart. 10. |
| 119 ——— IV. | 900. Martii 2. | | 904. Sept. 16. |
| 135 ——— V. | 964. Maji 19. | | 964. Jun. |
| 137 ——— VI. | 972. Sept. 22. | | 974. Maji 14. |
| 139 ——— VII. | 975. April. 25. | | 984. Jul. 10. |
| 148 ——— VIII. | 1012. Jul. 20. | | 1024. Jul. 10. |
| 150 ——— IX. | 1033. Dec. 9. | | 1048. Jul. 17. |
| A. ——— X. | 1058. April. 5. | | 1059. Jan. 24. |
| 196 ——— XI. | 1303. Oct. 22. | | 1304. Jul. 6. |
| 199 ——— XII. | 1334. Dec. 20. | | 1342. Apr. 25. |
| A. Benedictus XIII. | 1394. Sept. 28. | | 1423. Maji 23. |
| 44 Bonifacius I. | 418. Dec. 29. | | 423. Sept. 4. |
| 57 ——— II. | 530. Sept. 29. | | 532. Oct. 24. |
| 68 ——— III. | 607. Jan. 29. | | 607. Oct. 20. |
| 69 ——— IV. | 608. Aug. 25. | | 615. Maji 8. |
| 71 ——— V. | 620. Apr. 27. | | 626. Mart. 11. |
| 114 ——— VI. | 896. April. 11. | | 896. April. 25. |
| 141 ——— VII. | 985. Jan. - - | | 985. Dec. - - |
| 195 ——— VIII. | 1294. Dec. 24. | | 1303. Oct. 11. |
| 205 ——— IX. | 1389. Nov. 2. | | 1404. Oct. 1. |
| 45 Cæleſtinus I. | 423. Sept. 16. | | 431. Auguſt. 1. |
| 167 ——— II. | 1143. Sept. 26. | | 1144. Mart. 9. |
| 177 ——— III. | 1191. Apr. 12. | | 1198. Jan. 8. |
| 181 ——— IV. | 1241. Oct. 27. | | 1241. Nov. 22. |
| 194 ——— V. | 1294. Jul. 5. | | ſe pontificatu abdicavit 1294. Dec. 12. |
| 29 Cajus | 283. Dec. 16. | | 296. Apr. 22. |
| 17 Callixtus I. | 227. Dec. 26. | | 222. Sept. 28. |
| 164 ——— II. | 1109. Febr. 14. | | 1124. Dec. 12. |
| A. Callixtus | 1167. Aug. - - | | 1179. Aug. 29. |
| 213 ——— III. | 1455. April. 8. | | 1458. Aug. 6. |
| 121 Chriſtophorus | 904. Nov. 25. | | 905. Jun. - - |

3 Cle-

| | | |
|---|---|---|
| 3 Clemens I. ab Anno | 67. Octobr. 11. ad | 76. Dec. 22. |
| al. 4. idem | 73. Dec. 5. | 87. Nov. 16. |
| 152 —— II. | 1046. Dec. 25. | 1047. Octobr. 9. |
| A. Clemens | 1080. Jul. 25. | 1101 - - - - - |
| 176 —— III. | 1187. Dec. 19. | 1191. April. 5. |
| 185 —— IV. | 1265. Febr. 6. | 1268. Nov. 19. |
| 197 —— V. | 1305. Jun. 5. | 1314. April. 20. |
| 200 —— VI. | 1342. Maji 7. | 1352. Dec. 6. |
| A. Clemens | 1378. Sept. 20. | 1394. Sept. 16. |
| A. Clemens | 1424. Maji 14. | 1449. Jul. 23. |
| 223 —— VII. | 1525. Nov. 19. | 1534. Sept. 25. |
| 235 —— VIII. | 1592. Jan. 30. | 1605. Mart. 3. |
| 242 —— IX. | 1667. Jun. 20. | 1669. Dec. 9. |
| 243 —— X. | 1670. April. 29. | 1676. Jul. 22. |
| 247 —— XI. | 1700. Nov. 23. | 1721. Mart. 19 |
| 3 Cletus | 67. Sept. 27. | 73. Dec. 3. |
| al. 4. idem | 77. Febr. 16. | 84. April. 26. |
| Id. Anacletus | 86. Nov. 16. | 96. Sept. 26. |
| 90 Conſtantinus | 708. Mart. 4. | 715. Mart. 18. |
| A. Conſtantinus | 767. Jun. 28. | 768. Jul. 29. |
| 22 Cornelius | 251. April. 27. | 252. Auguſt. 5. |
| *Cyriacus Pontiani ſucceſſor fabuloſus.* | | |
| 39 Damaſus I. | 366. Oct. 1. | 384. Dec. 10. |
| 153 —— II. | 1048. Jul. 17. | 1048. Auguſt. 8. |
| 70 Deusdedit | 616. Jan. 4. | 619. Jan. 26. |
| 26 Dionyſius | 259. Jul. 24. | 269. Dec. 26. |
| 80 Donus I. | 677. Octobr. 4. | 679. Mart. 13. |
| 138 —— II. | 974. April. 26. | 975. Octobr. |
| 11 Eleutherius | 171. Jun. 3. | 185. Sept. 6. |
| 6 Evariſtus | 95. Jul. 26. | 108. Oct. 26. |
| 77 Eugenius I. | 654. Sept. 7. | 657. Maji 31. |
| 101 —— II. | 824. Jun. 5. | 827. Auguſt. 27. |
| 169 —— III. | 1145. Febr. 14. | 1153. Jul. 8. |
| 211 —— IV. | 1431. Mart. 6. | 1447. Febr. 18. |
| 32 Euſebius | 310. April. 16. | 310. Sept. 26. |
| 28 Eutychianus | 275. Jan. 6. | 283. Dec. 8. |
| 21 Fabianus | 236. Dec. 11. | 250. Jan. 2. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 27 Felix I. | ab Anno 270. Jan. 1. | ad | 274. Dec. 24. |
| 38 —— II. | 355. - - - | | 358. Jul. 29. |
| 50 —— III. | 483. Febr. 13. | | 492. Jan. 30. |
| 56 —— IV. | 526. Jul. 12. | | 530. Sept. 25. |
| A. Felix | 1436. Dec. 17. | | 1447. April. 7. |
| 113 Formoſus | 891. Sept. 19. | | 896. April. 4. |
| 51 Gelaſius I. | 492. Febr. 2. | | 496. Sept. 8. |
| 167 —— II. | 1118. Jan. 31. | | 1119. Jan. 29. |
| 66 Gregorius I. | 590. Sept. 3. | | 604. Mart. 12. |
| 91 —— II. | 715. Apr. 28. | | 731. Jan. 17. |
| 92 —— III. | 731. Febr. 22. | | 741. Nov. 10. |
| 103 —— IV. | 828. Jan. 5. | | 844. Jan. 11. |
| 143 —— V. | 996. Maji 17. | | 999. Febr. 18. |
| 151 —— VI. | 1045. April. 28. | | 1046. Dec. 17. |
| A. Gregorius | 1118. Mart. 15. | | 1121. April. 27. |
| 159 —— VII. | 1073. Jun. 30. | | 1085. Maji 25. |
| 175 —— VIII. | 1187. Oct. 21. | | 1187. Dec. 17. |
| 180 —— IX. | 1227. Mart. 9. | | 1241. Auguſt. 21. |
| 186 —— X. | 1271. Oct. 27. | | 1276. Jan. 10. |
| 203 —— XI. | 1370. Dec. 30. | | 1378. Mart. 27. |
| 207 —— XII. | 1406. Nov. 30. | | 1415. Jul. 4. |
| 230 —— XIII. | 1572. Maji 13. | | 1582. April. 10. |
| 233 —— XIV. | 1590. Dec. 5. | | 1591. Oct. 15. |
| 238 —— XV. | 1621. Febr. 9. | | 1623. Jul. 7. |
| Hadrianus. Vide Adrianus. | | | |
| 48 Hilarus | 461. Nov. 12. | | 467. Febr. 21. |
| 72 Honorius I. | 626. Sept. 28. | | 638. Sept. 13. |
| A. Honorius | 1061. Oct. 28. | | 1065. - - - |
| 165 —— II. | 1124. Dec. 16. | | 1130. Febr. 14. |
| 179 —— III. | 1216. Jul. 18. | | 1227. Mart. 18. |
| 192 —— IV. | 1285. April. 2. | | 1287. April. 3. |
| 54 Hormiſdas | 514. Jul. 20. | | 523. Auguſt. 4. |
| 10 Hyginus | 138. Jan. 13. | | 150. Jan. 11. |
| 42 Innocentius I. | 402. Jan. 1. | | 416. Dec. 21. |
| 166 —— II. | 1130. Febr. 17. | | 1145. Sept. 24. |
| A. Innocentius | 1178. Auguſt. | | 1178. a. Sept. |
| 178 —— III. | 1198. Jan. 8. | | 1216. Jul. 16. |

| | | |
|---|---|---|
| 182 Innocentius IV. ab Ao. | 1243. Jun. 24. ad | 1254. Dec. 7. |
| 187 ——— V. | 1276. Jan. 21. | 1276. Jul. 22. |
| 201 —— VI. | 1352. Dec. 18. | 1362. Sept. 12. |
| 206 —— VII. | 1404. Oct. 17. | 1406. Nov. 6. |
| 217 —— VIII. | 1484. Aug. 29. | 1492. Jul. 25. |
| 234 —— IX. | 1591. Oct. 30. | 1591. Dec. 30. |
| 240 —— X. | 1644. Sept. 15. | 1655. Jan. 7. |
| 244 —— XI. | 1676. Sept. 21. | 1689. Auguſt. 12. |
| 246 —— XII. | 1691. Jul. 12. | 1700. Sept. 27. |
| 55 Johannes I. | 523. Sept. 3. | 526. Maji 18. |
| 58 —— II. | 532. Dec. 19. | 535. April. 21. |
| 63 —— III. | 561. Aug. 21. | 574. Auguſt. 12. |
| 74 —— IV. | 640. Dec. 3. | 642. Sept. 20. |
| 84 —— V. | 686. Jun. 10. | 687. Jun. 20. |
| 87 —— VI. | 702. Oct. 7. | 704. Dec. 21. |
| 88 —— VII. | 705. Febr. 8. | 707. Sept. 24. |
| 109 —— VIII. | 872. Dec. 14. | 882. Dec. 15. |
| 118 —— IX. | 898. Febr. 5. | 900. Febr. 19. |
| 125 —— X. | 915. Junii 18. | 929. Jun. 20. |
| 128 —— XI. | 932. April. 1. | 935. Febr. 16. |
| 133 —— XII. | 936. Jan. 13. | 964. Maji 14. |
| 136 —— XIII. | 965. Oct. 1. | 972. Sept. 6. |
| 140 —— XIV. | 984. Oct. 19. | 985. Jun. - - |
| Jo. * F. Roberti | 985. Dec. - - | 986. Apr. - - |
| 142 Joh. XV. al. XVI. | 986. April. 25. | 996. April. 30. |
| A. -- XVI. -- XVII. | 997. Maji - - | 998. Mart. - - |
| 145 -- XVII. -- XVIII. | 1003. Jun. 6. | 1003. Oct. 31. |
| 146 -- XVIII. -- XIX. | 1004. Mart. 19. | 1009. Jul. 18. |
| 149 -- XIX. -- XX. | 1024. Jul. 19. | 1033. Nov. 8. |
| 189 Johannes XXI. | 1276. Sept. 16. | 1277. Maji 16. |
| 198 —— XXII. | 1316. Auguſt. 7. | 1334. Dec. 4. |
| 203 —— XXIII. | 1410. Maji 17. | 1415. Maji 31. |
| 36 Julius I. | 337. Febr. 6. | 352. April. 12. |
| 220 — II. | 1503. Oct. 31. | 1513. Febr. 12. |
| 225 — III. | 1550. Febr. 8. | 1555. Mart. 23. |
| 124 Lando | 914. Dec. 4. | 915. Jun. 14. |

Lau-

* Electus, ſed conſecratione Epiſcopali non inauguratus.

| | | |
|---|---|---|
| Laurentius, antiPapa*ab A. 498. | ad | 509. |
| 47 Leo I. | 440. Sept. 8. | 461. Oct. 30. |
| 82 — II. | 682. Oct. 19. | 684. Maji 23. |
| 98 — III. | 795. Dec. 27. | 816. Jun. 11. |
| 105 — IV. | 847. Apr. 12. | 855. Jul. 17. |
| 120 — V. | 904. Sept. 23. | 904. Nov. 18. |
| 126 — VI. | 929. Jul. 5. | 930. Febr. 9. |
| 129 — VII. | 935. Nov. 15. | 939. Maji 24. |
| 134 — VIII. | 963. Dec. 6. | 964. Febr. - - |
| 154 — IX. | 1049. Febr. 12. | 1054. April. 19. |
| 221 — X. | 1513. Mart. 11. | 1521. Dec. 1. |
| 236 — XI. | 1605. April. 2. | 1605. April. 27. |
| 37 Liberius | 352. Maji 24. | 366. Sept. 23. |
| 2 Linus | 65. Jul. 7. | 67. Sept. 23. |
| 23 Lucius I. | 252. Oct. 10. | 255. Mart. 4. |
| 168 — II. | 1144. Mart. 10. | 1145. Febr. 13. |
| 173 — III. | 1181. Auguſt. 29. | 1185. Nov. 25. |
| 30 Marcellinus | 296. Jun. 30. | 304. Octob. 24. |
| 31 Marcellus I. | 308. Maji 18. | 310. Jan. 18. |
| 256 —— II. | 1555. April. 9. | 1555. April. 30. |
| 35 Marcus | 336. Jan. 18. | 336. Oct. 7. |
| 110 Marinus I. vide Martinus II. | | |
| 131 Marinus II. vide Martinus III. | | |
| 76 Martinus I. | 649. Jun. 14. | 654. Auguſt. 6. |
| 110 —— II. | 882. Dec. 23. | 884. Febr. 23. |
| 131 —— III. | 942. Nov. 13. | 946. Maji 26. |
| 191 —— IV. | 1281. Febr. 22. | 1285. Mart. 28. |
| 410 —— V. | 1417. Nov. 11. | 1431. Febr. 20. |
| 33 Melchiades | 310. Oct. 8. | 314. Jan. 10. |
| 107 Nicolaus I. | 858. Mart. 25. | 867. Nov. 12. |
| 152 —— II. | 1059. Jan. 31. | 1061. Jun. 24. |
| 190 —— III. | 1277. Nov. 25. | 1280. Auguſt. 23. |
| A. Nicolaus | 1328. Maji - - | 1330. Auguſt. 25. |
| 193 —— IV. | 1288. Febr. 22. | 1292. April. 14. |
| 212 —— V. | 1447. Mart. 6. | 1455. Mart. 25. |

Octavianus, antiPapa adverſus Alexandrum III. *Cinnamus Lib. I. Hiſt. p.* 248.

100 Pa-

* Vide Theophanem p. 123. Theodorum Lectorem lib. 2. Hiſt. p. 560.

| | | |
|---|---|---|
| 100 Paſchalis I ab Ao. | 817. Jan. 25. ad | 824. Maji 11. |
| 162 — — II. | 1099. Aug. 14. | 1118. Jan. 18. |
| A. Paſchalis | 1164. April. - - | 1167. Aug. - - |
| 95 Paulus I. | 757. Maji 22. | 767. Jun. 21. |
| 215 — II. | 1464. Aug. 31. | 1471. Jul. 26. |
| 224 — III. | 1534. Octob. 13. | 1548. Nov. 10. |
| 229 — IV. | 1555. Maji 23. | 1559. Aug. 18. |
| 237 — V. | 1605. Maji 16. | 1621. Jan. 28. |
| 62 Pelagius I. | 556. April. 13. | 561. Mart. 2. |
| 65 — II. | 579. Nov. 26. | 590. Febr. 4. |
| 1 Petrus | 50. Jan. 18. | 65. Jun. 29. |
| 11 Pius I. | 150. Jan. 19. | 153. Jul. 11. |
| al. 12. idem | 154. Maji 6. | 161. Jul. 11. |
| 214 — II. | 1458. Auguſt. 19. | 1464. Auguſt. 14. |
| 219 — III. | 1503. Sept. 22. | 1503. Oct. 18. |
| 228 — IV. | 1559. Dec. 26. | 1565. Dec. 28. |
| 229 — V. | 1566. Jan. 7. | 1572. Maji 1. |
| 19 Pontianus | 231. Jun. 26. | 235. Sept. 28. |
| 116 Romanus | 897. Sept. 11. | 898. Jan. 2. |
| 67 Sabinianus | 604. Aug. 30. | 606. Febr. 7. |
| 86 Sergius I. | 688. Nov. 22. | 702. Auguſt. 14. |
| 104 — II. | 844. Jan. 27. | 847. Jan. 27. |
| 122 — III. | 905. Jun. 9. | 912. Dec. 6. |
| 147 — IV. | 1009. Octob. 2. | 1012. Jul. 13. |
| 73 Severinus | 640. Maji 1. | 640. Jul. 4. |
| 60 Silverius | 536. Jun. 6. | 537. Nov. 16. |
| 34 Silveſter I. | 314. Jan. 31. | 335. Dec. 31. |
| 144——— II. | 999. April. 2. | 1003. Maji 12. |
| A. Silveſter | 1044. Dec. 30. | 1045. Mart. 8. |
| 49 Simplicius | 467. Mart. 5. | 483. Febr. 10. |
| 40 Siricius | 385. Jan. 5. | 398. Nov. 26. |
| 89 Siſinnius | 707. Dec. 25. | 708. Jan. 13. |
| 8 Sixtus I. | 117. Maji 31. | 127. April. 3. |
| 25 - - II. | 257. Auguſt. 23. | 258. Auguſt. 6. |
| 46 - - III. | 432. Auguſt. 7. | 440. Jul. 24. |
| 216 - - IV. | 1471. Auguſt. 9. | 1484. Aug. 12. |
| 231 - - V. | 1585. April. 24. | 1590. Aug. 27. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 13 | Soter | ab Anno 162. April. 26. | ad 172. April. 22. |
| 24 | Stephanus I. | 255. April. 15. | 257. Auguſt. 2. |
| *Electus* | Stephanus | 752. Mart. 6. | 752. Mart. 10. |
| 94 | - - - II. | 752. Mart. 19. | 757. April. 16. |
| 96 | - - - III. | 798. Auguſt. 7. | 772. Febr. 3. |
| 99 | - - - IV. | 816. Jun. 22. | 817. Jan. 22. |
| 112 | - - - V. | 885. Jul. 25. | 891. Auguſt. 7. |
| 115 | - - - VI. | 896. Maji 2. | 897. Aug. - - - |
| 127 | - - - VII. | 929. Febr. 1. | 931. Mart. 12. |
| 130 | - - - VIII. | 939. Jun. 9. | 942. Octobr. 23. |
| 156 | - - - IX. | 1057. Auguſt. 3. | 1058. Mart. 29. |
| 53 | Symmachus | 498. Sept. 13. | 514. Julii 16. |
| 9 | Telesphorus | 127. Jun. 2. | 138. Jan. 5. |
| 75 | Theodorus I. | 642. Nov. 3. | 649. April. 20. |
| 117 | - - - - II. | 898. Febr. 12. | 898. Mart. 3. |
| 102 | Valentinus | 827. Sept. 1. | 827. Octobr. 10. |
| *Electus* | Vicedominus | 1276. Sept. 5. | 1276. Sept. 6. |
| 15 | Victor I. | 186. Sept. 11. | 196. April. 20. |
| 155 | - - - II. | 1055. April. 13. | 1057. Jul. 28. |
| 160 | - - III. | 1087. Maji 1. | 1087. Sept. 15. |
| | A. Victor | 1138. Mart. 16. | 1138. Maji 19. |
| | A. Victor | 1159. Octobr. 4. | 1164. - - - |
| 61 | Vigilius | 537. Nov. 22. | 557. Maji 17. |
| 78 | Vitalianus | 657. Jul. 30. | 671. Dec. 31. |
| 18 | Urbanus I. | 222. Octobr. 20. | 231. Maji 24. |
| 161 | - - - II. | 1088. Mart. 12. | 1099. Jul. 29. |
| 174 | - - - III. | 1185. Nov. 26. | 1187. Octobr. 20. |
| 184 | - - - IV. | 1261. Aug. 29. | 1264. Oct. 2. |
| 202 | - - - V. | 1362. Oct. 31. | 1370. Dec. 19. |
| 204 | - - - VI. | 1378. April. 8. | 1389. Octobr. 15. |
| 232 | - - - VII. | 1590. Sept. 25. | 1590. Sept. 27. |
| 239 | - - - VIII. | 1623. Auguſt. 6. | 1644. Jul. 29. |
| 93 | Zacharias | 741. Nov. 19. | 752. Mart. 3. |
| 16 | Zephyrinus | 198. Jun. 11. | 217. Dec. 20. |
| 43 | Zoſimus | 417. Jan. 6. | 418. Dec. 17. |

CAP. VIII.

# CAPUT VIII.

## Scriptores de Diis, Geniis, Sanctis &c.

*Antiquitatum diviſio in ſacras, politicas, militares, literarias & privati uſus atque domeſticas 1. In ſacris iterum varia conſideranda, ac primo dicendum de religioſi cultus objecto, ſive Diis quibus ſacra facta. 2. Gentes nullæ Atheæ. 3. DEI cognitio usque quaque teſtata. Theologiæ Naturalis atque Ethnicæ ſcriptores. 4. De origine Idololatriæ: & quomodo tot Gentibus placuerit multos colere Deos, cum ratio unum eſſe DEum ſuadeat? 5. Pro Numine culta quæcunque vel prodeſſe vel nocere poſſent, ut aſtra atque aliæ res naturales, vel homines eorumque affectiones, vel genii ac dæmones. 6. Dii & Deæ, boni & mali. Solitarii & cum aliis culti Dii, σύνθρονοι & Cabiri. 7. Varia nomina & cognomina iisdem tributa Diis, ex varia occaſione. 8. Unius ſummi DEI cultus. Veri DEI nomina & attributa. Cabbaliſtarum Sephiroth & Kelifoth. Scriptores Theologiæ Judaicæ. 9. SS. Trinitatis agnitæ veſtigia apud Judæos & Ethnicos. 10. Scriptores de Deaſtris Syrorum & aliarum Gentium Orientalium. 11. De Perſarum & aliarum gentium Heliolatria. 12. De Selenolatria, cultu ſtellarum, elementorum &c. apud varios populos. 13. De Idololatria Ægyptiorum ac Græcorum, & utra abſurdior? 14. De Diis Romanorum. 15. Gallorum & Germanorum veterum, aliorumque populorum. 16. Numinum in imaginibus præſentia atque ex iis emigratio & evocatio. 17. Idolorum ornamenta, veſtes, nimbi, circumgeſtatio, ablutio, projectio, verberatio, execratio. 18. Deorum variæ claſſes ac veluti gradus. 19. Dii tutelares certarum regionum, urbiumque. Veſta, Fortuna &c. 20. Dii artium rerumque variarum præſides. 21. Antonii Macedo Dii tutelares Orbis Chriſtiani. 22. Patronatus & Præfecturæ ſuper certa vitæ genera & beneficia, vel malis certis averruncandis in Eccleſia Romana Sanctis aſſignatæ. 23. Apotheoſis & Conſecratio. 24. Canonizatio, ſive hominum poſt mortem inter ſanctos relatio. 25. Scriptores ſelecti de Angelis eorumque ordinibus. 26. De Geniis, Laribus, Lemuribus. 27. De cultu Angelorum, Sanctorum, Euchariſtiæ, Crucis, imaginum & reliquiarum apud Chriſtianos. 28.*

I.

ANtiqvitatum genus omne & priſci moris licet qvam latiſſime patet, tamen ad perpauca capita commode reducitur: qvicqvid enim agunt homines, qvoscunqve ritus & mores obſervant, vel publice ſuſceptos obeunt, vel privatim & domi. Publici rurſus vel conſiſtunt in colendo ac piando Numine, vel in rebus ad Reip. adminiſtrationem decusqve facientibus verſantur, vel ad rem militarem inſtituendam pertinent. Singularem qvoqve partem ſibi vendicat literarum uſus artiumqve & ſcientiarum exercitatio atqve incrementum, Athenea, Scholæ, libri, officinæ, ædificia, mercaturæ, numi, opificia. Ad privatam deniqve rem ſpectant ritus puerperii, nuptiarum, veſtium victusqve & inſtrumenti domeſtici omne genus, ac deniqve qvibus fabula humanæ vitæ clauditur exeqviæ funeris & poſita extinctis monumenta.

II. Singula ex his perſecuturo & ſcriptores cujusqve argumenti de qvibus notitia ad me pervenit deinceps tradituro, faciendum à ſacris initium eſt: video autem omnia qvæ afferri de religioſis antiqvitatibus poterunt, comprehendi poſſe qvam optime his qvatuor capitibus, ut primo referam ſcriptores de religioſi cultus objecto, ſive iis qvibus ſacra facta ſunt, & majores humanis honores attributi: deinde de locis ſacris, templis, lucis, altaribus: tum de ſacris temporibus ſive feſtis diebus, ac deniqve de cultu ipſo religioſo ſive variis generibus ſacrorum, ſacrificiorum, precum, divinationum, Myſteriorum, proceſſionum religioſarum, & modis venerandi Numinis atqve ἐθελοθρησκείαις & ſuperſtitionibus qvibuscunqve.

III. Anteqvam vero de Numinis cultu dicere incipio, obſervandum inprimis eſt nullam gentem vel olim fuiſſe vel hodie usqvam eſſe tam barbaram & immanem, ſive ut Senecæ * verbis utar, ita *extra leges moresque projectam*, ut non aliqvod Numen crediderit, colendumve cogitet: unde Plutarchus adverſus Colotem Epicureum p. 1125. *Si terras obeas, invenire poſſis urbes muris, literis, regibus, domibus, opibus, numiſmate carentes, gymnaſiorum & theatrorum neſcias*, ἀνιέρου δὲ πόλεως καὶ ἀθέου, μὴ χρωμε-

* Seneca Ep. 117. Artemidorus lib. 1. c. 9. οὐδὲν ἔθνος ἀνθρώπων ἄθεον, ἀβασίλευτον, ἄλλοι δὲ ἄλλως τιμῶσι θεοὺς. Confer Ælian. II. 13. Var. Hiſt. Maximum Tyrium diſſ. 1. Sextum Empiricum p. 320. contra Mathemat.

*χρωμένης εὐχαῖς, μηδὲ ὅρκοις μηδὲ μαντείαις μηδὲ θυσίαις ἐπ' ἀγαθοῖς, μηδὲ ἀποτροπαῖς κακῶν οὐδείς ἐστιν οὐ δὲ ἔσαι γεγονὼς θεατής. Ἀλλὰ πόλις ἂν μοι δοκεῖ μᾶλλον ἐδάφους χωρὶς, ἢ πολιτεία τῆς περὶ θεῶν δόξης ἀναιρεθείσης παντάπασι, σύστασιν λαβοῦσα τηρῆσαι. Urbem vero templis diisque carentem, quæ precibus, jurejurando, oraculo non utatur, non bonorum cauſa ſacrificet, non mala ſacris avertere nitatur, nemo unquam vidit. Sed facilius urbem condi ſine ſolo poſſe puto, quam opinione de Diis penitus ſublata Civitatem coire aut conſtare.* Qvod vero apud Ciceronem 1. de natura Deor. c. 23. Academicus Cotta, *equidem*, inqvit, *arbitror multas eſſe gentes ſic immanitate efferatas, ut apud eas nulla ſuſpicio Deorum ſit*, fruſtra objicitur cum nullam nominet, & Cicero ipſe tum in hoc ipſo libro c. 16. tum lib. 3. Tuſc. qvæſt. & lib. 1. de legibus affirmat adeo alte inſidere omnium cordibus ſenſum Divinitatis, ut falſum multi DEum colere maluerint qvam nullum. Qvæ porro de Gentibus Atheis apud veteres leguntur, ut de *Thoibus* apud Porphyrium lib. 2. de abſtinentia ab animatis pag. 132. ex Theophraſto (Simplicius p. 222. ad Epictetum vocat *Acrothoitas*) ac de *Naſamonibus* apud Dionyſium periegeſi verſ. 210. ad impios gentium illarum mores referendum, ut de *Gigantibus* Macrobius l. 1. Saturnal. c. 20. *Gigantes quid aliud fuiſſe credendum eſt quam hominum quandam impiam Gentem Deos negantem, & ideo exiſtimatam Deos pellere de cœleſti ſede voluiſſe?* Nam ut Cicero in Catone Majore c. 2. *quid eſt aliud Gigantum more bellare cum Diis, niſi naturæ repugnare?* Confer Philoſtratum in vita Apollonii lib. V. c. 16. p. 200. Tales fuere Phlegyes *οἱ Διὸς οὐκ ἀλέγοντες Jovem non curantes* Homer. hymno in Apollinem v. 279. qvi in ſcholiis ad Iliad. N. 302. *ἄθεοι*, apud Euſtathium p. 904. *ἀσεβεῖς ἄνδρες καὶ λῃστρικοί* appellantur. De genere qvodam *Æthiopum* * Strabo lib. XVII. pag. 822. qvod *ἄθεοι νομίζονται, οὗ γε καὶ τὸν ἥλιον φασὶν ἐχθαίρειν καὶ κακῶς λέγειν, ἐπειδὰν προσίδωσιν ἀνίσχοντα, ὡς καίοντα καὶ πολεμοῦντα αὐτοῖς, καταφεύγειντε εἰς τὰ ἕλη.* Hi fuere *Atlantes* de qvibus Mela lib. 1. c. 8. *ſolem execrantur & dum oritur & dum occidit, ut ipſis agrisque peſtiferum.* Eadem Herodotus IV. 184. Plinius V. 8. Solinus c. 31. Atqve hæc cauſa qvare pro Atheis haberentur, non qvod nullum Numen coluerunt. Qvemadmodum Judæos *gentem con-*

 *tume-*

* De iisdem Nic. Damaſcenus apud Stobæum ſerm. 42. Ἀφάραντες (leg. Ἄτλαντες) Λίβυες ὀνόματα οὐκ ἔχουσι, ἡλίῳ δ' ἀνίσχοντι λοιδοροῦνται ὡς πολλὰ κακὰ φήναντι. Hos reſpexiſſe Jobum III. 8. in verbis: *exſecrentur illam* (noctem) *qui maledicunt diei*, veriſimiliter conjicit V. C. Jo. Henricus Majus, filius, libro II obſervationum ſacrarum p. 1. & 152.

*tumelia Numinum inſignem* vocat Plinius XIII. 4. & Chriſtiani gentibus olim habiti in Atheorum numero. De *Callaicis* ſive Luſitanis apud eundem Strabonem libr. III. pag. 164. ἔνιοι δὲ τοὺς Καλλαϊκοὺς ἀθέους φασίν, nimirum qvia δυσεπίμικτοι ὄντες ἀποβεβλήκασι τὸ κοινωνικὸν καὶ τὸ φιλάνθρωπον *quod commerciis carentes humanitatem exuiſſe videbantur* ut idem Strabo p. 155. loqvitur, qvi alioqvi p. 154. teſtatur Luſitanos fuiſſe θυτικοὺς *frequentes in ſacrificiis*, de qvo confer Lud. Nonium in Hiſpania p. 143. *Gallos* ab omni religione alienos arguit Cicero pro M. Fontejo c. 9. ſeq. qvam tamen *nationem omnem admodum fuiſſe deditam religionibus* teſtis Cæſar VI. de bello Gallico c. 16. De Barbaris *Arabibus* S. Nilus narratione 3. θεὸν οὐκ εἰδότες οὐ νοητὸν οὐ χειρότευκτον. Mox tamen de illis addit p. 28. ἄστρῳ δὲ τῷ πρωϊνῷ προσκυνοῦντες καὶ θύοντες ἀνατέλλοντι.

Non magis fidem merentur qvæ vel in Benjaminis Tudelenſis itinerario p. 58. ſeq. leges de Dogziinis, nullius religionis populo decem milliaribus à Tſidone: vel qvæ in Abrahami Peritſol itineribus Mundi p. 183. & apud alios recentiores ſcriptores nonnulla jactantur de variarum Africæ, Americæ * & Inſulanarum qvarundam gentium Atheiſmo. Nam qvicunqve illas ita adierunt, ut linguæ & morum nationis cujusqve ſufficientem notitiam ſibi compararent, longe aliud de illis teſtantur, docentqve parum tribuendum eſſe illorum relationi, qvi vel ex ignoratione & præjudicio falſum tradiderunt, vel plane de induſtria veluti atheos populos traduxerunt eum tantum in finem, ut crudelitati qva gentes illas miſeras Hiſpani exciderunt, color aliqvis qværeretur. Mirumqve adeo eſt viro acuto Petro Bælio tam facile potuiſſe perſvaderi, ut argumentum à conſenſu gentium in colendo Numine petitum floccipenderet ob tam incertas lubricasqve relationes, qvæ merito ſuſpectæ illi debebant videri, cum plures earum jam certis teſtimoniis falſi compertas non poſſet ignorare. Cui rei explicandæ ne prolixior ſim atqve à ſcopo hujus libri longius diſcedam, rogo Lectorem ut conſulat Jo. Lud. Fabricii Theologi Palatini Apologeticum pro genere humano contra Atheiſmi calumniam, inter ejus opera editum Tiguri 1698. 4. p. 119. ſq. Eduardi Stillingfleet novas Origines ſacras poſtumas Anglice editas Cantabrigiæ 1701. fol. p. 73. ſeq. & V. C. Maturini Veiſſerii la Croſe Dialogos Gallice vulgatos varii Hiſtorici literarii, ſacri & Critici argumenti A. 1711. 12. p. 254. ſq. Nonnulla etiam huc ſpectantia notavit B. Joſua Stegmannus in Photinianiſmo diſſ. 3. p. 24. Jac. Bernar-

* Ut Ceniſiorum in Africa ſeptentrionali, de qvibus Journal literaire T. 2. p. 183. ſeq.

Bernardus in novellis Reip. literariæ A.1705. T.1. p.133. & 311. ſeq. & A.1707. T.1. p.413. ſeq. Andreas Adamus Hochſteterus in Exercitatione de religione naturali, Tubingæ nuper edita, Jo. Frid. Corvinus Paſtor Hornburgenſis in Ducatu Halberſtadienſi, in corpore Doctrinæ, Hiſtoriæ hæreſium Godfridi Arnoldi oppoſita lib. 2. c. 18. ſeq. Petrus Leſcaloperius ad Ciceronem de natura Deorum p. 87. 88. & 713. 714.

IV. Credamus igitur Apoſtolo teſtanti τὸ γνωςὸν τοῦ Θεοῦ ſive DEI notitiam Gentibus etiam manifeſtam & à DEO ipſo per opera ſua manifeſtatam Rom. I. 19. ſeq. à DEO inqvam non ceſſante teſtatum ſe facere omnibus benefica manu ſua Actor. XIV. 17. ut ab iis veluti palpando inveniatur. XVII. 27. Credamus ſenſibus ipſis Naturæ qvæ eſt in omnibus hominibus usqve qvaqve terrarum viventibus, atqve in hoc conſpirantibus ut ex contemplatione hujus univerſi ejus Auctorem, Auctoriſqve bonitatem, potentiam & ſapientiam intelligere poſſint: Credamus omnibus regnorum & rerump. conditoribus, qvi ſine religione & cura Numinis coaleſcere non poſſe civitates probe perſpexerunt, neqve adeo poſſent metu religioſo uti ad Reſpublicas continendas, niſi ſenſum ejus à natura homini jam innatum noſſent. Credamus deniqve conſenſui tot ſcriptorum omnis ævi, qvarumcunqve nationum, qvi licet à Judæorum ſacris vel Chriſti nomine alieni tamen omnes uno ore certum faciunt & indubitatum relinqvunt, Theologiæ Naturalis veſtigia alte impreſſa fuiſſe eſſeqve in ipſorum cordibus. Hoc Oriens & Occidens, & alio ſole calentes terræ, hoc Americæ non minus qvam Aſiæ & Africæ populi ſi ad eos adeas, vel ſi dignas fide relationes & itinerum commentarios de illis conſulas, demonſtrant. Hoc recentia hoc priſca loqvuntur monumenta de Græcis & Romanis non modo, ſed perinde & de Chaldæis, Ægyptiis, Perſis, Thracibus, Indis, Sinenſibus & nationibus qvantumvis remotis ac barbaris qvibuscunqve. Hujus rei inſignia teſtimonia collecta videre licet in illuſtris Huetii Concordia rationis & fidei, in Auguſtini Steuchi Eugubini libris de perenni Philoſophia, in Radulphi Cudworthi opere eruditiſſimo, Anglica edito lingua Lond. 1678. fol. qvod Syſtema verum intellectuale Univerſi inſcripſit: in Jo. Micrælii Ethnophronio, Stetin. 1647. 4. & in Tobiæ Pfanneri ſyſtemate Theologiæ gentilis purioris, Baſil. 1679. 4. ut Theologiæ Naturalis ſcriptores Raymundum de Sabunde, Raymundum Breganium, Theoph. Raynaudum (T. 5. Opp.) Danielem Claſenium, Steph. Klotziam aliosqve jam omittam. Similiter Legis qvoqve divinæ & juris naturalis ſenſus in gen-

gentibus perſpicue animadvertitur, uti ex Ethnicorum ſcriptis demonſtratum eſt à Grotio, Sam. Puſendorfio horumqꝫ eruditis interpretibus.

V. De Origine Idololatriæ qvam à Serucho * veteres repetunt, videndi Interpretes ad librum Sapientiæ cap. XIV. atqve opus eruditum *Gerh. Joh. Voſſii*, nec minus *Edoardi*, Baronis *Herbert de Cherbury* liber de religione Gentilium errorumqve apud eos cauſis, ab Iſ. Voſſio Amſt. 1663. 4. primum in lucem editus, & ibidem 1700. 8. recuſus. Cum vero unum DEum ſummum, non multos Deos eſſe perſpicuis argumentis ratio doceat, & Univerſitatis rerum ſtructura & harmonia ad communes fines tendens teſtetur, mirari aliqvis poſſit, unde illa caligo magnæ partis generis humani, ac tot populorum plures Deos colentium? Sed inprimis certum eſſe puto pleroſqve omnes πολυθεΐας veneratores, (indoctum vulgus excipio hominum qvid faciant & qvid colant parum cogitantium) non æqvali gradu & dignitate Deos qvoslibet habuiſſe, ſed ut Maximi Tyrii verbis diſſ. 1. utar, ἕνα ἴδοις ἂν ἐν πάσῃ γῇ ὁμόφωνον νόμον καὶ λόγον, ὅτι ΘΕῸΣ ΕἿΣ πάντων βασιλεὺς καὶ πατὴρ, καὶ ΘΕΟῚ ΠΟΛΛΟῚ, Θεοῦ παῖδες, συνάρχοντες, Θεῷ. *In hoc leges ubique terrarum atque opiniones convenire videbis, DEUM eſſe UNUM, Regem omnium & Patrem. MULTOS additos eſſe DEOS alios qui ſupremi illius filii ſint, & quaſi in Imperio collegæ.* Ταῦτα δὲ ὁ ἕλλην λέγει, καὶ ὁ βάρβαρος λέγει, καὶ ὁ ἠπειρώτης, καὶ ὁ θαλάττιος, καὶ ὁ σοφὸς καὶ ὁ ἄσοφος. *In eo Græcus cum Barbaro, mediterraneus cum inſulano, ſapiens conſentit cum ſtulto.* Plures igitur inferiores Deos veluti providentiæ Divinæ & gubernationis Mundi adminiſtros & Angelos ſub uno DEO ſummo Demiurgo venerandos ſibi duxerunt, inqve horum cultu ferme fuere freqventiores, ſive qvod ſupremum illum nulla cogitatione attingendum nulla ſatis digna proſeqvendum veneratione, adeoqve omni cultu externo ſuperiorem ** eſſe ſolo mentis receſſu intimo venerandum & admirandum

* Confer ſi lubet Codicem Pſeudepigraphum Vet. Teſt. p. 337.

** Thomas Gale ad Jamblichum de Myſteriis Ægyptior. p. 199. *Conſtat ex libro IV. Cyrilli contra Julian. Porphyrium exiſtimaſſe, ſolos Deos mundanos colendos eſſe, non autem ſupremum illum. Fuit & hæc plurimorum ex Schola Platonica opinio.* Confer eundem Galeum p. 266. ubi inter alia affert hæc Luctatii ad IV. Thebaidos: *Infiniti autem Philoſophorum, Magorum Perſæ etiam confirmant, revera eſſe præter hos Deos cognitos qui coluntur in templis, alium principem & maxime Deum cæterorum numinum ordinatorem.* Plura in hanc ſententiam Stillingfleetus in Originibus

randum exiſtimarent: ſive qvod inferioribus Diis commiſſam crederent à ſummo illo mundi adminiſtrationem, cultumqve omnem qvi his tribueretur in ſupremum illum Regem omnium & parentem exiſtimarent redundare. Ac cum DEI ipſius inviſibilis formam ignorarent, & vellent tamen habere aliqvid in qvo cogitatio ſubſiſteret & ſenſus ipſe hærere poſſet, multa ejus ſymbola & imagines ſive in rebus naturalibus qvæſiverunt, ſive ipſi commenti ſunt, in qvibus potentiam Numinis colerent, idem ſæpe ſub multis nominibus & formis atqve imaginibus, Deumqve ut ita dicam μυϱιώνυμον & μυϱιόμοϱφον venerati. Confer *Michaëlis Mourgues* S. J. Profeſſoris Toloſani Syſtema Theologicum Pythagoreiſmi & aliarum ſectarum apud Ethnicos, Tholoſæ 1712. 8. Gallice editum: De origine vero alterius generis Idololatriæ ex ambitione vel ſuperſtitione nati, qva defuncti homines divinis affecti honoribus ſunt, *Auguſtinum Calmet* Benedictinum Monachum in diſſ. adjuncta commentariis in Sapientiæ librum, itidem Gallice vulgatis, atqve alios interpretes ad libri Sapientiæ cap. XIV. & *Johannem Faës* τὸν μακαϱίτην notis ad Gyraldum de ſepultura Veterum T. 1. Opp. Gyraldi p. 698. ſeq.

VI. Non mirum itaqve eſt adeo, qvod dum in inferioribus hæret mortalium cogitatio, tam multos tamqve paſſim diverſos, ſibi Deos colendos deligere potuerunt: qvicqvid enim vel prodeſſe vel obeſſe ſibi inſigniter poſſe intelligebant, hoc religioſo cultu proſeqvendum ſibi duxerunt, idqve tanto magis & impenſius, qvo efficacius illorum ſenſu tangebantur, vel qvo præſentiorem cujusqve ad juvandum vel viciſſim ad nocendum vim eſſe fuerunt perſvaſi. Hinc freqventiſſima Spirituum, Dæmonum, Geniorum adoratio, de qva Voſſius libro I. de Idololatria, tum veneratio Mundi ipſius & Naturæ, de qva idem lib. VII: nec minus Solis, Lunæ & ſtellarum, elementorum item ut telluris, fontium, fluviorum, ignis aliarumqve rerum naturalium, de qva idem Voſſius lib. II. & III. Conſimiliter religioſus cultus ipſis tributus hominibus, non tantum qvi vel egregii aliqvid reperiſſent, vel magnis rebus geſtis admirationem ſui late circumtuliſſent; ſed etiam qvos amor vel



nibus ſacris novis poſtumis p. 74. 75. 76. *for this was a principle among many nations, that the ſupreme God was to be Worship'd only by acts of the Mind and that external Worship was only for leſſer Deities.* Deſcription de l'Isle Formoſa par G. Pſalmanaazaar p. 34. *Ils enſeignent à ne reconnoitre qu'un ſeul Dieu, que les Peuples croient ſi grand & ſi redoutable, qu'ils n'oſent lui faire aucun ſacrifice: mais ils ont établi le Soleil pour l'objet de leur culte &c.*

adulatio vel fraus vel metus religioſe venerandos ſvaſit obtulitqve. Hinc Mythologias pleraſqve Poëtarum veterum de Diis ad hiſtoricum ſenſum revocant, & de Principum rebus interpretantur Viri Clariſſimi *Jo. Clericus* ad Heſiodi Theogoniam, & in diſſertationibus de Hercule, Venere, Adonide &c. qvas Gallice ſcriptas Bibliothecæ univerſali inſeruit: *Paulus Pezron* in Antiqvitatibus Celtarum itidem Gallice editis, *Renatus Joſephus Turnemine* S. I. in diſſertationibus variis qvæ ſparſim intextæ leguntur Memoriis literariis Trevoltinis, & noviſſime *Banierius* in explicatione Hiſtorica fabularum in lucem emiſſa Gallice Pariſ. 1711 12. duobus voluminibus, & recuſa Hagæ 1713. 12. Neqve infreqvens cultus religioſus fœminarum, ut apud Gallos & Germanos de qvo Sponius p. 105. 106. Miſcellaneor. & Nicolaus Chorierius in Viennenſium Antiqvitatibus. De cultu Heroum adeundus Voſſius VII. 8. ſeq. Etiam animantes brutas ob hanc cauſam cultas paſſim conſtat, qvod vel utilia & præclara qvædam homines * docuerunt, vel ad vitam ſingulares præbeant uſus, vel ſingulari aliqva polleant virtute benefica, noxiave. Qvo de argumento plura noſſemus forte, ſi exſtaret *Labeonis* liber *de Diis animalibus* qvem laudat Servius in 3. Æneidos. Qvanqvam ex eodem Servio conſtat appellari animales qvod de animis fiant. Plurima qvoqve & pereruditta ſunt qvæ de iiſdem docet Voſſius lib. III. & IV. Idem de cultu plantis & rebus inanimatis exhibito videndus lib. V. & VI. & de virtutibus ac vitiis, valetudine, morbis aliisqve affectionibus rerum hominumqve religioſe cultis libro VIII. & de imaginibus atqve ſymbolis Deorum libro IX. Qvanqvam ſi recte rem putemus, animalia qvoq; plantas & alias res contemtiores naturales, rerumqve affectiones & ipſas pro ſymbolis potius divinitatis cultas, qvam ipſamet pro Diis habitas à gentibus, (certe à cordatioribus inter illas hominibus) exiſtimaverim, qvod de Ægyptiis certe dubitare nos haud ſinit Plutarchus libro de Iſide & Oſiride. Varios gentium errores, multipliceqve ineptias parum religioſas circa Deos, eorum cultum, & tributos hominibus rebusqve vilioribus divinos honores perſeqvitur *Johannes Sartorius* Profeſſor Gedanenſis in ſchediaſmate de Hypocriſi Gentilium circa Deorum cultum. Lipſiæ 1713. 4. Videnda etiam *Johannis Fileſaci* diatriba de Idololatria Magica, in ejus variis opuſculis excuſis Pariſ. 1614. 8.

VII. Sexum in Divinis ** commenti ſunt pleriqve vel hominum

* Confer Baconem de Verulamio lib. V. cap. 2 de augmentis ſcientiarum.

** De Cabbaliſtis & Chriſtianis, Spiritui ſancto fœmineum ſexum tribuentibus dixi in Codice Apocrypho Novi Teſt. p. 381. ſeq.

num ſimilitudine ac modulo Numina formantes metientesqve, vel potius ut duo illa qvibus omnia conſtant vim activam qvidem & effectricem Deorum, paſſivam vero facultatem & materialem cauſam Dearum nomine ſignificarent, & qvum Numina ſua confunderent cum natura rerum, ſtatuerunt Deos ἀῤῥενοθήλεις, mares ſimul fœminasqve, hoc eſt qvi ſoli ad rerum generationem conferrent hoc, qvod in hominibus & cæteris animantibus mas & fœmina. Dilucidius hoc pateret ſi ad nos perveniſſet liber Hipparchi Stagiritæ, qvem Ariſtotelis diſcipulum Suidas teſtatur ſcripſiſſe librum τί τὸ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ παρὰ θεοῖς, καὶ τίς ὁ γάμος; *de eo quid mas & fœmina ſit - - inter Deos, & quæ eorum nuptiæ?* Expendenda interim qvæ de ἱερῷ γάμῳ diſputant Pythagorici & Orphici. Et qvod iisdem Pythagoricis unarius numerus virtute eſt ἀῤῥενόθηλυς, actu ἀριθμῶ πατὴρ, binarius μήτηρ, & ex his ortus numerus tertius ἀῤῥενόθηλυς: Pſeudo Hermeti qvidem DEus ἀῤῥενόθηλυς vocatur & ex Platonicis ipſi Syneſio qvantumvis Chriſtiano. Julio Firmico *pater omnium & mater.* Similiter Dii Ægyptiorum de qvibus Plutarchus, VIII. 1. ſympoſ. Chaldæorum item & Phœnicum, qvemadmodum notat Jo. Crojus in ſpecimine conjecturarum ad loca qvædam Irenæi, Origenis &c. Confer Caſaubonum p. 73. ad Baron. Joannem Rualdum animadverſione 42. ad Plutarchum p. 132. & Theoph. Raynaudum T. XI. Opp. p. 173. Bacchus καὶ ἄῤῥηντε καὶ θῆλυς ὁ θεὸς ὥς φασιν, inqvit Ariſtides Orat. in Bacchum T. 1. p. 52. de qvo plura Triſtanus T. 2. p. 621. ſeq. & de aliis Græcorum Romanorumqve Diis Viri præſtantiſſimi Gisbertus Cuperus in ἀποθεώσει Homeri p. 227. ſeq. & Jo. Carolous Schottus in nova explicatione ejusdem ἀποθεώσεως, Gallice edita Amſtelod. 1714. 4. p. 52. ſeq. ut Æones Valentinianorum ἀῤῥενοθήλεις taceam, de qvibus præter Crojum libro laudato, Petavius ad Epiphanium p. 67. & D. Hooperus Epiſcopus Bathonienſis & Wellenſis in conjecturis de Valentinianorum hæreſi qvam ex Ægyptiorum Theologia illuſtrat, Lond. 1711. 4. His præter Interpretes Irenæi & Tertulliani addes ubi lubebit & examinabis tradita à Souverainio in libro Gallico, le Platoniſme devoilé p. 70. 84. ſeq. 93. &c. Mundus ἀῤῥενόθηλυς Jarchæ Philoſopho Indo apud Philoſtratum lib. 3. c. 11. de qva ſententia conferendus Voſſius VII. 6. de idololatria. Nota vetus formula *ſive DEus ſive Dea es*, de qva Briſſonius p. 54. libri de formulis & Tiraqvellus libro de retractu p. 81. b. ſeq. Dii Patres & Deæ matres. Idem Briſſon. p. 44. Dii πατρῷοι & μητρῷοι Valeſ. p. 18. ad Harpocrationem. Θεοὶ & Θεαὶ ſive ut Homerus & Orpheus

apud Proclum vocat, Θέαιναι. Δαίμονες & Δαιμονίδες, Τιτᾶνες, & Τιτανίδες, Anculi & Anculæ, Diis in Sole maſculis reſpondentes Deæ σεληνιακαί. Vide Proclum in Timæum lib. 1. p. 15. lib. 2. p. 67. ſeq. lib. 5. p. 291. 294. *Saturno* reſpondent Rhea, Mater Deum, Idæa Mater, Latia &c. *Jovi* Juno, Diana, Pallas, Ἀθήνη ſive Minerva, *Vulcano* Maja & Proſerpina, *Marti* Venus, Mola, & Nerie: *Cœlo* Terra & Ceres, Iſis *Oſiridi*, Thetys *Oceano*, Salacia *Neptuno*, *Quirino* Hora, Jurite *Quiritio*, *Satyris Panibus Faunis* Nymphæ: Heroibus Ἡρωΐδες ſive Ἡρωΐναι, ut notatum Ezech. Spanhemio p. 253. ſeq. ad Callimachum. Virilibus *Geniis* muliebres ſive Junones, de qvibus Sponius p. 83. Miſcell. ut innumera alia Dearum nomina omittam. Vide & Gellium XIII. 22. & Alexandrum Morum in notis ad novum Fœdus ad Actor. XVII. 18. Obſerves etiam in veteribus inſcriptionibus non tantum monumenta poſita *Diis Manibus*, ſed etiam *Maniabus*, perinde uti *Mœrabus* (μοίραις) ut notavit Claudius Dansqvejus p. 107. operis eruditi de Orthographia. Etiam in numis non modo Liber Bacchus eſt ſed & Libera, nec modo Venus Dea ſed Deus qvoqve, Venusqve maſcula. Sic Luna Dea & Deus Lunus de qvo Caſaubonus & Salmaſius ad Spartiani Caracallam cap. VII. Hugo Grotius ad Eſaiæ LXV. 11. Iſaacus Jaqvelotus diſſ. de exiſtentia DEI p. 4. & qvæ nuper dixi in Menologio ſive libello de Menſibus cap. 2. Nota qvoqve Fortuna barbata virilis aliaqve muliebris in Sponii Miſcellaneis eruditæ antiqvitatis p. 104. Philoni, lib. de Abrahamo p. 285. Virtus ἄρρεν φύσει, qvia in agendo conſiſtit, λογισμὸς θῆλυ, qvoniam in percipiendis, qvas dijudicat, verſatur ideis.

Sententia horum qvi ſexum in Divinis vel DEum ἀρσενόθηλυν ſtatuunt, valde affinis eſt illorum opinioni, qvi vel duo putant eſſe contraria omnium rerum principia coæterna, bonum & malum, vel DEum eſſe exiſtimant non modo cauſam & demiurgum ſed qvoqve materiam univerſi. Uterqve error dici non poteſt qvam longe lateqve invaluerit jam olim, & hodie paſſim ſerpat. Poſteriorem hunc maxime noſtra ætate incruſtavit Spinoſa, à qvo Cabbaliſtas nonnullos non alienos eſſe docuit Henricus Morus in fundamentis Cabbalæ T. 1. Opp. Philoſoph. pag. 523. & Jo. Georgii Wachteri liber, qvi inſcribitur Spinoſiſmus in Judaiſmo. Amſtelod. 1699. 8. atqve D. Joh. Franciſcus Buddeus in Philoſophia Hebræorum p. 325. ſeq. Eodemqve tendere dogmata Philoſophorum, unitatem & immutabilitatem omnium rerum ſtatuentium vel motum negantium, ut Zenonis Eleatæ, Xenophanis, Meliſſi, Sorani,

Stil-

Stilponis, Plotini, Jamblichi, Procli, Ariſtotelis, Abælardi, Scotiſtarum, Cæſalpini, paſſim diſputat in Lexico ſuo Hiſtorico Petrus Bælius, qvi Japonenſes qvoqve Spinoſiſmo ſuffragari contendit: qvemadmodum in Hallenſium obſervationibus ſelectis T. 1. p. 346. Spinoſiſtis accenſentur etiam ii Philoſophi, qvi ut Stoici DEum ſtatuerunt eſſe mundi animam. A Jacobo Bœhmio ſimiliter loca Epiſtolæ ad Romanos * XI. 36. & 1. Cor. VIII. 6. ita intelligi, ut DEus materia univerſi conſtituatur, qvi omnia ex ſe per emanationem produxerit, qvin imo hoc ipſum eſſe totius Bœhmianiſmi & enthuſiaſmi atqve fanaticiſmi inter Ethnicos, Chriſtianos & Muhamedanos fundamentum, omnia ex DEO materialiter promanare, atqve in illum iterum revolvenda, idemqve ſenſiſſe olim Chaldæos, Ægyptios, Sabios, Orphicos & plurimos è Græcis, nec minus Indos, Gallorumqve Druidas & alios bene multos, atqve hanc ipſum fuiſſe originem idololatriæ, ut in rebus naturalibus DEum ſe recte colere pleriqve opinarentur, fuſe atqve erudite docet D. Abrahamus Hinckelmannus ὁ μακαρίτης in detectione fundamenti Bœhmiani, vulgata Germanice Hamb. 1693. 4. Obſervandum tamen eſt, non omnes qvi dogmata nonnulla qvæ Spinoſiſmo ſuffragari videntur, amplexi forte ſunt, illico etiam totam Spinoſæ ἀθεότητα probaviſſe, aut atheis ideo adſcribendos eſſe, cum DEum cauſam efficientem & moderatorem univerſi, ab univerſo ita ut animam à corpore diſtinctum, ſcelerumqve vindicem ac virtutis remuneratorem agnoverint: aliis etiam præter rem dogmata illa impingi, ut Hippocrati, vel ut Plutarcho, qvi tamen adverſus Stoicos p. 1075. diſerte docet divinæ perfectioni eſſe adverſum, ut in communi ἐκπυρώσει univerſi in Jovis eſſentiam omnia redeant atqve in ea conſumantur. Confer qvæ de Plotino notavi lib. IV. Bibl. Græcæ cap. 26. pag. 150. Nam impudentiam Jo. Tolandi ** omitto, qvi in originibus Judaicis nuper Moyſen ipſum Spinoſiſtis accenſere non dubitavit.



* Non cauſam materialem, ſed efficientem tantum, notatam ab Apoſtolo, recte monuit S. Baſilius libro de Spiritu S. cap. 4.

** Tolandum confutandum in ſe ſuſcepere plures viri doctiſſimi ut *Jo. Franciſcus Buddeus* in Hiſtoria Eccleſiaſtica Vet. Teſt. & in programmate de Origine Gentis Hebrææ; *Salomo Deylingius* Obſervatt. ſacr. parte 2. ſub init. *Jo. Gottlieb Carpzovius* programmate inaugurali vulgato Lipſiæ 1713. *Jacobus Fayus* in defenſione Religionis, Ultraject. 1709. 8. *Elias Benriſt* in Miſcellaneis obſervationibus adverſus Tolandum, Gallice editis, Delphis 1712. 8. *Morinus* in Epiſtola ad Huetium in Tilladeti collections, T. 1. diſſ. V. p. 369. ſeq. adde T. 2. p. 231, & Memorias literarias Treveltinas A. 1709. Septembr.

Altera ſententia de duobus principiis diſtinctis coæternis bono uno, altero malo non minus late ſerpſit olim, viresqve agit hodie, propter duas cauſas potiſſimum, qvia pleriqve ſibi perſvaſerunt ex nihilo fieri nihil poſſe, & DEum optimum, malorum qvæ obſervantur in vita, cauſam eſſe non poſſe. Sed nihil poſſe fieri ex nihilo, nemo demonſtrare hactenus potuit, licet rationi aperte adverſatur credere qvod à nihilo aliqvid factum fuerit. At enim ab omnipotente cauſa potuit aliqvid condi ex nihilo reale, uti cogitatio noſtra qvando vult ex nihilo veluti condit ideas. Malum nullum datur cujus cauſa DEus ſit, ſed qvam primum ſub DEO aliqvid ponitur, jam non eſt DEus h. e. caret ſumma illa perfectione qvæ privationi nulli boni per naturam obnoxia eſt, aut libertatem ſortita nulli ſubjacet poſſibilitati ut ita dicam libertate illa abutendi. Poſito numero pari ponitur qvoqve impar, poſitaqve luce creata ponuntur etiam tenebræ, licet tenebras non condidit DEus, non magis qvam cœcitatem. Illa porro ut potentia ita ſapientia ac bonitate ſe teſtatus conditor perfectiſſimus eſt, ut pro conſilio ſuo & finibus qvos ſibi propoſuit qvam optima fecerit & pulcherrima, qvam pulchritudinem magis etiam miraremur, ſi poſſemus univerſi rationes & leges totamqve omnis ævi durationem & conſecutiones mente complecti, qvi in minuta ſæpe particula hærentes paſſim cœcutimus, & pro malis habemus qvæ in ſe mala non ſunt, faciuntqve ad majus bonum majoremqve pulchritudinem. Sed qvemadmodum qvotidie videmus ridicula ferri judicia de conſiliis Principum ab iis, qvi ex privatis commodis illa metiendo intimas eorum rationes ignorant, ſic longe abſurdius * reprehenditur ab nobis homuncionibus providentiæ divinæ ſapientia & juſtitia, qvi infiniteſimam ejus partem & ea qvæ ante pedes noſtros ſunt haud capimus.

*BONI DEI Nomina ſive ſymbola ſunt:*

1. apud Perſas *Orimazes.*
2. apud Ægyptios *Oſiris.*
3. apud Græcos & Romanos *Jupiter, Dijovis.*
4. apud Philoſophos *DEus, Lux, ignis, vita.* Vide Simplicium in 3. Phyſicorum Ariſtotelis p. 98.
5. apud Manichæos & alios hæreticos ** Duitas, *Pater JEſu Chriſti, DEus Novi Teſt.*

6. a-

* Confer Nazianzenum Orat. XVI. p. 260. ſeq.

** Prudentius in Hamartigenia v. 37. hæreticos qvi duos contrarios Deos inducebant vocat

6. apud Cabbaliſtas divinæ *Sephiroth*.
7. apud Formoſanos *Tamagiſanba &c.*

*MALI PRINCIPII nomina ſive ſymbola:*

1. apud Perſas *Arimanius*. Confer Plutarchum de Iſide p. 369. ſeq. *Ahermam* Herbelot p. 100. Bibl. Oriental.
2. apud Ægyptios *Typhon*.
3. apud Græcos & Romanos, *Pluto, Cacodæmon, Væjovis, Dis, ἀποτρόπαιος ᾅδης, DEus averruncus.*
4. apud Philoſophos, *Materia, tenebræ, nox, mors, nihil.*
5. apud hæreticos, *Creator, Demiurgus, Deus Vet. Teſt. ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου.*
6. apud Cabbaliſtas, *Keliſoth, Sammaël.*
7. apud Formoſanos *Sariaſing*, apud Chinenſes *Jooſié*, Sclavorum *niger DEus, Scerneboch. &c.*

Qvam multi dogma hoc de duobus principiis Deo bono uno, altero malo, vel qvod idem ferme eſt, de Hyle ſive materia mali principio Deo coæterna probaverint olim, probentqve hodie, conſulendi Jacobus Thomaſius ὁ μακαρίτης in ſchediaſmate Hiſtorico Lipſ. 1665. 4. p. 23. ſeqq. & libro de Stoica Mundi exuſtione Lipſ. 1676. 4. p. 29. ſqq. 77. 162. ſeq. Balthaſar Beckerus Libro 1. mundi faſcinati, Petrus Bælius in Lexico ſuo & aliis ſcriptis paſſim, atqve inprimis Jo. Chriſtophorus Wolfius amicus & Collega noſter conjunctiſſimus in Manichæiſmo ante Manichæos, & inter Chriſtianos redivivo Hamb 1707. 8. Ab illis disjungendi eſſent Perſæ veteres, ſi qvod Thomas Hydeus in Hiſtoria religionis veterum Perſarum p. 161. ſibi perſvaſit, alterum mali principium poſuiſſent creatum: Sed nihil tale ex Plutarcho & aliis veteribus colligas. Eorum autem qvi noſtra ætate, qva controverſia difficillima de origine mali à plurimis eruditiſſimis hominibus in omnes partes agitata eſt, unitatem DEI bonitatemqve & providentiam inſigniter vindicarunt, juvat vel unum laudare illuſtrem Leibnitium, ejusqve Theodiceam ſive ſpecimen de bonitate DEI, libertate hominis & origine mali, editum Gallice Amſtelod. 1710. 8.

Freqvens & hic humanæ mentis error, Deos malos & Cacodæmones inpri-

vocat *Duitas*, qvas recentiores qvidam minus commode *Dualiſtas*. Hi fuere Simoniani, Marcionitæ, Valentiniani, Manichæi, Pauliciani &c.

inprimis putare colendos ne noceant, cujus rei multa exempla reperire licet apud Voſſium lib. 1. de Idololatria c. 8. Theophilum Raynaudum T. VIII. Opp. p. 530. ſq. & in *Alexandri Roſſæi* variis religionibus ſive religioſis cultibus orbis terrarũ, quẽ librum ex Anglica lingva Germanice vertit Albertus Reimarus Lubecenſis, Amſt. 1668. 8. & Gallice Thomas le Grue Amſt. 1666. 4. atq; in *Abrahami Rogeri* janua aperta Ethniciſmi, doctisq; *Chriſtophori Arnoldi* ad illum librum ex Belgico Germanice translatum animadverſionibus, Norimb. 1663. 8. Non tamen huc facit inſcriptio vetus apud Gruterum p. CXXX. 4. qvæ à Clariſſ. Struvio p. 83. Antiqvit. Rom. allegatur, nam pro KAL. ÆLIONIN. DI. IR. qvod de *Diis iratis* vir doctus explicavit, legendum eſt L. ÆLIO CÆSARE, ut in nova Gruteriani operis editione ex Reineſio recte eſt annotatum.

Porro colebantur vel Dii ſinguli, vel plures junctim, qvi eam ob cauſam dicti σύνθρονοι, πάρεδροι, σύνεδροι, σύνναοι, σύμβωμοι qvod thronos, cultum, templa, aras communes ac conſociatas habebant, de qvibus conferendus Stephanus le Moyne notis ad Varia ſacra p. 382. Salmaſius ad aram Herodis Attici, Gisbertus Cuperus in obſervationibus IV. 3. & libro de Harpocrate p. 149. 152. *Cabiros* qvoqve Deos ſocios interpretatur V. C. Hadrianus Relandus diſſ. 1. Miſcell. V. Trajecti 1706. 8. atqve ita dictos obſervat Dioſcorus Caſtorem ac Pollucem, nec non inferos Deos Cererem, Proſerpinam, Plutonem ac Mercurium. Confer ſi placet Joannis Antonii Aſtorii JCti Veneti diſſertationem de Diis Cabiris, vulgatam Venetiis 1703. 8. & Tobiæ Guthberleti diatribam de Myſteriis Deorum Cabirorum, Franeqver. 1703. 8. Hinc & imagines *panthea* & numi *panthei* in qvibus conjuncta Symbola pluribus Diis communia, de qvibus Struvius p. 82. Antiq. Rom. Claudius Nicaſius in diſſ. de numo Pantheo Hadriani Lugd. 1689. 4. Petrus Segvinus numiſm. p. 3. Jac. Wildius p. 208. 209. aliiqve. De templis feſtisqve Pantheis infra erit dicendi locus. Dii *Penates*, appellabantur qvos qvisqve privatim coleret, ac Patronos ſibi & tutelares adſciviſſet.

VIII. Tralatitium & illud, multiplicia Diis *nomina* attributa & appellationes datas variis de cauſis, ſive à loco ubi colerentur, ſive ab ope & auxilio qvod ab illis exſpectarent homines, ſive ab alia occaſione, in qvibus cognominibus Deorum annotandis induſtriam præcipue probarunt *Julianus Aurelius* Leſſignienſis libris tribus de cognominibus Deorum gentilium, qvi Antwerpiæ 1541. & cum Phornuto Baſil. 1543. 8. &

au-

auctiores Lovanii 1569. 8. ſeparatim, & ante non ita multos annos in Belgio lucem viderunt: tum *Lilius Gyraldus* vir doctiſſimus in ſyntagmatibus de Diis, qvorum Index in editione præſertim Leidenſi A. 1696. fol. à V. C. Joanne Jenſio ſubjectus amplam illorum copiam ordine Alphabetico ſpectandam ſuppeditat, qvæ tamen ex veteribus Inſcriptionibus & numorum antiqvorum ſupellectile multum etiamnum augeri poteſt, hæc enim ambo genera priſcorum monumentorum ætate Gyraldi & Juliani Aurelii nondum ſatis diligenter à viris doctis fuere luſtrata.

*Imagines* Deorum qvales finxere antiqvi, paſſim in iisdem numis conſpiciuntur, & à viris doctis qvi numos ediderunt illuſtrantur, qvibus addi poſſunt præter Gyraldum à me jam laudatum *Vincentii Chartarii* Rhegienſis Imagines Deorum, Italice primum vulgatæ, Venet. 1571. atqve Latine verſæ ab Antonio Verderio & ſub Panthei antiqvorum titulo editæ Lugd. 1581. 4. recuſæqve Rotemburgi ad Tubarim 1683. 4. & hinc inde à Paulo Hachenbergio ut habet titulus illuſtratæ (licet in libro ipſo nihil reperio qvod ad Hachenbergium referre poſſim) Francof. 1687. 4. Præſtantiſſima vero Chartariani operis editio eſt qvæ Italice cum *Laurentii Pignorii* auctario & diſſertatione de Diis utriusqve Indiæ Orientalis & Occidentalis & animadverſionibus, Cæſarisqve Malfatti allegoriis prodiit Patavii 1615. recuſa ibid. 1626. 4. Venet. 1647. 4. *Abrahami Ortelii* Deorum Dearumqve capita ex numiſmatibus, cum notis Phil. Galei Antwerp. 1573. 4. & Franciſci Swertii 1602. 4. Amſtelod. 1680. & Bruxellis 1683. 4. recuſa, exhibentur Tomo VII. Theſauri Antiqvit. Græcar. *Michaël* qvoqve *Angelus Cauſſæus* in prima parte Muſei Romani, in Actis Eruditorum T. 2. Supplementi p. 33. recenſiti, exhibet & illuſtrat varias Deorum Dearumqve imagines Rom. 1691. fol. & Tom. V. Theſaur. Antiqv. Romanarum. Idem Cauſſeus nonnullas Deorum imagines exhibet in gemmis antiqvis delineatis Rom. 1700. 4. confer Act. Erud. ejus anni p. 481. Prætereo imagines Deorum obvias apud alios gemmarum veterum collectores, illuſtratoresve *Joh. Chifletium, Leonard Auguſtinum, Hub. Golzium, Abrahamum Gorlæum, Joh. Petrum Bellorium, Jac. Gronovium*, Jacobum de Wilde, Dominicum Roſſi & Paulum Alexandrum Maffeum, tum in Theſauro Palatino & Brandenburgico, præſtantiſſimi *Laur. Begeri* & apud antiqvarios paſſim. Etiam prioribus Tomis, (primo maxime) Theſauri antiqvitatum Græcarum, inter imagines à Cl. Gronovio collectas, Dii qvidam, licet perpauci, comparent, qvo ipſo nomine reprehenditur à Begero in colloqvio qvorundam de

tribus primis Theſauri antiqvitatum Græcarum voluminibus, qvod ſub *Dulodori* nomine anno 1702. in lucem editum Berolini eſt in fol. Freqventiſſimæ ut jam dixi ſunt imagines Deorum in numis, de qvorum ſcriptoribus alio in loco dicetur. Nunc ſufficiat, præter *Ortelium* modo laudatum nominaſſe *Antonii Auguſtini* Epiſcopi Tarraconenſis dialogos XI. de numis, Hiſpanice ſcriptos vulgatosqve Tarracone 1587. 4. & à *Dionyſio Octaviano Sada* Italice, Rom. 1650. fol. ab *Andrea Schotto* latine translatos & editos, qvibus idem Schottus dialogum XII, in qvo de priſca religione & Diis gentium agit, ſubjunxit Antw. 1617. 4. *Balth. Bebelii* diſſertationes IV. de Theologiâ gentili ex numis illuſtrata, Witeb. 1658. laudat Struvius in Syntagmate Antiqvitatum Rom. pag. 59.

*Genealogias* Deorum præter Heſiodum, cujus Theogonia exſtat, ſcripſere olim Abaris, Andron, Antiphon, Dromocrides, Epimenides, Hecatæus, Muſæus, Orpheus & Pherecydes Athenienſis ut dixi libro 2. Bibl Græcæ cap. 8. §. 15. ubi de Heſiodo: Vide etiam, ſi placet Cangii præfationem ad familias Byzantinas & Jac. Frid. Reimanni Hiſtoriam literariam de fatis ſtudii Genealogici apud Hebræos Græcos & Latinos, Qvedlimb. 1702. 8. E recentioribus conferendi præter interpretes Heſiodi & *Burcardi Pyladæ* Brixiani Poëma elegiacum libris V. de Deorum genealogiis, Heſiodo in editionibus qvibusdam antiqvis adjungi ſolitum, *Eilhardus Lubinus* in face poëtica ſive Genealogia & rebus Geſtis Deorum gentilium, virorum, Regum & Cæſarum Romanorum tabulis illuſtrata, Roſtoch. 1598. 8. Thomas Galeus ad *Apollodori* Bibliothecam ſive libros de Diis de qvibus in eadem Bibliotheca Græca lib. 3. c. 27. His conferendi ſcriptores de Valentianorum Æonibus, Irenæus, Tertullianus aliiqve.

IX. Ut ad ſummum illum verum ac ſingularem DEum & nunqvam ſine intimo venerationis & amoris ſenſu cogitandum revertamur, hunc omnis autorem boni, omnium rerum conditorem adoratione & ſacrificiis primi ſtatim homines coluerunt, illumqve ejus cultum tradiderunt poſteris, ſuffragante cujusqve ratione ac ſenſu, & opificis magnitudinem, potentiam, ſapientiam & bonitatem ex operibus ejus colligente. Hujus cultus per omnes gentes & ætates veſtigia expreſſa ſemper videre licuit, ſed cum apud cæteros populos mirum in modum obſcuratus & ſuperſtitioſis atqve idololatricis religionibus contaminatus eſſet, purior & integrior apud Abrahami permanſit poſteros, cui DEus ſingulari

ſingulari modo ſe aperiens, atqve progeniem ejus per Moyſen ac Prophetas ſubinde edocens de voluntate ſua & naſcituri ex illa ſtirpe, qvem protoplaſtis jam promiſerat, Meſſiæ ſpem fidemqve certam faciens, veram colendi ſui rationem commonſtravit & fœdus cum illo icit. Primum igitur hoc veræ & antiqviſſimæ religionis fundamentum, unum DEum veneratione & cultu proſeqvi, cujus unius plura in ſacris literis ſunt *nomina*, attributa qvædam & virtutes ejus denotantia, de qvibus Irenæus lib. 2. c. ult. Origenes VI. contra Celſum p 296. Epiphan. hæreſi 40. Hieronymus Epiſt. 136. ad Marcellam T. 2. edit. Marcianæi pag. 270. 275. ubi exhibetur etiam Evagrii ſive Athanaſii ſcholion Græcum ejusdem argumenti ex Codice Colbertino, qvale vulgaverat Crojus in ſpecimine conjecturarum ad qvædam loca Irenæi p. 50. & Cotelerius T. 3. monument. Eccleſ. Græcæ p. 116. His addendi Theodoritus V. 3. hæret. fab. Photius Epiſt 162. 163. & Iſidorus Hiſp. VII. 1. Originum. E recentioribus Buxtorfius diſſ. V. Theologico Philolog. qvæ eſt de nominibus DEI Hebraicis, Angelus Caninius c. 2. de locis Ebraicis N. T. Chriſtoph. Cartwrigthus in mellificio Hebraico V. 2. Joh. Druſius libro de nomine Elohim, Simon Epiſcopius in Inſtitutionibus Theolog. p. 281. Nic. Fullerus IV. 13. 14. Miſcellan. Petrus Galatinus libro 2. de Arcanis Catholicæ veritatis, Theodorus Hackſpanius in ſylloge p. 159. ſeq. Hottingerus faſciculi diſſ. IV. qvæ eſt de nominibus DEI apud Orientales. Henricus Kippingius libro de Cruce p. 236. ſeq. Jo. Leusdenius Philologo Ebræo p. 283. ſeq. Leo Marius digreſſione de nominibus divinis, qvæ commentario ejus in Exodum ſubjicitur, Petavius dogm. Theol de Deo VIII. 9. Jo. Reuchlinus de verbo mirifico II. 14. ſeq. ac libro 3. de Cabbala, & B. D. Auguſtus Varenius libello de nominibus divinis.

Singulare nomen *tetragrammaton*, qvod αὐτουσίωσιν DEI, οὐσίαν ὑπερούσιον & *eſſentiam* ut Jac. Altingii verbo utar *eſſentiantem* denotat, præ reverentia ἀνεκφώνητον multis viſum eſt, * aliis qvomodo efferendum ſit in diverſa abeuntibus. *Jehovah* recte pronunciari contendunt Nic. Fullerus, Tho. Gatakerus & Jo. Leusdenius, qvorum diſſertationes una cum contrariis Jo. Druſii, Sixtini Amamæ, Lud. Capelli, Jo. Buxtorfii & Jac. Altingii in qvibus diverſa ſententia propugnatur, junctim excudi

 cu-

* Vide C. V. Andreæ Chriſtophori Zelleri Commentarium ad Maimonidem de vacca ruſa p. 193. ubi Joſephi, Clementis Alex. Nazianzeni & Theodoriti loca. Et de veſtigiis nominis Jehovah apud Ethnicos confer Steph. le Moyne diſſertationem ad locum Jeremiæ XXIII. 6. p. 50. ſeqq.

curavit V. Cl. Hadrianus Relandus Trajecti 1707. 8. De eodem argumento exſtant B. Mich. Waltheri patris ſpicilegium controverſiarum de nominibus DEI Jehovah & Elohim, Jen. 1660. 4. Jo. Ben Carpzovii filii de tetragrammato Exercitatio, in diſputationibus ejus Academicis p 285. ſeq. qvi Druſii ſententiam propugnat: Chriſtiani Reineccii diatribæ tres Lipſ. 1696. vulgatæ, Jo. Turneri diſſertatio Anglice edita, cujus argumentum refertur in Actis Erud. A. 1685. p. 201. ſeq. ex qvo apparet eum nomen qvod ἀνεκφώνητον ſtatuere Judæi, putare eſſe non aliud qvam *Ehjeh*. Vide etiam Rev. D. Jo. Diecmanni ſcripta Germanice junctim edita p. 265. 273. ſeq. & Memorias literarias Trevoltinas A. 1711. p. 2067. - - 2074.

De nominibus & cognominibus DEI LXXII. Cabbaliſticis decemplici modo diſpoſitis adeoqve ad numerum 720. aſcendentibus videndus Galatinus capite ultimo libri ſecundi: Jo. Reuchlinus libro de Kabbala tertio, illuſtriſſimi Baronis Chriſtiani Knorrii à Roſenroth Kabbala denudata Tom. 2. ſive liber Zohar reſtitutus pag. 179. ſeq. Jo. Saubertus in palæſtra diſſ. p. 66. & Kircherus T. 2. Oedip: Ægyptiaci parte 1. p. 229. ſeq. Apud Arabes nomina divina XCIX. celebrari notant Ludovicus Marraccius ad Alcoran. f. 414. Otto Dapperus in Aſia p. 553. aliique. De illis videndus etiam Kircherus libro laudato p. 369. ſeq. Atqve ut ex Lambecii lib. 1. de Bibl. Vindobonenſi p. 187. cognoſcimus, Petrus à Valle divina nomina ſeu attributa uno plus mille ex Arabico & Perſico Latine edere voluit. Nomina & attributa Dei CXIX, Angelorum XVIII, Diaboli XXIX, ex Perſarum traditione refert Tho. Hyde c. XI. p. 177. ſeq. de religione Vett. Perſarum. De nominibus ſexaginta divinis apud Æthiopes vide Jobi Ludolfi commentarium ad Hiſt. Æthiopicam p. 350.

De ratione decem Sephiroth ſive Ordinum in ſcala Cabbaliſtica videndus Henricus Morus in operibus Philoſophicis p. 429. ſeq. Zohar reſtitutus parte 2. p. 51. ſqq. Abrahamus Hinckelmannus ὁ μακαρίτης in detectione fundamenti Bohemiani p. 20. ſeq. Jo. Stephanus Rittangelius ad librum Jetzirah, D. Jo Franciſcus Buddæus in Philoſophia Hebræorum p. 277. ſqq. Jo. Saubertus in palæſtra diſſertationum p. 53. ſeq. Detlev. Cluverus in Hiſtoricis Obſervationibus Germanice vulgatis Hamburgi A. 1706. p. 161. ſeq. & p. 173. ubi decem Sephiroth conferri videas cum ſeptem metallis & ſale, ſulphure ac mercurio. Cæſar Ævolus Neapolitanus de attributis DEI ſive Sephiroth Venet. 1589 4.

atqve

atqve Kircherus T. 2. Oedipi part. 1. p. 214. ſeq. qvi decem illa Sephiroth 1) confert decem nominibus DEI p. 290. ſq. 381. 2) decem ordinibus ſpirituum creatorum: tum 3) cœlo empyreo, cryſtallino, primo mobili ac ſeptem planetis: 4) decem hominis membris præcipuis vide p. 356. ac 5.) decem præceptis divinis. Alii in illis Sephiroth deprehendere ſibi viſi ſunt DEum Patrem, Filium & Spiritum S. ſeptemqve Angelos principes. Videndus & idem Kircherus p. 316. ſq. diſſerens de qvinqvaginta portis intelligentiæ, & de triginta duabus ſemitis ſapientiæ p. 311. ſq. de qvibus ipſis multa Rittangelius & Judæi ad librum Jetzirah Abrahamo Patriarchæ falſo adſcriptum. Vir eruditiſſimus Campegius Vitringa lib. 1. Obſervationum ſacrarum diſſ. 2. p. 134. ſeq. contendit per novem Sephiroth innui attributa Meſſiæ Regis Eccleſiæ, divinasqve perfectiones & virtutes qvæ in perſona & regno ipſius demonſtrantur & illuſtrantur. Poſtremum ex illis decem, Malcuth ſive regnum, ex aliorum etiam plerorumqve ſententia Eccleſiam denotat. Hiſce divinis Sephiroth apud Cabbaliſtas opponuntur *Keliphot* ordinesqve ſpirituum impurorum, & Dæmones principesqve LXX. gentium idololatricarum, qvi vocantur Keliphot i. e. cortices, velut extra nucleum divinæ beatitatis & cœleſtis conſtituti. Vide Jo. Andreæ Eiſenmengeri detectum Judaiſmum T. 1. p. 35. 55. 817. ſeq. & 841.

Theologiam Judaicam ſcripſit *Joſephus de Voiſin* Senator Burdegalenſis, qvâ colligit ex Hebræorum ſcriptis teſtimonia veritati Religionis Chriſtianæ ſuffragantia. Pariſ. 1574. 4. Idem facit in notis ad *Raymundum Martini*, qvemadmodum & Raymundus ipſe in pugione fidei Pariſ. 1651. fol. & Lipſ. 1687. fol. in qva editione acceſſerunt Hermanni ex Judæi circa A. C. 1116. clari opuſculum de converſione ſua, antea ineditum, atqve B. D. *Joh. Benedicti Carpzovii* filii introductio in Theologiam Judaicam, & eruditis de Raymundo & Voiſinio prolegomenis. Ex hoc Raymundo multi obſervarunt non pauca repetiſſe *Petrum Galatinum* libris VIII. de arcanis Catholicæ veritatis, qvi cum libris tribus Jo. Reuchlini de Cabbala prodierunt Francof. 1672. fol. poſt editiones Baſileenſem 1550. & 1561. in qva editione occurrunt etiam tres libri Reuchlini de verbo mirifico, & Francof. 1603. *Antonii Hulſii* Theologiæ Judaicæ tantum vidi primam partem, de Meſſia Rabbinorum detorſiones & commenta perſeqventem confutantemqve, Bredæ 1653. 4. Cæterum ſententiam Judæorum recentium de præcipuis ſacris dogmatis petere licet ex *Jo. Henr. Hottingeri* Compendio Theologiæ Judaicæ, qvod Enneadi

diſſertationum, Tiguri 1662. 4. ſubjecit, cujusqve capite primo diſſerit de variis inter Judæos ſectis, Sadducæis, Karæis, Phariſæis, Samaritanis, Gaulonitis, Eſſæis: tum ex libro *Joannis à Lent* * cui titulus אמונה של יהודים אחרונים ſeu *de moderna Theologica Judaica* Herborn. 1694. 8. cui jungendæ Maimonidis conſtitutiones de fundamentis Legis & Abarbanelis liber de capite fidei cum notis Gvil. Vorſtii, Amſtelod. 1638. 4. Carpzovii jam laudati Exercitatio de articulis fidei Judaicæ in ejus Diſputationibus Academicis p. 466. ſeq. & *D. Joh. Henrici Maji* Theologi Gieſſenſis ſynopſis Theologiæ Judaicæ veteris & novæ, illiusqve veritas & hujus falſitas demonſtrata. Gieſſæ 1698. 4.

X. Veſtigia dogmatis de SS. Trinitate apud Judæos pariter & Ethnicos multos, perinde ut apud Muhamedanos pleriqve viſi ſibi ſunt deprehendere, cujus rei teſtimonia non pauca collecta videre eſt in illuſtris Huetii Alnetanis qvæſtionibus ſive Concordia rationis & fidei lib. 2. cap. 3. Philippi Mornæi de veritate relig. Chriſtianæ c. 6. Eugubini libro 1. & 2. de perenni Philoſophia, Livii Galantis comparatione Theologiæ Chriſtianæ cum Platonica lib. 3. pag. 90 ſeq. & lib. 4. p. 113. ſq. 127. ſeq. à Petro Bungo de myſteriis numerorum p. 186. ſeq. Mutio Panſa de oſculo Ethnicæ & Chriſtianæ Philoſophiæ c. 36 p. 187. ſeq. & c. 2. p. 289. ſq. & Radulpho Cudwortho in intellectuali ſyſtemate univerſi Anglice edito Lond. 1670. fol. lib. 1. c. 4. De Judæis ſingillatim viden-

* Ejusdem Joannis à Lent Schediaſma Hiſtoricum *de pſeudo Meſſiis* prodiit Herborn. 1684. & 1699. 4. in qvo p. 93. majus opus de hoc argumento meditari ſe teſtatur. De eodem conferendus Richardus Kidderus in demonſtratione Meſſiæ, Anglice edita parte 3. cap. 10. Jacobus Baſnage in Hiſtoria Judæorum, & Joh. Chriſtophorus Mullerus in Gräuel der falſchen Meſſien / cujus lucubratio inſerta eſt Pantheo Anabaptiſtico & Enthuſiaſtico, vulgato A. 1702. fol. Singulare eſt qvod Coſmas Indoplevſtes lib. VIII. p. 301. ſcripſit *Hiskiam* Regem vana perſvaſione exiſtimaſſe ſe eſſe Meſſiam illum à Davide in Pſalmis prædictum. Cui addendum illud R. Hillelis qvod ex Gemara Sanhedrin. c. 2. afferunt viri docti: *Non eſt amplius Meſſias Iſraeli, quia abunde potiti illo ſunt tempore Hiskiæ.* Etiam *Muhamedem* initio habitum à Judæis pro Meſſia ſcribit Conſtantinus Porphyrogenetus de adminiſtrando imperio p. 38. Cæterum commentum recentium Rabbinorum *de Meſſia duplici*, uno glorioſo filio Davidis, altero paupere & contemto filio Ephraim è ſtirpe Joſephi explodunt, atqve antiqvis Hebræis ignotum fuiſſe & inauditum probant Carpzovius in diſſ. p. 243. ſeq. Chriſtophorus Cellarius in ſpecimine anti-Judaico de gemino Meſſia, Leucopetræ 1668. Jo. Wulferus in theriaca Judaica p. 369. Steph. le Moyne ad locum Jeremiæ XXIII. 6. p. 139. ſeq. & Carolus Daubuſius libro pro teſtimonio Joſephi de Chriſto p. 134 ſeq.

videndus Raymundus Martini, Galatinus, Rittangelius libro de λόγῳ & altero de veritate relig. Chriſtianæ & in notis ad librum Jetzira, Hermanni Witſii Judæus Chriſtianizans circa principia fidei & SS. Trinitatem: ac Petrus Allixius in judicio Eccleſiæ veteris Judaicæ adverſus Unitarios, Anglice edito Lond. 1699. & Germanice Berolini 1707. 4. De Muhammedanis adſcribam tanto lubentius locum viri eruditi Andreæ Mulleri Greifenhagii in notis ad Excerpta Azizi Neſephæi, Tatari, qvod & liber haud ubiqve obvius eſt, & de Judæis qvoqve Ethnicisqve plura compendio exhibet:

*Quod Mohammedani æque ac Judæi, uti & paganorum nonnulli, TRIA IN DEO ſtatuant: certum eſt. Et iſta quidem TRIA tum conjunctim, tum ſeparatim ſuis ex omni parte inſigniuntur nominibus.*

*Conjunctim appellata ſunt:*

(I.) *Inter Paganos quidem,*

1. Τρεῖς ὑποστάσεις, *à Platonicis.*

2. *Tres Reges, à Porphyriô.*

(II.) *Inter Judæos vero*

1. ג׳ מדות *tres menſuræ. V. Kircher. Obeliſc. pag. 404.*

2. ג׳ פנים *tres perſonæ. V. Suid. v. ἅγιος.*

3. ג׳ ספירות *tres numerationes, *ex interpretatione Reuchlini, Schickardi &c. vel etiam tres ſphæræ, vel potius τρεῖς αὐγαὶ, ex mente Rittangelii.*

4. ג׳ הויות *tres eſſentiæ. R. Eliezer Häkler.*

5. *tria lumina, ap. Cabbaliſtas. V. Grot. de ver. Rel. Chr. p. 123.*

6. τριτταὶ φαντασίαι. *V. Philon. l. de Sacrific.*

7. τρεῖς δυνάμεις, *id. ibid. Hebr.* ג גבורות *potentiæ. Zohar.*

8. ג׳ אלהים *tres Dii, Reſit chocma.*

(III.) *Inter Mohammedanos*

1. *tria Attributa.*

2. *tres ordines vel Dignitates, Azizius p. 32. Quomodo vero TRIA illa, quæ diximus, à Paganis & Judæis ſeparatim dicantur, in diſſertatione de promovendâ etiam extraneorum ſalute deduci poſſit. Jam de ſolis Mohammedanis loquar.*

1. *Multa eorum eſſe.*

2. *Illorumque Catalogum Alcor. c. LVII. exhiberi.*

3. *& nonaginta novem nominibus divinis quæ pulcherrima nomina vocant,*

* Hinc nomen DEI ſcriptum per *tria jodhin.* Vide Clariſſimi Collegæ mei Jo. Chriſtophori Wolfii Bibliothecam Hebraicam p. 199.

ſant, contineri, uti ap. Hebræos בשם ע״ב ſexies duodecim nominib. de quib. Reuchl. Cabbal. L. III.

4. Palmaria eſſe tria.

5. Eaq; tria unum eſſe, perinde ut Cabbaliſtæ dicunt: Tres illos ſplendores eſſe unum idemq; ſolium. V. Reuchl. col. 736. unam eandemq; coronam col. 747.

6. Sic vero dici: Eſſentiam, Vitam, faciem.

7. Et hanc cauſam eſſe, quare DEus in Alcorano pluraliter de ſe loquatur. Richard. c. 1. Quod ſi B. Paulus, ut rectiſſime, ἐκ τῶν οἰκείων δογμάτων τοὺς Ἀθηναίους ἐχειρώσατο h. e. ex domeſticis dogmatibus Athenienſes (Act. XVII, 23.) convicit, uti Iſidorus Peluſiota Ep. IV. 69. loquitur, quidni commode Judæi atque Mohammedani ad S. Trinitatis agnitionem ex talibus ipſorummet principiis manuduci poſſint? Et quanquam hujusmodi placita ex rationis potius lumine quam traditione accepiſſe videntur, juvabit tamen oſtendere illis, quod quidam ipſorum, etiam cum Orthodoxi à ſuis haberentur, locutionibus noſtris uſi ſint. Quodque vocabulum Perſonarum haud quaquam multiplicitatem aut pluralitatem eſſentiæ divinæ importet. Hôc facilius ad fontes dogmatis de S. Trin. (quod utiq; primo omnium fieri oportet) traherentur. Nec omnino rejiciendum, quod durioribus quibusdam vocabulis uſi ſint. Nam & Chriſtiani SS. Trinitatem varie appellaverunt. Non dicam de iis appellationibus quæ damnatæ ſunt, ut quod Sabellius tres Nomenclaturas, Valla tres Qualitates dixit, ſed de iis, quas, qui in hoc articulo nobiſcum recte ſentiunt, uſurpaverunt.

Quas enim tres perſonas Deitatis vocamus,

1. à Græcis τρεῖς ὑποστάσεις dictæ ſunt. Primo quidem non ſine ingenti certamine cum Latinis, tandem vero indifferenter.

2. ab Armeniis tres animæ.

3. ab Ægyptiis tres ſpiritus.

4. ab Æthiopibus tres eſſentiæ, ſ. perſonæ ſ. naturæ. V. Joh. Ludolf. Lex. Æth. ad Radicem Halava.

5. ab Arabibus tres Margaritæ, vel, ex Perſica Lingua ſplendores. Cum tamen Æthiopes duas, quæ in Chriſto ſunt, naturas margaritas dicant.

6. à Syris Radices ſ. principia, ſic enim exponitur à Gjeubari vox Arabica, quæ à Syris tradita eſt.

7. tria Attributa, Paul. Epiſc. Sidon.

8. tria Idiomata, Gennadius T. IV. Bibl. PP. P. I. p. 949. pr.
De quo v. Poſſevinus Appar. ad Biblioth.

8. tria Individua, Id.

9. tres formæ, Id.

10. tres naturæ, Elucidarius juſſu Henrici, Ducis Brunſwicenſis, ſcriptus, cujus

*cujus verba*: Wir ſullen glouben daz an Gote dri Naturen ſint/und daz die dri genant ſin ein ware Gotheit. *Extat MSt. in Bibliothec. ELECTORALI.*

Hactenus Andreas Mullerus. Negari interim neqvit, plura horum qvæ ex ſcriptis à Chriſtiana religione alienis ad confirmandum dogma de SS. Trinitate afferuntur, ſi propius inſpicias, non parum eſſe ab illo remota & longe aliorſum ſpectare, ut de Trinitate Platonica & Ariſtotelica recte notavit Beſſario Cardinalis lib. 2. contra calumniatorem Platonis c. 4. & lib. 3. cap. 15. qvatuorqve proximis. Vide etiam de Platonica Jo. Baptiſtam Criſpum de Philoſophis caute legendis p. 37. & qvæ nuper diſſeruit Franciſcus Baltuſius S. I. in Apologia pro Patribus Platoniſmi accuſatis, edita Gallice libro IV, cap. 12. ſeqq.

XI. De falſis Diis & idolis variarum gentium in Scriptura S. memoratis, nemo eruditius ſcripſit *Joh. Seldeno* Anglo, cujus notiſſima, lectuqve digniſſima ſunt ſyntagmata duo de Diis Syris, qvo nomine & Ægyptiorum ſimul & Arabum ac Perſarum, Ebræorumqve nec pauca Afrorum & Europæorum idola à Syris utcunqve accepta intelliguntur, lucem primum adſpexere Londini 1617. 8. deinde ab autore recognita inſcriptaqve Dan. Heinſio prodierunt apud Batavos typis Elzevirianis 1628 8. deniqve in Germania cum additamentis *Andr. Beyeri τοῦ μακαρίτου*, Eccleſiaſtæ Freibergenſis Lipſ. 1672. 8. Conferenda & *Antonii van Dale** Medici Harlemenſis diſſertatio de origine ac progreſſu Idololatriæ ac ſuperſtitionum præcipue apud Judæos, una cum aliis ejusdem infra commemorandis vulgata Amſtelod. 1696. 4. Deos Phœnicum Μελκάθαρον & Οὔσωρον (male Θησαυρὸν apud Codinum in Originibus CPol. num. 60.) Arabum Δούσαριν & ὄβδον, aliosqve multos aliarum Gentium Deos memorat Euſebius Oratione de laudibus Conſtantini p. 645. De Ægyptiorum, Syrorum, Ebræorumqve Diis copioſe diſſerit *Athan. Kircherus* T. I. Oedipi Ægyptiaci. Idem argumentum noviſſime tractavit *Urbanus Chevræus*, A. C. 1700. ætatis 88. denatus, in Chævræanis, à vivo & ſpirante adhuc auctore (contra conſuetudinem aliorum ejus generis librorum) editis T. 1. p. 395. ad finem usqve libri. Licebit etiam conſulere Villalpandum ad Ezechiel. T. 1. p. 123 ſeq. *Petri Juriæi* Hiſtoriam rituum ſupra p. 8. laudatam, & *Auguſtini Calmet* diſſ. de Philiſtinis eorumqve Diis Dagone, Beelſebub, Aſtaroth, Marna & Baal Berith, inſerta commentario ejus nuper edito ad libros Regum Pariſ. 1711. 4. Huetii item & aliorum virorum doctorum divinationes ad illuſtrem Cuperum de Deo Jari-

 bolo

* Obiit Harlemi A. 1708. Confer Jo. Clerici Bibl. ſelectam T. 17. p. 309.

bolo * Madbacho & Selamane. Nec minus *Alexandri Roſſæi* templum Judaico Ethnicum, poſt Anglicas, Gallicasqve & Germanicas editiones etiam ſupra p. 239. memoratas cum copioſis *Davidis Nerreteri* additamentis Germanice editum Norimbergæ 1701. 8. & *Abrahami Rogeri* januam apertam ad arcana Gentiliſmi, una cum *Chriſtophori Arnoldi* additamentis itidem Germanice vulgata, in qvibus libris non veterum tantum ſed & recentium, maxime gentium Orientalium, Idololatria ac ſuperſtitiones exponuntur. Præ cæteris eminet liber Gallice vulgatus Pariſ. 1710. 12. qvatuor voluminibus: *l'Hiſtoire des religions de tous les Royaumes du Monde, revüe, corrigée, augmentée & miſe dans un meilleur ordre par le Sieur* Jouet, *Chanoine de Laon, Prieur de Plainchatel.*

XII. De *Mithræ* ſive Solis cultu apud Perſas multa Thomas Hyde cap. 4. de religione Vett. Perſarum. Ac Solem qvidem non à Perſis tantum cultum tanqvam DEum, ſed ſub nominibus & ſymbolis variis & multiplicibus adoratum à toto Oriente & aliis nationibus, præclare oſtendunt viri docti ad Macrobium lib. 1. Saturnal. c. 17. ſeq. Jo. Braunius libro IV. ſelect ſacrorum, Voſſius lib. 2. de Idololatria, Gisb. Cuperus in ſuo Harpocrate, Jac. Sponius in Miſcellaneis p. 87. ſeq. & libro Gallico *recherche des Antiquitez*, Jo. Franciſcus Grandis in diſſ. de variis Dei nominibus Soli attributis, & Hieronymus Aleander. junior in expoſitione tabulæ Heliacæ, Rom. 1616. 4. & T. V. theſauri Græviani, qvi inter alia Herculem qvoqve & Mercurium, Bacchumqve atqve Apollinem notat unum idemqve Numen Solis referre, ita qvidem ut Apollo æſtatem, Bacchus autumnum, Hercules hiemem, Mercurius ver præſtet, & Herculis duodecim labores nihil aliud denotent qvam Solis tranſitum per totidem ſigna cœleſtia. De *Marna* Palæſtinorum qvi & ipſe Solem ſignificabat, præter alios videndi Noriſius diſſ. V. de Syro Macedonum Epochis & Abraham Sellerus in Antiqvitatibus Palmyrenis c. 3. De *equis Solis* Ezechiel Spanhemius ad Callimachum p. 434. & de *Coloſſo* à Rhodiis Soli dicato Turnebus VIII, 24. Adverſar. Allatius ad Philonem Byz. & Cangius ad Zonaram p. 67. De aliis Coloſſis ad Rhodii exemplum conditis Paulus Voëtius ad Herodianum p. 186. ſeq. De antiqviſſimo *Aſtrorum* cultu Epiſtola Spiridionis Poupartii inſerta Memoriis literariis Trevoltinis A. 1712. Septembr. p. 1615.

XIII. Ut *Sol* aliis nominibus eſt Apollo, Baal, Bacchus, Belus, Che-

** Memoïr. de Trevoux A. 1704. I. p 245. ſeq. Abraham Sellerus in Antiqv. Palmyren. & Jo. Braunius V. 7. ſelect. ſacrorum, qvi *Jaribolum* fontium DEum interpretatur.

Chemoch, Chiun, Hercules, Jupiter, Marnas, Mercurius, Milchon, Mithras, Moloch, Nergal, Nisroch, Oſiris, φάνης, Phœbus, Rimmon, Serapis, &c. Sic *Luna* Ἀιδώ, Alilath, Aſtarte, (de qva copioſe Petrus Faber libro 3. ſemeſtrium) Bubaſtis, Cybele, Ceres, Diana, Eilithya, Hecate τρίμορφος, Iſis, Juno, Lucina, Dea Mana, Mater DEûm, Proſerpina, Rhamnuſia, Urania, ut de aliis nominibus taceam: Neqve pro Dea ſolum ſed & pro Deo habitam ſupra p. 285. notavi, notumqve illud de Carrenis apud Spartianum in Caracalla c. 7. qvod crediderint eum, *qui lunam fæmineo nomine putaret nuncupandum, addictum mulieribus ſemper inſervire, at vero qui marem DEum eſſe crederet, eum dominari uxori.* Etiam ΘΕΟΥ ΠΑΝΟΟ nomine in veteri numo Lunam deſignari notavit in diſſ. de numo Pantheo Hadriani, Clariſſimus Nicaſius. Sic à multis peculiariter culta *Venus*, de cujus variis cognominibus conſulendus Carolus Patinus ad monumentum vetus Marcellinæ. Omitto de Marte, Saturno, Jove Mercurio aliisqve ſtellis dicere, nec minus de *terra* qvæ & ipſa culta ſub nomine magnæ matris DEûm, Idææ Matris, Deæ Phrygiæ, Cereris &c. de qvo viri docti ad Lucretium II. 598. ſeq. & Florum I. 19. 2. Sirmondus ad Theodulfum Aurelianenſem p. 298. uti de *aëris* cultu Voſſius I. 84. de idololatria, de *Aquæ* idem II. 74. ſeq. & de religioſa veneratione *fluminum* Chriſtophorus Arnoldus ad diras Valerii Catonis in fluvium Battarum. De fluviorum cultu fontiumqve & marinis ac litoralibus Diis præter Voſſium lib. 2. de idololatria cap. 79 80. 81. & 82. vide etiam notas virorum doctorum ad Plinii lib. 7. Epiſt. 8. Juſtum Fontanini de Horta Hetruſcorum Colonia lib. 1. cap. 8. Vetus inſcriptio apud V. C. Laurentium Begerum p. 79. ſpicilegii: *Fonti Divino Aram L. Poſtumius Satulius ex Voto D. D. D.* Nilo fluvio ſacrificatum præter alios memorat Sozomenus VII. 20. De Nymphis fontium cuſtodibus Lambecius III. de Bibl. Vindob. p. 5. Fluvios in veteribus monumentis & numis videas exprimi jacentes, nudos, myrica aut arundine coronatos, atqve (ſi majora flumina & in mare * ſe exonerantia denotentur) canâ multumqve demiſſa barbâ. Vide Dionem Chryſoſtomum diſſ. IV. p. 73. Hugonem Grotium ad imagines Aſtrorum Arateas p. 66. Caſparem Barthium ad Claudianum p. 53. De cultu *ignis* Briſſonius Hydeus & Henricus Lord de religione Perſarum diſſerentes, tum Kircherus T. 1. Oedipi p. 251. ſq. Buxtorfius Exerc. Philolog. p. 262. ſeq. Freinshemius ad Curtium, & Balthaſar Bonifacius XVI. 15. Hiſt. ludicræ, Arpinus Thiling, Hamburgenſis



* Confer Menagium in Menagianis T. 2. p. 194.

genſis in diſſ. Schurzfleiſchio *Ἰῶ μακαρίτῃ* Præſide habita Witebergæ A. 1705. de cultu ignis apud omnes Gentes uſitato, aliiqve.

XIV. Inter omnes Idololatricas gentes nulla videtur eſſe uſa abſurdioribus ſuperſtitionibus, qvam Ægyptiorum, qvos eo nomine Herodotus lib. 2. Strabo lib. 17. Diodorus Sic. lib. 2. aliiqve plurimi etiam inter ethnicos albis dentibus riſerunt, ut notant viri docti ad illa Juvenalis XV. 1. ſeq.

*Quis neſcit, Voluſi Bithynice, qualia demens*
*Ægyptus portenta colat? crocodilon adorat &c.*

Attamen ſi qvis Plutarchi librum de Iſide & Oſiride evolvat, videbit vehementer falli eos qvi Ægyptios omnes arguunt illius ſupinæ ſtultitiæ, ut numina ſibi in hortis naſci crediderint, alliumqve & cepas & abjectiſſima qvæqve ex animalibus pro veris Diis coluerint. Qvin potius Ægyptiorum ſacra cum Græcorum conferens religione, Græcosqve variis imaginibus arte factis, ligneis, lapideis, eboreis uſos easdemqve veneratione proſeqventes obſervans, qvas tamen imagines nec hi ipſas totidem Deos eſſe ſed Deorum ſymbola ſibi imaginabantur, conſiderandum proponit Plutarchus, utri ex ambobus aptiora ſibi propoſuerint colenda ſymbola divinitatis, utrum Græci qvi inanimes & ſæpe abſurdas ſibi fecerunt imagines, an vero Ægyptii qvi in vivis ac ſpirantibus animalibus vel plantis tanqvam *ἐναργεστέροις ἐσόπτροις clarioribus ſpeculis* ut p. 382. loqvitur, vivis totidem DEI operibus certam partem potentiæ, bonitatisqve Divinæ contemplandam & veneratione proſeqvendam ſibi propoſuerunt? De Diis Ægyptiorum Græcorumqve multa Diodorus Siculus libris primoribus Bibliothecæ & Phurnutus libro de Diis: Latiniqve Macrobius, Hyginus, Fulgentius, Albricus: Et qvi Chriſtianæ Religionis Apologiam adverſus Ethnicos ſcripſere è Græcis qvidem Clemens Alexandrinus in protreptico, & Euſebius in præparat. Evangelica: è Latinis Tertullianus, Arnobius, Cyprianus, Lactantius, Minucius Felix, Julius Firmicus, Commodianus & in libris de Civitate DEI Auguſtinus. E recentioribus *Natalis Comes* in Mythologia ſæpius typis exſcripta, & *Leonhardus Gautrichius* libello de Diis & religione Ethnicorum, ſcripto ab auctore Gallice, atqve inde neſcio qvo interprete Anglice A. 1671. in lucem emiſſo Londini, & poſt Latinam editionem Leodienſem A. 1678. deniqve Gallice, Latine & Belgice edito à Franciſco Halma Belgicæ verſionis auctore. Ultraject. 1690. 12.

XV. De

XV. De Diis Romanorum poſt *Gyraldum*, *Roſinum*, *Kippingium* hoc ipſo anno 1712. nitide apud Belgas recuſum, aliosqve agit V. Cl. *Burchardus Gothelf Struvius* c. 1. Syntagmatis ſui Antiqvitatum Romanarum, perſeqvens initio Deos majorum gentium; qvi ſunt *XII. Conſentes*, * à conſenſu vel conſilio ſic dicti, & ex Ennii verſibus notiſſimi

*Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars;*
*Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*

De qvibus vide etiam, qvæ notant viri docti ad Arnobium L. 1. p. 123. ad Lactant. lib. 1. c. 5. & ad Auguſtin. de C. D. lib. IV. c. 23. Meminit & Irenæus lib. II. c. 12. Hinc ſuccedunt VIII. Dii qvos *Selectos* vocabant ac *Populares*, Janus, Saturnus, Genius, Sol, Orcus, Liber, Tellus, Luna. Alii XX Selectos Deos numerant, XII. nempe mares, & VIII. fœminas; ita *Joh. Textor* in officina, ſed accenſet plures è Conſentibus. Inter Deos *minorum gentium* ſ. minutos ac minuſcularios occurrunt *Indigetes* ſ. homines poſt fata inter Deos agentes, qvi & Heroës, Semones ſ. Semihomines, *Novenſiles* ſ. ex peregrinis Diis de novo recepti: *Divi* ſive à Romanis ipſis è Romanis in Deorum numerum relati. Roma ipſa inter Deos culta, ut præter alios notat Mich. Angelus Cauſeus in Muſeo Romano, in qvo de Diis plura, T. 5. Antiqv. Grævii p. 769. Omitto Deos Ruſticanos, ut Panem, Faunos, Satyros, Silenos, Nymphas, Tritonesqve. De Diis *vialibus* apud Romanos & alios gentes cultis eruditus Everardi Ottonis liber lucem vidit Halæ Magdeburgicæ 1714. 8. Deorum adjunctos Nemeſin, Bellonam, &c. Deorum Miniſtros, Mercurium, Silenum &c. Notum præterea eſt, à Romanis cultas, præter Deos ſuperos, non modo Virtutes, & res præclaras, Pacem, Fortunam, Honorem, Famam, Pietatem, Fidem, Spem, Salutem, Victoriam: resqve naturales, Elementa, animalia, plantas, fluvios, ſtellas &c. Sed inferos qvoqve & vitia & peſtes ac morbos mortemqꝫ ne ſcilicet nocerent. Vid. *Plin.* lib. II. c. 7. & ex recentioribus Voſſium L. IX. de Idololatr. c. 37. & 39. *Guilelmum Choul* de religione veterum Romanorum, editum Gallice, Italice & Latine: *Franciſci Pomey* Pantheon Mythicum, ſæpius in Belgio



* Conſentes, qvaſi conſidentes vel conſentientes, vel potius conſentes à conſere, qvod eſt συμβουλεύειν. Confer Voſſii Etymolog. in *Conſentia* ita Steph. Lemonius p. 383. ad var. ſacr. qvi tamen monet, iſtos conſentes Romanorum & παρέδρους Græcorum fluxiſſe ex viis, qvæ de Angelis Deo apparentibus in V. T. memorantur vid. Dan. IV. 14. & Judæorum ſcripta. Huc eidem Lemonio videtur alludi in N. T. cum Fideles dicuntur in eodem throno cum Chriſto ſeſſuri Apoc. III. 21. Tertull. dixit *Synodum* atqve *ſenatorium ordinem* Deorum. Vide Rigaltium ad paginam 15. Tertulliani.

exSam. Pitiſci recenſione atqve in Germania etiam recuſum: *Alexandrum ab Alexandro* L. I. c. 13. & ibi *Tiraquellum*: *Adr. Junium* L. III. Animadv. c. I. & *Martinum Lipenium* in ſtrenarum hiſtoria T. 12. Græv. p. 411. ſeq. Dii mali Deæqve, ut obſervat *Nic. Bergierius* L. II. de viis Imperii Romani c. 33. extra mœnia fere à Romanis culti. Ut vero inter Deos Romæ reciperetur aliqvis, Senatus auctoritas & poſtea Imperatorum conſenſus reqvirebatut, qva de re conſulendus Petrus Faber libro III. Semeſtrium cap. I. De Deo *Termino* ejusqve cultu apud Romanos diſſertatio inſerta legitur Memoriis literariis Trevoltinis A. 1706. Auguſto menſe p. 1380. ſeq.

XVI. De Diis Germanis & veteri Germanorum, Gallorum, Britannorum religione ſyngrammata qvatuor compoſuit *Elias Schedius* A. 1641. Warſoviæ extinctus, qvi perdoctus ſcriptor dicitur à Seldeno I. de Synedriis p. 417. Syngrammata illa poſt auctoris obitum in lucem edidit Pater ejus Georgius Schedius, Rector Scholæ Guſtrovienſis Amſt. 1648. 8. De Germanorum Diis præter ea qvæ viri docti ad Cæſarem de Bello Gallico VI. 17. & 21. & Tacitum de Germanorum moribus cap. 9. & 43. & Helmondus in Chronico Slavorum lib. I. c. 82. atqve in notis ad eum Henricus Bangertus p. 125. ſeq. Paulus Hachenbergius in Germania Antiqva, cui tamen neſcio an aliqvis facile aſſentietur, qvod c. 29. p. 202. ſeq. diſputat eos ſub Solis, Lunæ & Ignis ſive Vulcani nominibus SS. Trinitatem veneratos fuiſſe. Solent etiam de idololatria & religione Germanorum qvædam annotare Chronicorum, Annalium, Hiſtoriarum & memorabilium ſcriptores qvi partes Germaniæ perſecuti ſunt, ut Joh. Aventinus in Annalibus Bojorum, Albertus Crantzius in Saxonia & Metropoli, Georgius Fabricius & Dav. Chytræus in Saxonia, Jo. Pomarius in Chronico Saxonum Germanicè vulgato, Petrus Albinus in Chronico Miſnenſi, Caſpar Sagittarius in antiqvitatibus Gentiliſmi regniqve Thuringici, qvod à *Thoro* ſive Jove Germanorum & ſeptentrionalium populorum nomen tuliſſe contendit: Fridericus Lucas in memorabilibus Sileſiæ, parte 2. Jo. Stumpfius in Chronico Helvetiæ, Valvaſor in der Ehre des Hertzogthums Crain T. I. p. 55. ſeq. T. VII. p. 373. ſeq. Hinc commemorandi *Trogillus Arnkiel* in Cimbriſchen Heidenthum Hamb. 1703. 4. *D. Hector Godfrid Maſius* Schediaſmate de Diis Obotritorum ſive Meclenburgenſium, Radegaſto præcipue, cum notis Andreæ Borrichii, Hafniæ 1688. 8. *Joannes Bertels* Abbas Epternacenſis in deſcriptione Deorum ſacrificiorumqve gentilium, Colon. 1606. 4. qvem de Deaſtris in Trevirenſi Electoratu & Luzenburgenſi Ducatu maxime cultis

cultis nonnulla annotaſſe monet Michaël Herzius in Bibliotheca Germanica: *Henrici Meibomii* de *Irmenſula* Saxonica T. 3. rerum German. de qva etiam videndus illuſtriſſ. Furſtenbergius in monumentis Paderbornenſibus p 102 ſeq. Erneſtus Caſimirus Waſſerbach in diſſ. edita Lemgoviæ 1698. 8. & Chriſtianus Schlœpkenius in Chronico Bardevicenſi: qvemadmodum de *Jodutta* præter Crantzium in Saxonia V. 36. & in Metropoli VI. 7. Cruſiumqve & Spangenbergium, Henricus Vagedes in Operibus Academicis pag. 288. ſeq. ubi diſqvirit de origine loqvendi formulæ apud Weſtphalos & Rinthelenſes freqventatæ ich will dich ſchlagen du ſollſt Jodut ruffen. *Amadei Schmeltz* Exercitatio de idolatria veterum Miſniæ incolarum Lipſ 1698. *Luneburgi Muhardi* de *Oſtera* Saxonum Brem. 1700. *Joachimi Wieland* diſſertationes de *Thoro* principe Veterum ſeptentrionalium Idolo, Hafniæ 1709. 4. De *Crodone* Jacobus Tollius in Epiſtolis itinerariis. De *Büſtero* idem Tollius p. 34. Jo. Chriſtoph. Olearius ſyntagm. 1. rerum Thuring. p. 321. ſeq. Wilh. Erneſtus Tentzelius in dialogis menſtruis vernaculis A. 1689. p. 718. & Benjamin Scharf in deſcriptione juniperi p. 104. ſeq. De Deo Celtarum *Eudovellico*, cujus in inſcriptionibus Gruteri p. LXXXVII. & LXXXVIII. mentio, exercitationem *Thomæ Reineſii* editam Altenburgi A. 1636. 4. recudi curavit Grævius in ſyntagmate Variarum diſſ. Ultraject. 1701. 4. De *Moritaſgo* Deo Gallorum veterum idem Reineſius p. 683. Epiſtolar. ad Hofmannum & in claſſe 1. Inſcriptionum Veterum, ubi perinde ut p. 632. Epiſtolar. plurium aliorum priſcorum Deaſtrorum memoria occurrit, qvemadmodum in Gruteri, Fabrettiqve inſcriptionibus & in *Jac. Sponii* Miſcellaneis eruditæ Antiqvitatis ſect. 3. & in ejusdem Aris obſcurorum Deorum Lugd. 1677. & Tom. 7. theſauri Gronov. Dianam maxime cultam à Celtis ſive Gallis teſtatur Plutarchus de virtutibus mulierum p. 257. *Tibileni* Noricorum Dei meminit Tertull. c. 23. Apologetici. De *Stuſione* Chriſtianus Gvilelmus Vollandus in diſſ. de ſacris Mulhuſinis. Witeb. 1704. De *Flinſio* Laurentius Peccenſteinius in Theatro Saxonico part. 3. p. 79. atqve Jeremias Weberus in paradiſo Academiæ Lipſ. p. 17. De præcipuo Slavorum Deo *Svantevitzio* aliisqve *Franciſcus Albertus Æpinus* in ſchediaſmate de Meclenburgenſium à Gentiliſmo ad Chriſtianiſmum converſione Roſtoch. 1708. De Pruſſorum Diis, *Percuno, Picollo, Potrimpo, Curchone, Perdoyto, Wurſchkaito, Iſchwambrato, Barſtruko* & *Marcopeto* aliisqve conſuli poterit Chriſtophorus Hartknochius in veteri & nova Pruſſia part. 1. c. 9. Cum Percuno illo neſcio an commune aliqvid habeat

Ker-

*Kernunnos* à qvo nomen menſis Germanorum Hornung repetit illuſtris Leibnitius, qvi ſignificavit mihi in ædis Pariſinæ Cathedralis fundamentis effoſſa eſſe noviſſime monumenta qvædam antiqva Celtica, in qvibus eſt lapis *, cui inſculpta imago Dei cornuti & inſcripta vox KERNUNNOS. De Idolis Slavorum præterea commentatus eſt *Jo. Petrus Ludovici*, ut *Godfridus Arnoldus* de Idolis Saxonum. De Tauri cultu apud veteres populos ſeptentrionales ſingularem librum compoſuit *Thomas Broderus Bircherodius* qvem *Taurum Cimbricum* inſcripſit, ut didici ex novis literariis maris Baltici A. 1698. p. 143. ubi ineditus ille memoratur, qvem nec dum typis exſcriptum comperi. Qvod vero Schedius p. 220. ſcribit *Celtas priſcos coluiſſe unum DEum* Thaut, *& tres perſonas SS. Trinitatis*, Heſum *DEum Patrem*, Belenum *DEum Filium*, *&* Tharamim *DEum Spiritum S. in uno Thaut ſive DEO veneratos eſſe*, merum commentum eſt, ut oſtendit Jac. Thomaſius ὁ μακαρίτης programmate ſive diſſertatione LII. Cæterum de *Beleno* qvi Apollo apud Gallos, videndus etiam Jac. Nicolaus Loënſis lib. V. Miſcellan. Epiphyllidum c. 15. Scaliger lect. Auſonian. lib. 1. c. 10. Steph. le Moyne notis ad Varia ſacra p. 622. & Philippus à Turre in monumentis veteris Antii, ubi & de aliis qvibusdam Diis diſſerit. De *Odino* ſive *Wodano*, *Fria* & aliis Diis Deabusqve populorum ſeptentrionalium, præter eundem Schedium aliosqve videndus Joh. Scheferus in Upſalia antiqva, cap. 5. ſeq. Jo. Eubergius libro Svecice edito de memorabilibus Upſaliæ c. 12. & Olaus Rudbeckius in ſua Atlantica: qvi de Heliolatria etiam Septentrionalium diſſerit T. 2. cap. 5. & de Selenolatria c. 8. De Diis Samogitarum cæterorumqve Sarmatarum *Joh. Laſicii* Poloni commentatio excuſa eſt Baſil. 1615. 4.

De Diis Gentium univerſe iterum iterumqve laudandi duumviri præſtantiſſimi Gyraldus & Voſſius. Ac *Lilii Gyraldi* qvidem ſyntagmata XVII. Hiſtoriæ Deorum ſeparatim primum Baſileæ 1548. fol. tum inter Gyraldi Opera ibid. 1581. fol. recuſa, ac deniqve in editione eorundem locupletiore & luculenta qvæ V. C. Joanne Jenſio curante lucem vidit, Lugd. Bat. 1696. fol. prodierunt. Spectant huc etiam ejusdem Gyraldi ſyntagmata de Hercule & Muſis. *Gerb. Jo. Voſſii* immortale de Idololatria opus Grotio in Epiſtolis Remonſtrantium p 767. Voëtio T. 1. ſelect. p. 711. Morhofio lib 1. polyhiſt. c. 21. ex merito celebratum, librisqve novem diviſum, ſubjuncto Maimonidis libro de idololatria cum Dionyſii Voſſii Fil verſione & notis prodiit primum integrum Amſtelod. 1668. fol. Nam in editione Amſt. 1642.

* Vide memorias literarias Trevoltinas A. 1712. Januar. p. 44. 54.

1642. 4. primi tantum qvatuor libri & minus locupletes habentur. Sed totum recuderunt forma qvarta Francofurtenſes. Noviſſime inter Opera Voſſii iterum vidit lucem Tomo V. Amſtelod. 1701. fol. His duobus uberioribus Operibus totidem compendia ſubjicere licet, unum *Franciſci Pomey* S.I. Pantheon Mythicum ſeu Fabuloſam Deorum Græcorum maxime & Romanorum Hiſtoriam, Lugd. 1659. 8. Venet. 1683. 12. atqve eadem forma duodecima ſæpius apud Belgas recuſam & iconibus æneis exornatam, noviſſimeqve prælis Francofurtenſibus iterum impreſſam: & alterum *Henrici Schævii* Kilonienſis Mythologiam Deorum ac Heroum (itidem apud Græcos & Romanos) præcipue ex emendata & aucta editione Frid. Redtelii, Stetin. 1700. 12. Jo. Bocatii de Genealogia Deorum, aliorumqꝫ recentium de Diis ſcripta libenter prætereo.

XVII. Circa ſigna & imagines Deorum notandum, qvod non fuerit tantus ſapientiorum inter gentes ſtupor, ut imagines ipſas ſibi perſvaſerint eſſe Numina, neqve pro meris habuerint illas Deorum ſymbolis, ſed cultu proſeqvendas eſſe rati ſunt, qvod à Diis putarent illas animari inhabitariqve. Irata vero Numina ex imaginibus perinde ut ex templis * *μεταβῆναι* & emigrare exiſtimabant, illasqve veluti inanimes & caſſas relinqvere, qvæ nihil deinde amplius venerantes juvarent. Atqve non defuerunt profeſſi eam ſagacitatem, ut ſenſu qvodam præſentiæ Divinæ imagines Diis animatas ab *ἀψύχοις*, & *ἀμοίροις τῆς Θείας ἐπιπνοίας* mortuisqve & Numine vacuis imaginibus valerent diſtinguere, qva de re operæ pretium eſt videre qvæ ex Damaſcio in vita Iſidori narrat Svidas in *διαγνώμων* atqve *Ἡραΐσκος*. Huc ſpectat & evocationis carmen apud Livium lib. V. c. 21. & Macrobium III. Saturnal. 9. Confer qvæ viri docti ad Plinium XXVIII, 2. & Franciſcum Junium de pictura Veterum p. 70. edit. novæ.

XVIII. *Imagines* Deorum pictæ non minus qvam ſculptæ apud veteres celebrantur, de qvibus copioſe idem Junius in Catalogo artificum: ad cultum tamen qvoniam ſenſus magis feriunt aptiores ferme viſæ ſunt ſculptæ, & humana ut plurimum forma. Confer Edmundum Figrelium de ſtatuis illuſtrium Romanorum cap. 2. Pretium ſignis additum non modo ab antiqvitate, vel dignitate operis, Numen ab arte



* Joſephus VII. 31 de bello Jud. p. 961. teſtatur in templo Hieroſol. ante excidium auditam vocem, *μεταβῶμεν ἐντεῦθεν*. Confer qvæ viri docti ad Jeremiæ XII, 7. & Matth. XXIII. 38.

datum * ſervantis, & à materia ut auro vel ebore, atqve ab artifice ut Phidia, Myrone, Praxitele ſed etiam à *veſtibus* qvibus induci conſveverunt, de qvibus confer Wowerium ad Petronium p. 477. edit. Burmannianæ, Cangii gloſſarium Græcum in ποδέα, & Janum Brockhuſium ad Tibullum p. 398. De veſtitoribus ſimulacrorum & bajulis, ἱεροςολιςαῖς & ἱεροφόροις, ξοάνων θεραπευταῖς Valeſius ad Sozomeni lib. V. cap. 3. Ac *vela oppanſa* imaginibus & ſtatuis, die autem feſto ut conſpici illæ poſſent remota iterum fuiſſe notavit Lipſius lib. 1. elector. c. 29. Capitibus imaginum radiatos impoſitos orbiculos lunulas vel corollas radiatas nimbosqve multis docet *Joannes Nicolai* ὁ μακαρίτης in diſſ. de *nimbis* antiqvorum qvæ Imaginibus Deorum, ** Imperatorum ἀποθεωθέντων olim & nunc Sanctorum capitibus appingi conſvevere, Jen. 1699. 12 Jo. Daniel Major in Serapide radiato, Barthius L IV. 17. Adverſar. Begerus T. 2. theſauri Brandenb. p. 528. T. 3. p. 444. Nicaſius de numo Pantheo Hadriani p. 29. ſeq. Sponius Miſcell. p. 285. & Junius de pictura Veterum p. 24. *Lumina* coram imaginibus de die *accenſa*, ut præter alios docet B. Joannes Faës libro de cereis baptiſmalibus p. 130. ſeq. Solenni etiam pompa *circumgeſtatæ* Deorum imagines vel *in thenſis circumductæ*, de qvo Jo. Scheferus de re vehiculari veterum II. 24. & illuſtris vir Gisbertus Cuperus in Harpocrate p. 130. 165. ſeq. Cangii gloſſarium Græcum in προτόμορφος. Meurſius in Græcia feriata p. 4. &c. Joh. Taffinus de anno ſæculari T. 8. theſauri Græv. p. 549. 551. 553. *Luſtratæ* etiam ſubinde imagines & purgatæ *ablutæq;* ſolenni ritu, confer Matthiæ Zimmermanni Analecta p. 64. ſeq. ſed inprimis Ez. Spanhemii commentarium eruditiſſimum ad Calimachi hymnum V. qvi eſt in Palladis lavacrum. Non dubitarunt etiam *miracula* qvædam imaginibus Deorum Dearumve Pagani adfingere, ut apud Plutarchum Camillo p. 132. memorari videas ἱδρῶτας ἀγαλμάτων πολλάκις ἐκχυθέντας, ςεναγμὲς ἀποςροφάςτε καὶ καταμύσεις ξοάνων, *ſudores ſimulacrorum haud raro effuſos, gemitus, averſiones & geſtus ſimulacrorum annuentium.* Confer qvæ de Veneris imagine miraculoſa Athenæus XV. p. 676. & de imagine fortunæ muliebris locuta Dionyſius Halic. lib. 8. p. 526. de aliis imaginibus medendi vi præditis, & divinatoriam vim impertiendi Lucianus in Deorum Concilio T. 2. p. 714. De imagine ſanguinem ſudante Cicero I. de divinat. Alia ſimulacrorum ſudantium exempla collegit Freinshemius ad Flori II. 8. 2. Sed illud

* Silius Italicus lib. XIV. 664.

** Vide & Gisb. Cuperi Obſervationes l. 2. c. 16. & Florentis Chriſtiani notas ad Ariſtophanis aves verſ. 1114.

illud qvidem à naturali cauſa proficiſci potuit, ut ex Theophraſti V. 10. hiſt. plantar. & IV. 4. de plantarum cauſis notavit Spanhemius libro laudato p. 527. Idem monet Plutarchus in Coriolano, f. 232. ubi non audet fidem tribuere iis qvi locutas etiam imagines affirmarunt, cujusmodi plura exempla collegit Chriſtianus Flemingius in diſſertationibus tribus de loqvela ſudore & motu imaginum Lipſiæ 1705. Deniqve ſi precibus ſuis ſurdos ſenſiſſent Deos, vel inſigni calamitate afflicti eſſent, ea erat qvorundam væſania ut imagines & templa lapidarent, ſtatuas abjicerent vel flagellarent, omnive contaminarent contumelia. Vide Joſuam Barneſium ad Anacreontem p. 38. & Sam. Pitiſcum ad Svetonium T. 1. p. 767.

XIX. Ex Græcorum ſententia alii Dii ſunt Νοητοὶ ſ. intelligibiles atqve ſupramundani (ὑπερκόσμιοι) à qvibus res inviſibiles Spiritus & animas dependere putabant: & alii ἐγκόσμιοι à qvibus corpora & res viſibiles. Vide Salluſtium de Diis c. 6. & qvæ ex Jamblicho & Proclo ibi Holſtenius. Illos Julianos apud Cyrillum lib. 2. p. 65. ἀφανεῖς appellat, ubi ait ἐμφανεῖς θεοὺς ſolem, lunam, aſtra & cœlum eſſe εἰκόνας τῶν ἀφανῶν καὶ μὴ φαινομένων. Deorum ἐγκοσμίων alios iterum dicebant eſſe cœleſtes, de qvibus viri docti ad Ælian. V. 12. Var. Hiſt. alios æthereos, igneos alios & aëreos, alios aqveos ſive θαλασσίους alios terreſtres, alios deniqve inferos ſ. ſubtartareos (ὑποταρταρίους.) Inter χθονίους ſ. terreſtres alios volebant eſſe κλιματάρχας & ἐπιχωρίους ſive integrorum climatum, regionum, provinciarum præſides, alios tutelares ſingularum Civitatum ἰδιοπόλους ac municipes πατρῴους & πολιούχους, alios deniqve ἐστιούχους & κατοικιδίους ſive Penates atqve Lares domeſticos. Ita *Olympiodorus* commentar. inedito in Alcibiadem Platonis. Videas etiam memorari Deos lævos ſiniſtrarum regionum præſides, & apud Servium in XII *Æneid.* Deos ἀζώνους ſive communes, qvi generatim ab omnibus colendi ſunt; neqve certam Zonam vel tractum cui præſint habeant ſibi aſſignatum. Nymphæ qvæ lucis præſunt ἀλσηΐτιδες, qvæ arboribus ἀμαδρύαδες. Qvæ fontibus Ναΐδες & ὑδρίαδες atqve hæ iterum vel κρηνίδες vel ἐπιποταμίδες, qvæ paſcuis & gregi ἐπιμηλίδες, qvæ montibus deniqve ὀρεστιάδες, ut notat Scholiaſtes Homeri ad Iliad. ύ. 8. Vide & eundem ad Iliad. ί. 564. ubi de precibus ad Deos οὐρανίους, θαλασσίους & καταχθονίους. De Diis montium, valliumqve præſidibus Jo. Doughtejus Analectis ſacris & alii interpretes ad 1. Reg. XX. 23.

XX. Hoc propemodum omnibus gentibus commune fuit, ut ſingulis locis ac civitatibus patrios ſuos & indigetes, municipes, ἐγχωρίους atqve ut Servius appellat topicos haberent Deos, illis peculiariter colendos & eorum tutelares. Vetus Epigramma:

*Dodone tibi Jupiter ſacrata eſt,*
*Junoni Samos, & Mycæna Diti,*
*Undæ Tænaros æquoriſque Regi:*
*Pallas Cecropias tuetur arces,*
*Delphos Pythius orbis umbilicum,*
*Creten Delia, Cynthioſque colles,*
*Faunus Mænalon Arcadumque ſilvas;*
*Eſt tutela Rhodos beata Solis,*
*Gades Herculis, humidumque Tibur,*
*Cyllene celeri Deo * nivoſa:* * Mercurio.
*Tardo ** gratior æſtuoſa Lemnos,* ** Vulcano.
*Ennææ Cererem nurus frequentant,*
*Raptam *** Cyzicos oſtreoſa Divam,* *** Proſerpinam.
*Formoſam Venerem Cnidos, Paphoſque.*

Plura exempla dabunt Ovidius III. faſtor. Verſ. 81. ſeq. Tertullianus Apologetici cap. 24. Origenes V. contra Celſum pag. 257. Clemens protreptico pag. 25. & paſſim: Lactantius lib. 1. cap. 15. Prudentius in Symmachum lib. 2. v. 489. ſqq. Sidonius carmine IX. v. 165. ſqq. atqve è recentioribus præter Gyraldum Tiraqvellus ad Alexandrum ab Alex. VI. 4. genialium dierum, Petrus Crinitus de honeſta diſciplina IX. 3. Jo. Textor in officina ſcholaſtica p. 60--70. & Schævius in Mythologia p. 26. ſeq. Etiam Judæis exprobat Propheta Jerem. XXVIII. 2. *ſecundum numerum civitatum tuarum ſunt tibi Dii, Juda.* Qvibusdam vero populis ut Atticis & Romanis cordi fuit non modo ſuos ſibi peculiares Patrios & παλαιοτέρους atqve ut Minucius Felix cap. 25. appellat vernaculos Deos cultu afficere, ſed & νεωτέρους & ξένους ſive ξενικούς, ac peregrinarum gentium & qvas ſubjugarant placare Numina, & illis ſacra facere, feſtaque Theoxenia, & templa Panthea, araſque conſecrare Diis etiam † ignotis ut Athenis, & nuncupare vota, ac preces offerre. Servius ad 1. Georg.

*Poſt*

† Confer Meurſium de Piræeo, c. 10. Seldenum III. 14. 3. de Synedr. Reineſium in limine inſcriptionum, Jo. Andreæ Boſii diſſ. de ara ignoti DEI, Jo. Jac. Helleri de Deo i[illegible]noto Athenienſium T. 7. theſauri Gronov. Petrum Berthaldum de ara c. 10. & qvæ viri docti ad Actor. XVII, 23 Laërtii Epimenidem, Philoſtratum VI. 3. Minutium Felicem c. 6. &c.

*Poſt ſpecialem invocationem tranſit ad generalitatem, ne quod Numen prætereat. More Pontificum per quos ritu veteri in omnibus ſacris poſt ſpeciales Deos quos ad ipſum ſacrum quod fiebat neceſſe erat invocari, generaliter omnia Numina invocabant.* Heſychius: Θεοὶ ξενικοὶ παρὰ Ἀθηναίοις τιμῶνται, οὓς καταλέγει Ἀπολλοφάνης ἐν Κρησί. Confer Valeſium p. 209. ad Euſebium & qvæ de feſto Theoxeniorum Caſaubonus ad Athenæum IX.3. unde Himerius apud Photium p. 579. Athenis τὸ μέγιστον τῆς εὐσεβείας τὸ κεφάλαιον tribuit de qvo vide & Svidam in Τιμασίων ex Philoſtrati VI.3. Qvid qvod Seneca Epiſt. 90. & Proclus apud Marinum in ejus vita c.19. volebat Philoſophum eſſe οὐ μιᾶς τινος πόλεως, οὐδὲ τῶν παρ' ἐνίοις πατρίων θεραπευτὴν, κοινῇ δὲ τοῦ ὅλου κόσμου ἱεροφάντην, non unius cujusdam civitatis nec municipalium ſacrorum cultorem, ſed ingentis omnium Deorum templi hierophantam. De *Angelis Ethnarchis* vide interpretes eruditos ad Deut. XXXII. 8. & Daniel. X. 13. Cyrillum IV. contra Julian. p. 115. ſeq. Cotelerium ad recognitiones Clementis lib. 2. cap. 42. & de Angelis Eccleſiarum Præſidibus Nazianzenum Orat. XXXII. p. 516. 528. & interpretes ad Apocalypſ. caput ſecundum tertiumqve. De fortuna Urbium qvæ ſæpiſſime in numis conſpicitur cum temone & globo vel cornu copiæ & de Veſtæ cultu publico in Prytaneis, conſulenda Ezechielis Spanhemii diatriba de Veſta ac Prytanibus Græcorum, qvæ cum Juſti Lipſii libro de Veſta ac Veſtalibus tomo qvinto theſauri Græviani inſerta, ibiqve primum edita eſt. Inter ſtatuas CPolitanas in Originibus CPol. Combefiſianis p. 13. memoratur πόλεως ἡ τύχη. Vide & p. 16. 27.

XXI. Fuit & hoc inter Gentes paſſim receptum, ut qvemadmodum locis ita & rebus atqve caſibus officiisqve & negotiis vitæ humanæ atqve artificiis certa præficerent numina, ac pro felici in his ſucceſſu iis ſupplicarent. Cujus rei exempla plurima qvi volet reperiet apud Tertullianum lib. 2. contra nationes cap. 11. & Apologetici c. 24. Clementem Alex. in protreptico, Cyprianum de Idolorum vanitate, Arnobium lib. 3. contra Gentes p. 113. ſeq. & lib. 4. p. 130. ſeq. editionis à Salmaſio emendatæ Lugd. Bat. 1651. 4. Lactantium lib. 1. cap. 20. & Auguſtinum lib. IV. de C. D. capitibus plerisqve & VI. 9.

XXII. Qvis vero non miretur, vel indignetur, hos qvoqve qvi Chriſtianos ſe, & ſolos Eccleſiam eſſe gloriantur, tam aperte utroqve hoc in genere inviſa Deo & improbata antiqvis Chriſtianis Ethniciſmi veſtigia legere, ut *Antonius Macedo* Luſitanus non dubitaverit A. 1687. fol.

Ulyſſipone vulgare ingens volumen, qvod inſcripſit, *De Diis tutelaribus orbis Chriſtiani*, in qvibus celebratur

Maria *totius orbis* patrona.
Michaël Archangelus antonomaſticè *Eccleſiæ* patronus.
Sancti Angeli *Regnorum* cuſtodes.
Petrus & Paulus *Romæ*, item Maria, & tempore contagionis S. Sebaſtianus.
*Conſtantinopoleos* Maria, Michaël Archangelus, Petrus & Paulus, & belli præſertim tempore Georgius Martyr.
*Neapoleos* à Petro Chriſtianiſmum edoctæ, Maria & ſeptem alii Patroni antiqviores & juniores, inprimis ſ Januarius.
*Florentiæ* Maria, S. Joh. Baptiſta & S Miniates.
*Senæ* Maria, S. Anſanus, Creſcentius, Sacinus & Victor.
*Urbis Piſanæ* Maria, Raynerius Piſanus, Jacobus major Apoſtolus, XL. Martyres, 10000. Martyres, & præter hos Sixtus, Juſtina, Torpes, Martyres.
*Ravennæ* Apollinaris, Vitalis & Urſicinus.
*Genuæ* à Barnaba Chriſtianam fidem edoctæ, Georgius Martyr, Joh Baptiſta, Laurentius Levita, Bernardus Abbas.
*Bononiæ*, præter Petrum & Mariam, Petronius, item ſecundarii, Proculus, Florianus, S. Ambroſius, Dominicus, Franciſcus, Ignatius Loiola, Xaverius.
*Mediolanenſis Diœceſis*, Barnabas.
*Urbis Mediolan.* Ambroſius, item Gervaſius, Protaſius, Celſus, Nazarius, Felix & Nabor: tum peſtilentiæ contagioſæ tempore S. Sebaſtianus, regnantibus vero Longobardis Joh. Baptiſta.
*Venetiarum* Marcus Evangeliſta, item Petrus & Jacobus Apoſtoli, Theodorus, Nicolaus, Georgius, Magnus Epiſcopus, & Laurentius Juſtinianus.
*Patavii* Daniel Martyr, Antonius, Juſtina & Proſdocymus.
*Sabaudiæ & Pedemontii* Mauritius Martyr.
*Auguſtæ Taurinorum* Joh. Baptiſta, cum Salutore, Adventore, Octavio & Secundo.
*Siciliæ* Maria, & belli tempore S. Georgius. (*olim Ceres ac Proſerpina. Diodorus Sic T. 2. p. 750.*
*Panormi* Maria, Auguſtinus, Benedictus, Dominicus, Franciſcus, Ignatius aliiqve multi p. 203. ſeq. ab Antonio Macedo nominati.
*Meſſanæ* Maria, item Placidus, & Albertus Carmelita.

*Sardi-*

*Sardiniæ* Maria.
*Calaris* urbs habet Saturninum, Cæcilium Calaritanum & Luciferum.
*Saſaris ſ. Turritana Diœceſis* Gavinum, Portum & Januarium.
*Hiſpaniæ* Patrona Maria & Jacobus major.
*Luſitaniæ*, Maria, Jacobus, Georgius, & peſtilentiæ tempore Sebaſtianus.
*Eboræ Urbis* Mancius.
*Conimbricæ* Jacobus Apoſtolus.
Aliarum Luſitaniæ urbium Patronos idem Macedo enumerat p.254.ſq.
*Olyſſiponenſis urbis* S. Vincentius.
*Indiæ Orientalis* Thomas Apoſtolus, item Jacobus, Maria & Xaverius.
*Æthiopiæ* Maria, Antonius.
*Arragoniæ* Maria & Georgius.
*Cataloniæ* itidem Maria & Georgius.
*Valentiæ* præter Mariam & Georgium, Vincentius Ferrerius.
*Navarræ* Firminus & Xaverius.
*Auſtriæ* Colomannus, S. Leopoldus & Maria.
*Galliæ* Maria, Michaël Archangelus, Johannes Baptiſta, Petrus, Paulus, Stephanus Protomartyr, Dionyſius Areopagita, Martinus.
*Burgundiæ* Maria, Andreas Apoſtolus, Benignus, Bernhardus Abbas, Claudius Archiepiſcopus Veſontinus.
*Veſontinæ urbis* Ferreolus, Ferrucius.
*Bohemiæ* Vitus, Wenceslaus Dux, Adalbertus Epiſcopus, Ludmilla, Procopius Abbas, Sigismundus Rex, Norbertus Præmonſtratenſis & Joſephus Mariæ ſponſus.
*Hungariæ* Maria, Martinus, & alii p.361.ſq. ab Antonio Macedo nominati.
*Bavariæ* Maria Oetingana.
*Moguntiæ* Martinus & Bonifacius.
*Coloniæ* Maria, Petrus, Urſula cum 11000. virginibus, tres Reges Magi, Gereon cum ſociis, Caſſius & Florentius, Victor & Gregorius cum ſociis, Severinus & Cunibertus.
*Auguſtæ Trevirorum* Petrus, Matthias, Thyrſus cum ſociis, Palmatius cum ſociis & alii Martyres, item S. Helena recens creata Patrona primaria.
*Saxoniæ* Vitus & Petrus Apoſtolus.
*Thuringiæ* Bonifacius.
*Sileſiæ* S. Hedwig.
*Moraviæ caput Olumucium* habet Cyrillum & Methodium.

*Belgii*

*Belgii* Patrona eſt Maria.
*Flandriæ* Petrus.
*Brabantiæ* itidem Maria.
*Friſiæ* Maria & Jacobus.
*Geldriæ* Galenus & Valenus.
*Arteſiæ* Vedaſtus & Maria.
*Machliniæ* Rumoldus & Maria.
*Brugarum* Maria & Donatianus.
*Bruxellenſis urbis* Maria & Gudula.
*Lovanii* Maria.
*Gaudavii* Bavo & Libuinus.
*Leodii* & *Tungrenſis Diœceſis* Lambertus Epiſc. & Hubertus;
*Trajecti ad Moſam* Servatius.
*Angliæ* Maria, Petrus, & in re militari Georgius.
*Scotiæ* Andreas.
*Hiberniæ* Andreas, Columba Abbas & Brigitta.
*Poloniæ*, Adalbertus cum ſociis, Florianus, Stanislaus, Caſimirus, Princeps, Wenceslaus, Hedwig Eliſabetha Landgravii conjux, Hyacinthus Dominicanus & Stanislaus Koſtka Jeſuita.
*Lithuaniæ* S. Caſimirus, Nicolaus, Georgius, Ladislaus, Joſaphat Epiſcopus Polocenſis & Maria.
*Pruſſiæ* Andreas, Adalbertus, Bruno, & Bonifacius Camaldulenſis.
*Daniæ* Anſcharius & Canutus Rex.
*Sleſvicenſis Ducatus* Georgius I.
*Sueciæ* Anſcharius, Joh. Baptiſta, Laurentius, Brigitta vidua, Ericus Rex.
*Finlandiæ* Henricus Epiſcopus.
*Moſcoviæ* Maria, cum Nicolao Myræ Epiſcopo.
*Livoniæ* Maria.
*Ruſſiæ* Andreas cum Nicolao Epiſcopo.
*Norwegiæ* Olaus Rex & Anſcharius.

Vide etiam Allatium de Synodo Phot. p. 587. 599. & Rich. Simonem lib. 2. Epiſt. ſelect. 19. ubi diſſerit de libro Hiſpanice edito cui titulus: *Diſſertationes Eccleſiaſticas por el honor de los antiquos tutelares contra las ficiones modernas*, *por Don* Gaſpar Ibannes de Segovia y Peralta, *Cavalero de la Orden de Alcantara*, *Marquez de Agropoli y ſennor de la villa de Corpa*, en Saragoſſa A. 1671, folio minore.

XXII. Hiſce

XXII. Hiſce patronatibus locorum accedunt præfecturæ Sanctis in Eccleſia Romana adſcriptæ ſuper certis vitæ generibus & negotiis, vel etiam malis certis averruncandis. Qvamplurima ejuscemodi collegit ſingulari ſtudio Theophilus Raynaudus S. I. T. VIII. Operum, in *titulis cultus Sanctorum ſpecialibus* p. 531. 545. ſeq. neqve improbat ſanctos colendos per ſortem deligi p. 484. b. Hinc magno numero ab eo recenſentur Sancti conjugati & qvi in conjugio vixerunt, Viduæ, Virgines, p. 559. 574. ſq. Sanctorum liberi, fratres &c. 559. 560. 578. gemini, tergemini, cæſones. 560. 578. exorati à parentibus voto concepto 560. 578. Infantes, pueri, ſenes, obſtetrices, nutrices p. 561. 578 ſq. pumili, muti, ſurdi, cœci (de qvibus etiam videndus Raderus & Raynaudus in cœcitate oculata) 561. 579. monoculi, ſtrabones, ophthalmici. 561. 578. * capite dolentes 561. evnuchi 579. Hydropici, phthiſici, Hectici 562. paralytici, epileptici, ſtrumoſi 562. 579. * ſtomacho laborantes, pleuritici, 562. iliaci, colici, calculoſi, 562. dyſenterici, fiſtuloſi, aſthmatici 562. exſcreantes ſanguinem, arthritici: 562. podagrici, peſte contacti, 562. 579. * leproſi, energumeni. 562. 579. * & 580. novitii & varii ſtatus Eccleſiaſtici & monachalis 562. ſqq. Pontifices LXXIV. 563. 581. ſq. primi alicubi præcones Evangelii. 563. 583. Agricolæ, villici, 566. 583. Vinitores, Olitores, paſtores. 567. ſubulci, bubulci, curator anſerum S. Tryphon 567. carbonarii, cloacarum purgator 567. ſutores, ſartores, ephippiarius, vietor doliarius 567. ſectores lapidarii, ſculptores aurifices, argentarii, fuſores 567. cælatores 567. lanii, coqvi, fuſores campanarum, fullones 567. lanarii, pictores 584. ſq. caupones, molitores, piſtores, venatores 567. fabri lignarii, ferrarii, murarii 567. 583. ſeq. Venatores, piſcatores, nautæ, remiges, carrucarii 567. muliones, lignatores, textores, reſtio, propolæ, mercatores, tingendi artifices, armifactores 567. nuncii ſ. tabellarii ſancti p. 568. œconomi, ſymphoniaci, Muſici, 568 bibliopolæ, librorum compactores, famuli & ancillæ 568. Cancellarii Academiarum 569. Doctores, Theologi 569. Ludimagiſtri 569, Poëtæ 569. pædagogi, Scholaſtici, Philoſophi 569. Medici (de qvibus etiam Tyraqvellus & Abraham Bzovius) 569. 586. Pharmacopolæ, chirurgi 569. JCti Sancti, (de qvibus videndus etiam Jo. Robertus) 589. 585. Patroni cauſarum 569. 587. Notarii 588. 569. Architecti 579. Commentarienſes 569. Milites 570. Reges, Principes, Comites, Nobiles, &c. 570. - - 572. 588. ſq. Principum miniſtri, conſiliarii &c. 572. ſqq 590. Confeſſarii Principum 572. Apparitores, tribuni capitales, carnifices, Car-

 cerarii

cerarii, 573. 591. adulteri, meretrices, nothi 573. latrones, Comœdi, Magi, Apoſtatæ, 574. 591. ſqq. Sancti in certis morbis implorandi p. 512, ſqq in certis generibus periculorum pag. 523. ſeq. morbi à ſanctis nomen trahentes pag. 531.

*Quatuordecim opitulatores* generales ſive Apotropæi Divi in qvocunque genere calamitatis implorandi ſunt S. Blaſius, Dionyſius, Eraſmus, Pantaleo, Vitus, Georgius (alii Gregorium appellant) Cyriacus, Chriſtophorus, Achatius, Euſtachius, Ægidius, S. Barbara, Catharina, & Margareta, de qvibus Martinus Cruſius in Corona Anni T. 2. p. 280. ſeq. B. Jac. Thomaſius in diſſertationibus ſive programmatibus p. 314. ubi ſingillatim fuſius diſſerit de legenda S. Catharinæ, & Rev. D. Georg. Henr. Gœzius in diatriba de XIV. opitulatoribus Lubec. 1708. 4. qvi etiam A. 1711. edidit exercitationem de cultu Sanctorum peſtem depellentium, ubi ex Auguſtini Wichmanni Canonici Norbertini Monaſterii Tungerloënſis Diario Eccleſiaſtico de Sanctis contra peſtem tutelaribus nominantur ſub menſe *Januario* Genovefa, nobiliſſima illa virgo Gallica: Sub *Februario* Antonius Abbas & Oswaldus, Epiſcopus in Angliâ Wigornienſis: Sub *Martio* Gregorius Papa, Gertrudis virgo, Guntramnus Rex Franciæ: Sub *Aprili* Liduina, virgo Hollandica, Theodorus Archimandrita, Catharina Senenſis: Sub *Majo* Macarius Antiochenus, Gela, virgo Hiberna, Bernardinus Senenſis, Maximinus Epiſcopus Trevirenſis: Sub *Junio* Roſilia, virgo Sicula, Benno Epiſcopus Miſnicus, & Martialis, Epiſcopus Lemovicenſis: Sub *Julio* Gallus, Arvernorum Epiſcopus, Edilburga, virgo Anglica, Fredegandus Presbyter, Chriſtophorus Martyr: Sub *Auguſto* Oswaldus, Rex Angliæ, Albertus ordinis Carmelitarum, Laurentius Archidiac. Romanus, Bernardus Claræ vallenſis, Bernardus Senenſis, autor Olivetanorum, Auguſtinus Hipponenſis, Sebbus, Saxonum orientalium Rex in Anglia: Sub *Septembri* Remaclus ex Epiſcopo Monachus Stabuletenſis, Hadrianus Martyr, Nicolaus Tolentinus, Gvido Anderlacenſis, Cyprianus Carthaginenſis, & Euſtachius, cum uxore Theopiſtide, filiisqve Agapio & Theopiſto: Sub *Octobri* Remigius Epiſcopus Rhemenſis, & Tereſia virgo: Sub *Novembri* Carolus Borromæus, Willibrordus Epiſcopus Trajectenſis, Gregorius Epiſcopus Neocæſareenſis, Zachæus Abbas, Thomas Monachus Antiochenus, Nicon Monachus Armenus: Sub *Decembri* Eligius Epiſcopus Noviodunenſis, Nicetius Epiſcopus Trevirenſis, Eucharius Petri Apoſtoli diſcipulus, David Rex Iſraëlis, Sylveſter Papa, & Jobus è terra Huſſ. Præ-

tereanotat ad Mariam & Chriſti ſudarium tempore peſtilentiæ recurri, vel profectionem inſtitui ad S. Sebaſtianum aut Rochum. *Hæret hic error*, inquit Philippus Melanchthon in Apologia Auguſtanæ Confeſſionis articulo IX. de invocatione Sanctorum, *apud doctos, quod ſingulis Sanctis certæ procurationes commiſſæ ſunt, ut Anna divitias largiatur, Sebaſtianus arceat peſtilentiam, Valentinus medeatur morbo comitiali.* Sic Stapinus *podagra laborantibus* ſuccurrere creditur; *calculo* S. Liborius, *hernia* Symphorianus, *febri* S. Petronilla, *paralyſi* Wolfgangus, *adverſus mortes ſubitaneas* S. Marcus, *adverſus ignem ſacrum* ſive *eryſipelas* Antonius, contra *venenum* S. Joannes Evangeliſta & Benedictus: *contra dolores capitis* S. Anaſtaſius, *oculorum morbis medetur* S. Otilia, *dentium doloribus* S. Apollonia, *anginæ* S. Blaſius, *doloribus mammarum* S. Agatha, *dorſi* S. Laurentius, *in tormentis juvat* S. Lupus, *in partu* S. Margareta: *pro impetrando proſpero puerperio filii* S. Felicitas: *in Melancholia* S. Maturius, *contra tuſſim, gravedinem & verrucas* S. Qvirinus, *contra Colicos dolores* S. Eraſmus, *contra pſoram & ulcera* S. Rochus, *furioſis & obſeſſis opem fert* S. Joannes Baptiſta & S. Romanus: *in tempeſtatibus & procellis* invocatur S. Theodorus. *Pro pluvia impetranda* S. Eutychius, *pro furibus manifeſtandis* S. Gervaſius & Vincentius, *contra morbum Gallicum* S. Jobus: *contra incendia & fulgura* S. Florianus, *in bello* S. Georgius, *contra grandines* S. Joannes Evangeliſta.

*Theologis* Patronus datus eſt S. Thomas & S. Auguſtinus, *JCtis* S. Ivo, *Medicis & Pharmacopolis* S. Coſmas & Damianus, *Philoſophis* S. Catharina, *Studioſis & Scholaribus* S. Gregorius: *Mercatoribus* S. Frumentius & Gvido. *Muſicis* S. Leo Romanus & S. Cæcilia, *pictoribus* S. Lucas, *Aurifabris & fuſoribus* S. Eligius & Januarius, *Statuariis* S. Claudius, Nicoſtratus, Symphorianus, Caſtorius & Simplicianus. *Fabris ferrariis* S. Leonhardus, Dumſtanus, & Longinus, *Sutoribus* S. Criſpinus, Homobonus, Zachæus & Deusdedit, *Pannificibus* S. Michaël & Meningus & Severus. *Sartoribus* S. Gutmanus, *figulis* S. Goarus, *fabris lignariis* S. Wolfgangus, Jacobus Bæticus, S. Joſephus, *Equitibus* S. Georgius, *Equiſonibus* S. Eulogius: *iis qui rotas conficiunt* S. Joſephus, *qui ſeras & clauſtra* S. Leonhardus, *bajulis* S. Chriſtophorus, *Vitriariis* S. Clarus, *Venatoribus* S. Euſtachius, *Viticolis & vinitoribus* S. Urbanus, *Coriariis, bibliopegis, ephippiariis* S. Bartholomæus: *textoribus* S. Onuphrius, *Hortulanis* S. Adelradus, *Militibus* S. Adrianus, *Carbonariis* S. Alexander, *Paſtoribus* S. Wendelinus, Cutbertus, & Simeon Stylita, *Nautis* ſive *navigantibus* S. Nicolaus, Chriſtophorus & qvi recens acceſſit Petrus Gonſalez. *Subulcis* S. Anthonius, Eberhardus,

Harmogaſtes & Ulmarus, *Ruſticis* S. Albanus, Fortunatus & Iſidorus, Lambertus, Leontius: *Viduis* S. Gertrudis, *Conjugibus fœminis* S. Anna, *ſponſis* S. Dorothea, *Ancillis* S. Dula & Agathoclea, *Servis* S. Eunus, Vitalis & Juſtus. Impudici invocant eandem S. Dorotheam: *Meretrices* S. Mariam Magdalenam, Aframqve, *captivi* S. Leonhardum.

*Igni* putatur præſidere S. Agatha, *Aquis* S. Nicolaus & Chriſtophorus, *Terræ ejusque frugibus* S. Juſtus: *Aëri & tempeſtatibus* S. Valerianus & Theodorus: *Averruncandis muribus gliribusque* invocatur S. Gertrudis & Nicaſius, *muſtelis & martibus* S. Lupus, *erucis* S. Magnus. *Canibus* præeſſe creditur S Rupertus & Vitus, *ovibus* S. Wendelinus, *Equis* S. Eulogius, *Bubus* S. Pelagius, *Porcis* S. Antonius, *Anſeribus* S. Gallus, *Vino* S. Urbanus & Medardus.

Conſulenda etiam *Gisberti Voëtii* diſſertatio de Patronatibus, tutelis & præfecturis Sanctorum T. III. Diſp. Select. pag. 415. ſqq. *Hottingerus* P. II. Hodegi Germanice editi p. 235. ſqq. & *Martini Chemnitii* Examen Concilii Trid. P. II. p. 133. & qvæ adverſus ridiculos & impios hoſce abuſus jam A. 1516. diſputavit D. Lutherus ὁ μακαρίτης in ſcriptis Halæ junctim editis A. 1700. fol. p. 12. ſeq. Vide & Bullingerum de origine erroris: Neubeſtalten Agenten T. 2. p. 908. ſq. & Joh. Laſicium de Diis Samogitarum p. 52. Cregutum in revelatore Arcanorum p. 227.

XXIV. Ritus * ἀποθεώσεως ſive conſecrationis, qva homines defuncti inter Deos referebantur & publicâ conſecrabantur religione, Auguſti maxime & Auguſtæ, ſed & ſorores, nutrices, filiæ amaſii & amaſiæ, breviter perſtringit *Dio Caſſius* Lib. LVI. in Conſecratione Auguſti p. 598. diligentius ex eodem Dione *Joh. Xiphilinus* in Severo, ubi de conſecratione Pertinacis p. 868. diligentiſſime *Herodianus* L. IV. p. 333. ſeqq. Confer è recentioribus *Jo. Kirchmannum* de funer. Roman. L. IV. c. 13. ſqq. *Onuphrium* Panvinium in faſtis ad A. U. 964. ubi Catalogus Conſecratorum: *Jac. Gutherium* de jure Manium & de veteri jure Pontificio: *Voſſium* L. I. de Idolol. c. 12. *Jul. Cæſ. Bulengerum* de Imper. Rom. L. 1. c. 6. 7. & 10. *Claudium Nicaſium* in diſſ. ad numum Pantheum Adriani Imperatoris Lugd. 1689. 4. ubi potiſſimum de adulatione populorum vivos ac ſuperſtites etiamnum Imperatores & alios potentes Diis adſcribentium vivorumqve imagines (vide Nazianzeni invectivam 1. in Julianum p. 83.) adoran-

* Ἀποθανατίζεσθαι vocant Græci, & θεωθῆναι. Vid. Ezech. Spanhemii notas ad Callimachum p. 240. & Jac. Gronovium ad Arrian. p. 8. Minus erat ἐναγίζειν ſive deferre τιμὰς ἡρωϊκάς: majus θύειν ὡς θεῷ.

dorantium: & D. *Joh. Burch. Menkenii* Conſecrationem Auguſtorum Auguſtarumqve qvæ ad Placidum, Valentinianumqve obtinuit ex numis illuſtratam Lipſ. 1694. 4. Vide etiam qvæ de ἀποθεώσει Romuli *Livius* L. 1 & *Dionyſius Halicarn.* l. 2. memorat, & qvæ de conſecratione Proconſulum magnorumqve Ducum in Provinciis tempore liberæ Reip. *Mongaldus* in ſingulari diſſ. qva illum politicum primum, mox religioſum cultum ad Imperatores Romanos translatum obſervat, in memoriis literariis Trevoltinis A. 1709. Auguſto menſe p. 1409. ſeq. Confer easdem memorias A. 1706. p. 1611. Similis conſecratio adſcriptitiorum Divorum apud alias etiam gentes Ægyptios, Perſas, Græcos, uſu venit, ut docent interpretes ad librum Sapientiæ c XIV, 15. conf. Rev. *Joh. Faës* Notas ad Gyraldum p. 698. ſqq. & poſt *Marcelli Severoli* Eqvitis Romani opus fatis auctoris interceptum, *Paulum Alex. Maffejum* parte 3. gemmarum Veterum illuſtratarum p. 208. ſeq. Immodicæ adulationi totum hoc ſuis temporibus adſcribit *Pauſanias* in Arcadicis p. 601. *Noſtra*, inqvit, *ætate, qua gliſcens fraus & audacia omnes prope terræ partes urbesque occupavit, nulli jam homines in Deorum numerum veniunt, niſi forte per inanes titulos, & immodicæ adulationis licentiam.* Hæc ſane tanta jam incrementa ceperat apud Romanos, ut ſpirantibus etiamnum Imperatoribus templa ſtatuerentur & Auguſtea, flaminesqve ac ſodales conſecrarentur. Vide H. Noris Cenotaphia Piſana diſſ. 1. c. 4. Catalogum Imperatorum & Auguſtarum conſecratarum è vett. monumentis & numis dat qvoqve Onufrius de civitate Rom. c. 28. T. 1. Græv. p. 224. Buſti rogiqve qvadrati & ſuperius in pyramidis formam deſinentis qvalem in conſecrationibus uſitatum fuiſſe refert Herodianus, ex veteri numo exhibet Nicaſius pag. 33. Confer iconem eleganter ad veterum deſcriptiones factam qvam exhibet J. B Renoultus Hiſtoria Variationis Eccleſiæ Gallicanæ p. 54. Hinc mos caſtri doloris ſub qvo Principum cadavera ſolent populo oſtendi, Italis *Catafalchi.* In aliis numis exprimitur per rogum in columna. Vide A. Morell. p. 198. ſpeciminis numarii.

XXV. Geminam plane conſecrationi Gentilium eſſe canoniſationem, qvam vocant, Sanctorum in Eccleſia Romana, declarat *Jo Langbænius* ad Longinum p. 124. edit. Jac. Tollii, *Hobbeſius* Hiſt. Eccl. verſ. 1481. ſqq & Muſſardus ſcriptor Gallus Collationis cerimoniarum veterum & recentium c. 7. Hoc autem longe magis etiam patebit, ſi utriusqve effectus & cauſæ, & cerimoniæ diligenter inter ſe conferantur. Prima Canoniſatio ſolennis ſub Johanne XV. Pontif. accidit Anno 993. qva inter

 Divos

Divos relatus eſt S. Udalricus, Auguſtanus Epiſcopus A. C. 863. defunctus, ſollicitante Landulfo, Auguſtano Epiſcopo. Vide Dan. Papebrochii Diſſ. de Solennium Canoniſationum initiis ac progreſſibus, inſertam Propylæo ad Acta Sanctorum Maji p. 171. ſqq. & Tom. I Junii p. 95. Jo. Mabillonii præfat. ad Tom. IV. Actor. Storum Ordinis Benedictini §. VI. Ludov. Eliam du Pin T. VIII. Script. Eccleſ. pag. 65. Rev. D. Joh. Franciſcum Buddeum in Oratione de origine ἀποθεώσεως ſive Canoniſationis in Eccleſia Romana. Altera Canoniſatione ſanctis adſcriptus eſt *Simeon Trevirenſis* A. C. 1035. defunctus. Alii *S. Svibertum* primum fuiſſe affirmant, qvem ſanctis adſcripſerit Leo III. qvam ſententiam amplectitur Bellarminus lib. I. de ſanctorum beatitate c. 8. (T. 2. Controverſ.) ex Ludgero, cujus verba evolvi poſſunt apud Surium aut Bollandum ad I. Mart. & Baronium ad A.C. 804. num. 3. Sed & Suiberti illius, & *S. Kiliani* ſociorumqve, nec minus *S. Trudperti* à Zacharia Papa ejusqve ſucceſſore Stephano II. factas ut ajunt canoniſationes, fabulis viri docti adſcribunt. Inter antiqviſſima, fide digna exempla, poſt Udalricum & Simeonem ſunt *S. Godehardus* defunctus A. C. 1038. de qvo Acta Sanctor. Maji T. I. p. 521. *S. Eneco* defunctus A. C. 1057. de qvo T. I. Junii p. 119. *S. Nicolaus Peregrinus* A. C. 1094. defunctus, de qvo id. p. 248. De *S. Petro* Epiſcopo *Anagnino* A. C. 1110. vide propylæum ad Acta Maji p. 207. & Laurentii Cherubini bullarium magnum T. I. p. 57. Ab eo tempore inter ſanctos adſcitorum nomina hæc fere ſunt:

*An.* 1134. *Hugo*, Epiſcopus Gratianopolitanus. Vide Cherubinum l. c. p. 60.

*An.* 1149. *Bernhardus* Abbas Claræ vallenſis. Cherubinus l. c. p. 67.

*An.* 1152. *Henricus II.* Sanctus, Imperator Rom. Surius, 14. Julii, p. 204. Gretſerus de Divis Bambergenſibus, p. 63.

*An.* 1161. *Eduardus*, Rex Angliæ. Cherubinus l. c. p. 67. (Surius, 5. Januar. p. 78. refert ad A. C. 1163.)

*An.* 1173. *Thomas*, Archiepiſcopus Cantuarienſis. Surius, 29. Decemb. p. 363.

*An.* 1189. *Otto*, Epiſcopus Bambergenſis. Surius, 2. Jul. p. 74. Gretſerus l. c. p. 373. Baronius Tom. XII. Annal. ad h. a.

*An.* 1192. *Ubaldus*, Epiſcopus Eugubinus. Surius, 16. Maji, p. 227. Cherubinus l. c. p. 77.

*An. eod. Bernwardus*, Epiſcopus Hildesheimenſis. Surius, 20. Nov. p. 466.

*An.* 1193. *Johannes Gualbertus*, Abbas & conditor Congregationis Vallis Umbroſæ. Cherubinus l. c. p. 77.

*An.*

*An*, 1198. *Homobonus* Cremonenſis. Cherubinus l. c. p. 81.

*An*. 1201. *Kunigundis*, Imperatoris Henrici S. Conjux. Surius, 3. Mart. p. 46. Acta Sanctor. T. 1. Martii p. 281. ſeq.

*An*. 1226. *Laurentius* Dublinenſis. Cherubinus l. c. p. 96.

*An*. 1230. *Franciſcus* fundator Franciſcani Ordinis. Surius, 4. Octobr. p. 64. Cherubinus l. c. p 99.

*An*. 1233. *Antonius* de Padua. Cherubinus l. c. p. 100.

*An*. 1234. *Dominicus*, conditor Dominicani ordinis. Surius, 5. Aug. p. 83. Cherubinus l. c. p. 103.

*An*. 1235. *Eliſabetha*, Andreæ Regis Hungariæ filia & Ludovici Landgravii Thuringiæ conjux. Cherubinus l c. p. 104.

*An* 1247. *Eadmundus*, Archiepiſcopus Cantuarienſis. Cherubinus l. c. p. 130.

*An*. 1253. *Petrus*, Epiſcopus Veronenſis. Cherubinus l. c. p. 120.

*An. eod. Stanislaus* Cracovienſis. Cherubinus l. c. p. 125.

*An*. 1255. *Clara* Aſſiſienſis. Cherub. l. c. p 133.

*An*. 1260. *Richardus*, Epiſcopus Ciſtercienſis. Idem l. c. p. 149.

*An*. 1267. *Hedewiga*, Princeps Polonica. Id. l. c. p. 166.

*An*. 1297. *Ludovicus IX*. Rex Galliæ. Id. l. c. p. 201.

*An*. 1313. *Petrus de Morono*. Id l. c. p. 214.

*An*. 1317. *Ludovicus*, Archiepiſcopus Toloſanus. Id. l. c. p. 216.

*An*. 1323. *Thomas* de Aqvino. Id. l. c. p. 226.

*An*. 1340. *Thomas* Herfordienſis. Id. l. c. p. 223.

*An*. 1374. *Ivo*, Trecorenſis Presbyter. Id. l c. p. 278.

*An*. 1391. *Brigitta* Svecica. Id. l. c. p. 297.

*An*. 1438. *Vincentius* Valentinus. Id. l. c. p. 382.

*An*. 1447. *Nicolaus* de Tolentino. Id. l. c. p. 370.

*An*. 1452. *Bernhardus* Senenſis. Id. l. c p. 375.

*An*. 1480 *Franciſcus* de Paula. Surius, 2. April. p. 25. etſi Cherubinus l. c. p. 606. ad annum 1519. refert.

*An*. 1481. *Berardus, Petrus, Otto, Accurſius* & *Adjutus*, ordinis minorum. Surius, 16. Januar. p. 264.

*An*. 1482. *Bonaventura*. Cherubinus l. c. p. 437.

*An*. 1485. *Leopoldus*, Archidux Auſtriæ. Id l. c. p. 463.

*An*. 1523. *Benno*, Epiſcopus Miſnenſis. Id. l. c. p. 633.

*An. eod. Antoninus*, Archiepiſcopus Florentinus. Id. l. c. p. 636.

*An*. 1588. *Didacus*. Id. 12. Nov. 309. Cherub. l. c. Tom. 2. p. 635.

*An*. 1601.

*An.* 1601. *Raymundus* de Pennaforti. Cherubinus l. c. Tom. 3. p. 111. Surius, 7. Jan. p 110.

*An.* 1608 *Franciſca*, Congregationis Montis Oliveti. Cherubinus l. c. p. 231. Acta Sanctor. T. 2. Martii 9. p. 206.*

*An.* 1610. *Carolus Borromæus*, Archiepiſcopus Mediolanenſis. Id. l. c. p. 253.

*An.* 1619. *Franciſcus Xaverius.* Id. l. c. p 370. & Tom. IV. p 15.

*An.* 1621. *Thereſia*, fundatrix ordinis diſcalceatarum Carmelitarum. Id. l. c. Tom. 3. p. 414.

*An.* 1622. *Petrus de Alcantara*, Ordinis Minorum ſtrictioris obſervantiæ diſcalceatorum. Id. l. c. p. 419.

*An.* 1623. *Philippus Nerius*, Auctor Congregationis Clericorum Secularium Oratorii. Id. l. c. Tom. 4. p. 5.

*An. eod. Ignatius Lojola*, Conditor Societatis Jeſu. Id. l. c. p. 11.

*An. eod. Iſidorus* Agricola. Id. l. c.

*An.* 1624. *Jacobus de Marchia*, Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia. Id. l. c. p. 59.

*An.* 1625. *Andreas de Avellino*, Theatinenſis Monachus. Cherubinus l. c. p. 87.

*An.* 1629. *Cajetanus Thienæus*, Fundator Clericorum Regularium Theatinorum. Id. l. c. p. 162.

*An.* 1658. *Thomas à Villanova*, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. Id. l. c. Tom. V. p. 274.

*An.* 1665. *Franciſcus de Sales*, Epiſcopus Genevenſis. Theatr. Europ. T. X. p. 85. & Diar. Europ. contin. XI. p. 517.

*An.* 1668. *Maria Magdalena de Pazzis*, Florentina: *Roſa de Lima*, Peuvian. & *Ludovicus Beltrandus*, ſeu *Beleramus*. Diar. Europ. contin. XVIII p. 296 Breweri Hiſt. An. 1661. ad 1672 p. 22.

*An.* 1671. *Ferdinandus Catholicus* Rex Hiſpaniæ, *Cajetanus* Ord. Theatinorum Generalis & *Philippus Benitius*, Servitarum Præpoſitus. Diar. Europ contin. XXIII p. 54. Brewer. l. c. p. 28.

*An.* 1679 *Torrebio*, Archiepiſcopus Limenſis. Theatr. Europ. T. XII. p. 114. & Diar. Europ. contin. 40. p. 117.

*An* 1690, 16. Octobr. *Laurentius Juſtiniani*, Patriarcha Venetus defunctus A. 1455. *Johannes de Capiſtrano* Ord. Minorum, defunctus A. 1456. *Johannes de S. Facondo* Hiſpanus, Monachus Auguſtinianus, defunctus A. 1471. *Johannes di Dio*, Luſitanus, auctor Ordinis Monaſtici

Fate

Fate ben Fratelli, defunctus A. 1555. & *Paſchalis Baylon* ex fratribus Minoris obſervantiæ, defunctus A. 1592.

A. 1701. menſe Junio agitatum de canoniſatione *Andreæ de Avellino*, *Catharinæ* Bononienſis, & Cardinalis atqve Epiſcopi Neapolitani *Andreæ Durale.*

A. 1712. die Feſto SS. Trin. 22. Maji Sanctis adſcripti ſolenniter *Pius V.* Pontifex Max. *Felix de Cantalicio*, Capucinus, *Andreas de Avellino* Monachus Theatinus (jam A. 1625. beatificatus ſive beatis adſcriptus) Bononienſis.

Ritus canoniſationis, qvæ vox ante ſeculum XII. vix audita, petendi ſunt ex Actis Canoniſationum, qvalia ſunt Acta Canoniſationis Thomæ à Villanova, edita ab Andrea Aznar, Rom. 1658. 4. Sanctorum Petri de Alcantara & Mariæ Magdalenæ de Pazzis, qvæ Clementi IX. dicata à *Dominico Capello* lucem adſpexere Romæ 1669. 4. ubi inter alia p. 320. videmus expenſas in hanc canoniſationem factas 64000. * ſcutatorum: Relatione dell' apparato fatto in S. Pietro, & delle ceremonie per la Canoniſatione de cinqve ſanti, in Roma A. 1690. Ut vero dignus aliqvis conſortio Sanctorum habeatur, ſolennis præcedit inqviſitio & formalis ſcilicet de fide, moribus, vita, fama & miraculis. Confer Baluzium de Papis Avenionenſibus Tom. 2. pag. 7. & 366. Conſulendus inſuper *Bollandus*, *Henſchenius* & *Papebrochius*, qvi in Actis Sanctorum etiam paſſim agunt de eorundem canoniſatione: Ceremoniale Romanum l. 1. ſect. VI. *Angelus Roccha* de Canoniſatione Sanctorum Rom. 1610. 4. ut *Felicem Contelorium*, *Tröilum Malvezzium* aliosqve Cangio gloſſar. latin. in *Canoniſatio*, & Lipenio T. 1. Biblioth. Theolog. p. 219. & Rev. Joh. Franciſco Buddeo p. 637. ſyntagm. diſſ. Theol. laudatos, Simonem Majolum dier. canicular. f. 582. ſq. & Fortunatum Scacchum libris VII. de beatificatione & Canoniſatione omittam. Breviter etiam ritus Canoniſationis exponit Wagenſeilius Tomo poſtremo Peræ librorum juvenilium pag.



* Guido Patinus T. 1. Epiſt p. 603. *Enfin nôtre S. Pere le Pape a promis aux Religieuſes de la Viſitation, de canoniſer leur fondateur le bien-heureux François de Sales, Evêque de Genève, mais il leur en coûtera de bonnes nipes; Jupiter iſte Capitolinus longè callidior eſt ac aſtutior Numa Pompilio, cui tamen poſt multa ſacula ſucceſſit nec inteſtatus: tous biens ſont communs, il n'y a plus que le moyen de les avoir, quelle vilainie dans la Chrétienté, les Turcs, n'ont-ils pas dequoy ſe moquer de nous? tant dépenſer d'argent pour une bagatelle politique, telles ſommes bien employées ſerviroient à conquerir un Royaume ſur les Infidéles, Exclamet Melicerta periſſe frontem de rebus. Mais le masque en eſt levé, il n'y a plus de vergogne au monde, l'impudence eſt permiſe, ce ſont les impudens qui gouvernent le monde, & cela n'eſt point d'aujourdui, quelcun l'a dit dans Herodote.*

1109. ſeq. & in libro Germanice edito de educatione Principis juvenis p. 182. ſeq. Videnda etiam Collectio Epiſtolarum Hiſtorico-Politicarum qvæ Germanice prodiit ſub titulo des neu-beſtellten Agentens T. 2. p 900. ſqq. Etiam in colloqviis menſtruis Tentzelianis A. 91. p. 215. ritus ex noviſſimo uſu ſtrictim recenſentur.

Inferior qvidam minusqve ſolennis gradus & Canoniſatione minor vocatur *Beatificatio*, cum ad ſepulchrum honos anniverſarius alicui habetur ut beato, vel accenſis ille luminaribus aut appenſis anathematis vel alia ejuscemodi ratione colitur. Vide Acta Sanctorum T. 1. Junii p. 361. F. & Hadriani Bailleti diſſertationem Vitis Sanctorum Gallice editis præmiſſam p. 197 ſq. Soletqve plerumqve beatificatio præmitti, donec ſedes Romana interjecto 50. vel plurium pauciorumve annorum ſpatio definit de canoniſatione. Sic Maria Magdalena de Pazzis Florentina qvæ A. 1607. diem obiit, beatificata eſt ab Urbano VIII A. 1626 ſed canoniſata à Clemente IX. A. 1669. Vide Acta Sanctor. T. 6. Maj. p. 315. 326. Singulare eſt qvod peculiares etiam Monachorum ordines genus ejusmodi canoniſationis ſibi arrogant. Vide ſi placet qvæ de Octavia Melchiorrica à Dominicanis ob legatam * ipſis 7000. thalerorum ſummam ſingularibus cerimoniis conſecrata Petrus Bælius in reſp. ad qvæſtiones hominis provincialis T. 1. p. 430. ſqq.

Pontificem in canoniſationis decreto non poſſe errare diſputant Dominicus Gravina Neapolitanus in Catholicis præſcriptionibus adverſus hæreſes qvæſt. V. in Jo. Thomæ de Rocaberti Bibliotheca maxima Pontificia, ſive collectione voluminoſa (21. enim tomi ſunt ſcriptorum poteſtatem Pontificis defendentium Rom. 1699. fol) Tomo VIII. Auguſtinus Triumphus de poteſtate Eccleſiaſtica p. 98. Caſtro Palao T. 1. p. 338. aliiqve Eccleſiæ Romanæ ſocii. Sed non auſi ſunt hoc ſibi ſumere ipſi Pontifices, qvi ante actum Canoniſationis olim uſi ſunt ſolenni proteſtationis formula qvam ex Chriſtophori Marcelli lib. 1. de Eccleſ. Rom ritibus (qvi opus ſuum Leoni X. inſcripſit & Romæ A. 1516. edidit) pluribus locis Epiſtolarum ſuarum ut p. 26. & 557. edit. Lond. repetit Jo. Launojus, obſervat etiam plenariæ Synodi aſſenſu ſimul, non ſolius Pontificis auctoritate opus fuiſſe ut Sanctis aliqvis accenſeretur. Formula proteſtationis hæc eſt: *Antequam ad pronunciationem veniamus, proteſtamur publice apud vos præſentes, quod per hunc actum Canoniſationis non intendi-*

* Spectat huc Carthuſiani dictum ad Philippum Comineum lib. 7. memor. *nous appellons Saints tous ceux qui nous font du bien.*

*intendimus aliquid facere quod ſit contra fidem, aut Catholicam Eccleſiam, ſive honorem DEI.* Vide etiam qvæ idem Launojus p.79. ſq. de Canoniſatione Ludovici Alamandi, præſidis Baſileenſis Concilii, à qvo depoſitus fuit Eugenius IV. & qvæ adverſus fidem conſecrationum in Rom. Eccleſia diſputant B. Lutherus ſcripto contra novum Idolum Miſnenſe (Bennonem *Epiſcopum) T. 2. Altenburg. p. 780. ſeq. Hoſpinianus de feſtis Chriſtianor. c.6. Balthaſar Lydius notis ad diſpp. Taboriticas p.150. ſqq. & J. Dallæus de objecto cultus religioſi lib. III. c. 21.

In Orientali Eccleſia Græca paullo rarius obtinet hic Conſecrationis ritus, Patriarchæ & plenæ Synodi auctoritate & millenorum teſtium de canonizandi miraculis teſtantium fide conſtans. Cauſam raritatis exponit illuſtris Paulus Ricautus in Hiſtoria ſtatus præſentis Eccleſiæ Græcæ cap. VI. pag. 164. ſeqq. *La régle de la Canoniſation des Saints s'eſt conſervée dans le Siége Patriarchal de Conſtantinople. Il eſt vray que le Ménologue eſt ſi plein, que l'on a eſté forcé de mettre deux ou trois Saints en un jour: Mais avec cela, afin que les bonnes ames, qui ſont ſi rares en ce monde, & qui reçoivent de Dieu leur récompenſe en l'autre vie, ne perdent point ce que les hommes ſont capables, d'accorder à leur pieté, les Grecs canoniſent encore à préſent, ceux qui ont eſté célebres, par leurs Miracles, & par la ſainteté de leurs mœurs. Il faut toutefois, avant que d'en venir là, que mille témoins, qui auront vû ces actions, ou qui les auront appriſes, de perſonnes irréprochables, en donnent des aſſurances ſolemnelles: Il faut encore que le Patriarche & les Evêques en ayent informé trés-exactement, dans un plein Synode. Alors la perſonne, dont on recherche la vie, eſt reçuë dans le Calendrier; On marque un jour pour ſa Feſte: Et tous les ans, on célébre ſa mémoire: On dit une Meſſe en ſon honneur: On y ajoute quelques Hymnes à ſa loüange: On lit une rélation de ſes miracles & de ſes bonnes œuvres: On inſére enfin ſa vie, dans le Synaxarion, ou livre des Saints. Mais maintenant que les Canoniſations ne ſe font pas ſans de grands frais, elles ſont moins en uſage. Et les Grecs eſtant d'ordinaire pauvres ou méchans, il s'en trouve peu, qui ſoient aſſez gens de bien, pour mériter un ſi grand honneur, ou qui ayent des Parens aſſez pieux & aſſez riches, pour les faire mettre dans la Liſte des Saints & des Martyrs.*

XXVI. *Angelorum* nomine pro bonis ſpiritibus uſi ſunt, ne de Judæis ac Chalcidio p. 225. ſq. (Chriſtiano ſcriptore) dicam Alex. Aphrodiſeus in Topica p.186. Ariſtides T. 1. p.19. Labeo apud Auguſtin. IX. 19. de Civ. DEI, Ammonius in Prophyrii Iſagog. Porphyrius, Jamblichus



* Confer Vitam Bennonis ſcriptam à Martino Heidenreich, editamqve Dresdæ 1694. 8.

de Myſteriis Ægyptior Simplicius, Marcianus Capella, & præcipue Hierocles qvi p. 37. *ἀγγελικὸν Θεῶν γένος* memorat, atqve inter DEum *δημιουργὸν* & hominem tria ait intercedere Deos immortales, Heroas & dæmonas terrenos. Confer Dan. Heinſium ad Maximum Tyrium p. 112. Notat idem Hierocles p. 41 Heroas (qvi *ἡμίθεοι* Heſiodo) ab aliis dici *δαίμονας ἀγαθοὺς ὡς δαήμονας καὶ ἐπιστήμονας τῶν θείων νόμων.* Ab aliis *ἀγγέλους ὡς ἐκφαίνοντας καὶ διαγγέλλοντας ἡμῖν τοὺς πρὸς εὐζωΐαν κανόνας.* Alios vero cum Platone inter DEum & hominem ponere angelos, dæmones & heroës. Confer Origenem 3. contra Celſum p. 133. Aliis hos omnes uno eodemqve nomine venire angelorum vel heroum vel dæmonum. At per dæmones terrenos Hierocles non intelligit malos ſpiritus ſive *τὰς ἐναντίας δυνάμεις* qvas vocat Plato X. de legib. p. 608. ſed vero animos hominum ſapientia præſtantium, qvos *ἰσοδαίμονας* & *ἰσαγγέλους* appellat p. 46. qvemadmodum aliis *ἀγαθοὶ δαίμονες* dicti Diogenes & Crates Philoſophi, de qvibus Menag. ad Laërtium p. 252. 262 atqve de ejusmodi viro ſapiente Arrianus III. 22. Epictetear. diſſ. *ἀλλ᾽ εἰδέναι δεῖ ὅτι ἄγγελος ἀπὸ τοῦ Διὸς ἀπέσταλται πρὸς τοὺς ἀνθρώπους περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν.* Neqve Socratis DEus ſive Dæmon alius intelligendus qvam providus ejus animus ac perſpicax, uti Xenocrati apud Ariſtotelem 2. Topic. *δαίμων ἑκάστου ἡ ψυχὴ*, unde ille *εὐδαίμονα* appellabat cui bona mens contigiſſet: & Euripides Socratis amicus apud Theonem p. 60. progymnaſm. *τὸν νοῦν ἡμῶν ἑκάστου* dixit eſſe *θεόν*. Angeli in Oraculis Zoroaſtri tributis v. 295. vocantur *ἁγνοὶ Δαίμονες. Ἡ Φύσις πείθει εἶναι τοὺς δαίμονας ἁγνούς.* Meminit Angelorum etiam Pſeudo Orpheus * apud Clementem Alex. V. Strom. p. 608.

*Σῷ δὲ θρόνῳ πυρόεντι παρεστᾶσιν πολύμοχθοι*
*Ἄγγελοι οἷσι μέμηλε βροτοῖς ὡς πάντα τελεῖται.*

Hoſtanes apud Cyprianum de Idolor. vanitate p. 14. *Magorum præcipuus Hoſtanes & formam veri DEI negat conſpici poſſe, & Angelos veros ſedi ejus dicit aſſiſtere.* In ſacris literis Angelorum nomen abſolute ponitur nunqvam pro malis Dæmonibus, uti viciſſim Dæmonum nunqvam pro bono Angelo, ut notavit Theodorus Hackſpanius in ſylloge diſputatt. Theolog. & Philolog. pag. 244. E contrario apud Ethnicos ſcriptores Dæmonum vocabulum ſæpius pro bonis ſpiritibus ponitur, ac pro Deo ipſo

* In Orphei hymnis Mercurius dicitur *ἄγγελος οὐρανιώνων*, ut apud Platon. 4. de Leg. Nemeſis *Δίκης ἄγγελος*.

ipſo, vide Pollucem Onomaſtici lib. 1. c. 1. atqve negari neqvit multa eorum qvæ de Dæmonibus bonis illi tradiderunt, cum doctrina Judæorum & Chriſtianorum de Angelis ſatis bene conſpirare. Confer Hugonem Grotium ad Matthæi I. 20. Eugubinum de perenni Philoſophia libro VIII. & Huetii Alnetan. qvæſt. lib. 2. c. 4.

*Ordinum Angelicorum* nomina in ſacris literis obvia ex officiis Imperii Perſici, ſub qvo Hebræi aliqvando vixerunt, deſumta eſſe notant Hugo Grotius ad Rom. VIII. 38. Judæi decem gradus ſive ordines colligunt, Chriſtiani pleriqve poſt Pſeudo Dionyſium Areopagitam * novem, incerta utriqve conjectura. De Judæis vide Maimonidem de fundamentis Legis p. 18 ſeq. & ibi notas Gvil. Vorſtii: Immanuelem Aboab in Nomologia edita Hiſpanice p. 157. Menaſſeh ben Iſraël problem. 22. de creatione, Gilb. Gaulminum lib. 2. not. ad lib. de Vita Moyſis c. 4. Buxtorfium Lex Talmudic. p. 2339. Hackſpanium de Angelorum Dæmonumqve nominibus in Sylloge p. 234. 242. 252. D. Martin Geierum in conformitate Judæo Papiſtica, Loco de Angelis c. 2. D. Sebaſt. Schmidium in ſenario Angelico ſive diatribis de Cherubim, Seraphim, Principatibus, thronis &c. Brunſvic. 1696. 12. Jacobum Capellum notis ad Hebr. I. ult. Kircherum Tom. 2. Oedipi Ægyptiaci part. 1. p. 214. 255. & Petavium lib. 2. de Angelis cap. 1. §. ult. De Chriſtianorum veterum ſententia præter eundem Petavium, & Pſeudo Dionyſii de Hierarchia cœleſti interpretes, conſulendus Jo. Morinus de ſacris Eccleſiæ Ordinationibus p. 491. ſeq. qvi inter alia oſtendit multos Dionyſio poſteriores ab ejus ſententia circa deſcriptionem Angelicæ Hierarchiæ diſcedere, ut illum vel non legerint vel certe neglexerint: Jo. Dallæus de ſcriptis Dionyſio & Ignatio tributis l. 1. c. 3. Svicerus in ἄγγελος, Cotelerius ad Conſtitut. Apoſtol. VIII. 12. & T. 3. monument. Eccleſiæ Græcæ p. 558. ſeq. & Michaël le Qvien ad Jo. Damaſceni lib. 2. de Fide Orthodoxa c. 3. T. 1. p. 157. 158. Videndi etiam è veteribus Cyrillus Hieroſol. V. Catecheſi Myſtagog. c. 5. Joh. Philoponus lib. 1. c. 10. de creatione, Iſidorus Hiſp. VII. 5. Orig. & de ordine Creaturarum c. 2. Rabanus Maurus de laudibus S. Crucis lib. 1. figura 3. Mich. Glycas lib. 1. Annalium f. 76. ſeq. Philippus in Dioptra III. 2. p. 113. & Michaël Syncellus laudatione in SS. DEI Archangelos Angelosqve T. 1. Auctarii novi Combefiſiani



* Trahunt huc nonnulli vocabulum ἅγιος novies repetitum in qvibusdam Codd. Apocalypſeos IV. 8. ad qvem locum confer Vallam. Repetitur etiam vocabulum ἅγιος novies in hymno qvi exſtat in Pœmandro Hermetis p. 8. edit. Franciſci Patricii.

p. 1526. ſeq. &c. De novem ordinum Angelorum templo CPoli & de novem ordinum Angelorum feſto qvod Græci celebrant VIII. Novembris, adi Cangii CPolin Chriſtianam lib. 4. p. 188. De novem ordinibus malorum Angelorum ex Rob. Fluddi ſententia vide Gaſſendum T. 3. Opp. pag. 223. & Fluddum ipſum in Hiſtoria Macrocoſmi pag. 108. &c. Atqve gradus qvidem inter malos perinde ac bonos ſpiritus etiam Ethnici agnoverunt, *γίγνονται ὡς ἐν ἀνθρώποις καὶ δαίμοσιν ἀρετῆς διαφοραὶ καὶ κακίας*, inqvit Plutarchus de Iſide & Oſir. atqve lib. de defectu Oracular. Præclare Thomas Galeus notis ad Jamblichum de Myſteriis Ægyptiorum p. 208. obſervat à S. Paulo Apoſtolo Epheſ. VI. per *ἀρχὰς, ἐξουσίας, κοσμοκράτορας*, nomina à Philoſophis venditata poteſtates adverſarias intelligi. *Videant igitur*, inqvit, *ne quid errent, qui eadem vocabula ad poteſtates cœleſtes transferunt. Paulus hæc non tam ponere, quam ex hæreticorum ſermonibus accepta oblique inducere videtur.* De Jamblichi, Procli, Hermiæ, Damaſcii & aliorum Platonicorum recentiorum Hierarchia atqve Ordinibus Angelorum multa erudite idem Galeus p. 206. ſeq. Videndi qvoqve Eugubinus VIII. 10. ad 18. Theophilus Raynaudus T. 5. Opp. p. 72. ſeq. Stillingfleetus reſponſione ad Creſſium Anglice edita p. 129. 130. Kircherus T. 2. Oedipi parte 1. p. 407. ſeq. 423. 426. & Radulphus Cudworthus in Syſtemate intelligibili Univerſi, edito Anglice p. 553. ſq. In Chaldaica Theologia, notante ad vitam Moyſis lib. 2. c. 4. Gaulmino, tres qvoqve in Divinis triades, prima *πατὴρ, δύναμις, νοῦς*, ſecunda *οἱ νοεροὶ θεοὶ, οἱ ὑπεράχιοι, οἱ ἀρχικοί.* Tertia *οἱ ἀρχαγγελικοὶ, οἱ ἄζωνοι, οἱ ζωναῖοι.* In Muhamedis Alcorano XXXVII. 1. ſeq. DEus jurat per tres ordines Angelorum, ordinantes, agitantes, & legentes Alcoranum. Confer Suratam LXXIX. 1. ſeq. De *ſeptem Angelis principibus* (ſeptem *Archangeli* vocantur in Theologumenis Arithmeticæ p. 44.) præter interpretes Apocalypſeos videndi Martinus Roa in ſingularibus S. Scripturæ T. 2. p. 444. ſeq. Hugo Grotius ad Matthæi XVIII. 10. Petavius de Angelis p. 128. ſq. Chriſtophorus Sandius in problemate paradoxo de Spiritu S. p. 19. ſeq. & contra Sandium B. D. Schomerus noſter p. 92. ſeq. & Wittichius pag. 156. ſeq. Præterea Theologi Argentoratenſes celebratiſſimi Dorſcheus in pentadecade p. 516. & Seb. Schmidius in Myſterio Gratiæ Divinæ p. 550. ſeq. 564. ſeq. qvibus addendus D. Abraham. Hinckelmannus *ὁ μακαρίτης* in Detectione fundamenti Bohmiani p. 18. ſeq. diſputans contra Fluddum c. 7. macrocoſmi & Jac. Bœhmium von der Gnaden-Wahl §. 24. & Tho. Galeus notis eruditiſſimis ad Jamblichum de Myſteriis Ægypt. p. 206.

p. 206. qvi Ethnicis non minus qvam Judæis probatum de Archangelis dogma fuiſſe oſtendit: qvanqvam in ſacris literis unius tantum Archangeli occurrit mentio, unde totum illud qvod de ordine vel ſeptenario vel ut Euſebii vocabulo ex orat. de laudibus Conſtantini p. 605. utar, de * θιασοις ἀρχαγγέλων fertur, commentis adſcribere non dubitavit Rev. D. Gerhardus Meierus, Hamburgenſis tum Gymnaſii Profeſſor, hodie Bremenſis Eccleſiæ Superintendens celeberrimus in paradoxo de Archangelis Enthymemate, Hamburg. 1695. 4.

Septem Angelis bonis principibus totidem *malos* ac *ſeductores* vitiorumqve ac ſcelerum præſides oppoſitos eſſe ſtatuerunt veteres qvidam è Judæis & Chriſtianis, ut conſtat è teſtamento Ruben c. 2. & teſtimoniis priſcorum Eccleſiæ doctorum qvæ adduxit Cotelerius ad Hermæ Paſtorem lib. 2. mandat. 2. De cultu Angelorum apud Judæos adiri poſſunt Bartoloccius T. 1. Bibliothecæ Rabbinicæ p. 292. ſeq. & Jo. Saubertus in palæſtra diſſ. p. 31. ſeq.

XXVII. Singulis hominibus ſtatim à tempore qvo in lucem eduntur adeſſe bonum genium ſive Angelum, nec minus malum, multi olim ſenſerunt è veteribus Chriſtianis, ut docent Cotelerius ad Hermæ paſtoris lib. 2. mandat. 6. c. 2. & Huetius in Origenianis lib. 2. qvæſt. 5. Videndus & Petavius dogm. Theol. de Angelis p. 131. ſeq. Joh. Rivius de familiari cujusqve genio, ſeu de præſidio Angelico & Joh. Clodius de ſpiritu familiari: Atqve Judæorum eandem fuiſſe ſententiam diſputant eruditi interpretes ad Matth. XVIII. 10 & Actor. XII. 15. De Muhamedanis qvoqve notat Thomas Smithus Epiſt. 1. de moribus Turcarum p. 39. eos inter orandum caput ad alterutrum humerum motitare, angelos cuſtodes qvos humeris aſſidere credunt, oratione ita ſalutantes. Eadem de geniis tutelaribus ſententia jampridem Ethnicis qvoqve perſuaſa fuit, ut prolixe declarat idem Huetius Alnetan. qvæſt. lib. 2. cap. 4. §. 3. ubi multa de Diis præſtitibus, geniisqve cuſtodibus ac tutelaribus & μυσαγωγοῖς τοῦ βίου ut vocantur Menandro apud Ammianum Marcellin. XXI. 14. ubi conferatur Lindenbrogius: tum Menagius ad Laërtii lib. VII. ſect. 151. Eugubinus VIII, 23. ſeq. & 31. 40 de perenni Philoſophia & Tobias Pfannerus in Theologia Gentili p. 180 ſq. Maribus appoſitos Romani genios appellabant, fœminis Junones, de qvo Lipſius ad Senecæ Epiſtolam

* Minus bene vir doctiſſ. Valeſius vertit: *Angelorum & Archangelorum innumerabiles ordines*, nam in Græco eſt; *innumerabilis Angelorum multitudo, concilia Archangelorum & ſanctiorum chori ſpirituum.*

lam 110. Harduinus ad Plinii T. 1 p. 143. Peculiariter culti Genii Principum, per qvos etiam juratum, ut notarunt docti ad Curtium VI 11. 18. Chriſtoph. Cellarius ad Minucium Felicem p. 112. Cangius ad Zonaram p. 28. & ad Cinnamum p. 483. Confer Henrici Dodwelli prælectionem ſecundam Cambdenianam ad Hadrianum Spartiani, qvæ eſt de fortuna Imperii & genio tutelari Principis, Oxon. 1692. 8. nec minus Bernardi Ludovici Mollenbecii de genio Principis diſſertationem, recuſam in ſyntagmate ſecundo diſſertationum Philologicarum in Belgio junctim editarum A. 1700. 8. Etiam Locis & urbibus tributi genii. Vide Lindebrogium ad Ammiani XX. 5. & qvæ Clariſſ. Rubeus in memoriis Brixianis Italice editis p. 184. ubi de Genio Romæ, Antiochiæ, Brixiæqve & p. 215. de Genio paganico De Genio ſive τύχῃ populi Romani adeundus Laur. Begerus in theſauro Brandenburgico T. 2. p. 550. & Clariſſimi Philippi Olearii diſſ. de fortuna Romana, Lipſ. 1713. Habemus etiam in antiqvis numis Genios exercitus & Genium Senatus, Geniumqve publicum. De τύχῃ CPoleos vide Chronicon Paſchale p. 284 285. & Codini Origines CPolitanas num. 68 & 50. Templum qvod genio cujusqve Urbis conſecrabatur, dictum fuiſſe Τυχεῖον, obſervat Valeſius ad Euſebium de Martyribus Palæſtinæ p. 341. & Sozomeni V. 4. De Angelis ἐθνάρχαις & Geniis Gentium tutelaribus jam ſupra dicere me memini: interim præter jam laudatos à me, conſuli poterunt qvæ de Geniis, Ethnicorumq; circa eorum naturam, officia & cultum opinionibus, ſuperſtitionibusq; notarunt *Gyraldus* Syntagm. XV. de Diis, *Georg. Wonna* in diſſertationibus de Geniis, qvæ primum in lucem editæ ſunt Jenæ 1663. recuſæqve poſtea in Syntagmate ſecundo Diſſertationum Philologicarum, paullo ante à me memorato. *Henricus Lindenbrogius* ad Cenſorinum de die Natali: *Caſp. Barthius* ad Rutilii verſum 327. & Adverſar. Lib. LII. c. 12. *Jo. Taffinus* de ludis ſecularibus cap. 13. Tomo VIII. Theſauri Antiqvit. Roman. p. 132. ſq. *Juſtus Lipſius* Lib. 1. Phyſiol. Stoic. c. 19. *Matthias Zimmermannus* in Analectis Miſcellaneis p. 540. ſqq. & in florilegio p. 374 ſq. qvibus addatur *Andreas Tiraquellus* ad Alexandrum ab Alexandro Lib. VI. Genial. dierum c. 4. Et *Martinus Roa* in libro de die natali ſacro & profano T. 1. ſingularium S Scripturæ. Animalibus etiam & plantis præſidere certos Angelos, perſuaſerunt ſibi qvidam interpretes Apocalypſ. IX. 11. & Chriſtiani veteres, qvorum teſtimonia collegit Cotelerius ad Hermæ Paſtoris lib. 1. viſionem 4.

De Lemuribus, Laribus familiaribus & Larvis, Diisqve Manibus videndus Danetus in Dictionario Antiqvitatum & Julianus Floridus

ad

ad Apulejum de Deo Socratis p. 688. ſq. De Laribus domeſticis & Vialibus Sponius Miſcell. p. 113. ſeq. cui addenda qvæ de Diis Vialibus Nic. Bergierius de publicis Rom. viis lib. IV. 43. T. X. Theſauri Græv. p. 522. Et Laris effigies in Boxhornii qvæſt. 6. Romana T. V. ejusdem theſauri p. 924. Cultus etiam intra conſeptum cujusqve Herceus Jupiter, qvem DEum penetralem appellabant, ut teſtatur Feſtus in Herceus. Præter penates domeſticos religioſe etiam habebantur publici, qvi pinguntur bini pila in manibus habentes apud Begerum T. 2. theſauri Brandenb. p. 543. 588. & T. 5. theſauri Græv. p. 321. Confer qvæ de Laribus urbanis & hoſtiliis ſive hoſtes arcentibus Andreas Dacerius ad Feſtum in *Hoſtiliis*.

XXVIII. Religioſa veneratione à multis hodie Chriſtianis, in Romana præcipue Eccleſia afficiuntur atq; etiam adorantur & invocantur 1) Angeli, 2) Sancti atq; 3) imagines SS. Trinitatis, Crucifixi, Angelorum & Sanctorum: tribuitur etiam cultus religioſus 4) S. Euchariſtiæ, & 5) Sanctorum reliqviis: in qvibus omnibus qvicqvid etiam ingenioſi & eruditi viri dealbandis erroribus illis argutentur, tamen ſi qvis præcipue praxim communem ac publicam paſſim obtinentem reſpiciat, certum eſt uti graviſſime & evidentiſſime peccari contra præceptum de colendo uno vero DEO, ita qvam longiſſime recedi à veſtigiis & moribus primorum Chriſtianorum, qvi templum vel aram Angelo aut Sancto conſecrare, vel preces non dicam ad imaginem ſenſu deſtitutam, ſed ad Angelum vel Sanctum à qvo ne audiri qvidem ſe perſuaſi eſſe poterant, facere profecto horruiſſent. Qva de re ne longior ſim, præ cæteris videndi *Jac. Owenus* in Hiſtoria imaginum edita Anglice, Lond. 1709. 12. *Joh. Dallæus* & *Frid. Spanhemius* libris de Imaginibus, idem Dallæus libris V. de Cultus religioſi objecto adverſ. Latinorum traditionem Genev. 1664. 4. *Daniel Chamier* T. II. Panſtrat. Cathol. Lib. XIX. XX. XXI. *Petrus Molinæus* in Novitate Papatus contra Cardinalem Petronium lib. VII. *Voſſius* in Theſibus Theologicis diſſ. VII. ſq. *Jo. Forbeſius* in Inſtructionibus Hiſtorico-Theologicis lib. VII. *Phil. Mornæus* lib. III. de Euchariſtia c. 12. ſqq ubi de invocat. ſanctor. & lib. II. c. 2. ſqq. ubi de imaginibus. *Jo. Valkenier* in Roma Paganizante ſ. Idololatriæ Pontificiæ examine hiſtor. Theologico. *Jac. Baſnage* in Hiſt. Eccl. Gallicè edita lib. XVIII. XIX. XX. XXI. XXII. & XXIII. *Edvardus Stillingfleet* & *Jo. Teniſſon* in libris Anglice editis de Idololatria Eccleſiæ Romanæ. E Theologis noſtratibus Confeſſionis Auguſtanæ ſubſcriptoribus *Mich. Siricius* in oſtenſione abominationū Papatus, circa religioſum creaturarū cultum, *Sam. Bened. Carpzovius* in Antimaſenio p. 697. ſq. *Jo. Andr. Quenſtadius* in Antiqvitatibus Eccleſiaſticis c. 6. itemq; alii.

# CAPUT IX.

## De Templis, Altaribus, locisqve ſacris & Aſylis Judæorum, Ethnicorum & Chriſtianorum.

*De Templis ante exitum Iſraëlitarum ex Ægypto.* 1. *De Tabernaculo Moſaico.* 2. *De templo Hieroſolymitano Salomonis & ſecundo Zorobabelis (quod inſtauravit & munivit, ornavitque Herodes.) Scriptores Judæi* 3. *& Chriſtiani.* 4. 5. 6. *Quo nomine dedicatum Salomonis templum, & templa duo ad Hieroſolymitani exemplum condita à Samaritanis & Onia Pontifice.* 7. *De ara, arca fœderis, columnis & aliis ad templum pertinentibus.* 8. *De ſynagogis & proſeuchis Judæorum.* 9. *Gentes quæ religioſum putarunt nullis templis, aris & ſimulacris nullis Numen colere.* 10. *Luci ſacri* 11. *Montes ſive excelſa.* 12. *De templis gentilium.* 13. 14. 15. 16. *Templorum ornamenta.* 17. *Urbes neocoræ.* 18. Ναΐδια *ad exemplum majorum templorum confecta & venum expoſita.* 19. *De aris gentilium.* 20. *De templis veterum Chriſtianorum eorumque altaribus, ambonibus, vaſis & ornamentis.* 21. 22. 23. *Templorum dedicatio & conſecratio.* 24. *Religioſa templorum veneratio & immunitas ut pro aſylis eſſent.* 25.

I.

Cum in Ægypto verſaretur Jacobi familia, domos ſacras & templa habuiſſe, atqve in his unum qvoddam præcipuum, cujus mentio fiat 2. Sam. VII. 6. non dubitat Edmundus Dickinſon in Phyſica Veteri ac vera c. XIX. num. 24. Qvanqvam Petrus Jurieus in Hiſtoria Critica dogmatum rituumqve Judaicorum negat mentionem templi in ſacris literis fieri ante ædem Palæſtinam Dagonis à Samſone everſam Judic. XVI. 23-30. indeqve colligit nullum templum ante Iſraëlitarum ex Ægypto exitum fuiſſe Ægyptiis, nedum Hebræis. Lucianus qvidem lib. de Dea Syria ſub init. primos Ægyptios templa Diis conſecraſſe, & cœtus ſacros inſtituiſſe ſcribit, â qvibus hoc Aſſyrii acceperint. Et Herodotus II. 4. eosdem Ægyptios teſtatur βωμὲς τε καὶ ἀγάλματα καὶ νηὲς θεοῖσι ἀπονεῖμαι πρώτες. Hinc tabernaculi & templi Salomonei ſtructuram ab Ægyptiis arceſſunt Jo. Marshamus in Canone

none Chronico, & Joh. Spencerus lib. 3. de legibus Hebr. diſſ. de Antiqvitat. templorum & diſſ. 1. c. 3. de tabernaculi origine. Neqve tabernaculum tamen neqve templum Salomonis ad Ægyptiorum formam exſtructum fuiſſe, oſtendit in Ægyptiacis ſuis III. 10. Hermannus Witſius, & Natalis Alexander ætate qvinta V. T. diſſ. 1. Talmudici in Avoda Sora qvinqve notant fana celebriora, unum antiqviſſimum Beli Babylone, alterum Nebo in Curſi, tertium Tirathæ in Mapheg, qvartum Zeriphæ in Aſcalone & qvintum Niſræ in Arabia. Vide Ottonis Lexicon p. 192.

II. De Tabernaculo Moſaico agit *Joſephus* lib. 3. Antiqvit. Jud. c. 17. ſq. ibiqve *Eduardus Bernardus* in notis: *Auguſtinus* in extremo libri Qvæſtionum in Exodum, & alii Interpretes ad Exod. XXV. ſeq. *Beda* qvoqve in libro de Tabernaculo. Ac Petrus Cellenſis in myſtica & morali Tabernaculi explicatione T. 23. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 789. ſeq. E recentioribus Judæis qvidem *Jacobus Juda Ari* ſive *Leo* qvi Middelburgi primum, deinde Amſtelodami, tum in Anglia verſatus eſt, libro de Tabernaculo, Hiſpanice primum, deinde Belgice edito 1647. 4. E Chriſtianis vero *Benedictus Arias Montanus* libro V. Antiqvitatum ſacrarum, inſertarum Tomo VII. Criticorum ſacrorum Anglorum: D. *Aug. Pfeifferus ὁ μακαρίτης* in Dubiis Vexatis Scripturæ: D. *Conradus Mel* libro erudito, Germanice edito Francof. 1712. 4. de tabernaculo: *Hermannus Witſius* in Miſcellaneis Tomo I. *Salomo van Till* commentario poſtumo de tabernaculo Moyſis ad Exod. XXV--XXX. Dordraci 1714. 4. *Jo. Leusdenius* in Philologo Ebræo mixto Diſſ. 38. *Nehemias Grew* lib. IV. Coſmologiæ ſacræ Anglicè vulgatæ c. 8. §. 56. ſqq. *Joh. Lundius* in Jüdiſchen Heiligthümern / *Melch. Leydeckerus* de Rep. Hebr. ut omittam alios Scriptores, à Lipenio T. II. Biblioth. Theol. p. 814. nominatos, qvoniam major illorum pars ad inſtitutum noſtrum minus facit.

III. De Templo Hieroſolymitano, præter *Interpretes ad L. III. Regum* c. VI. & ad Ezech. XL. ſq. & *Joſephum* Lib. VIII. Antiqv. Jud. c. 2. videndus è Judæis *Maimonides* Latine verſus à *Lud. Compiegne de Veiel*, Pariſ. 1678. 4. & in Faſciculo VI. Opuſculorum, editorum à Thoma Creenio in 8. *Talmudici* in Tract Middoth, ſive de menſuris templi, qvem Latine vertit & notis illuſtravit Lugd. B. 1630. 4. Conſtantinus l'Empereur, recuſum in Opere Mishnico T. V. edit. Surenhuſianæ p. 322. ſqq. *Jac. Juda Leo* (qvi à Jac. Juda Arjeh perperam diſtinguitur in Act. Erud. A. 1697. p. 450. Arjeh enim, ut notum eſt, Leonem ſignificat) in libris

IV. de Templo Hieroſolymitano ex Hebraico Latine * verſis, & vulgatis à *Joh. Sauberto* Helmſtad. 1665. 4. *Lipmann Levi Haler* Pragenſis in Expoſitione ſancti templi Ezechielis. *Moſes Ben Gerſon Chapetz* in libro initiationis templi Venet. 1696. 4. qvem recenſitum vide in Actis Erud. hoc laudato.

IV. Inter Chriſtianos præter *Bedam, Richardum de S. Victore, Coſmam Indopleuſten* lib. V. Coſmographiæ Chriſtianæ pag. 197. ſqq. & alios qvosdam vetuſtiores, argumentum hoc leviore manu attingentes, de templi Hieroſolymitani fabrica & ſtructura, qvamplurimi ex recentioribus ſolliciti fuerunt; etſi res non levibus difficultatibus obnoxia eſſe videtur, tam qvod primum templum ſpectat, à Salomone exſtructum, qvam alterum à Zorobabele ædificatum, & reſtauratum ** ab Herode, ut teſtatur Joſephus XV. 14. ſive ut Egeſippus lib. 1. c. 35. loqvitur, muro & porticibus ornatum. Hinc vir non contemnendi judicii Hugo Grotius ad lib. III. Reg. C. VI. ſcripſit, templi ſe menſuram atqve formam libenter aliis inqvirendam relinqvere. Triplicem deſcriptionem templi ex mente Joſephi, Talmudiſtarum & Villalpandi edidit *Lud. Capellus*, cujus labor inſertus eſt Apparatui Biblico Briani Waltoni, & ante Biblia Polyglotta Londinenſia & ſeorſim Tiguri Ao. 1673. excuſo. Singularem præ cæteris operam per XVI. annos Templi fabricæ illuſtrandæ impendit *Joh. Bapt. Villalpandus*, cujus & *Hieronymi à Prado* vaſti commentarii in Ezechielem prodiere Rom. 1605. fol. cum tabulis æneis, 3. vol. qvorum ſecundi pars ſecunda tota Templo impenditur. Qvam non omnibus tamen ejus cogitata ſe probaverint, patet ex hoc judicio Ludovici Compiegne de Veil, Ex-Judæi, qvod in præfatione ad ſupra laudatum Maimonidis tractatum extat his verbis: *Villalpandus vir bonarum artium laude præſtans, ſcribit, XVI. annos totos in Templi artificio percipiendo deſcribendoque ſe poſuiſſe, atque id temporis tam aſſiduo ſe labore fatigaſſe, tantaq; animi contentione, tot denique vigiliis, ut vita ſæpe in extremum duceretur diſcrimen. Et à viro illo, qui, ut ipſe dicit, neque ſumptibus, neque tempori, nec labori nec incommodis pepercit ullis, tandem exiit Hieroſolymitani templi forma, non ad hiſtoriæ fidem deſcripta, ſed ad exemplar ſumtuoſi ædificii. Imo vero vir ille totus eſt in eo, ut ſuam hanc templi Salomonici deſcriptionem ad Vitruvii præceptionem conformet, idemque demonſtret, Græcis Latinisque nulla alia re, quam hujus auguſtæ fabricæ*

* Vide Clariſſ. Wolfii Bibliothecam Hebraicam p. 593. ſeq.

** Vide Grotium ad Matth. XXIV. 1. & Joh. II. 20. Apud Syncellum p. 314. Ἡρώδης τὸν Ἱεροσολύμων ναὸν διπλοῦν ἀνῳκοδόμησεν, longe ampliorem inſtauravit.

*fabricæ notatione atque animadverſione partam eſſe ædificandi artem. Maimonides autem Templi expreſſit imaginem eam, quæ tanto minus habet artificii, quanto eſt veriſimilior.* " Ante Villalpandum idem ſaxum, haut infeliciter volverat *Bened. Arias Montanus* libro V. Antiq. Jud. ſupra jam laudato. Extant etiam *Franciſci Riberæ* Jeſuitæ Hiſpani de templo Hieroſolymitano & iis, qvæ ad templum pertinent libri V. cum ejus Commentar. in Apocalypſin excuſi Salmanticæ 1591. Lugd. 1592. Antwerp. 1593. & 1603. Duaci 1613. 8. Sed hoc toties recuſum opus, judice Sauberto præfat. ad Leonis libros de Templo Latine à ſe verſos,

*- - - - turpiter atrum*
*Deſinit in piſcem mulier formoſa ſuperne.*

*Etſi enim allegoricis ineptiis & longe petitis ad Romanam Eccleſiam accommodationibus eſt refertus, totusque nuce caſſa inanior eſt, nihilominus in titulo Auctor jactat, quod ad S. Scripturæ intelligentiam ita neceſſarius ſit, ut vix in ea paginam legas, in qua non tibi uſui ſit ille.* Magis conſideratione digna eſt *Joh. Lightfooti* deſcriptio templi Hieroſolymitani, præſertim qvale erat tempore Servatoris noſtri, excuſa primum ſeparatim, & deinde in Tomo Operum primo. Brevem ſynopſin ejus ſententiæ dat Joh. Clericus T. I. Biblioth. univerſal. Gallice editæ p. 394. ſqq.

V. A Villalpando etiam diſſentit in ſuis ad Ezechielem commentariis *Jo. Coccejus* T. III. *Opp.* ægrè ferente *Wilhelmo Goeree* in libro Belgico: *De algemeene Bouw-Kund*, & in opere de Antiqvitatibus Judaicis, qvod c. 1. laudavi. Hic enim Villalpandi ſententiam tuetur, impugnatam viciſſim à *Joh. Henr. Coccejo* Joh. fil. in libro Belgico: *Nader Onderſœk van het rechte Verſtand van den Tempel, die de Prophet Ezechiel geſien en beſchreeven heft* &c. t'Amſterd. 1692. 4. *Campegius Vitringa* in tractatu itidem Belgice edito, qvi inſcribitur *Aanleidinge to het rechte Verſtand van den Tempel, die de Prophet Ezechiel geſien en beſchreeven heft &c.* Franeckeræ 1687. 8. 2. Vol. & 1695. 8. Non omittendus præterea *Samuëlis Lee* liber de Templo & Sacerdotio Anglice editus: *Matthias Hafenrefferus* de Templo Ezechielis, Tubing. 1613. fol. *Mailletus* Presbyter & Canonicus Tricaſſinus de forma Templi & palatii Salomonis, Auguſtæ Tricaſſinorum 1695. fol. Gallicè. *Joh. Seldenus* Lib. III. de Jur. Nat. & Gent. cap. 6. D. *Aug. Pfeifferus* in Dubiis vexatis Scripturæ, qvi plures Scriptores laudat: *Otto Dapper* in deſcript. Palæſtinæ, *Caſp. Calvær* Tomo 2. ritualis Eccleſiaſtici, ubi & alia de antiqvitatibus templorum collectanea. D. *Dorsheus* diſſ. de tem-

 pli

pli perſonalis * ſolutione & excitatione ad Joh. II. 20. *Lud. Cappellus* in Delineatione templi ab Herode exſtructi, ex Joſepho, ad calcem hiſtoriæ Apoſtolicæ, tum ſeorſim variis in locis, tum in Tomo IX. Critic. Angl. excuſa: *Laur. David Bollhagen* de templo Judæorum tertio, Gryphisw. 1707. *Joh. Lundius* in uberiore deſcriptione Tabernaculi Sancti, templiqve utriusqve Hieroſolymitani, Germanice edita Slesvic. 1696. 8. & una cum reliqvis ejusd. ſcriptis antiqvitates Judaicas illuſtrantibus Hamb. 1701. fol. *Caſpar Heuniſchius* in Clave Apocalyptica & Ezechielica, Rotenburg. ad Tubarim 1684. 4. *Caſparus Hermannus Sandhagen, ὁ μακαρίτης* in Oratione de Templo & in Deſcriptione Templi Harmoniæ Evangelicæ ſubjecta: *Henricus Horchius* in ſtructura Templi demonſtrata ex Ezech. cap. XL. ſeq. & ichnographice delineata. Herborn. 1709. 4. *Leonardus* deniqve *Chriſtophorus Sturmius* in Sciagraphia Templi Hieroſolymitani ex ipſis ſacrarum literarum fontibus, præſertim ex viſione Ezechielis ultima, architectonice qvidem, ita tamen concinnata, ut eam Architecturæ ignari qvoqve intelligere poſſint, una cum animadverſionibus in Villalpandum, & figuris in æs inciſis Lipſ. 1694. 4. His nuper acceſſit *Henrici Joh. Elebrechti* liber de gloria templi ſecundi, Hamb. 1713. 8.

VI. *Johannes* qvoqve *Braunius*, vir doctus, cujus libri duo de veſtibus ſacris Ebræorum extant, tres præterea partes juſti operis de Sacerdotio DEI molitus fuerat, qvarum una de Tabernaculo, Templo, & vaſis ſacris, altera de Sacrificiis, ac tertia de Sacerdotibus ageret: verum neqve illæ, neqve ſimile promiſſum ** opus VII. librorum *Bernh. Lamii* Theologi Galli, cujus Apparatus in Scripturam ab A. 1686. ſæpius editus utiliter interim legitur, lucem hactenus adſpexerunt. Vide de Lamii opere promiſſo memorias Trevultinas anni 1703. parte 2. p. 399. & Novellas Reip. liter. 1705. II. p. 640. ſeq. Eliam du Pin T. XIX. Bibliothecæ ſcriptor. Eccleſ. p. 155. *Tectum Sabbati* cujus 2. Reg. XVI. 18. mentio, V. C. Jacobus Rhenferdus in conjectura Franeq. 1707. de hoc loco edita putat fuiſſe

* De Herodis templo locum Johannis accipiendum contendit Sam. Baſnage T. 1. Annal. p. 68. 272. b. & 255. qvod inſtaurari cœptum anno Juliano XXIX. Qvanqvam enim intra novem annos & dimidium, ex Joſepho XV. 14. conſtat, ædificii ipſum corpus fuiſſe abſolutum, tamen ab illo tempore usqve ad hunc qvo Judæi ad Chriſtum locuti ſunt annum XLVI. (Julianum LXXV.) ſemper aliqvid in illo exornari contigit, qvo ſenſu Plinius XXXVI. 14. de templo Dianæ Epheſiæ: *ducentis & viginti annis factum à tota Aſia.* Confer Uſſerium ad A. Period. Jul. 4697. Scaligerum de emendat. temporum p. 534. ſqq. Herm. Witſium Dodecadis p. 569. ſqq.

** Argumentum illius lucem vidit A. 1699.

fuiſſe partophorium, è qvo ſignum ineuntis elapſiqve Sabbati datum fuit ab uno Sacerdotum, in intimo templi atrio.

VII. Qvo nomine dedicatum fuerit templum Salomonis, ſingulari libro di qvirit *Franciſcus le Roy* in Templo Sapientiæ ſ. Diſſert. Myſtagogica edita Inſulis 1665. fol. in qva illud ſpeciali nomine *ſupremæ Dei Sapientiæ* conſecratum fuiſſe contendit. uti *Ludov. ab Alcaſar* ſuſpicatus eſt, illud dedicatum fuiſſe *Deo Victori*. Qvod non fas eſſet in templum interius ingredi alienigenæ patet etiam ex Act. XXI. 28. ſeq. ubi videſis Grotium. Templa ad Hieroſolymitani exemplum ædificata 1) à Pontifice Onia ſecundum Prophetiam Eſ. XIX. 19. conditum in Ægypto in præfectura Heliopolitana Joſeph. lib. 1. c. 1. de bello Jud. p. 708. & lib. 7. c. 30. tum lib. 13. Antiqv. c. 6. p. 433. Confer Antonium Vandale lib. de Ariſtea p 167. ſeq. 2) à Samaritanis prope Sicima & Garizim. Vide Joſephum lib. 2. de bello Jud. c. 2. p. 711. Videnda etiam *Auguſtini Calmet* diſſertatio qvarta, adjuncta commentariis in libros Regum, qvæ eſt de Templis. Pariſ. 1711. 4.

VIII. De Ara templi ſecundi exteriore ſingulari diatriba egit *Joh. Jac. Cramerus* Tigurinus, Lugd. B. 1697. 4. à qvo in non paucis diſſentire videas virum in hoc literarum genere inprimis verſatum *Theod. Daſſovium*, cujus Altare exterius templi Hieroſolymitani ad mentem Ebræorum veterum delineatum anno proxime inſecuto 1698. lucem adſpexit Witteberg. in 4 Præcipue vero obſervandum eſt, ad altare non aſcenſum fuiſſe per gradus, ut pleriqve pingere ſolent, ſed per acclives tramites, qvi Ezech. XLIII. c. 7. vocantur מַעֲלוֹת, ut adeo Propheta ille, cum Exod. XX. 26. ubi gradus diſerte prohibentur, facile concilietur. Conclave occultorum donorum, & conclave vaſorum in templo memoratur in Miſna Shekalim T. 2. edit. Surenhuſianæ p. 194. tredecim ciſtulæ, p. 197. tredecim menſæ p. 196. & tredecim ſive qvatuordecim loca adorationis. Id. p. 195. Locus arcæ abſconditæ. Ibid. Portæ tredecim earumqve nomina. p. 195. ſeq. Velum. p. 204. De columnis æneis templi Salomonis Jachim & Boas pluribus Exercitationibus agere inſtituit *Auguſtinus Vagetius ὁ μακαρίτης*, licet vix primam eamqve perbrevem videre me memini. De ingenti balneo Salomonis æneo operæ pretium eſt conſulere obſervata viri doctiſſ. *Ed. Bernardi*, ad calcem eximii operis de ponderibus & menſuris veterum, Oxon. 1688. 8. & *Leonh. Chriſtoph. Sturmii* librum de mari æneo, Norimb. 1710. 8. De Arca fœderis notæ

ſunt

ſunt Virorum præſtantiſſ. *Buxtorfii, Friſchmuthi* & *Carpzovii* Diſſertationes, qvibus addendus *Jo. Jacobi Leonitii* ſive *Leonis* Judæi liber de arca fœderis & de Cherubinis, Amſt. 1653. 4. *Juſti Soldani* Entdeckung/ Caſſel. 1650. 4. *Johannes Owenus* in Epiſtolam ad Hebræos T. 1. p. 269. ſeq. qvi de Cherubinis etiam diſſerit p. 298. ſeq. de qvibus præterea Exercitatio *Mich. Liebetantzii* & *Herm Witſii* diſputata Lib II. Ægyptiacorum cap. 13. videri poſſunt, ubi impugnat, qvæ de illis ſcripſerat *Joh. Spencerus* Lib. III de Legibus Ebr. c. 5. Contra Gaffarellum & Moncæjum de iisdem Cherubinis diſſerit Jo. Reiskius duabus diſſ. A. 1675. & 1677. & Natalis Alex. diſſ. V. ætate qvinta V. T. Prætereo alia, ad templum Hieroſolymitanum ſpectantia, qvorum partem non contemnendam illuſtratam videre licet in Rev. *Daſſovii* Diſſertatione, Kilonii anno 1701. edita, qva imagines Hebræarum rerum, qvæ noſtra ætate circumferuntur, emendat. De templi cuſtodia nocturna, eruditus Pauli Frid. Opitii commentarius Hiſtorico Philologicus lucem vidit Kil. 1710. 4. in qva etiam de qvinqve portis Montis templi, & de *ϛρατηγοῖς ἱερȣ̃* diligentius diſputatur. De reverentia templis & ſynagogis tributa Buxtorfius Lexic. Talmudico p. 2093. ſeq.

IX. Præter templum Hieroſolymitanum, ad qvod undiqve Judæi ter qvotannis confluxerunt, & Hieroſolymis & aliis in locis, oppidis & vicis habuerunt ſuas proſeuchas & Synagogas. Qvemadmodum in ſola Tiberiade tredecim fuiſſe Synagogas conſtat ex Gemara Berachot c. 1. p. 79. edit. Clariſſimi Georg. Elieſ. Edzardi. Verum de Synagogis rectius dicam infra, ubi de Scholis Judæorum ſermo erit. In præſenti ſufficiat laudaſſe viros doctiſſimos qvi de Synagogis & proſeuchis Judæorum fuſius commentati ſunt, Campegium Vitringam, Jo. Rhenſerdum, & in Exercitationibus Franciſcum Burmannum, nec non Jo. Seldenum in præclaro de Synedriis opere. Videndus etiam Valeſius p 28. ad Euſeb. & interpretes Hammondus præcipue ad Actor. XVI. 13. ubi verba *ȣ̃ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι* Herm. Witſius in meletematis Leidenſibus interpretatur: *ubi recepto more fiebat oratio.* Certum tamen eſt *Proſeuchas* dictas oratoria in qvibus orabant Judæi, ut à viris doctis demonſtratum ex Juvenalis III. 295. ubi Scholiaſtes: *Proſeucha locus Judæorum ubi orant.* Et Chryſoſtomus ad illum Actorum locum: *ȣ̓ γὰρ δὴ ἔνθα συναγωγὴ ἦν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔξω ηὔχοντο ὥσπερ τόπον τινὰ ἀφορίζοντες.* Memorat qvoqve Proſeuchas Judæorum diſerte Philo, cujus teſtimonium jam adduxit Turnebus lib. 1. Adverſar, c. 19. uti Politianus c. 30.

Miſcellaneor. obſervavit hunc locum Cleomedis lib. 2. c. 1. p. 90. ἀπὸ μέσης τῆς προσευχῆς καὶ τῶν ἐπ' αὐτῆς προσαιτούντων ἰουδαϊκά τινα καὶ παρα-κεχαραγμένα. Robertus qvoqve Gellus vir doctus in obſervationibus ſacris poſtumis Anglice editis ſub titulo *Gells remaines* ſive Gellii reliqviæ, Lond. 1676. fol. p. 541. ſeq. de oratorio ejusmodi explicandum eſſe docet Lucam VI. 12. καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ Θεοῦ. Confer qvæ de Maſſalianorum proſeuchis Epiphanius T. 1. p. 1067. ſeq. & ex recentioribus ſi lubet adde Barthium II. 21. Adverſar. Caſauboniana à Clariſſ. Collega meo Jo. Chriſtophoro Wolfio edita p. 118. & Colomeſii Obſervationes ſacras p. 130. Porro in loco Actorum verba οὗ ἐνομίζετο εἶναι, vertenda ſunt: *ubi erat*, vel *eſſe conſuevit*, ut notavit in præclaris ad Novum Fœdus Obſervationibus ſuis Lambertus Bos. De ſynagogis & proſeuchis Judæorum litoralibus, Exercitatio erudita *M. Chriſtiani Deutſch* Regiomontani, lucem vidit Lipſiæ 1713.

X. Inter gentes qvædam religioſum putarunt, nulla plane templa, nec aras, nec ſtatuas habere, ſed totum hunc mundum exiſtimare unice dignum DEO templum. Ita de Perſis tradit *Herodotus* Lib. I. Hiſtoriar. c. 131. *Æſchylus* in Perſis v. 365. & 811. *Dinon* apud Clem. Alexandrinum, *Strabo, Cicero* in Verrem & 2. de Legibus p 112. ubi conferendus *Turnebus*. Etiam Germanos veteres *Tacitus* auctor eſt, religioni duxiſſe ſibi, parietibus cohibere Deos, itaqve lucis uſos eſſe: & *Celſus* apud Originem L. VII. p. 384. affirmat, nec Scythas, nec in Afris Nomades, nec Seres, nec alias gentes qvam plurimas, templis, aris, ſtatuisve uſas; qvo in loco, pro Seribus, vetus Latina Perſonæ translatio habet Syros, de qvo videas licet *Seldenum* L. III. de Synedr. Ebr. p. 106. Scythas nulli DEO præterqvam Marti ſimulacra, aras ac delubra facienda exiſtimaſſe auctor eſt Herodotus IV. 59. qvi c. 62. qvale fuerit illud è ſarmentorum faſcibus compoſitum templum, acinaci Martis ſimulacro ſacrum deſcribit.

XI. Lucorum porro uſus * pro templis & vetuſtiſſimus fuit & latiſſime olim patuit, nec noſtro tempore plane exolevit. Obtinet enim hodieqve non tantum inter gentes qvasdam Indicas, ſed & inter Chriſtianos qvosdam Europæ Septentrionales, Ethniciſmi veſtigia adhuc apud ſe retinentes, ut docuit me *Simon Diedericus Gerkens*, ὁ μακαρίτης Paſtor nuper Eccleſiæ Narvenſis in Livonia, A. 1706. denatus, qvi abuſui illi juſtum de Lucorum Ethnicorum ſuperſtitione tractatum opponere



* Vide Lucian. de ſacrificiis T. 1. p. 367.

conſtituerat. In variis etiam Conciliis ut Arelatenſi 2. can. 23. tum legibus Longobard. lib. 2. tit. 72. In Capitulis Caroli & Ludovici Impp. lib. 1. c. 64. l 7. c. 236. &c. vetitum arbores, fontes, vel ſaxa venerari. Vide & Lindebrogium p. 1357. ad Codicem Legum antiqvarum. Maimonidis dictum: *in umbra trunci arboris ſub quo idolum eſt ſedere non licere, ſed ſub umbra foliorum & ramorum fas eſſe.* De qvo D. Joh. Benedict. Carpzov. diſſ. pag. 135. 149. Videndi interim de lucorum cultu Interpretes S. Scripturæ ad Gen. XIII 18. XV. 9. XVIII. 1. XXI. 33. Deut. XII. 4. XVI. 20. Jud. II. 13. III. 7. VI. 25. 1. Sam. IX. 12. 3. Reg. III. 2. ſq. XII. 31. 4. Reg. XVIII. 4. XXII. 44. 2. Chron. XXXIV. 3. Jeſ. II. 13. Jer. II. 20. VII. 70. Ezech. XVI. 13. & XXVII. 6. *Antonius van Dale* c. 2. de Orig. & progreſſu Idololatriæ, ubi poſt Spencerum, Seldenum, aliosqve obſervat, *Aſtaroth* in Prophetis memoratos eſſe lucos & *Aſterim* idola ſub lucis culta. Τὰ Ἄζαρα apud Strabonem. Confer Adr. Relandi diſſ. Miſc. parte 2. p. 263. Mishna Surenhuſii T. 4. f. 376. 377. ſq. & de lucorum religioſo cultu *Joh. Cunr. Dieterici* Antiqvit. Biblic. 264. ſq. & 275. *Bern. Mulleri* Diſſert. de Baalim & Aſtaroth Lipſ. 1655. *Athan. Kircherus* Tom. 1. Oedip. Ægypt. p. 311. ſqq. *Pinto Ramirez* in ſpicilegio ſacro tractat. 1. c. 6. *Bened. Curtius Symphorianus* Libro IV. de Hortis (qvod opus in 30. libros diviſum, lucem adſpexit Lugd. 1660. fol.) *Petr. Faber* Lib. III. Semeſtr. c. 1. *Laur. Begerus* in ſpicilegio Antiqvitatis p. 52. ubi lucos non tantum Diis magnis conſecratos ſed & manibus atq; Heroibus: neqve in agris tantum ſed & in ædibus & urbe fuiſſe obſervat. V. C. *Lud. Antonius Muratorius* ad hæc Paulini, natal. XI. Felicis v. 183. *Venus & nemus illis ſunt DEus.* Potterus Archæolog. Græc. f. 209. Cerda ad III. Æneid. 91. *Phil. Rubenius* Lib. II. Elector. cap. 34. *Jo. Woweranus* de Umbra c. 9. *Andr. Chriſt. Eſchenbachii* Viri doctiſſimi Exercitatio de conſecratis gentilium lucis, edita primo Jenæ 1686. 4. recuſaqve in Syntagmate II. Diſſertationum Philologicarum in Belgio junctim vulgatarum anno 1700. 8. & inter Eſchenbachii diſſertationes p. 133.-214. Norimb. 1705. 8. Ezech. Spanhemius p. 156. ad Callimachum, *Gotfridi Petritzii* diſſertatio de lucis ſ. nemoribus ſacris Lipſ. 1670. *Georg. Frid. Magni* Diſſert. de Lucis gentilium. Wittenb. 1674. *Juſtus Ryckius* de Capitolio c. 40. ubi de lucis Romuli. De Druidarum lucis & qvercetis ſacris ex Cæſare & aliis res notiſſima. Conſulendi præterea *Phil. Cluverius* L. 1. Germaniæ antiqvæ c. 34. p. 234. ſeq. *Pirckheimerus* de lucis vet. Germanorum. Witteb. 1570. 4. & *Hect. Gotfr. Maſius* in Antiqvitatibus Meklenburgicis. *Caſp. Danckwerthus* deſcriptione Holſatiæ p. 198. Deniqve non prætereundum qvod notat

Strabo

Strabo IX. p.402. à Poëtis etiam templa arboribus omnino deſtituta ἄλση vocari.

XII. Freqventer etiam in ſacris literis mentio fit excelſorum ſive montium & collium ſacrorum, tanqvam ararum qvarundam naturalium, in qvibus ſacra, ut vero DEO ab Abrahamo, Gideone & aliis, ita idolis & aſtris paſſim facta apud gentes, conſtat. De iis, præter Interpretes S. Scripturæ, conſulendus *Eſchenbachius* Diſſert. laudata §. 5. Nam *Martini Schookii* Exercitatio de Excelſis, qvæ inter ejus varias Diſſertationes extat Ultraj. 1664. 4. & *Gisb. Voëtii* eodem titulo inſcriptæ diſſertationes. Tomo IV. Selectar. p. 325. longe aliud argumentum perſeqvuntur; ſiqvidem agunt de choreis, luxu in conviviis, veſtibus, ornatu capillorum & faciei, qvæ tanqvam excelſa mundi præſente ſeculo multi Chriſtianorum colunt.

XIII. Primis Ægyptiis atqve inde Aſſyriis hoc tributum, qvod templa Diis conſecraſſent, jam ſupra §. 1. ex Herodoto notavi. Inter Græcos Deucalion primus condidit urbes, & templa inſtituit, ſi credimus *Apollonio Rhodio* Lib. III. ἀργοναυτικῶν, ut omittam qvæ tradit Hyginus fab. CCXXV. In Latio templorum primus conditor Janus vel Faunus, à qvo poſtremo etiam fana dicta volunt nonnulli, de qvo videas licet Feſtum, & in Etymologico *Voſſium*. Delubra Solis & Serapeum apud Ægyptios rotunda fuere, ut docet *Kircherus* Tom. II. Oedipi Ægypt. P. II. p. 329. Sic & Perſarum templa Ignis (illos enim interjecto tempore templis neutiqvam caruiſſe, certis teſtimoniis conſtat) cujusmodi Πυρεῖα rotundi imaginem exhibet *Thomas Hyde* in præclaro opere de veteri Religione Perſarum pag. 354. Inde & Veſtæ templum apud Romanos rotundum fuit, de qvo *Lipſius* Lib. de Veſta & Veſtalibus c. 3. ſq. De Pantheo Ægyptiorum Thebis & Heliopoli adeundus idem *Kircherus* Tom. I. Oedipi, p. 12. Ubiqve autem templa ab Ægyptiis magna extructa molibus, altis ſublata faſtigiis, atriis, columnariis ampliſſimis & ſpirantibus ſignorum ornata figmentis fuiſſe, autor eſt *Ammianus Marcellinus* Lib. XXII. cap. 15. & 16. ubi etiam de Serapeo * celebri, & Muſeo Alexandrino ſ. templo Muſarum, & gradili Genii templo. Nihil vero admirabilius delubro illo, qvod è ſolido ſaxo, per 2000. homines triennii ſpatio elaboratum & per 70. dierum iter translatum narrat *Herodotus* Lib. II. c. 175.



* *Serapeum* eſt templum Serapidis, ut *Idoleum*. Idoli 1. Cor. VIII. 9. τυχαῖον vel τύχειον Fortunæ, Cang. ad Zonaram p. 52. Vide plura hujusmodi collecta l. 2. Bibl. Græcæ cap. 1 §. 7.

ubi & alia miranda Ægyptiorum templa commemorantur. Solitos eſſe Ægyptios aliasqve gentes, iis potiſſimum in locis, ubi Reges ſive Dii ipſorum ſepulti erant, templa condere, docuerunt viri docti ad *Minucium Felicem* & librum IV. *Arnobii*, & *Jo. Doughtejus* in Analectis ad V. T. p. 475. unde ſpecioſum templum Genii apud eundem Ammianum Lib. XXII. c. 11. per contemtum à Georgio qvodam appellatur ſepulcrum.

Ichnographiam templi vetuſtiſſimi Deucalionei habes in *Notis ad marmora Oxonienſia* P. II. p. 120. Alias delineationes templorum veterum Græcorum Romanorumqve videbis, ubi lubebit, apud *Olaum Rudbeckium* T. 1. Atlantic. pag. 247. ſq. *Jac. Sponium* in Itinerario Tom. II. p. 28. & 36. & ex eo apud Potterum lib. 1. Antiqv. Attic. c. 8. & Perizonium p. 248. ad Æliani Varias Hiſt. ubi imagines templi Minervæ ſ. Parthenonis qvadrati gradilis, cum periſtyliis, & templi Theſei ſimilem ferè figuram referentis. Nam templa vetuſta apud Græcos & Romanos pleraqve qvadrata fuiſſe, notatum *Ryckio*, c. XII. de Capitolio, apud qvem, præter ejusdem Capitolii delineationem, etiam Ichnographia templi Concordiæ à Romanis cultæ extat. pag. 493. Templum Veneris apud Clariſſ. Montfauconum p. 224. Diar. Italic. Templa Jani aliaqve paſſim conſpicantur in veteribus numis. Templum Semeles in veteri gemma apud Begerum in ſpicilegio Antiqvitatis pag. 48.

XIV. Conſecrata ſunt templa vel ſingulis Diis tantum, vel pluribus ſimul, ut Panthea, qvalia habuerunt Ægyptii, Græci & Romani. Romæ tria Panthea fuiſſe feruntur, unum Jovis ultoris, alterum Minervæ Medicæ, tertium itidem Jovis, à M. Agrippa reſtauratum, de qvibus vide, poſt alios, *Guil. Fleetwoodi* notas ad veteres inſcriptiones, ſtatim ab initio, *Lipſium* Lib. III. de Magnit. Rom. c. 6. Præter ſacella innumera & ædiculas, Romæ fuere templa CCCCXXIIII. ut ex veteri Notitia Imperii obſervat *Henr. Kippingius*, qvem celebriora illorum perſeqventem vide p. 149. ſq. Antiqvitat. Romanarum. In Græcorum Urbibus paſſim item templa fuerunt qvamplurima, unde *Stratonicus Citharœdus* in civitate qvadam multis inſtructa templis, ſed ab incolis fere deſerta, medio ſtans foro, non, *audite cives*, ſed *audite templa*, exclamavit, teſte Euſtathio ad Iliad. ρ́. p. 1145. Ut apud Ægyptios veteres ἀξόανοι erant ναοὶ, ita apud antiqviſſimos Græcos qvoqve templa ſine ſimulacris fuiſſe obſervat Potterus lib. 2. c. 2. Archæol. Græc. f. 201.

XV. *Templa* & *Fana* proprie vocata ſunt, qvæ conſecrata erant & inau-

inaugurata, inde deminutivum *fanula*, & apud Feſtum *banula*. *Ædes*, nondum inaugurátæ: *Ædiculæ* minora templa tecta: *Sacella* ſine tecto. Sunt & *Sacraria* & *Delubra* qvæ nonnulli dicta volunt de Templis, in qvibus plura Numina ſimul colantur. Sed de his, præter *Roſinum* & *Dempſterum* lib. 4. vide ſis *Nic. Bergierium* l. V. de Viis c.8. & Cl. *Schurzfleiſchii* Diſſert. LIII. qvæ eſt de Antiqvitatibus templorum. Græcis vocatur ἱερὸν, νεὼς ſ. ναὸς, σηκὸς * (qvod proprie dicitur templum Heroum) & τέμενος. Apud Græcos pariter & Romanos, perinde ut apud Judæos atqve Chriſtianos, templorum præcipuorum fere partes tres erant: cella ſanctior, qvam ὀπισθόδομον vocat Pollux lib. I. templi medium, & πρόδομος, præter porticus & propylæa. Interior & ſacratior pars tantum ad ſacra facienda patebat: exteriores partes ad varia negotia & commercia, non raro etiam ad convivia adhibebantur. In Herculis fanum nec canibus nec muſcis ingreſſum fuiſſe ſed illos arceri ſolitos divinitus, ſcribit Solinus c. I. Confer Bælii Lexicon in Hercules, nota I, & Rev. *Urbani Godfridi Siberi* diatribam de cane è templis exterminando Lipſ. 1711. 4. Ad qvædam templa & Sacra non fas erat qvoslibet accedere, ſed arcebantur & exeſſe jubebantur vel viri, ut è Sacrario Cereris, & à Sacris Theſmophoriis, vide *Ezech. Spanhem.* pag. 654. ad Callimach. ubi notat errorem *Salmaſii*, qvi p. 529. ad Solinum ſcripſerat, ſolos viros admiſſos eſſe ad Eleuſinia. A bonæ Deæ ſacris etiam omnes mares ejectos fuiſſe, teſtantur *Plutarchus* & *Seneca* Epiſt. 97. Viciſſim in Epheſiis ſacris, Dianæ honori dicatis, mulieres omnes ingenuæ (ſervis enim & virginibus locus) arcebantur, teſte *Achille Tatio* lib. VII. ἐρωτικῶν. *Feſtus* qvoqve videndus in verbo *Exeſto*, ubi refert lictorem in qvibusdam Sacris clamitare ſolitum: *hoſtis, vinctus, mulier, virgo exeſto*. A majore ara Herculis Romæ ad portam trigeminam in regione Circi maximi, ſacrisqve in ea factis fœminæ in totum remotæ teſte *Plutarcho* in qvæſt. Rom. & *Aurelio Victore* de origine gentis Rom. c. VI. adde c. VIII. ubi de familia Potitiorum extincta qvod ſervos & mulieres ad ſacrorum Herculis miniſtrationem admiſiſſent. In Veſtæ templo pernoctare maſculo nefas, ut obſervavit *Lipſius* c. 3. de Veſta & Veſtalibus. In Tennæ templum non fas erat introire fidicini, ut refert *Heraclides* in Politia Tenediotum. A Theſmophoriis remoti ſervi & ancillæ, ut teſtatur *Ariſtophanes* in θεσμοφοριαζούσαις. Idem de Junonis ſacris apud Coos refert Athenæus XIV. p. 639. Ab Eumenidum qvoqve Sacris &

 pompa

* Dorimachus dux Ætolorum ſpoliato oraculo Dodonæo ἐνέπρησε τὸ ἱερὸν πλὴν τοῦ σηκοῦ præter ſellam ſanctiorem. Excerpt. Peireſc. è Diodoro Sic. p. 278.

pompa ſervos exeſſe juſſos, auctor *Philo* in libro qvo confirmat omnem virum probum liberum eſſe. Sic in piaminibus ſecularibus nullus ſervis locus, teſte Zoſimo, & à Matutæ ſ. Leucotheæ ſacris ſervi & ſervæ arcebantur, ut refert *Plutarchus*. Hiſce gentium ſacris (de qvibus vide etiam Saubertum de ſacrificiis p. 240. & 242. & qvæ viri docti ad Minucium c. 24.) qvemadmodum Judaicis qvoqve à qvorum ſolennibus itidem fœminæ & ſervi arcebantur, (confer Talmudicos in Chagiga T. 2. edit. Surenhuſ. pag. 413. & Ottonis Lexicon pag. 190. Rev. D. Joh. Diecmanni ſcripta Germanicè junctim edita & ſingulari referta eruditione pag. 487. ſeq.) videtur opponere Apoſtolus, ad Galat. III, 28. affirmans qvod apud Chriſtum nulla ſit ejusmodi differentia, & mares ac fœminæ, ſervi atqve ingenui æqve admittantur. Ut tanto magis admirandum ſit, Pontificios adhuc fovere ejuscemodi ſuperſtitionem, ut v. g. Maſſiliæ negent fœminis licere ingredi in ſacellum Mariæ Virginis, profeſſi oculis privandas eſſe, qvæcunqve id auſæ fuerint. Cui ſimilem plane ſuperſtitionem Ethnicam notavit *Ezech. Spanhemius* pag. 606. ad Callimachum. Similiter Romæ in Sancto Sanctorum Johannis Lateranenſis, & in Sacello, qvod vocatur Hortus Paradiſi, in templo S. Praxedis nefas habetur, fœminam unqvam reperiri.

Ædificia ſive templa ſub divo hypæthraqve conſtituta ſunt Jovi, Fulguri, Cœlo, Soli, Lunæ. Vide *Vitruvium* lib. 1. de Architectura, c. 2 ubi & de aliis templorum pro Deorum diverſitate, differentiis. Termino qvoqve & Deo Fidio non niſi ſub divo ſacrificatum eſſe, ex *Servio* & aliis patet. De incubatione in fanis Deorum, Medicinæ cauſa, Hermannus Conringius diſſertationem edidit Helmſtadii Anno 1659.

XVI. Plura de templis Ethnicorum dabunt *Jul. Cæſ. Bulengerus*, capite poſtremo libri tertii de templis recuſi Tomo VII. Theſauri Antiqv. Græc. Gronov. & *Joh. Saubertus* c. 14. de Sacrificiis. De templis Romæ, præter *Alex. Donatum*, *Famianum Nardinum* aliosqve in deſcriptione urbis, agunt *Jac. Gutherius* Lib. III. de jure Pontificio, *Joh. Bapt. Bellus* Jeſuita Lib. de templi auguralis partibus Toloſæ 1637. 8. & Tomo V. Theſauri Antiqv. Rom. *Burchard. Gothelf Struvius* Antiqv. Rom. c. XI. *Juſtus Rycquius* Lib. de Capitolio, *Joſeph. Caſtalio* Romanus de Templo pacis Rom. 1614 4. & T. IV. Theſauri Græviani. De templo Romuli ſemper clauſo, aliisqve templis vel ſemper clauſis, vel raro aut ſemper apertis, *Alex. ab Alexandro* Lib. 1. c. 14. T. I. pag. 117. De templis in urbem non admiſſis Vulcani,

Bel-

Bellonæ, Martis, Veneris, Erycinæ & Verticordiæ, aliisqve etiam apud Græcos, idem Lib. II. cap. 4. Neqve vero cum templo Martis confundendum βασίλειον ſ. Sacrarium Martis, ut vocant veteres Scriptores, de qvo conſulendus *Jac. Perizonius* de Morte Judæ adverſus Jac. Gronovium p. 83. De Jani templo pacis tempore clauſo, cum bellum gereretur, aperto, agunt, præter *Alexandrum ab Alex.* Lib. I. c. 14. & ibi *Tiraquellum, Lipſius* Lib. I. Elector. cap. 70. pag. 590. ſeq. *Berneggerus* & alii ad Suetonii Auguſtum c. 22. Sub Auguſto Imper. ter clauſum eſſe, ex *Suetonio* certum eſt, cui addes *Ovidium* Lib. I. Faſt. v. 282. 284. ſq. 701. ſeq. Utrum vero nati Chriſti tempore, ut affirmat *Oroſius* Lib. VII. c. 2. ſq. dubium videtur viris doctiſſ. licet Oroſium defendit B. *Dorſcheus* in notis ad Orationem: *Pax in terris* pag. 22. ſq. Sed erraſſe contendunt, præter *Baronium, Keplerum*, aliosqve *David Blondellus*, apud Limborchium in epiſt. ad Borremanſium ſubjecta hujus veſperis Gorinchemenſibus p. 167. ſeq. obſervans, bellum cruentiſſimum eo anno geſtum in Germania ducibus Druſo & Tiberio: *Joh. Rualdus* Animadv. in Plutarchum p. 80. *H. Noris* Cenotaph. Piſan. diſſ. 2. c. 10. & deniqve *Joh. Maſſon*, in libro ſingulari, Oroſii ſententiæ Roterd. 1700. 8. oppoſito. De Templis, fanis, ſacellis ad vias publicas extra urbem Romam extructis, videndus *Nic. Bergierius* de Viis Romanis Lib. II. c. 33. Templa Ethnica Romæ, Sanctis hodie dedicata, enumerat *Georg. Fabricius* in Roma c. 9. & Auctor Gallus de conformitate Ceremoniarum veterum cum ritibus noſtræ ætatis c. 8.

XVII. Ornamentis qvoqve variis templa inſtructa conſtat. De Tutulis in faſtigio templi Iſiaci agit *Kircherus* Tom. III. Oedipi p. 61. Laqvearia inaurata in templis Romanorum, de qvibus *Lipſius* Lib. III. de Magnit. Rom. c. 5. *Joh. Meurſius* c. 12. de Luxu Romanorum, *Rycquius* de Capitolio p. 200. ſqq. Variæ picturæ in templis, de qvibus idem p. 363. Fores æneæ id. p. 213.

XVIII. Ignotis Diis etiam aras & fortaſſe templa exſtructa eſſe apud gentes qvasdam, obſervant *Interpretes* ad Act. XVII. 23. ad Laërtii (inprimis *Menagius* pag. 63. b.) Epimenidem, & Octavii Minutii Felicis. Qvibus adde *Druſium* Lib. III. Obſerv. ſacr. c. 75. *Joh. Seldenum* Lib. III. de Synedr. Ebr. c. 14. 3. *Joh. Andr. Boſium* in erudita Diſſert. de Ara ignoti Dei, Jenæ edita. *Reineſium* in limine Syntagmatis Inſcriptionum veterum. *Pet. Berthaldum* de Ara c. X. Tom. VI. Antiqv. Rom. *Joh. Meurſium* de Pireæo c. 10. *Jo. Jac. Helleri* Exercit. de Deo ignoto Athenienſium inſertam

ſertam T. VII. Antiqv. Græc. *Guil. Caveum* in vita Pauli Apoſtoli, ſect. III. n.7. (in cujus editione Anglicana aræ iſtius effigies ex Oecumenii deſcriptione exhibetur, omiſſa in edit. German.) *Novellas Reip. literar.* anno 1687. T. I. p. 75. qvo in loco inter alia de fide & auctoritate epiſtolæ Cabaſilæ, qva affirmat, Athenienſes ad Evangelium converſos, totum templum Deo ignoto conſecraſſe, ubi ara Oecumenio ad Actorum locum deſcripta excitata fuerit, hodieqve adhuc ibi reperienda, qvod in Itinerario ſuo negat *Sponius*. Cauſam ponendæ ejusmodi apud Athenienſes aræ, periculum belli Perſici vel peſtilentiam memorat Iſidorus Peluſiota Lib. IV. Epiſt. 69. *Ramireſium* vero, qvi c. 16. Pentecontarchi, aram Clementiæ putat fuiſſe eam, qvam ignoti Dei vocat Paulus, jure reprehendit *Voſſius* Lib. VIII. de Idololatria c. 14. Fefellerat Ramireſium, qvod apud Statium lib. XII. Thebaidos de Cleamentia Dea ab Athenienſibus culta legiſſet:

*Nulla autem effigies, nulli commiſſa metallo*
*Forma Deæ, mentes habitare & pectora gaudet.*

De Celtiberis anonymum Deum de nocte colentibus, *Strabo* Lib. III. meminit p. 113. De anonymo Deo Æthiopum idem L. XVII. p. 565. Uſitatum porro fuit, nomina Deorum, qvi colerentur, templis arisqve inſcribere, de qvo more, præter alios, *Salmaſius* ad Solinum, & ad Aras Doſiadæ atqve Herodis Attici.

XVIII. In numis freqvens appellatio urbium Νεωκόρων, qvo nomine gaudebant * qvæ Numinis alicujus templi curam habebant, ut Epheſii Dianæ & Magnetes Leucophrynæ Neocori dicebantur. Deinde cum Imperatores in Deorum numerum relati ſunt, urbes ut in illorum honorem templa erigerent petierunt, ſicut videre eſt, apud Tacitum, ** ex qvibus cives ſui Neocori fierent. Ad Id SCto opus fuit, qvod eximii apud populos honoris erat. Succeſſu deinde temporis conceſſa eſt civitatibus Neocoria qvæ pro ſalute Imperatoris ſacra publica facerent, templa exſtruerent, & ibi certamina vel jam Diis dicata, ut Ἄκτια, Πύθια & alia, vel nova de Imperatorum nominibus, qvalia Αὐγούστεια, Κομμόδεια & alia ederent, unde eadem urbs ſecundam imo & tertiam obtinuit Neocoriam, ſcilicet Auguſtorum. Vide præter Joannem Vaillant loco laudato,

* Jo. Vaillant in Numiſmatis Græcis Imperatorum pag. 216. ſeq. Segvinus in numiſm. p. 122. ubi mentio Μιλησίων νεωκόρων in numo Balbini.

** Tacit. lib. 1. Annal. cap. 78.

to, ubi urbes Neocoras magno numero recenſet, & Interpretes ad Actor. XIX. 35. Albertum Rubenium diatriba de urbibus Neocoris, ad calcem libri poſtumi de re veſtiaria veterum, Antwerp. 1665. 4. & in theſauro Græviano Tom. XI. p. 1347. Octavium Falconerium diſſ. de numo Apameenſium, Seldenum ad marmara Oxon. p. 68. ſeq. 97. ſeq. & 100. Sam. Petitum Variarum lectionum c. 29. in Criticis Anglicanis (in Variis Lect. Petiti Pariſ. 1633. 4. editis lib. IV. c. 9.) Iſmaëlem Bullialdum ad Ducam p. 225. ſeq. Cangium in gloſſario Græco, Antonium van Dale diſſertatione IV. Antiqvitatum marmorumqꝫ veterum illuſtratorum, & Andream Morellum in ſpecimine rei numariæ p. 37. ſeq.

XIX. Actorum capite XIX. 24. mentio fit fabri argentarii, qvi magnam rem fecit & opes ſibi comparavit, confectis & venditis ædiculis portatilibus argenteis, in qvibus ὡς κιβωρίοις μικροῖς, ut ait Chryſoſtomus, ſimulacrum extabat Dianæ ad exemplum veri templi & ſimulacri Epheſini, qvales ædiculas Strabo ναΐσκους vocat, lib. XIV. p. 637. Polybius ναΐδια, de qvibus, præter *Interpretes* ad locum Actorum videndus *Salmaſius* ad Solinum p. 1141. edit. Pariſ. qvi ex Ariſtotele obſervavit mentionem ναοποιῶν qvos Scholiaſtes Anonymus Græcus in Rhetorica, Pariſiis editus p. 26. b. ait eſſe οἵτινες ποιοῦσι ναοὺς ἤτοι ὡς εἰκονοςάσια μικρὰ ξύλινα, καὶ πωλοῦσι αὐτά. Diodorus Siculus lib. XX. pag. 756. de Carthaginienſibus: ἔπεμψαν δὲ (Herculi Tyrio) καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἱερῶν χρυσοῦς ναοὺς τοῖς ἀφιδρύμασι πρὸς τὴν ἱκεσίαν. Plura dabunt *Grævius* ad Florum lib. IV. c. 2. p. 650. *Joh. Phil. Thomaſinus* de libellis votivis c. II. pag. 26. *Joh. Spencerus* lib. III. de Leg. Hebr. pag. 41. ſq. *Gisb. Cuperus* in Harpocrate p. 131. *Joh. Michaëlis* ad Gaffarelli curioſ. inauditas p. 355. *Joh. Braunius* lib. IV. Select. Sacror. p. 497. ſq. *Joh. Faës* ὁ μακαρίτης p. 19. ſqq. Mantiſſæ ad Joh. Doughtei de Calicibus Euchariſticis, & *Tobias Gutberlethus* libro de Saliis pag. 93. De templo ipſo Dianæ per totum orbem celeberrimæ, & à tota Aſia, Lydiana potiſſimum cultæ, præter Interpretes ad Act. XIX. 27. videndus *Seldenus* ad Marmora Oxonienſia p. 57. 96. 73. edit. Humfredi Prideaux. *Petrus Faber* lib. III. Semeſtr. p. 51. ſq. *Thom. Smithus* in Notitia VII. Eccleſiarum Aſiæ p. 156. ſq. *Leo Allatius* ad Philonem Byzantinum de VII. Orbis ſpectaculis. *Andreas Mollerus* ſpecimine rei numariæ veteris p. 39. *Iſraël Neſſelius* & *Joh. Nicolaus Schulinus* in diſſertationibus de Diana Epheſia, hic Witeb. 1687. ille Aboæ 1708. *Petrus Petitus* lib. de Amazonibus c. 30. *Ez. Spanhemius* de Veſta & Prytanibus Græcorum T. V. Antiqv. Rom. pag. 698. & *Octav. Falconerius* in Diſſ. de numo Apameen-



ſium.

ſium. Templum illud magnitudine præcipue ædificii ac multitudine donariorum * cæteris omnibus per univerſam Aſiam præſtabat, cæterum elegantia & artificioſa ſtructura templum Smyrnæum Dianæ Leucophrynes longe ſuperius fuiſſe teſtatur Strabo lib. XIV. p. 646. qvi pag. 634. narrat Xerxem excepto Epheſio cætera Græciæ templa omnia exuſſiſſe: & pag. 640. refert priore templo Epheſio qvod Cherſiphon ædificaverat per Heroſtrati malitiam Olymp. CVI. 1. die VI. Hecatombæonis, incenſo, alterum præſtantius exſtructum fuiſſe à Dinocrate ſive Chirocrate, vide & Ariſtidem T. 2. p. 308. & Vitruvium X. 7. qvi ex marmore fuiſſe auctor eſt. Aliqvoties deinde corruptum reſtauratumqve fuit, donec Gallieni temporibus vaſtatum à Scythis nunqvam deinde iterum è ruderibus reſurrexit. Idoli Epheſini cum Maria Lauretana collationem inſtituit Matthias Berneggerus in idolo Lauretano cap. ult.

Anathematum in templis paſſim mentio apud Herodotum, Pauſaniam, Strabonem, Silium XIII. 86. ſq. Athænæum VI. p. 231. 232. & alios. Polemonem περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει idem Strabo IX. p. 396. & περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀναθημάτων laudat Athenæus XIII. p. 574. Confer qvæ de donariis illis Potterus p. 244. ſq. Archæol. Rycqvius de Capitolio c. 21. ſq. & 32. Bulengerus l. 3. c. ult. de templis T. 1. Var. Opuſc. pag. 98. ſeq. Paulus Voëtius ad Herodianum p. 166 Donariis illis additæ & cum illis ſuſpenſæ tabellæ votivæ, qvarum paſſim mentio apud Horatium, Tibullum, Ovidium aliosqve. Sed unum adſcribam locum peripli ponti Euxini & Mæotidis paludis pag. 11. edit. Oxon. ubi de inſula Achillis ejusqve templo. Καὶ γὰρ καὶ ἄλλα πολλὰ ἀναθήματα ἀνάκειται ἐν τῷ ναῷ, φιάλαι καὶ δακτύλιοι καὶ λίθοι τῶν πολυτελῶν καὶ πολυτελεστέρων. Ταῦτα ξύμπαντα χαριστήρια τῷ Ἀχιλλεῖ καὶ ἀνάκειται καὶ ἐπιγεγραμμένα τὰ μὲν ῥωμαϊκῶς, τὰ δὲ ἑλληνικῶς πεποιημένα ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ μέτρῳ, ἔπαινοι τοῦ Ἀχιλλέως. Videndus Jac. Philippus Thomaſinus de votis, donariis, anathematis, tabellis votivis, Utini 1639. 4. Patav. 1654. 4. & T. 12. Antiqv. Rom.

XX. Diis ſuperis *altaria*, Diis terreſtribus *aræ*, Diis inferis *foci* ponebantur, ut tradit *Varro* apud Servium in Eclogam 5. Virgilii. Adde Ryckium de Capitolio pag. 478. & Potterum f. 204. Archæologiæ Græ-

cæ.

* Etiam magnam pecuniæ vim undiqve in illud templum depoſitam teſtatur Dio Chryſoſtomus diſſ. XXXI. p. 327. Jamqve tum Servii Tulli temporibus inclytum fuiſſe, qvod communiter à civitatibus Aſiæ factum fama ferebat, auctor Livius lib. 1. c. 45.

cæ. Habent & Græci qvæ diſtinguant vocabula βωμὸς, θυσιαστήρια, * ἐσχάρας. Plura de aris veterum Ethnicorum conſtarent nobis ſi ſupereſſet Ammonius Lamprienſis περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν, Harpocrationi, Athenæo & Scholiaſtæ Hermogenis laudatus: Interim videndi præter *Petr. Berthaldi* librum ſupra laudatum *Jo. Saubertus* de ſacrificiis c. 15. *Salmaſius* ad aram Herodis & Doſiadæ, *Struvius* in ſyntagm. Antiqvit. Roman. p. 528. ſeq. Ara foramen habens vocata *puteal*, poni ſolita in locis fulmine tactis: uti templum ſ. ſeptum, iisdem locis circumdatum, *bidental*, qvod notatum eidem *Salmaſio* eſt p. 1141. ſq. ad Solin. De ara ex ceſpite virenti, aræ corona &c. vide *Tom. VIII. Theſauri Graviani* p. 357. Antiqviſſimas etiam gentes potius probaſſe rudes aras & impolitas, ſatis conſtat, ex *Pauſania, Arriani* Periplo & aliis, ut prætercam, qvæ de bætylis ſ. rudibus lapidibus, apud gentes vetuſtiſſimas altarium loco habitis, obſervarunt viri docti ad Geneſ. XXVIII. 18 & Levit XXVI. 1. Altaria vetuſtiſſima cornibus inſtructa fuiſſe obſervat Potterus lib. 2. c. 2. Archæolog. p. 204. ſeqq. adde interpretes ad Exod. XXVII. 2. Altare πτέρινον apud Strabonem IX. p. 420. *è pennis* Geſnerus transtulit, verum non ibi de altaribus ſermo ſed de templis, qvorum unum Apollini Delphico è ſuo melle alis ſuis ædificaſſe apes creditæ ſunt, ut è Pauſania Caſaubonus annotavit. De aris ſepulchralibus Montfauconus p. 202. Itineris Italici. Variæ veterum altarium icones occurrunt in Antiqvis numis & aliis veteribus monumentis. In *Godfridi Voigtii* τοῦ μακαρίτου Thyſiaſteriologia ſive libro poſtumo de altaribus veterum Chriſtianorum, qvem Hamb. 1709. 8. edidi, caput ultimum eſt de aris Gentilium.

XXI. Chriſtiani primi nullas aras, nulla templa habuere, ut conſtat ex *Arnobii* lib. VI. ad cujus locum conferendæ notæ *Deſid. Heraldi* pag. 229. ſeq. *Elmenhorſtii* p. 173. Adde *Woweranum* ad Minutium Felicem, *Petavium* lib. XV. de Incarnat. p. 580. ſqq. *Mornæum* libr. 2. de Euchariſtia c. 1. *Blondellum* de Epiſcopis & Presbyteris p. 216. ſq. 249. ſq. 254. ſq. *Dallæum* de Pſeudepigraphis Apoſt. pag. 163. Vide & *Origenem* VIII. contra Celſum p. 389. *Iſid. Peluſiotam* lib. 2. Epiſt. 246. Unde fabulis adſcribenda ſunt, qvæ de templis magnificis Chriſtianis, Apoſtolorum ætate conditis leguntur apud *Abdiam Babylonium* aliosqve ** ejusmodi ſcriptores ſuppoſitios. Pluribus in locis vel antelucanos cœtus ſte-



* θυωρὸς menſa in qva ſuffimenta Deorum ſervabantur. Vide Ezech. Spanhem. p. 228. ad Callimachum.

** Ut de qvibus Bivarius ad pſeudo Dextri Chron. A. 34. p. 58. ſeq. Florentinius ad Martyrolog. Hieronymianum p. 697. ſeq. 726. ſeq.

celebrarunt in domibus privatis, aut in ſepulcris, aut ad cœmeteria convenerunt orandi cauſa primi Chriſtiani. Vide Interpretes ad *Plinii* Epiſtolas ad Trajanum, *Kortholtum*, *Ritterhuſium*, *Voſſium* qvibus noviſſime acceſſit *Juſtus Henningus Bœhmerus* in diſſertationibus juris Eccleſiaſtici & antiqvi ad Plinium Secundum & Tertullianum Lipſ. 1711. 8. qvarum ſecunda eſt de antelucanis cœtibus Chriſtianorum. Addes his *Beveregium* ad Can. IX. Laodicen. p. 194. *Boſii* & *Aringhi* Romam ſubterraneam, *Dav. Blondellum* de Epiſcopis p. 243. ſqq. qvi p. 247. obſervat, loca qvæcunqve & oratoria in qvibus vel ſemel Fideles convenerant, Eccleſiarum * nomine deinde veniſſe. Idem pag. 248. ſeq. & 354. agit de aliis nominibus ſacrarum ædium qvalia ſunt *Baſilicæ*, *Dei domus*, *Capella* (de qvo recentiore nomine vide Menagii Origg. Gall. in *chapelle*) tum Κυριακὴ, & Κυριακὸν unde Germanorum Kirche / de qvo præter *Cangium* & *Suicerum*, *Beveregius* ad Can. XV. Ancyran. p. 177. ſq. qvemadmodum de *titulis*, qvo nomine & loca Chriſtianis ſynaxibus deſtinata, & pauperibus & profugis fidelibus ad hoſpitium patentia venerunt, conſulendus *Jacobus Laderchius* in diſſ. Hiſtorica de ſacris baſilicis SS. Martyrum Marcellini presb. & Petri exorciſtæ, Rom. 1705. 4. part. 2. p. 202. ſq. De *cellis* ſacris veterum Chriſtianorum *Henrici Bræmelii* diſſ. prodiit Longoſaliſſæ 1710. 4.

Neqve tamen affirmandum temere eſt, nullas plane ſacras ædes, nulla θυσιαστήρια per tria prima ſecula Chriſtianis fuiſſe; Nam locum publicum à Chriſtianis Alexandro Severo concedente, occupatum & ad ſacra deſtinatum, teſtatur *Lampridius* in ejus vita c. 49. ut prætoream alia ſacrarum ædium per illam ætatem veſtigia, collecta à *Tillemontio* T. 3. Hiſt. Imperator. de perſecutione Maximini artic. 6. *Guil. Beveregio* in Codice Canonum vindicato p. 296. ſqq. & à *Joh. Ciampino*, qvi certa ab incertis non ſatis diligenter diſtinguens, templa Chriſtianorum 800. circiter obſervavit, extructa ab A. C. 33. ad A. 275. Vide ejus vetera monumenta c. 18. eiqve adde Alex. Donatum libro IV. de urbe Roma T. 3. Antiqvit. Rom. p. 798. ſeq. *Georgii Wheleri* liber eximius extat, Anglice editus, qvi inſcribitur: Relatio de templis primitivorum Chriſtianorum Lond. 1689. 12. Qvanqvam in hoc nihil fere reperias de templis per tria prima ſecula conditis, cum univerſum Autoris inſtitutum, uti B. Bebelii qvoqve Sec. IV. T. 2. p. 831. ſqq. maxime verſetur in exponendis templis, qvæ Seculo IV. & poſtea à Chriſtianis in Oriente condita ſunt, & qvorum rudera

* Eccleſiam pro templo dixere veteres ut προσευχὴν, συναγωγήν. Vide Caſauboniana p. 118.

dera adhuc ſuperſunt. Recenſetur Wheleri liber ille, in noſtris officinis librariis rarius obvius T.XVII. Bibliothecæ Univerſal. p.468. cui jugenda ejusdem *Joh. Ciampini* Synopſis hiſtorica de ſacris ædificiis, à Conſtantino M. conſtructis, edita Rom. 1693. fol. & breviter enarrata in Actis Erud. A.94. p.321. Sane qvarto ſeculo ſtatim tantus templorum Chriſtianorum numerus fuit, ut in ſola urbe Roma 40. baſilicas ſuo jam tempore computaverit *Optatus Milevit.* lib. II. p. 34. adverſus Donatiſtas; qvi lib. I. p. 17. perinde ut Euſebius in Pſalmum LXXI. 15. p.414. prædicat earundem plurima ex auro & argento ornamenta, de qvibus, uti etiam diurno cereorum uſu confer Ludovici Antonii Muratorii diſſ. XVI. ad Paulinum Tom. I. Anecdoton Bibl. Ambroſianæ pag. 178. ſq. Stanislai Hoſii Opera T. I. p. 343. ſeq.

XXII. Pleraqve templa veterum Chriſtianorum oblonga fuiſſe conſtat, ita ut navem Eccleſiæ referrent, cujus rei mentio in *Conſtit. Apoſtol.* L.II. c. 57. Conſtat etiam, ædificata fuiſſe verſus Orientem, de qvo *Sirmondus* ad Sidonii II. 10. Epiſt. & *Cotelerius* ad Conſtitutiones Apoſtolicas II. 57. qvo in loco obſervat, fœminas ſeparatim locum habuiſſe, ita, ut à viris non conſpicerentur. De forma templorum navem referente, (licet interjecto tempore ad crucis etiam figuram qvandoqve exſtructa conſtat, qvalis eſt Lipſiæ ædes S. Nicolai) videndus præterea *Hieron. Aleander* junior, in Explicatione gemmæ annularis, cui navis Eccleſiæ ſymbolum inſculptum fuit Rom. 1626. 8. & Stephanus Chamillard S. I. in diſſertationibus Gallice editis in numiſmata & gemmas antiqvas in Obſervationibus per iter Italicum factis (Pariſ. 1711. 4.) obſervatione ſecunda, ubi ichnographia ſex generum. Templorum apud veteres Chriſtianos partes tres fuerunt, præter propylæum ſ. proaulium qvod etiam πρόθυρον dicitur, & ἀψίς. Prima pars, qvæ ingredientibus patet, vocatur νάρθηξ ſive πρόναος: altera corpus ipſum Eccleſiæ gremiumqve, ναὸς & χορός: pars tertia βῆμα. In Propylæo ſtabant lugentes flentesqve pœnitentiæ candidati, qvi Chriſtianos fideles templum intrantes obſecrabant, ut pro ſua reconciliatione apud DEum & Eccleſiam intercederent. In Narthece collocatum erat βαπτιστήριον, præterea in extrema ejus parte, qva exitus patet, ſtabant catechumeni; paulo inferius leproſi, energumeni: Prope januas, qvibus in corpus Eccleſiæ intratur, conſiſtebant audientes & competentes, ſive baptiſmi candidati, qvibus non integrum erat in Eccleſiam ingredi, mares ad dextram, ad ſiniſtram fœminæ. In corpore ipſo templi ſtatim ad januas erat locus ſubſtratorum

ſ. ἐξομολογουμένων, qvi in terram proſtrati precibus Eccleſiæ, lectioni & prædicationi verbi intererant, ſed cum Euchariſtia adminiſtranda eſſet, à Diaconis ſurgere & Eccleſia excedere jubebantur. Per totum chorum erat locus fidelium, qvi ad Sacram Synaxin admittebantur, viris ſeparatim ad ſiniſtram, mulieribus ad dextram ſtantibus. Vide Tho. Milles ad Cyrillum Hieroſol. p. 10. Aringhum Romæ ſubterraneæ Tom. 1. p. 204. edit. Pariſ. Poſt oblationem factam laici (etiam ipſe Imperator in qvibusdam Eccleſiis) extra clericorum ſeptum conſiſtebant. Confer Benedictinor. notas ad Ambroſium T. 2. p. 375. ſeq. Edmundum Martene de antiqvis Eccleſiæ ritibus p. 335. ſeq. Virginum ſeparatus à fœminis locus & à virginibus pacis oſculum petere ſolitæ matronæ. id. p. 311. In medio conſtitutus erat ἀμβὼν ſ. ambo ſacer. In loco ſuperiore verſus βῆμα erant Cantores, Lectoresqve loco ſummo: prope fores ſanctas ſive cancellos, per qvos aditus patebat in Sacrarium, poſitus erat Thronus ſ. ſedes Imperatoris aut Principis. In Sacrario deniqve, qvod intrare Laico nefas, menſa ſancta ſ. altare poſitum fuit: poſt altare thronus Epiſcopi in medio, & ex utraqve parte ſedes Presbyterorum. Ab altera parte Sacrarii erat πρόθεσις ſ. oblationarium, in qvo panis & vinum ad S. Euchariſtiam aſſervabantur: ab altera parte διακονικὸν, ſive σκευοφυλάκιον, in qvo vaſa ſacra & veſtes reconditæ erant, latinis *ſecretarium*, qvi locus in qvibusdam templis tam amplus fuit, ut Synodi & Concilia in illo haberi potuerint. Confer A. Pagi ad A. 643. 3. & Cangium in gloſſario. Ichnographiam ejusmodi templi, ad priſcum ritum delineati, adſcriptis partium ſingularum nominibus, exhibet *Beveregius* ad Synodicum magnum p. 71. è Beveregio *Ludolfus* p. 371. Hiſt. Æthiop & *Frid. Spanhemius* in Hiſt. Eccleſ. p. 862. T. 1. Opp. in fol. ac *Jo. Fabricius* Theologus Helmſtadienſis in Orat. de templis veterum Chriſtianorum Ao. 1704. 4. Curavi & ipſe delineationem templi ejuscemodi cum ſingularum partium explicatione inſeri Thyſiaſteriologiæ B. Godfridi Voigtii p. 236. Alias Ichnographias templorum Chriſtianorum videſis apud eundem Ludolfum loco laudato, & p. 735. ubi deſcribit templum vetus Æthiopum, in vivam rupem inciſum; nec minus apud *Leonem Allatium* in libro de templis recentiorum Græcorum ad Joh. Morinum, & de Narthece veteris Eccleſiæ ad Caſp. de Simeonibus Colon Agr. 1645. 8. Apud *Joſephum Binghamum* in Originibus ſive Antiqvitatibus Eccleſiaſticis, Anglice editis, Vol. 3. libro octavo, qvi totus eſt de templis Veterum Chriſtianorum, Lond. 1711. 8. Apud Speelmannum item T. 1. Concil. Britann. p. 11. ubi effigies anti-

antiqviſſimi Chriſtianorum Britannorum templi, qvemadmodum Viennenſis in Gallia, apud Edmundum Martene, lib. I. de antiqvis Eccleſiæ ritibus p. 358. Ab eodem Allatio templorum Chriſtianorum recentium, orientalium imprimis, formæ, ad qvinqve genera reducuntur. Ait enim, templa ſacra eſſe alia τρȣλλωτὰ ſive κυμβαλικὰ ac rotunda, alia κυλινδρωτὰ (θολωτὰ) atqve καμαρωτὰ, in modum fornicis oblongi, alia ςαυρωτὰ crucis figuram referentia, alia δρομικὰ ſ. qvadrata, qvalia pleraq; recentium Græcorum: alia deniqve ex his mixta. Conf. *Tho. Smithum* de ſtatu Eccleſiæ Græcæ p. 51. ſq. qvi etiam de templis Conſtantinopoleos agit, de qvibus uti præſertim de ſplendido Sophiæ templo copioſe Carolus du Freſne Commentario ad Pauli Silentiarii ἔκφρασιν, Pariſ. 1670. fol. & in CPoli Chriſtiana libro III. & IV. Veterem Ambonis iconem cum gradibus ſuis exhibet p. 69. lib. 3. Videndus etiam *Anſelmus Bandurius* in Imperio Orientali, de templis CPolitanis prolixe diſſerens, Tomo 2. è Garetio. Atqve præ cæteris *Pompejus Sarnelli*, libro Italice edito qvi inſcribitur *antica Baſilicografia*, formam & partes templorum veterum Chriſtianorum curioſius perſeqvens. Neapoli 1686. 4.

XXIII. Sub Conſtantino M. Theodoſio aliisqve Imperatoribus Chriſtianis occluſa primum * templa Ethnica, deinde una cum reliqviis idolorum etiam usqve qvaq; everſa ſunt, ut ex qverelis Gentilium, Imperatorum Chriſtianorum legibus ac Conciliorum decretis, Euſebii, Sozomeni VII. 15. Socratis V. 16. Theodoriti V. 37. S. Proſperi de promiſſionibus p. 102. Auguſtini aliorumqve locupletiſſimis teſtimoniis ſatis conſtat. Vide *Jac. Gothofredum* ad Codicem Theodoſianum lib. XVI. tit. 10. *Juſtellum* ad Canonem African. 58. & 84. *Beveregium* ad Can. 62. p. 707. Spectat huc inſcriptio vetus Corcyrenſis templi, qva Jovinianus Imperator traditur Ethnicorum aras & templa evertiſſe: ἑλλήνων τεμένη καὶ βωμȣ̀ς ἐξαλαπάξας apud Sponium in Itinerario p. 98. edit. Germanicæ. Primus poſt Honorii Imp. Legem de templis non evertendis latam A. C. 399. Cod. Theodoſ. T. VI. p. 287. & de evertendis publicorum operum ornamentis p. 280. & poſt legem Conſtantis A. C. 342. de non evertendis templis extra muros Urbis Romæ p. 261. Gregorius M. de non evertendis ſed conſecrandis & expiandis aqva benedicta ac per Martyrum reliqvias Gentilium templis decretum condidit, lib. IX. Ep. 71. qvanqvam in Synodo Epaonenſi A. C. 517. habita, canone 33. jubentur

* Vide Theodoritum lib. V. Hiſt. Eccleſ. c. 21. Cod. Theodoſ. T. 6. p. 263. ſeq. Libanii Orationem pro Templis, à Jac. Gothofredo editam Genev. 1634. 4.

tur etiam everti & dirui templa hæreticorum. Conf. *Sarravii* Epiſt. p. 193. editionis primæ in 8. Eccleſiæ Cathedrales (Dominicæ, Dohm-Kirchen) dictæ à Cathedra Epiſcopi, uti Collegiatæ, & Germanis Münſter / ab adjacentibus Collegiis & Monaſteriis. In nimium ſplendorem & ſuperbam magnificentiam templorum ſuæ ætatis, invehitur *Iſidorus Peluſiota* lib. 2. ep. 246. & lib. 1. ep. 37. ubi reprehendit Epiſcopum qvi ex opibus, per Simoniam & exactiones conqviſitis, templum magnificum extruxerat. De pretioſis vaſis in Eccleſia confer notas ad Ambroſium T. 2. edit. Benedictinor. p. 103. De anathematis & ornamentis B. Bebelium Antiqvitat. Eccleſ. Sect. IV. T. 2. p. 843. ſeq. De porticibus templorum, & qvod in illis merces exponere non deceat, *Joh. Baptiſta Thiers* diſſ. ſur les proches des Egliſes, ou l'on fait voir les uſages ausqvels ils ſont deſtinez. Aureliæ 1679. 12. Confer Eliam du Pin T. 19. p. 275. De variis ornamentis templorum Chriſtianorum multa etiam collegit *Bellarminus* lib. III. de cultu ſanctor. c. 6. Qvantum hodiernorum templorum & maxime ararum uſus habitusqve à ratione & ſimplicitate veteris Eccleſiæ receſſerit, erudite per plurima capita demonſtrat *Jo. Baptiſta Thiers* in diſſertationibus Eccleſiaſticis editis Gallice de altaribus & choris Eccleſiarum Pariſ. 1688. 8. de qvo libro vide ſis Bibliothecam Univerſalem Tom. 13. p. 454. ſq. Mirabilia templi Salomonei & Juſtinianei perſeqvitur Balth. Bonifacius XV. 12. Hiſt. ludicræ. De donariis & anathematis templorum, qvatenus Reip. cauſſa vel belli redimendi nudare illa liceat, vide Allatium ad Georgium Acropolitam p. 205. ſeq. ubi Melch. Imhoferi Epiſtola de illo argumento. Qvatenus nefas ſit ſacra hoſtium vaſtare, amici noſtri Conradi Dan. Frickii diſſertatio prodiit Lipſiæ 1689.

In templis Ethnicorum neqve exſpuere neqve emungi fas erat, ut teſtatur *Arrianus* Epictet. Diſſ. lib. IV. c. 2. confer *Joſ. Laurentium* lib. II. Polymath. c. 9. Apoſtolium & alios parœmiographos proverbio *Thamyris inſanit*, & qvæ de reverentia templis ob ſingularem Numinis præſentiam, præſtita, notat *Jo. Gregorius* Anglus c. 31. Obſervationum. De Turcis Moſcheas ſuas reverenter habentibus præter alios agit *Tho. Smithus* Epiſt. 1. de moribus Turcarum p. 37. Idem de Ethnicis recentibus Pagodas ſ. Idolea ſua non minore religione proſeqventibus, ex Itinerariorum lectione obſervare licet. De veterum Chriſtianorum religione circa ædes ſacras agit *Guil. Caveus* in Primitivo Chriſtianiſmo pag. 156. ſqq. & 285. ſq. edit. Angl. De Judæis veteribus conferendi Interpretes ad Exod. XXX. 19. & XL. 33. & qvæ de templo non niſi ab excalceatis freqventato obſer-

obſervat Steph. Morinus diſſ. IV. p. 160. ſq. Confer etiam Joſephi Medi diatribam de ſanctitate relativa Tom. 10. faſciculorum Crenianorum. Non prætereundus hinc *Jac. Lobbetii* liber de religioſo templorum cultu, editus Leodii 1641. 4. De blaſphemiis Judæorum qvibus templa noſtra proſeqvuntur videſis *Joh. Wülferi* theriacam Judaicam p. 122. ſqq. & *Johannis Andreæ Eiſenmengeri* Profeſſoris nuper Heidelbergenſis detectum Judaiſmum editum Germanice parte I. c. XI.

XXV. Idem *Caveus* p. 150. ſqq. agit de Encæniis ſ. de ritibus templa conſecrandi, de qvibus videndus præterea *Dav. Blondelli* liber de Epiſcopis & Presbyteris p. 265. 287. *Centuriæ Magdeb.* Cent. IV. c. 6. *Bellarminus* Lib. III. de cultu ſanctorum c. 5. Officium Græcorum in dedicatione templi, extat in Euchlogio Jac. Goari p. 829. ſeq. Officium in apertione templi ab hæreticis vel gentibus profanati p. 618. Officium in σαυροπηγίῳ ſive ſolenni crucis collocatione in loco templi ab Epiſcopo facienda p. 609. Officium in fundamento templi ponendo p. 606. ſq. In Oriente templa ſacro oleo conſecrata conſtat etiam ex Abulpharajo p. 15. Ritus Ethnicos in templorum inaugurationibus receptos proſecutus eſt *Jo. Bapt. Bellus* libro ſupra laudato de Templi auguralis partibus: Vide & *Joſeph. Laurentium* lib. 3. Polymathiæ Synopſi 2. & *Antonium van Dale* in diſſ. de conſecrationibus templorum, perſonarum ac rerum ſacrarum, qvæ ſubjicitur editioni ſecundæ libri de Oraculis. De Encæniis & conſecratione Tabernaculi templiqve Judaici videndi interpretes ad Exod. XXIV. 6. ſq. Levit. VIII. 10. ſq. Hebr. IX. 18. ſq. & ad 3. Reg. VIII. De Feſto Encæniorum ad templum poſterius poſt Antiochi profanationes repurgatum à Juda Maccabæo pertinentium dixi infra c. X. §. 7. Dedicationes templorum epulo celebratas docet è Romanis Plinius lib. 4. Epiſt. 1. è Chriſtianis Sidonius Apollinaris lib. IV. Epiſt. 15. ubi vide Savaronem p. 264. De exauguratione videndus Rupertus ad Florum p. 182.

XXVI. Variam ſupellectilem templorum Chriſtianorum explicat & recenſet *Jul. Cæſar Bulengerus*, libro de Donariis Pontificum T. 1. Variorum Opuſculorum Lugd. 1621. fol. Idem libro tertio de templis ſ. de forma templorum ſupra laudato, maxime ſollicitus eſt de Chriſtianorum templorum variis nominibus, partibus & antiqvitatibus illuſtrandis, excepto capite poſtremo, eoqve prolixiore, qvod agit de templis Ethnicorum. Videnda & *Pompeji Sarnelli* antiqva Baſilicographia, Italice edita Neapoli 1686. 4. (de qvo libro confer Ephemerides Eruditorum

Parmenſes Anno 1687. p.24.ſeq.) *Leonis Allatii* epiſtola de templis Græcorum ad Joh. Morinum, edita à Rich. Simone inter epiſtolas Joh. Morini, & ad calcem notarum ſuarum ad Gabr. Philadelphienſem pag. 274. *Petri Molinæi* Diſſertatio de Altaribus & ſacrificiis veterum Chriſtianorum, ſubjecta Gregorii Nyſſeni epiſtolæ de euntibus Hieroſolymam Hanov. 1607 8. Edmundus Martene 1. de antiqvis Eccleſiæ ritibus p.300.ſq. *P. Orlandi* de veteri diſciplina expiandi altaria Florent. 1709. 4. Theologi Argentoratenſis *D. Balthaſaris Bebelii* Exercitatio de aris & menſis Eucharisticis veterum, Doctorum Helmſtadienſiam *Jo. Fabricii* de aris veterum Chriſtianorum, *Jo. Andreæ Schmidii* de Aris portatilibus, *Jac. Hildebrandus* libro de ſacris publicis Eccleſiæ primitivæ, Helmſt. 1652. & 1699. 4. pag. 10. ſq. qvi p.17. inter alia reddit rationem, qvare in faſtigiis plerorumqve Chriſtianorum templorum poſita fuerint vel crux, vel gallus vel ſtella. B. *Godfridi Voigtii* noſtri Thyſiaſteriologia * ſive liber poſtumus de aris veterum Chriſtianorum, Hamb. 1709. 8. Ritus dedicandi Altaris exponit *Nicolaus Cabaſilas* libro qvinto de Vita in Chriſto. *Jacobus Owenus* in libro Anglice Lond. A. 1706. 4. edito cui titulus Hiſtoria Conſecrationis Altarium. De more lavandorum & expiandorum Altarium *Franciſcus Orlendus*, Ord. Prædicator. in libro de duplici lavacro in Cœna Domini fidelibus exhibito, 1710. 4. & *Jo. Chriſtophorus Battelius* & *Joſephus Maria Suareſius* in diſſertationibus de ablutione altarium, junctim editis Rom. 1702. Nec omittendæ tres diſſertationes *Jo. Baptiſtæ Thiers* A. 1688. editæ, ſur les principaux Autels des Egliſes, ſur les jubez & ſur la clôture du Chœur, de qvibus Elias du Pin T. 18. p. 277. ſq. B. D. *Auguſti Pfeifferi* Superintendentis Lubecenſis memoria ** conſecrati altaris Lubecenſis in templo S. Mariæ, *Laurentii Terpagri* diſſ. de ſepulchro altaris Hafn. 1704. ſive de reliqviis ſacris in altaribus condi ſolitis, de qvibus vide etiam Hugonem Menardum ad Sacramentarium Gregorii M. p. 203. ſq. *Rudolphi Hoſpiniani* libri V. de origine, progreſſu, uſu & abuſu templorum, una cum reſponſionibus ad ea, qvæ de templis Bellarminus lib. 3. de cultu Sanctorum, & Baronius ad A. C 87. & alibi per Annales ſuos diſputavit Tiguri 1603. f. *Henrici Linckens* JCti tractatus de juribus templorum Francof. 1698. 4. *Georg. Chaldni*, Hungari, Inventarium Templorum. Dresd. 1689 12. in qvo libello etiam varia collectanea habentur, de Donariis & anathematibus ſacris, de dedicationibus & encæniis annuis (vulgo Kirmſe / qvaſi Kirch-

* Rich. Montacutii Thyſiaſteriologia lucem, qvod ſciam, non adſpexit.

** Einweihung des neuen Altars zu Lübeck zu S. Marien, nebſt einigen Anmerckungen von Lutheriſchen Altarn. Lubec. 1698. 4.

Kirchmeſſen/ licet propter freqvehtes in illis ruſticorum compotationes dictum poſſet videri à κῦϱμι, qvæ vox apud Dioſcoridem aliosqve cereviſiam ſignificat) & de privilegiis templorum, ac ſingillatim de eo, qvod ad templa & aras confugientibus aſylum præbuerint, qvam in rem Ethnicorum qvoqve uſu probatam, vide Strabonem L. XIV. p. 641. *Corn. Nepotem* in Pauſania, *Svidam* in voce δημοσθένης & ὕπατοι, è recentioribus *Sam. Petitum* p. 10. ſq. ad LL. Atticas, *Lindenbrogium* ad Terentium p. 613. *Seldenum* in not. ad Marmora Oxonienſ. p. 25. ſq. *Marsbamum* in Canone Chronico p. 354. ſq. *Rycquium* de Capitolio c. 40. ubi de aſylo Romuli. *Petr. Berthaldum* de Ara c. 14. *Jo. Adamum Oſiandrum* in Diſſ. de aſylis gentium, inſerta Tomo VI. Theſauri Antiqv. Græcar. *Joſeph. Laurentium* L. IV. Polymathiæ Synopſi 4. *Guſtavum Carlholm* de Aſylis, Upſal. 1682. 8. De Judæorum & Chriſtianorum ſimili more conſulendi, præter interpretes ad lib. 3. Regum cap. I. 50. & *Wilh. Zepperum* lib. IV. explanationis Legum Moſaicarum forenſium c. 14. *Jac. Gothofredus* ad Codicem Theodoſianum libro IX. tit 45. de his qvi ad Eccleſias confugiunt, Lindebrogius p. 1393. ad Codicem Legum antiqvarum. *Georg. Rittershuſii* tractatus de Aſylis, inſertus Tom. VIII. Criticor. Anglor. *Sirmondus* ad Ennodii lib. 1. Epiſt. 7. *Joh. Seldenus* lib. 3. de Synedriis c. 8. *Godofredus Voigtius* in libro de Altaribus Chriſtianorum Veterum c. 17. *Matth Zimmermanni* Analecta p. 581. ſq. *Antonii Borremanſii* Veſperæ Gorinchemenſes c. 6. *Guil. Caveus* in Primitivo Chriſtianiſmo p. 145. *Paganinus Gaudentius* p. 15. lib. de ſeculi Juſtinianei moribus, ubi memorat opuſculum ſuum de Aſylis, & de more confugiendi ad Eccleſiam, de qvo habetur etiam lex Honorii & Theodoſii junioris, edita à *Jacobo Sirmondo* in Appendice Codicis Theodoſ. p. 36. ut qvinqvaginta paſſibus extra fores templorum tuti ſint, qvicunqve ad illa perfugerint. Vide & Socratem VII. 33. & VI. 5. ubi de lege qvam Eutropio ſvadente tulere Arcadius & Honorius, ne qvis ad templa confugeret. Jo Damaſceni parallela T. 2. p. 669. & Hildebertum lib. 2. Epiſt. 7. Contra abuſum ejusmodi aſylorum in reis nocentibus malitioſis ac pœna dignis, diſputat *Andr. Maſius* in Commentario præſtantiſſimo ad Joſuæ librum c. 20. (fruſtra obnitente ad eum locum *Jac. Tirino*) & *Nic. Antonius* lib. 2. de Jure Exulum c. 34. ſq. De jure aſyli confugientibus ad ſtatuas Imperatorum conceſſo, *Chriſtophorus Cellarius* ad Plinii lib. X. Epiſt. 16. ὅϱους παϱϱησίας vocat Theodorus Lector lib. 2. Hiſt. pag. 562.

# CAPUT X.

## Scriptores de Feſtis Judæorum, Ethnicorum, & Chriſtianorum.

*De feſtis & anno Judæorum.* I. 2. *De cultu ſeptimæ diei, Via Sabbati &c.* 3. *De Sabbato Deuteroproto.* 4. *De neomeniis.* 5. *De feſto Paſchatos.* 6. *Mos captivum & ſupplicio deſtinatum in illo dimittendi. Ibid. De feſto Pentecoſtes, Tabernaculorum, aliisque.* 7. *De anno Jubileo Judæorum, Romanorum & Chriſtianorum.* 8. *De feſtis & anno Græcorum.* 9. 10. 11. *Romanorum.* 12. 13. *De Chriſtianorum Sabbato & die Dominica.* 14. *De eorum diebus feſtis aliis.* 15. 16. *Feſta Muhamedanorum.* 17. *Dies nefaſti, Ægyptiaci.* 18.

### I.

PRæter Sabbatum, Neomenia, annum Sabbaticum, & Jubileum, tria Judæorum feſta præcipua Lev. XXIII. Num. XXVIII. ſq. & Deut. XVI. præcepta ſunt, Paſcha, Pentecoſte, & Scenopegia ſive feſtum tabernaculorum: qvibus feſtum tubarum ſ. novi anni, ex Num. XXIX. 31. & Expiationis feſtum ex Num. XXIX. 7. ſq. Lev. XXIII. 24. ad latus ponunt Theodoritus aliiqve, apud Cotelerium Tom. II. Monument. Eccleſ. Græc. p. 687. ſq. Recentiora ſunt Feſtum Purim, Encænia & Xylophoria. De ſingulis hiſce, præter Interpretes S. Scripturæ, Joſephum ab Eduardo Bernhardo illuſtratum lib. 3. Antiqv. Judaic. c. 10. Tractatum Talmudicum חגיגה de feſtivitate, ſive de tribus feſtis ſolennibus, cum verſione & Bartenoræ commentario vulgatum nuper à Clariſſ. Viro Chriſtiano Ludovici, Lipſiæ 1696. 1712. 4. & Maimonidem in libro זמנים *de feſtis*, conſulendi ſunt *Iſaacus Cardoſo* itidem Judæus in libro vulgato Hiſpanice Amſt. 1679. 4. ſub titulo *las excellencias de los Hebreos*, p. 199--212. qvo opere erudita pro populo Judaico Apologia* continetur:

* Nullum vidi qvi poſt Flavium Joſephum Cardono doctius & operoſius Judæorum laudes peroraſſet, licet ſunt Judæi in laudibus ſuis haud infreqventes. Diviſum autem totum opus Jacobo de Pinto dedicatum in partes duas, qvarum priore deſcribit decem populi Judaici prærogativas ſive ut ipſe vocat excellentias; poſteriore totidem qvas appellat calumnias ab illis removet. *Prærogativæ* ſunt 1) qvod Judæi ſunt

populus

tinetur: *Joſephus Scaliger* VII. de emendatione temporum p. 648. ſq. *Car. Sigonius* Lib. III. de Rep. Ebr. *Jo. Jonſtonus* in Schediaſmate de feſtis Ebræor. & Græcorum, Vratisl. 1660. 12. *Aug. Pfeifferus* in diſſert. de feſtis Ebræorum, Witteb. 1666. & qvos laudat in Critica ſacra p. 151. Præterea *Theodorus Thummius* in Tractatu Hiſtorico-Theolog. de feſtis Judæorum & Chriſtianorum Tubingæ 1624. 4. *Matth. Dreſſerus* de feſtis Chriſtianorum, Judæorum & Ethnicorum Lipſ. 1593. 8. *Frid. Spanhemius* parte I. Chronol. c. 15. Tom. I. Opp. p. 70. ſq. qvi etiam de translatione feſtorum in alios dies diſſerit p. 79. ſq. ubi de annis Sabbaticis & Jubileis c. 16. p. 82. ſq. *Adrianus Cocquius* in Obſervationibus & Exercitatt. ad V. T. de rebus naturalibus, Diis Syris & Hebræorum feſtis. Vliſſing. 1671. 4. *Rodolphus Hoſpinianus* de Feſtis Ebræorum, Ethnicorum & Chriſtianorum Genev. 1669. fol. & alibi ſæpius, *Joh. Meyerus* Prof. Hardervic. in libro de origine & cauſis feſtorum ſolenniumqve dierum, qvos olim Judæi in terra Canaan, hodieqve in exilio agitare conſueverunt. Amſtel. 1693. 8. qva in diatriba inter alia impugnat *Maimonidem* & *Joh. Spencerum*, *qvorum ille in Doctore dubitantium, hic in opere de Legibus Ebr. lib. III.

 Diſſert.

populus à DEO electus. 2) gens una nec cum aliis permixta gentibus. p. 23. 3) ſeparata ab aliis Nationibus terrarum. p. 35. 4) tribus naturalibus dotibus conſpicua p. 51. miſericordia p. 53 charitate p. 57. honeſtate ac verecundia p. 69. 5) Circumciſio. p. 87. 6) Sabbatum p. 101 7) Lex data à DEO p. 123. claſſis prima præceptorum de DEO p. 155. ſecunda de ſanctuario, templo & ſacerdotio p. 167. tertia de immunditie cavenda vel expianda p. 181. qvarta de ciborum diſcrimine p. 185. qvinta de conjugibus & matrimonio. p. 189. ſexta de feſtis p. 199. ſeptima de miſericordia & eleemoſynis p. 213. octava de juſtitia & regimine p. 225. nona præceptorum de jure civili p. 247. & decima de criminali p. 253. Præcepta affirmativa CCXLVIII. ex numero oſſium humani corporis p. 259. negativa CCCLXV. ſecundum numerum dierum anni. p. 263. 8) Prophetiæ. 9) Terra ſancta. & 10) Teſtimonium de Unitate DEI.

*Calumniarum* qvas vocat amoliriqve annititur prima, falſæ adorationes. p. 333. 2) fœtor, p. 339. 3) qvod ſint veluti cauda Gentium & ſanguinis profluvium patiantur. p. 345. 4) ter qvotidie imprecentur gentibus. p. 349. 5) qvod Gentes velint ad Judaiſmum allicere. p. 357. 6) qvod infideles ac perfidi ſint erga ſuos Principes & Magiſtratus. p. 367. 7) qvod immiſericordes ac crudeles ſint. p. 377. 8) qvod corruptores ſint librorum ſacrorum. p. 390. 9) qvod imagines evertant & ſacrilegia committant. p. 399. 10) qvod occidant infantes Chriſtianorum, ut ſanguine illorum in ritibus ſuis utantur. p. 408—431.

* Spencerum ſeqvitur D. *Joh. Sam. Stryckius* in diſſ. de incommodis feſtorum, Halæ Sax. 1702.

Diſſert. 1. c. 8. feſta gentium feſtis Judæorum dediſſe originem contendit. Singularis qvoqve locus de Judæorum feſtis exſtat apud Plutarchum IV. 5. ſympoſ. p. 671. ſeq.

II. Lucem præterea huic argumento de feſtis Judæorum affundunt, qvi Calendaria ejus gentis ediderunt & illuſtrarunt: ut præter *Seb. Münſterum* Baſil. 1527. 4. *Cunæum* ſupra laudatum, *Joſeph. Scaliger* in Canonibus Iſagogicis p. 41 ſq. & de Emend. Temporum p. 316. ſq. *Gilb. Genebrardus* ante Commentarium ſuum in Pſalmos, *Auguſtinus Torniellus* lib. 1. Annal. V. T. p. 354 ſq. *Julius Bartoloccius* Tom. II. Biblioth. Rabb. *Jo. Seldenus* de Anno civili Judæorum, aliiqve, qvos laudat eodem in libro c. 8. & in præfatione & Lib. III. de Synedriis c. 13. p. 134. *Frid.* deniqve *Spanhemius* Chronolog. ſacr. P. I. c. 11. ſq. Vide etiam ſi placet qvæ notavi in Menologio meo, ubi de Hebræorum, & aliorum centum circiter populorum menſibus. *Nicolai Mulleri* Judæorum Annus * lunæſolaris, TurcArabum annus mere lunaris prodiit Groning. 1650. fol. Calendarii ſive anni curam tum apud Hebræos tum apud alias gentes pleraſqve commiſſam fuiſſe ſacerdotibus, probat *Joh. Andreas Danzius* Theologus clariſſimus Jenenſis in præfat. ad Maimonidis deſcriptionem initiationis novilunii, cum Henningi Bernhardi Witteri verſione editam Jenæ 1703 4.

III. Contra *Marshamum*, qvi cum *Dione Caſſio* L. XXXVI. p. 37. periodum VII. dierum ab Ægyptiis derivat, p. 198. Canonis Chron. Vide *Herm. Witſii* Ægyptiaca L. III. c. 9. Fatetur tamen idem Marshamus, ſacrum Sabbati cultum Ebræis peculiarem fuiſſe, qvod docet etiam *Jo. Spencerus* Lib. 1. c. 4. de Leg. Ebr. negans, Sabbatum celebratum ab Ethnicis, niſi inclinante jam Republica Judaica, & Judæis jam per orbem diffuſis: Conf. *Iſ. Caſaubonum* ad Suetonii Tiberium, c. 32. & *Johannem Wallis* tractat. de Sabbato Tom. 3. Opp. p. 342. ſq. 381. 423. 425. qvi negat conſtare qvod Judæi ante exitum ex Ægypto vel ulla gens alia ante tempora Chriſti annos ſuos per hebdomadas diſtribuerit. Septima qvidem menſis cujusqve dies qvibusdam gentibus ſacra fuit, & ſeptimi numeri religio paſſim in Ethnicorum libris obſervatur, ut præter Marshamum p. 195. ſq. docent *Seldenus* Lib. III. de Jure Nat. & Gent. c. 15. *Lud. Capellus*, Tract. de Sab-

** Veteres Hebræos, uti antiqviſſimos Græcos etiam anno lunari uſos, & qvo Solis periodo reſponderet, menſem ſubinde intercalaſſe, docet etiam S. Baſilius homil. VI. in Hexaëmeron. Confer Frontonis Ducæi notas ad paginam 80. Tomi I.

Sabbato p 265. *Opp.* poſthum. *Jo. Jacobus Syrbius* diſſ. de Sabbato gentili, Jenæ edita: *Henr. Ernſtius* lib. de ſtudiis diebus feſtis non convenientibus p. 100. ſq. *Theophibus Spizelius* de Iſraëlitis Americanis pag. 101. ſeq. *Ezech. Spanhemius* p. 465. ad Callimachum, *Joh. Georg. Grævius* ad Lucian. Tom. 2. p. 895 & *Joh. Meurſius* p. 98. ſq. Græciæ feriatæ.

De religioſa ſabbati obſervatione apud Judæos, adeundus *codex Talmudicus* de Sabbatho, latine verſus à B. *Seb Schmidio* T. 2. edit. Surenhuſianæ. Memini me etiam MS. evolvere Gemaram Codicis Talmudici de Sabbato, latine translatam à *Balthaſare Scheidio* Profeſſore Argentoratenſi. Conſulendi præterea interpretes ad Matth. XII. Marci II. 23. ſq. III. 2. ſq. Luc. XIII 15. XIV. 3. Joh. V. 10. VII. 22. IX. 14. *Chriſtoph. Carthwrightus* Mellific. Ebr. lib. V. c. 7. *Jo. Druſius* de tribus ſectis Judæorum p. 94. & 109. ſq. edit. in 8. *Cotelerius* ad recognitiones Clementis IX. 28. & laudatus *Danzius* in diſſ. de curatione Chriſti Sabbatica. *Job. Outreini* Viri Clariſſ. diſſertatio XIII. de clangore Evangelii, qvæ eſt de clangore Sabbati p. 327. ſeq.

Via Sabbati à Talmudicis in tractatu Erubin. Tom. 2. edit. Surenhuſianæ p. 101. 106. &c. definitur mille paſſibus ſive bis mille ulnis, Arator:

*Mœnia nota petunt, quo per ſua ſabbata, mille*
*Paſſibus ire licet* - - - - - -

Confer Svidam in σαββάτου ὁδὸν, ac præter *Grotium* aliosqve interpretes ad Actor. I. 12. *Joh. Friſchmuthi* & *Mich. Waltheri* Diſſertationes de via Sabbati, qvibus jungendus *Seldenus* L. III. de Jure N. & G. cap. 9. *Buxtorfius* in Synag. Jud. c. 16. *Wagenſeilius* in lib. de Norimberga p. 126. ſq. ubi etiam de oneribus Sabbato non exportandis. An libros ſacros Sabbato eripere incendio liceat? vide qvæ Judæi diſputant apud *Jo. Lightfootum* in Opp. poſthumis p. 10. De Abeneſræ Epiſtola, qva probat veſperam Sabbati non ſubſeqventem ſed antecedentem celebrandam eſſe, vide ſis doctiſſimi Collegæ mei Joh. Chriſtophori Wolfii Bibliothecam Hebraicam p. 78. qvi etiam de Sabbatione, fluvio illo fabuloſo Judæorum videndus p. 141. 283. & in Notitia Karæorum p. 141.

Notatu dignum eſt, qvod Judæis dum in ſerio ac vero DEI cultu negligentiores erant, ſæpius cladem acceleraverit, qvod Sabbato vel alio die feſto hoſtibus reſiſtere religioni ſibi duxerunt, ut ex libris *Maccabæorum* & *Joſepho* apparet. Qvanqvam Joſua urbem Jericho cepit die

Sab-

Sabbati, Joſ. VI. 15. & Judæi deinceps, eodem Joſepho teſte potius exiſtimarunt nefas eſſe, die Sabbati (vel etiam per annum Sabbaticum ſive ἀργὸν ἔτος, vide Joſephum lib. 1. de bello Judaico c. 2. p. 711.) hoſtem invadere & adoriri, qvam irruentem pro corpore ſuo defendendo propellere atqve occidere. Et diebus feſtis plerumqve ſeditiones conci- taſſe affirmat Joſephus l. 1. c. 4. de bello Jud. p. 714. Cæterum Sabbato plus ſimplici vice captam eſſe conſtat Hieroſolymam, & diſerte fatetur non Joſephus modo p. 719. f. & 474. a. ſed & Dio Caſſius, l. 36. p. 36. templum à Pompejo, qvi primus Judæos Romanis ſubjecit, Olymp. CLXXIX. 2. Romæ DCXCI. ante Chriſtum LXIII. non fuiſſe expugnandum, ſi Judæi illud ex æqvo omnibus diebus defendiſſent. De captis feſto die Syracuſis vide *Ezech. Spanhemium* p. 201. ad Orat. 1. Juliani. De Betſura ob famen ex otiantibus per annum Sabbaticum agris dedita 1. Maccab. VI. 49.

IV. De Sabbato δευτεροπρώτῳ, præter *Eraſmum Schmidium* & alios *Interpretes* ad Luc. VI. 1. Cæſarium qvæſt. 35. Svidam in Σάββατον, Iſidorum Peluſ. III. Epiſt. 110. Epiphanium T. 1. p. 453. conſulendus *Joſephus Scaliger* Lib. VI. de emendat. temporum p. 557. & in Canon. Iſagog. Lib. III. p. 225. cum qvo faciunt *Pagius* ad A. C. 30. n. 3. *Bernhardus Lamius* Concord. Evangel. c. 39. *Sam. Baſnage* in Annal. *Iſ. Caſaubonus* p. 271. ſq. ad Baronium, *Joſephus de Voiſin* Tractat. de Sabbato deuteroproto, *Joh. Friſchmuthus* & *Henr. Müllerus*, ſingularibus diſſertationibus. Conferes præterea *Petavium* ad Epiphanium Tom. 1. p. 61. ſq. *Sam. Petitum* c. 19. Var. Lect. *Seb. Schmidium* τὸν μακαρίτην in faſciculo diſſ. p. 494. ſq. cui poſt impugnatas alias undecim ſententias, Sabbatum δευτερόπρωτον eſt poſterius inter duo Sabbata qvæ ab initio anni Eccleſiaſtici menſe Niſan, Paſcha proxime antecedebant. *Joh. Harduinum* Operum ſelect p. 628. & 402. qvi pro Sabbato deuteroproto habet primum ſabbatum menſis Adar ſecundi in Sabbato embolimæo, qvæ ſententia probatur etiam Salomoni van Till in diſſ. de vero & juſto tempore ſabbati δευτεροπρώτου, edita Anno 1708. *Jo. Rhemfredus* Franeqveræ lumen nuper eheu extinctum diſſ. III. 3. de locis Hebraicis N. T. A. 1706. vulgata primum Sabbatum menſis Tiſri ſive in anno civili putat fuiſſe πρωτόπρωτον, primum vero in anno ſacro ſive menſis Niſan δευτερόπρωτον, qvod probatur etiam Clariſſimo Viro Hadr. Relando & Stephano le Moyne in prolegomenis ad Varia ſacra. *Henr. Dodwellus* vero diſſert. IX. de vet. cyclis Græcorum & Romanorum per Sabbathum δευτερόπρωτον cum *Maldonato, Grotio* & *Ed. Bernhardo* p. 225.

ad

ad Joſephum intelligit feſtum Pentecoſtes, * ita ut feſtum Paſchatos fuerit πρωτόπρωτον, & Tabernaculorum τριτόπρωτον. Sed forte huic & reliqvis qvas attuli ſententiis præferenda eſt *Andreæ Maſii* opinio, qvi δευτερόπρωτον Sabbatum putat fuiſſe diem ſeptimum feſti Azymorum, vel octavum tabernaculorum, qvi cum primo πρωτοπρώτῳ pari cultu celebrabatur, cum dies intermedii eſſent profeſti.

V. De Neomeniis apud Judæos pariter & gentes celebratis diſſerit *Joh. Spencerus* Libro III. de Leg. Ebr. diſſ. 4. cui adde *Marinum* in vita Procli c. 19. *Interpretes* ad Coloſſ. II. 16. Nazianzenum Orat. 2. in Julianum p. 129. & *S. Chryſoſtomi* Homiliam, qva Chriſtianis hunc morem diſſuadet. De Hebræis ſpeciatim qvibus veſpera Novilunii dies expiationis parvus dicitur, *Maimonidis* tractatum, qvem cum Witteri verſione Jenæ editum paulo ante §. 2. memorabam, & Joh. Outreinii diſſertationem duodecimam de clangore Evangelii p. 271. ſeq.

VI. De ritibus Judaicis feſti Paſchatos, præter eos, qvi de feſtis & de ſacrificiis, & de ritibus Judaicis univerſim ſcripſere, & præter interpretes ad Exod. XII. & ad Talmudicum Tractat. פסחים videndus B. *Seb. Schmidii* Theol. Argentor. liber de Paſchate, & *Joh. Lightfootus* de miniſterio Templi c. XI. ſeq. *Joſephus Scaliger* lib. VI. de emendat. temporum, *Fagius* ad Targum Deut. VIII. & *Buxtorfius* Exerc. Philologico Theol. VI. Joh. Owenus in Epiſtolam ad Hebræos, T. I. p. 262. ſeq. Joh. Saubertus in diſſ. de feſto Paſchatos à Chriſto Servatore celebrato, in palæſtra diſſertationum p. 70. ſeq. Auctor libelli traité hiſtoriqve des anciennes Paſqves des Juifs. 12. & qvi recentium potiſſimum Judæorum cerimonias perſeqvuntur, *liber rituum paſchalium* Hebr. Lat. & Germanice editus Regiomonte in 4. à *Joh. Steph. Rittangelio*, & Latine atqve Hebraice ſubjectus ejusdem Rittangelii Libro de Veritate Religionis Chriſtianæ, à V. Cl. Joh. van der Wayen, Leonis Mutinenſis narratio Hiſtorica de Paſchate, Italice literis Hebraicis, Venet. 1609. fol. & liber ejusdem argumenti Lipſiæ Germanica lingua edit⁹ 8. ab ex Judæo *Frid. Alberto Chriſtiani*, cujus etiam exſtat alius libellus: Beſchreibung der Jüdiſchen Faſtnachten. Lipſ. 1677. 8. De immundorum Paſchate, menſe ſecundo, Seldenus II. 1. de ſynedriis.

De Romanorum more circa feſtum Paſchatis Judæis captivum reddendi & libertati reſtituendi res nota ex Evangelica hiſtoria. Confer

 inter-

* Hoc refellit Sam. Baſnage in Annalibus ad A. C. 32. §. 23.

interpretes ad Joh. XVIII. 39. & Matth. XXVII. 15. Rev. D. Joh. Schmidii diſſertationem Lipſiæ Anno 1685. editam de eodem ritu qvem à Græcis accepiſſe Romani videntur, ſiqvidem in Panathenæis etiam captivos ab eis dimitti ſolitos ex Ulpiano ad Demoſthenis de Corona orationem obſervat Meurſius in Panathenæis c. 26. Confer Samuelem Petitum ad Leges Atticas p. 38. ſeq & 50. atqve Meurſium in Græcia feriata p. 164. ubi idem in Theſmophoriis obtinuiſſe notat. Hoc poſtea imitati ſunt Imperatores Chriſtiani: *πολλάκις*, inqvit Epiphanius Tom. 2. pag. 281. *φιλανθρωπία βασιλικὴ ἐν ταῖς ἑορταῖς πολλοῖς καταδίκοις ἄφεσιν καὶ ἀπολύτρωσιν χαρίζεται.* Confer qvæ obſervat Jacobus Godofredus in commentario ad Codicem Theodoſianum Tom. 3. p. 272. Petavius ad Epiphanium p. 365. D. Gotfridus Nicolaus Ittigius in diſſ. de veterum indulgentia Paſchali cum hodierno jure aggratiandi collato. Idem Godofredus pluribus etiam agit de juſtitio ſive feriis judiciariis apud Chriſtianos circa dies feſtos, tempore Qvadrageſimæ, Adventus &c. obſervari ſolitis. De more reos non damnandi nec litigandi tempore Qvadrageſimæ, Videbis etiam ubi lubebit Ægidii Menagii antiqvitates Juris Civilis cap. 26.

VII. Judæorum יום חמש' *Pentecoſte* ſive qvinqvageſima à Paſchatis ſecunda dies Actor. II. 1. & XX. 16. dicitur etiam *feſtum meſſis* * Exod. XXIII. 16. triticeæ nimirum, à qvo primitiæ tritici offerebantur Levit. XXIII. 15. (vide *Fulleri* Miſcellan. Sacra III. c. 11.) ut primitiæ hordei à ſecunda die Paſchatos, *Joſeph. III.* 10. Antiqv. Jud. Idem eſt feſtum *Schebuoth* ſive Septimanarum Exod. XXXIV. 22. Numer. XXVIII. 26. Deut. XVI. 10. qvoniam nimirum poſt ſeptem hebdomadum à Paſchate complementum Pentecoſte ſeqvitur. Confer Ed. Bernhardi notas ad Joſephum p. 224. Totum illud intervallum etiam Judæis dictum *numerus manipuli*, notante *Joſepho Scaligero* lib. VI. de emendat. temporum. Cæterum Pentecoſtes feſtum in memoriam datæ in monte Sinai Legis inſtitutum haud eſſe, probat D. *Georgius Mœbius ὁ μακαρίτης* diſſ. Theol. pag. 921. ſq. neqve ultra unum diem ejus ſolennitatem duraſſe demonſtratur à B. D. *Wolfgango Franzio* de interpretatione S. Scripturæ, Oraculo CXXI. p. 753. ubi utriusqve Judaicæ & Chriſtianæ Pentecoſtes rationes inter ſe confert. De Judaica porro conſules interpretes ad laudata S. Scripturæ loca & Codicem Talmudicum *Jom Tobh*, Tomo 2. edit. Surenhuſianæ, atqve Jo. Henr. Ottonis Lexicon p. 203. ſq.



* Talia Græcorum Θεσμοφόρια, Θαλύσια & ὡραῖα. Vide Meurſium Græciæ feriatæ pag. 142. 283. & Ezech. Spanhemium pag. 678. ad Callimachum.

De feſto *tabernaculorum* ſive *ſcenopegiæ*, qvod κατ᾽ ἐξοχὴν Judæis חג dicitur ob lætitiam & tripudia, adeundi præter eundem Ottonem p. 196. ſq. interpretes ad Levit. XXIII. 39. ſq. & Tractatum Talmudicum *Succah*, Tom. 2. operis Mishnici edit. Surenhuſianæ p. 259. ſq. qvod totum fere volumen eſt de feſtis. *R. Chajim* libro qvi inſcribitur: ישע אלהים & *R. Joſeph ben Abraham* in משעות אל *Gabriëlis* item *Groddeckii*, Profeſſoris nuper doctiſſimi Gedanenſis, & mei cum viveret amici, ſed acerba morte extincti epidemica lue Ao. 1710. die 12. Septembris, diſſertationes binæ de cerimonia palmarum, in Lipſienſi Academia editæ Anno 1694. Numus Regis Agrippæ in qvo feſta Judaica tabernaculorum & meſſis, tabernaculo & ſpicarum manipulo deſignata videre licet, exhibetur & illuſtratur ab Ezech. Spanhemio diſſ. V. de præſtantia & uſu numiſmatum p. 443. edit. Amſtelodamenſis.

De feſto *Tubarum* ſive *Novi anni*, adibit cui volupe erit Interpretes ad Levitici XXIII. 24. & Numeror. X. 5. & ad Tractatum Talmudicum *Roſch haſchanah*, qvem verſione & notis illuſtravit V. C. *Henricus Houtingius* Amſtelod. 1695. 4. & Tom. 2. edit. Surenhuſianæ p. 300. *Jo. Outrein* diſſertatione XI. de clangore Evangelii p. 205. ſq. & *Joh. Stephani Rittangelii* hoch-feyerliche Solennitæten/ Gebete und Collecten an ſtatt der Opfer/ nebſt andern Cerimonien / ſo von der Jüdiſchen Kirchen am erſten Neu-Jahrs-Tag vor Mittag in ihren Synagogen hochfeyerlich gebetet und abgehandelt werden müſſen. Regiomonte 1652. 4.

De *feſto* magno *expiationis* conſulere juvabit Interpretes ad Lev. XVI. & Numer. XXIX. 7. ſq. & ad tractatum Talmudicum *Joma*, qvem verſione & notis à ſe illuſtratum edidit *Robertus Scheringamus* Lond. 1648. 4. recuſum in Tomo ſecundo Miſnæ Surenhuſianæ, & ſeparatim Franeqveræ 1696. 8. cui editor V. C. *Jacobus Rhenferdus* adnexuit præclaram diſſertationem, qva expiationem Pontificis maximi Judaici confert cum antitypo ſuo ſive expiatione totius generis humani facta per Chriſtum Servatorem noſtrum. Vide ſis etiam Ottonis Lexicon p. 182. ſq. & *Joh. Friſchmuthi* diſſertationes binas de hirco ἀποπομπαίῳ ſive emiſſario, populi peccata in deſertum bajulante. Jen. 1634. de qvo etiam nota eſt *Joannis van der Weyen* commentatio in Variis ſacris, Franeqv. 1693. 4. cui perinde ut Spencero III. 8. de legibus Hebræorum *Azazel* eſt diabolus, licet Bocharto in Hierozoico videtur illo vocabulo potius locus ſeparatus ac remotus denotari. Noviſſime eruditus Rev. *Andreæ Adami Hochſteteri* liber de feſto expiationis vidit lucem Tubingæ Anno 1707. 4.

De feſto *Purim* cujus lib. XI. c. 6. Antiqvitatum meminit Joſephus, videndus tractatus Talmudicus *Megillah*, qvem illuſtrare pridem promiſit præclarus *Wagenſeilius*, ſed reliqvit hoc præſtantiſſimo Surenhuſio, in cujus opere Mishnico Tom. 2. p. 387. ſq. cum verſione & notis legitur. Addi etiam poterunt *Guil. Schickardi* Oratio de feſto Purim, inſerta Criticis Anglis Tomo VIII. *Ottonis* Lexicon p. 207. ſq. & *Guil. Saldenus* in diſſertatione de libri Eſther divinitate lib. III. Otiorum divinorum Exercitatione V. *Jo. Wulferus* ad Codicem Talmudicum Shekalim p. 11. ſq.

De ritibus communibus circa tria feſta præcipua Paſchatos, Pentecoſtes & Tabernaculorum agit Tractatus Talmudicus חגיגה qvem ante Surenhuſium Tom. 2. p. 413. cum verſione & notis Lipſiæ edidit *Chriſtianus Ludovici* Anno 1696. 4. Philo libro de ſeptenario decem feſta memorat explicatqve. *Πρώτη*, inqvit, *ἑορτὴ ἡμέρα πᾶσα. δευτέρα σάββατον. Τρίτη δ' ἡ μετά τινα σελήνην νέαν νεομηνία. Τετάρτη δὲ τῶν διαβατηρίων, ἣ καλεῖται πάσχα. Πέμπτη δ' ἡ τῶν ἀσταχύων ἀπαρχὴ, τὸ ἱερὸν δράγμα. ἕκτη δ' ἄζυμα, μεθ' ἣν ἡ τοῦ τῶν ἑβδομάδων ὄντως ἑβδόμη. ὀγδόη δ' ἱερομηνία. ἐννάτη δὲ νηστεία. δεκάτη δ' ἡ τῶν σκηνῶν.*

De Maccabaico Encæniorum ſive repurgati templi feſto, qvo per octo dies lucernæ accenduntur, incidente circa Decembris initia, videndi interpretes ad 1. Maccab. IV. 59. & Joh. X. 22. *Joſephus* XII. 11. *Seldenus* III. 13. ſeq. de Synedriis, *Herm. Witſius* in Dodecade Exercitationum p. 568. ſq. *Ottonis* Lex. p. 205. ſq. & *Bartoloccius* 1. T. r. Bibl. Rabbin. p. 400. ſq. ubi illuſtrat ſcriptum qvod Judæi in feſto illo inſtauralium legunt, cui titulus *Megillat Antiochus* ſive volumen de Antiocho, qvod latine recudendum dedi in Codice Pſeudepigrapho Veteris Teſtamenti. Eqvidem Encænia in memoriam reædificati poſt captivitatem Babylonicam templi à Judæis celebrata eſſe affirmat & de illis locum Joannis explicat, ſed minus recte ni fallor, Joannes Chryſoſtomus homil. LX. in Johannem: *μεγάλη τις ἦν αὕτη ἡ ἑορτὴ καὶ δημοτελής. Τὴν γὰρ ἡμέραν καθ' ἣν ὁ ναὸς ᾠκοδομήθη, ἐπανελθόντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς μακρᾶς αἰχμαλωσίας τῆς ἐν τῇ περσίδι, ταύτην ἦγον μετὰ πολλῆς σπουδῆς.*

De

* *Ἔριον κόκκινον* faſciam coccineam ſive lanei ſtaminis textum rubro tinctum, capiti illius hirci impoſitum fuiſſe tradunt Judæi, & veſtigium traditionis illius extat in Barnabæ Epiſtola & apud Tertullianum contra Judæos cap. 14. Confer Steph. le Moyne ad Varia ſacra p. 674. ſeq. & Epiſt. de Melanophoris p. 280. ad calcem Harpocratis Cuperiani, Gaulminum ad lib. de vita Moyſis p. 379. ſeq. Bochartum 1. Hieroz. p. 656. & Gatakeri Adverſaria p. 401. ſeq. edit. Lond.

De aliorum minorum Feſtorum, qvemadmodum & de Neomeniarum ritibus tangunt pleraqve Tractatus itidem Talmudici מועד קטן & ראש השנה: Fit etiam mentio feſti cujusdam in extremo libri *Judith* editionis latinæ, qvod in memoriam liberationis per viduam mulierem illam factæ apud Judæos obtinuerit: Sed cum neqve apud Joſephum, neqve apud Judæos veteres illud feſtum memoretur (Pſeudo Philonem Annii ejusqve interpretem R. Azariam non moror) vel hoc ipſo nomine etiam liber Judith ſuſpectus eſſe viſus eſt hominibus eruditis. Vide & qvæ Seldenus III. 13. de Synedriis p. 133. ſq. *Franciſci Riberæ* opus de Diebus feſtis Hebræorum MStum extare in Bibliotheca Vaticana, teſtatur Carolus Joſephus Imbonatus, in Bibliotheca Latino Ebraica p. 47.

VIII. De Judæorum anno ſabbatico ſive ſeptimo videndi interpretes ad Levit. XXV. 2. ſq. & *Maimonides* de jure anni ſeptimi qvem illuſtratum nuper dedit V. C. *Joh. Henricus Majus* fil. Francof. 1708. 4. *Joannes Outrein* diſſertatione XIV. de clangore Evangelii, qvæ eſt de clangore Anni Sabbatici & Jubilei, p. 346. ſeq.

De anno Jubileo ſive qvinqvageſimo, qvi ſervos libertati & agros avitis dominis reſtituebat, neqve confundendus eſt cum anno undeqvinqvageſimo ſabbatico, qvo debita remittebantur (unde *Schemitta* dici conſuevit) vide interpretes ad Levit. XXV. 8. ſeq. *Ed. Bernhardum* ad Joſephum III. 12. Antiqvitatum p. 231. *Maimonidem* de anno Jubileo cum notis *Matthæi Beke* editum Lugd. Bat. 1708. 4. *Scaligerum* in Canonibus Iſagog. p. 295. *Hottingeri* Analecta diſſ. 3. *Jo. Jacobi Crameri* Theologiam Iſraëlis p. 152. ſeq. *Joſephum de Voiſin* libro de Jubileo ſecundum Hebræorum & Chriſtianorum doctrinam Pariſ. 1655. 8. *Joh. Chriſtoph. Wagenſeilii* diſſ. de anno Jubileo ſecundum diſciplinam Hebræorum Altdorf. 1700. *Pauli Slevogti* Diſpp. Academic. p. 912. ſq. *Aug. Varenii* diſſertationem Roſtoch. 1651. & ad calcem commentarii in Exodum, *Joh. Erneſti Gerhardi* de Jubileis Judæorum & Pontificum Rom. Jen. 1658. *Joh. Adami Oſiandri* de Jubileis Judæorum & Chriſtianorum. Tubing. 1677. & *Joh. Chriſtiani Buckii* de anno Hebræorum Jubileo Witeb. 1700.

De Romanorum ſæcularibus ludis, ſacrisqve vide carmen *Sibyllinum* qvod ſervarunt *Zoſimus* libro ſecundo, *Phlegonq;* Trallianus libro de longævis cap. IV. & venuſtis verſibus latinis expreſſit *Angelus Politianus* c. 58. Miſcell. Conſulere etiam licebit qvæ viri docti ad *Catulli* poëmation

 mation

mation XXXV. * qvod *carmen ſeculare ad Dianam* inſcribitur, & ad *Horatii* carmen ſæculare qvod libro Epodon ſubjicitur: & ad ejusdem libri primi Odam XXI. & libri qvarti Odam VI. *Feſtum* in *ſeculares ludi, Valerium Maximum* libro 2. c. 4. *Cenſorinum* libro de die natali c. XVII. *S. Auguſtinum* lib. III. de Civ. DEI c. 18. & *Metellum* Tegerenſeenſem ** ſæculi XI. à Chriſto nato Monachum & poëtam pro illa ætate non abſurdum Oda 1. & 2 ad Qvirinum, atqve è recentioribus *Joſephum Scaligerum* lib. 2. de emendatione temporum, *Onufrium Panvinium* libro de ſecularibus ludis, ad calcem feſtorum, Venet. 1558. & Heidelb. 1588. fol. qvem Gaudentius Robertus Tomo I. Miſcell. & Grævius Tomo XI. theſauri ſui inſeruit: *Petrum Taffinum* Audomaropolitanum S. J. libro erudito de anno ſæculari & ludis ſæcularibus Romanorum, Tornaci Flandrorum A. 1641. 4. in memoriam Societatis Jeſuiticæ qvæ ſæculum jam exegerat edito, & Tomo VIII. theſauri Græviani recuſo: *Ezechielem Spanhemium* diſſ. IX. de uſu numiſmatum p. 852. ſq. editionis Amſtelodamenſis, *Johannem Ciampinum* in ſacra hiſtorica diſqviſitione de duobus emblematibus in cimelio Cardinalis Carpinei, de qvo libro vide ſis Acta Eruditorum Tomo 2. ſupplementi p. 94. 97. *Juſti Rycquii* ſyntagma de anno ſæculari, jubileo & annis ſolennibus diverſarum nationum, Antwerp. 1625. 8. *Jo. Adolphi Turretini* Academicas qvæſtiones de ludis ſæcularibus, Genev. 1701. 4. *Florentii de Bruin* librum Belgice editum, eeuwspelen der oude Rómeynen, Amſt. 1703. 8. & auctorem diſſertationis de duobus numis Gratiani, in qvorum altero legitur GLORIA NOVI SÆCULI. Pariſ. 1701. Memoires pour l'Hiſtoire des ſciences Tom. 1. p. 74. ſq. edit. Amſtelod. & illuſtris Leibnitzii atqve alterius Anonymi diſſertationes ad eosdem numos in Amici noſtri Chriſtophori Woltereckii electis rei numariæ p. 308. 327. Hamb. 1709. 4.

In Eccleſia Chriſtiana primus Anno 1300. annum Gratiæ ſæcularem celebrandum indixit *Bonifacius VIII.* poſtea ad qvinqvageſimum annum ſolennitatem illam reduxit & Judaici exemplo Jubileum vocavit *Clemens VI.* Inde ad triginta tres annos *Urbanus VI.* & *Bonifacius IX.* deniqve ad annos qvinqve & viginti *Paulus II.* & *Sixtus VI.* Confer Bzovii & Raynaldi Annales ad annos Jubileorum, Bullas in jubilæis illis editas, qvæ

* Petrus Taffinus carmen id ſæculare eſſe negat, cap. 16. de ludis ſæcularibus, ſed nullo id facit argumento certo & evidente. *Terentinos* ludos à ſecularibus haud differre, idem probat pag. 490.

** Extat Tomo I. Antiqvarum Lect. Henrici Caniſii.

qvæ leguntur in Bullario magno Laurentii Cherubini (licet bullam Clementis VI. qva *prorſus mandat angelis paradiſi ut animam illius, quem in via ad Jubileum contingat obire, à purgatorio penitus abſolutam in paradiſi gloriam introducant*, pro ſuppoſititia habent Baluzius ad vitas Paparum Avenionenſium Tom. 1. p. 915. ſq. & Joh. Schilterus in Obſervat. IV. ad Chronicon Argentoratenſe Jacobi de Kœnigshoven:) numos in Jubileis iisdem cuſos, obviosqve in Claudii Molineti & Philippi Bonanni S. I. numiſmatis Pontificum. De ritibus jubilei Romani præter ſcriptores plurimos Lipenio in Bibl. Theol. memoratos confer ſi placet *Jo. Erneſtum Schmidelium* de jubileo Romano Anni 1650. Amſt. 1654. 12. *Jo. Petri Ludovici*, Profeſſoris Hallenſis opuſcula Germanice junctim edita p. 127. ſeq. & qvos laudat p. 185. Anonymum libro Gallice edito de jubileo Romano Lond. 1700. 8. Hiſt. des Ouvrages des Sav. A. 1700. p. 494. *Wagenſeilium* in libro Germanice edito de educatione juvenis Principis p. 179. ſq. Anonymi relationem Hiſtoricam vulgatam itidem Germanice Lipſ. 1700. 12. Hiſtoriſcher Bericht vom Römiſchen Jubel-Jahr/ & alium editum Gothæ eodem anno der Juden/ Römer und Chriſten Jubel-Freude. *Danielem Guilelmum Mollerum* Profeſſorem Altdorfinum, paucis poſt ſocerum ſuum Wagenſeilium annis nuper denatum, in diſſ. de malleolo Jubeleio Altdorf. 1700. & *Petri Francii* Orationem XXXII. Videri etiam poſſunt *Jo. Faës ὁ μακαρίτης* in examine Bullæ Jubileæ univerſalis Anno 1700. promulgatæ à Papa Innocentio XII. Helmſt. 1702. 4. *Jo. Hornbeckius* in examine bullæ Urbani VIII. de feſtis: *Caroli Drelincurtii* faux viſage de l'Antiqvité p. 63. *Petrus Molineus* in novitate papiſmi p. 582. ſq. *Hottingerus* in Wegweiſer parte 3. c. 2. p. 382. ſeq. & diſſ. 3. Analect. atqve ex Theologis noſtratibus *Jac. Heilbrunnerus* in uncatholiſchen Pabſtthum Artic. 3. c. 3. p. 129. ſeq. *Jo. Affelmannus* ſyntagmate diſſ. Theol. parte 2. p. 5. ſq. *Job. Conradus Daunhauerus* Hodomoria Papæa phantaſmate 2. pag 742. 757. 799. 893. ſeq. *Jo. Gerhardus* Confeſſ. Cathol. lib. 2. part. 3. artic. 16. c. 7. p. 126. ſq. aliiqve ubi contra indulgentiarum abuſus diſſerunt. Calendaria Jubilea, recenſionem indulgentiarum per ſingulos dies anni complectentia, exhibet *Elias Ebingerus* in Hiſtoria Eccleſiaſtica Sæculi XV. pag. 408. ſeq.

Non dubitant etiam Proteſtantes memoriam ſæcularem rerum memorabilium & ſingularium beneficiorum DEI pie obire, uti conſtat Jubileum Evangelicum à Lutheranis noſtris paſſim celebratum 1) Anno 1617. in memoriam cœptæ à B. Luthero Reformationis, de qvo vide præter

ter Acta variis in locis tum ſeparatim excuſa Tho. Lanſii mantiſſam Orationum p. 496. ſeq. & V. C. Chriſtiani Junckeri vitam B. Lutheri numiſmatibus illuſtratam p. 368. ſq. Tum 2) Anno 1630. in memoriam exhibitæ Imperatori Carolo V. Auguſtanæ confeſſionis: id. p. 438. Porro 3) A. 1655. in memoriam religioſæ pacis Paſſavienſis, de qvo Jubileo præter Junckerum p. 484. confer Jo. Benedicti Carpzovii Patris faſciculum myrrhæ p. 445. ſq. & Rev. D. Fechtii prolegomena ad commentarium B. Varenii in Eſaiam num. 3. Deniqve 4) A. 1676. in memoriam formulæ concordiæ. Idem Junkerus p. 484. Omitto Jubilea à ſingularibus populis celebrata ut A. 1693. à Suecis juſſu Regis Caroli IX. in memoriam receptorum in Concilio Upſalienſi A. 1593. Evangelicorum ſacrorum. Confer *Dan. Guilelmi Molleri* diſſ. de Jobileo Lutheranorum, Altdorf. 1700. Sic & *Academias* vertente ab illorum fundatione ſæculari ſpatio Jubilea celebrare meminimus, ut nuper admodum Witebergenſem Ao. 1702. Gieſſenſem Anno 1707. & Lipſienſem Anno 1709. Nec minus *Gymnaſia* ſive *Scholas* ut Hallenſem Saxonum Anno 1665. cujus acta à D. Godfrido Oleario Superintendente edita prodierunt Rudolphſtadii 1666. 4. Sed & *Typographos* A. 1640. inventæ ante ducentos annos typographiæ Jubileum obiiſſe conſtat, ſuntqve in manibus Acta *Jubilei Typographorum* vulgata illo anno Lipſiæ in 4. & B. Doctoris Jo. Schmidii Concio in memoriam ejusdem habita Argentorati, typisqve exſcripta. Videndus & Clariſſ. Wilh. Erneſti Tentzelii libellus Germanice editus, qvi inſcribitur: Diſcours von Erfindung der Buchdruckerey-Kunſt / bey Gelegenheit des fünfften Jubel-Jahrs. Gothæ 1700. 12.

De Reformatarum Eccleſiarum Jubileis vide præter laudatos à Lipenio Tom. 2. Bibl. Theol. p. 136. Carolum Drelincurtium in libro Gallico cui titulus: *du Jubilé des Egliſes Reformées avec l' examen du Jubilé de l' Egliſe Romaine.*

IX. De Feſtis Græcorum Ethnicorum diligentiſſimam tractationem inſtituit *Jo. Meurſius* in libris VI. Græciæ feriatæ Lugd Bat. 1619. 4. qvibus alphabetico ordine Feſta Græcorum, Atticorum maxime perſeqvitur. Idem nonnulla hujus argumenti etiam attigit, ſed ſparſim, in Atticis lectionibus & aliis ſcriptis, uti ſingulari libro egit de *Eleuſiniis* ſive majore & minore Cereris Eleuſinæ Sacro ac Feſto; & alio libro de *Panathenæis* majoribus qvinqvennalibus & minoribus annuis, in Minervæ honorem celebratis. Ambo libri eodem anno Lugd. Bat. & eadem forma pro-

prodierunt, cumqve Meurſii Græcia feriata, additis ex Chirographo Auctoris obſervationibus nonnullis, recuſi ſunt in Tomo VII. theſauri Antiqvit. Græc. Gronoviani. De *Dionyſiis* qvoqve ſingularem librum promiſit, ſed qvi nunqvam in lucem editus eſt, unde tanto avidius Illuſtris Viri Ezechielis Spanhemii librum de eodem feſto, cujus jam pridem ſpem fecit, exſpectabamus. Sed & illius operis cum ſummi viri morte ſpes decollavit. De Phiditiis, Syſſitiisqve Lacedæmoniorum agit idem *Meurſius* in Miſcellaneis Laonicis L. 1. c. 9. ſq. cum qvo confer, qvæ de Phiditiis Cyrenenſium notat *Iſ. Caſaubonus* ad Athenæi Lib. XI. c. 9. De Phiditiis ſive Ἀνδρέιοις Cretenſium Euſtathius ad Iliad. V. p. 689. edit. Baſil. idem Meurſius in Creta, lib. 3. c. 10. & de Philoteſiis veterum *Jo. Fronto* Academiæ Pariſ. Cancellarius in Epiſtolis ſelectis, Leodii Eburonum 1674. 12. editis epiſtola 1. ubi cum his confert Agapas veterum Chriſtianorum, de qvibus infra. De Græcorum epulis publicis confer interim Svidam in πανδαίσια & ὡς καλὸν ὦ πόσειδον. Andreæ Chriſtiani Eſchenbachii diſſ. VI. de ſympoſiis Sapientum p. 279. ſq. & de ſacris Græcorum Romanorumqve epulis ſolennibus per varia feſta celebratis Stuckium 1. 33. Antiqvitatum Convivalium. De Chariſtiis Romanorum Ovidius 2. Faſtor. & Valerius Max. 2. 1. 8. Cæterum ut argumentum noſtrum perſeqvamur, *Petri Caſtellani* Gerhardimontenſis ἑορτολόγιον ſ. de Feſtis Græcorum liber prodiit Antwerp. 1617. 8. *Joh. Faſoldi* Barutho-Franci Græcorum veterum ἱερολογία ſive XII. Decades feſtorum, expoſitæ Jenæ 1676. 12. Uterqve libellus una cum *Jo. Jonſtono* de Feſtis Græcorum, jam ſupra mihi memorato, iterum excuſus eſt in eodem tomo VII. Antiqv. Græcar. à Cl. *Gronovio* collectarum. *Joh. Philippus Pfeifferus* qvoqve in Antiqvitatibus Græcis hoc de argumento nonnulla habet, ſed perinde ut Faſoldus ex Meurſio petiit pleraqve omnia. Meurſii Obſervationibus ſuccinctius digeſtis non contemnenda qvædam adjecit *Joh. Potterus* in Archæologiis Atticis, II. 19. ſq. Tom. 12. theſauri Gronov.

De feſtis qvibusdam Atticis præclara itidem nonnulla notarunt *Sam. Petitus* in eximio ſuo ad Leges Atticas commentario, non longe ab initio, *Ægidius Menagius* in Diſſert. Gallice edita ſuper Terentii Heantontimorumenon, ubi de triplicibus Dionyſiis, Lenæis, Dionyſii κατ᾽ ἄςυ & Antheſteriis: ut veluti notiora prætercam, qvæ de Feſtis Græcorum obſervavit *Lilius Gyraldus*, Syntagmate XVII. de Diis. De feſto Attico *Steniis* adeundus etiam V. C. *Ludolphus Kuſterus* ad Ariſtophanis Theſmophoriazuſas v. 481. De Pyanepſiorum feſto qvaſi κυάμων ἑορτὴν (Bohnen=

nen=Feſt) dicas, in honorem Apollinis celebrato, Baudelotus de Dairval in diſſertatione edita Gallice Pariſ. 1712. 4. *Féte d' Athenes repreſenté ſur une Cornaline antique du Cabinet du Roi.*

*Philippus Jacobus Mauſſacus* qvoqve tollectionem de feſtis & Legibus Atticis promiſit pag. 26. ad Harpocrationem, verum illud opus nunqvam lucem adſpexit.

X. De Eleuſiniis Myſteriis majoribus ac minoribus, & Feſto Cereris Eleuſiniæ, præter *Meurſium, Pfeifferum, Potterumque*, & alios jam laudatos, adire non pœnitebit *Joſephum Scaligerum* p. 39. ad Euſebium, *Jo. Marshamum* in Canone chronico, *Dionyſ. Petavium* ad Themeſtium pag. 411. ſeq. edit. Harduinianæ, *Jac. Du Portum* p. 260. ad Theophraſti characteres, & *Iſm. Bullialdum* p. 250. ſq. ad Theonem Smyrnæum. Myſteria Cereris hiſtorice explicat *Jo. Clericus* Tom. VI. Bibliothecæ univerſal. p. 61. ſq. Phyſice *Eſchenbachius* in Epigene ſuo ſ. commentario de Poëſi Orphica p. 11. ſeq. Num Eleuſinia ex Ægypto Athenas traducta fuerint, disqvirit *Herm. Witſius* p. 186. Ægyptiacor. Qvomodo Athenis translata ſint Romam, diſputat *Schurzfleiſchius* in Opp. hiſt. polit. p. 863. ſq. Celebrata, præter Atticos, fuiſſe Eleuſinia à Celeenſibus, Phliaſiis, Pheneatis, Lacedæmoniis, Parrhaſiis, Cretenſibus, & Romanis ipſis auctore Hadriano Imperatore, probatum it Meurſius cap. ultimo. De Panathenæis præter Meurſium & alios paullo ante nominatos, agunt idem *Marshamus* in Canone chron. *Joh. Seldenus* ad Marmora Oxonienſia pag. 74. *Thô. Lydias* ad eadem Marmora p. 166. De Bacchanaliis antiqvis & hodiernis liber *Joh. Nicolai* ſeorſim editus A. 1679. & recuſus in T. VII. Antiqvit. Græcar. ut omittam *Jac. Herrenſchmidii* Oettingenſis diſſertationem, Norimb. 1626. 12. Non adeo ſcelerata fuiſſe veterum Bacchanalia, qvam vulgo creditum eſt, contendit *Julius Rondellus* in Diſſert. de Chœnice Pythagoræ, Gallice edita Amſt. 1690. 12. De Mithræ Sacris *Athanaſius Kircherus* in Obeliſco Pamphilio, & in Tom. 1. Oedipi Ægyptiaci, *Thom. Stanleius* in Hiſtoria Philoſophiæ Orientali pag. 110. edit. Lat. *Tho. Gatakerus* pag. 238. ſq. Adverſ. *Caſaubonus* & *Salmaſius* ad Hiſtoriam Auguſtam, *Thomas Hyde* de veteri religione Perſarum p. 108. ſq. & præter alios noviſſime *Philippus à Turre* in monumentis veteris Antii, editis Romæ 1700. 4. De variis Myſteriis ſacrisqve Ægyptiorum, Oſiridis tum Bacchi Orgiis, & Trietericis, Perſarum Mithriacis, Græcorum Eleuſiniis & Thesmophoriis, Thracum ſ. Samothracum Orphicis plura nos & diſtin-

ſtinctiora doceret, ſi tuliſſet ætatem, Iceſii liber de Myſteriis, qvem laudat *Clemens Alexandrinus* in Protreptico. Videnda interim qvæ præter eundem Clementem pag. 9. ſq. prodit *Arnobius* lib. VI. contra Gentes p. 169. ſq. & Lib. VII. p. 225. 229. ſq. Singulare opus de Arcanis rei Hieraticæ & Teleſticæ moliri jam pridem ſe ſignificavit Rev. D. *Valentinus Erneſtus Læſcherus* Superintendens hodie Dresdenſis in Nov-antiqvis Relationibus A. 1701. p. 179. ſq. Sed gravioribus & magis arduis negotiis hæc & alia qvæ in affectis habuit multa præclara coactus eſt omittere. De variis luſtrationibus Gentilium, qvibus tum in Myſteriis tum alibi uſos eſſe conſtat, præ cæteris laudandus eſt eruditus liber *Joh. Lomeieri* Zutphanienſis, editus primum Anno 1682. 4. atqve iterum, auctore jam defuncto auctior, ſub titulo Epimenidis, Zutphaniæ 1700. 4. Vide etiamſis *Petrum Taffinum* Jeſuitam de anno ſeculari Romanorum cap. 6. *Joh. Saubertum* de ſacrificiis cap. XI. & *Jac. Perizonium* ad Æliani Variarum Lib. VIII. cap. 5.

XI. Die feſto vetitum fuit Athenis cuiqvam injuriam facere qvoqvo modo, aut qvicqvam decernere, niſi qvod ad feſtum pertineret: neqve cuiqvam manus injicere licebat, qvamvis reo, Eleuſiniis & Dionyſiis durantibus: vide *Sam. Petitum* de Legibus Atticis p. 17. ſq. & p. 36. ſq. & p. 49. Idem tamen p. 45. obſervat feſta non videri otio transacta eſſe ab omnibus, qvanqvam Romanos conſtat per ferias à famulis operibus ceſſaſſe. Conf. *Ciceronem* Lib. II. de legibus p. 98. & 117. edit. Adriani Turnebi, & qvæ obſervat *Henr. Erneſtius*, libro de ſtudiis feſtis diebus non competentibus p. 74. ſq. Thargeliis durantibus nec pignus, nec qvicqvam qvod alterius eſſet, capere licebat, ut notat *Meurſius* p. 148. Græciæ feriatæ. De ſobrietate per dies feſtos ab Ethnicis obſervata vide qvæ idem Ernſtius p. 35. Durantibus Olympiis per totam Græciam à bello ceſſatum docet *Plutarchus* in Lycurgo, ad qvem locum addas notas *Clariſſ. Dacerii.* Extat & *Joh. Ludovici Ruellii* libellus de Religione gentium circa feſta, editus Cellis 1663. 12.

De anno, menſibus & Calendario Atticorum, aliorumqve Græcorum, conferendi qvos laudavi nuper in Menologio ſive libello qvem jam ſupra memoravi de centum circiter populorum menſibus, excuſo Hamburgi 1712. 8.

XII. De Feſtis Romanorum conſulendus *Ovidius* inprimis in libris Faſtorum, qvorum ſex poſtremos intercidiſſe dolendum eſt. Ovidium

dium illuſtrarunt tum alii, tum *Carolus Neapolis* in anaptyxi ad faſtos Ovidianos, Antwerp. 1639. fol. E recentioribus hoc argumentum illuſtrant, præter *Roſinum* & *Dempſterum* libro 6. Antiqvitatum Roman. *Burchardum*qve *Gothelf Struvium* cap. 8. & 9. & *Gyraldum* ſyntagmate XVII. de Diis, *Petrus Moreſtellus* in Alypio ſ. libro de priſcorum Romanorum feriis Lugd. 1605. 4. & *Sibrandus Tetardus Siccama* in præcidaneis ad Faſtos Calendares Romanorum, Campis 1599. 4. ambo recuſi in Tomo VIII. theſauri Græviani, ubi & alia huc facientia reperiuntur. *Palladii* Methonenſis Sophiſtæ liber περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ἑορτῶν, Svidæ memoratus intercidit.

XIII. De Anno & Calendariis veterum Romanorum qvemadmodum Chriſtianorum qvoqve ſcriptores complures laudavi in eodem Menologio meo & in Bibliotheca latina IV. 6. Præ cæteris commendandus *Franciſcus Blondellus* in Hiſtoria Calendarii Romani, Gallice ſcripta, editaqve Pariſ. 1682. 12. qvi Romuli Calendarium exhibet p. 41. Numæ Pompilii p. 47. Calendarium Julianum p. 65. Calendarium Eccleſiaſticum vetus p. 139. Gregorianum deniqve p. 259. Noviſſime etiam vir nobiliſſimus *Henricus Leonhardus Schurzfleiſchius* librum de Anno Romanorum vulgavit Witebergæ 1703. 4. in qvo Herwartianum qvoqve Calendarium exhibet cum Petri Lambecii & Ægidii Bucherii notis, qvibus ſuas obſervationes adjunxit.

XIV. Inter Feſta Chriſtianorum primo loco memorari debet *Dies Dominicus*, qvi Sabbato Judaico ſucceſſit, auctoritate Apoſtolica, reſurrectionem Chriſti victorioſam Pſal. CX. 4. ſingulis hebdomadis celebrante. Vide Interpretes ad Actor. XX. 7. 1. Corinth. XVI. 2. Hebr. IV. 7. Apocal. I. 10. *Coteleriu*m ad Epiſt. Barnabæ Tomo I. Patrum Apoſtolicorum p. 47. ſq. B. *Kortholti* paganum obtrectatorem p. 307. ſq. *Briſſonium* ad legem Codicis Theodoſiani de Spectaculis p. 24. ſq. *Valeſium* ad Euſeb. p. 279. *Herm. Conringii* programmata ſacra pag. 113. ſeq. & *Joh. Mich. Heineccii* deſcriptionem Eccleſiæ Græcæ, Germanice editam parte III. p. 152. ſq. Recte hoc ab Apoſtolis factum eſſe & fieri potuiſſe adverſus Judæos tuentur *Wagenſeilius* in telis igneis Satanæ p. 558. ſq. *Jo. Pearſonius* ad Symbolum Apoſtolicum p. 469. ſq. editionis Latinæ, *Ludov. Capellus* in tractatu de Sabbato pag. 281. ſeq operum poſthumorum, qvibus addes *Hugonem Menardum* notis ad Barnabæ Epiſtolam pag. 202. ſeq. S. *Athanaſius*

*naſius* * qvidem non dubitavit affirmare Chriſtum ipſum loco Sabbati diem Solis ſolenni cultui dedicaſſe. Idem legas in *Talmude* tractatu *Avoda Sara* cap. 1. qvod teſtimonium non contemnendum videtur *Jo. Hoornbeckio* p. 174. de obſervando præcepto decalogi de Sabbato. Neutiqvam tamen hoc certo probari poſſe exiſtimem, & ſufficit nobis qvod hoc in honorem Chriſti factum ſit auctoribus Apoſtolis. *Octavus dies* aliis dictus eſt, ut *Ignatio* Epiſt. ad Magneſ. c. 9. *Juſtino* Martyri p. 260. dialogi cum Tryphone, & forte *Irenæo* libro deperdito de Ogdoade. Aliis *primus*, qvia revera primus dies eſt à qvo Sabbatum ſeptimus: & μίαν σαββάτων pro πρώτη dici, Luc. XXIV. 1. & Joh. XX. 7. doctiſſimi interpretes annotarunt. Confer *Voſſii* Harmoniam Evangel. p. 359. 363. *Diem Solis* qvoqve vocant idem *Juſtinus* in Apologia longiore p. 99. *Tertullianus* c. 16. Apologetici, itemqve alii: neqve enim ægre ferebant Chriſtiani hoc nomen licet ab Ethnicis ** repetitum, qvia ut *Ambroſius* ſerm. 61. *in ea die Salvator veluti Sol oriens diſcuſſis infernorum tenebris luce reſurrectionis emicuit.* Κυριακὴν ἡμέραν ſive *diem Dominicum* pro die Paſchatos accipiunt nonnulli Apocal. I. 10. ut *Paulus Colomeſius* in obſervationibus ſacris pag. 100. certum tamen eſt hoc nomen pro die Solis freqventatum eſſe non primum à Conſtantino M. ſed ab antiqviſſimis Chriſtianis ut Ignatio Epiſt. ad Magneſ. cap. 9. Confer *Suicerum* in Κυριακή. Reſurrectionis diem pro qvolibet die Dominico dixit *Amalarius* editus à Mabillonio Tom. 2. Analect. p. 101. & 138. confer *Meurſii*, *Suiceri* & *Cangii* gloſſaria in voce ἀναστάσιμος ἡμέρα. Idem *Suicerus* T. 2. p. 920. ſq. agit de more non Ebionæorum modo ſed & aliorum Chriſtianorum qvi *Sabbatum* & diem Solis pariter feriabantur. De qvo confer Conſtitutiones Apoſtol. VIII. 33. *Hug. Grotium* explicatione Decalogi p. 57. ſq. & ad Actor. XV. 21. *Laur. Zaccagnii* prolegomena ad monumenta vetera p. 78. ſeq. & *Juſti Henningi Bœhmeri* diſſ. 1. ad Plinii Epiſtolam de Chriſtianis. Idem hodieqve feruntur facere Æthiopes. Vide D. *Phil. Nicolai* Tomo 2. operum pag. 21. & *Jobi Ludolphi* comment. ad hiſtoriam Æthiopicam p. 239. Interjecto tempore variis conciliis Sabbatum cum die Dominico pari religione

 obire

* Athanaſ. Tom. 1. p. 1060. Idem tamen hoc p. 1066. explicat ſic, ut Chriſtum reſurrectione ſua diem Dominicum conſecraſſe dicat, qvod nemo negaverit. Atqve ita forte etiam accipiendus *Euſebius*, à Chriſto tranſlatum Sabbatum ſcribens in Pſ. XCI. Apud Tertullianum vero IV. 12. contra Marcionem, legas Chriſtum ſabbati diem benedictione Patris à primordio ſanctum benefactione ſua feciſſe ſanctiorem.

** De Planetaria dierum denominatione, qvam hæreſibus adſcribit Philaſtrius hæreſi CXI videnda Joh. Mœbii diſſertatio Lipſ. 1687.

obire & cum Judæis atqve gentibus feſta agere prohibitum fuit. Vide qvæ viri docti ad Canonem 37. & 39. Laodicen. *Bellarminum* lib. 3. de cultu Sanctorum cap. X. & *Phil. Jacobum Hartmannum* ſive *Selerandrum* in libro de geſtis Chriſtianorum ſub Apoſtolis p. 303. ſq. & qvæ de hæreſi Sabbatianorum *Cotelerius* ad Conſtitutiones Apoſtol. lib. V. c. 15. De Sabbato Mariano Eccleſiæ Romanæ vide Hottingeri primitias Heidelbergenſes p. 350. ſeq. & hodegum Germanice editum part. 2. p. 202. ſq. Ritus Chriſtianorum veterum die Solis obſervati v. g. qvod convenirent ad faciendas preces & ad conciones ſive adhortationes audiendas, & ad ſacram Synaxim celebrandam: qvod illa die non adorarent de geniculis (excepto feſto Pentecoſtes de qvo Rich. Simon p. 261. ad Gabrielem Philadelphienſem) non jejunarent, & ſimilia, apud *Briſſonium* libro laudato, *Henricum Ernſtium* de ſtudiis diebus feſtis non competentibus, Soræ 1656. 4. *Suicerum* in vocibus Σάββατον, νηςεία, γονολισία, & alios qvi de moribus & ritibus primorum Chriſtianorum ſcripſerunt *Guil. Caveum*, *Claudium Fleury* ſive *Florum* & *Godfridum Arnoldum* videri poſſunt. Qvi Sabbatum Judaico more celebrandum contendebant, *Sabbatici* etiam appellabantur, uti Judæi ipſi *Sabbatarii* * dicuntur poëtæ Martiali IV. 4. *Petrobruſiani* vero & poſt eos plurimi alii ut *Browniſtæ* recentiori ætate, præter diem Dominicum omnia feſta rejiciebant, contra qvos diſputant *Henricus Morus* p. 441. operum Theologicorum & *Rich. Montacutius* Apparatu ad Origines Eccleſiaſticas p. 376. ſq. & Tomo 1. originum Eccleſiaſticarum p. 131. Loco diei Solis notum eſt Muhamedanos, celebrare *diem Veneris* ſive ** in memoriam Mahomedis, illo die à Mecca profugi hoc faciunt, ſive id acceperint ab antiqviore ritu Saracenorum, de qvo Seldenus II. 4. de Diis Syris p. 289. Conſtantinus M. vero diem Veneris etiam feſtum haberi & negotia forenſia ac civilia illo intermitti voluit, qvod eodem paſſus eſſet optimus Servator. Vide Euſebium IV. 18. de vita Conſtantini, Sozomenum p. 412. & è recentioribus Tillemontium T. 4. Hiſtoriæ Imperatorum, Gallice editæ p. 593. 595. Ex variis relationibus etiam conſtat Ethnicos qvi habitant circa Ormum & Goam *diem Lunæ* qvot hebdomadis feſtum agere, qvemadmodum *dies Martis* colitur circa Guineam, & *dies Jovis* ab iis populis qvi Magno Mogoli parent, ut adeo per

* In Benjaminis itinerario mentio Judæorum Cypriorum, qvi diem Solis hebdomadatim egerunt feſtum. Confer Jac. Rhenferdum de fictis Judæorum hæreſibus §. 35.

** Confer Hottingeri primitias Heidelbergenſes p. 371. ſq. Pearſonium ad Symbol. Apoſtol. p. 472. Thom. Smithum de moribus Turcarum pag. 28. ſq.

per totam hebdomadem nullus ſuperſit dies præter *diem Mercurii*, qvi non ab aliqva gente hebdomadatim feſtus habeatur, qvanqvam & ille qvandoqve celebratur à Japanenſibus, cum enim hi nullum ſingulis hebdomadis feſtum diem agant, ſed ſingulorum menſium diem 15. & 28mum celebrent, hoſce menſium dies in diem Mercurii ſæpius incidere perſpicuum eſt. Confer *Mottanum Vayerum* Tomo XII. operum p. 32. edit. in 12. Incolas qvi inſulam Formoſam habitant, neqve ullum hebdomadarium neqve ullum alium feſtum diem celebrare notatum Mandelsloio in relatione de ſuo itinere & eidem Vayero p. 360. Sed in Georgii Pſalmanazaris deſcriptione Inſulæ Formoſæ, multa de feſtis Formoſanorum traduntur. Ut vero ad Chriſtianos redeam, de nominibus & ratione dominicarum dierum atqve hebdomadum apud Græcos per totum annum videnda Leonis Allatii diſſertatio, ejus libro de conſenſu Eccleſiæ Or. & Occidentalis ſubjecta: Heineccius in deſcriptione Eccleſiæ Græcæ parte 3. p. 182. ſq. Suicerus & Cangii gloſſarium in κυριακή. Idem Latinæ Eccleſiæ nomina perſeqvitur & cum Græcis confert in gloſſario Latino voce *Dominica*. Græci ferias hebdomadis à ſubſeqvente Dominica, Latini à proxime præcedente appellare conſueverunt. Confer Beveregium ad Synodicum pag. 35. b. & 157.

XV. De aliis Chriſtianorum feſtis eorumqve origine ritibus &c. varia ſcripta extant *Rudolphi Hoſpiniani* Tiguri Anno 1593. & noviſſime Genev. 1674. fol. *Matthæi Dreſſeri*, Lipſ. 1593. 8. & qvi Chronicon feſtorum ſcripſit *Rivandi*, *ἑορτογραφία Georgii Heſſi*, aliorumqve: *Joachimi* præterea *Hildebrandi* enchiridion de priſcæ & primitivæ eccleſiæ ſacris publicis, templis & diebus feſtis Helmſt. 1652. in 4. tum ſingularis de feſtis liber qvi non minus qvam alter à me jam memoratus lucem iterum adſpexit ibidem 1701. 4. Non prætereundus etiam B. *Bebelius* Antiqvitatt. Eccleſiaſt. Sec. IV. T. 2. p. 846. ſqq. *Theodori Thummii* tractatus hiſtorico-theologicus jam ſupra laudatus de feſtis Judæorum & Chriſtianorum: *Chriſtianus Wildvogelius* in Chronoſcapia Legali de jure feſtorum, Jen. 1699. 4. *Caſpar Calvœr* Tomo 2. Ritualis Eccleſ. & ex Pontificiis acerbus Hoſpiniani ac Dreſſeri inſectator *Jacobus Gretſerus* Jeſuita libris 2. de feſtis Chriſtianorum, ejusqve auctario de feſto Corporis Chriſti Ingolſtad. 1612. 4. & lib. 1. de cruce p. 56. ſq. ubi feſta Crucis perſeqvitur. *Andreæ* vero *Wilckii* liber de feſtis Chriſtianorum, & *Joh. Weitzii* heortologium complectitur varia veterum recentiumqve Poëtarum carmina præcipuorum feſtorum argumentis reſpondentia, notisqve ab editore illuſtrata,

ſtrata, qvemadmodum in D. *Jo. Conr. Dannhaueri* hagiologio feſtali habentur conciones à Theologo illo præſtantiſſimo habitæ in diebus feſtis & nonnulla etiam circa originem feſtorum hinc inde monentes. Cæterum ſingulari cura in hoc argumento illuſtrando verſatus eſt non ita pridem *Adrianus Bailletus* qvi Pariſiis 21. Jan. A. 1706. obiit, & præter vitas ſanctorum N. T. XII. Voluminibus vitas ſanctorum V. T. uno volumine, Topographiamqve & Chronologiam ſanctorum, etiam hiſtoriam feſtorum fixorum Gallica lingua edidit & duobus voluminibus hiſtoriam feſtorum mobilium Dominicarum & feriarum eſt perſecutus Pariſ. 1703. 8. & in fol. & ante Bailletum *Lud. Thomaſſinus* presbyter Oratorii die 24. Dec. A. 1695. Pariſiis defunctus in tractatu Gallice edito de feſtis Pariſ. 1683. 8. *Carolus Guietus* Jeſuita Gallus in Heortologia ſ. libro de feſtis propriis locorum. Pariſ. 1657. fol. ap. Cramoiſium. De Feſtis Latinæ Eccleſiæ videndus etiam *Iſidorus* Hiſpalenſis libro ſexto originum cap. 18. & *Cangius* gloſſario in vocabulo *Feſtum*.

Feſtorum multitudinem atqve, ut Eraſmus * jam conqveſtus eſt, in immenſum accreſcentem turbam in Eccleſia Romana tanqvam ſcholam otii ac turpitudinis exagitat *Henr. Morus* p. 554. operum theologicorum. Confer *Georg. Wicelium* in via regia apud *Eduardum Brownium* Tomo 2. faſciculi rerum expetendarum & fugiendarum p. 729. & gravamen 37. in eodem opere pag. 363. Tom. I. *Ben. Pictetum* T. 2. Theol. Chriſtianæ p. 169. edit. Genev. A. 1708. Muhamedanorum Judæorumqꝫ in illam Feſtorum multitudinem invectivas vide ſis ap. *Hottingerum* in hiſtoria Eccleſiaſtica Sec. XVI. parte 2. p. 134. ſq. Duodecim Feſta Mariæ ſolius celebrat Romana eccleſia, de qvibus inter Pontificios agit *Joh. Jacobus Komarec* in Mariali theoretico & practico, Italica lingua Romæ A. 1690. 4. edito, ſed videnda etiam qvæ circa illa feſta monuerunt ex Proteſtantibus *Andreas Rivetus* in apologia pro Maria lib. 2. c. 16. T. 3. operum: *Hottingerus* in Wegweiſer Tom. 2. p. 193. ſq. & *Frid. Ulr. Calixtus* in hiſtoria immaculatæ conceptionis Mariæ pag. 265. ſq. ad finem usqve libri. De incommodis plurium feſtorum nonnulla ſuæ de Sabbato exercitationi præmiſit *Joh. Sam. Stryckius* Halæ Saxonum 1703. 4. Ex ipſis etiam Romanæ Eccleſiæ aſſeclis conſulere juvabit *Nicolaum de Clemangis* ſæculi XV. ſcriptorem, de novis celebritatibus non inſtituendis, p. 143. ſq. Operum, & *Joh. Baptiſtæ Thiers* die 28. Febr. Anno 1703. denati librum de feſtorum dierum imminutione Lugd. 1668. 12. qvem valde commen-

dat

* Vide Epiſtolas poſt Clementem Romanum à Colomeſio editas pag. 294.

dat Colomeſius pag. 131. Obſervationum ſacrarum, & Elias du Pin T. XVIII. pag. 274.

XVI. Feſta Dominica ſ ſolenniora Eccleſiæ Græcæ hæc memorantur à *Leone Allatio* pag. 13. de libris Eccleſiaſticis Græcorum: Annunciatio B. Virginis, Chriſti nativitas, Baptiſmus Chriſti, transfiguratio in monte Tabor, Reſurrectio Lazari, feſtum Palmarum, Lignum Crucis, Reſurrectio Chriſti, Aſcenſio Chriſti, & Spiritus Sancti in Apoſtolos effuſio. Huic deniqve Allatius adjungit, Deiparæ aſſumtionem, additq; eam, licet non ſemper locum inter feſta apud Græcos * habuerit, modo tamen certum ſibi vindicare, nec ſine piaculo negligi. De feſtis diebus *Apoſtolorum* adeundus *Jo. Dallæus* de pſeudepigraphis Apoſtolicis lib. 1. cap. 11. pag. 139. & c. 14. p. 169. ſeq. Alia recentiorum Græcorum feſta vide apud *Thomam Smithum*, in Epiſtola de ſtatu Eccleſiæ hodiernæ Græcorum p. 16. ſq. *Paulum Ricautum*, in libro Anglice primum, tum Gallice edito de ſtatu Eccleſiæ Græcæ c. 6. & Rev. *Joh. Mich. Heineccii* delineationem Eccleſiæ Græcæ part. 3. c. 3. *Suicerum* in theſauro & *Cangium* in gloſſario mediæ Græcitatis. Sed & Typicum Irenes Auguſtæ, in Analectis Græcis Benedictinorum p. 248. ſeq. ubi varia feſta memorantur, ne de Lectionario, Euchologio & aliis libris Græcorum Liturgicis dicam. Ἑορτολόγιον Sebaſti Trapezuntii Kymenitæ, typis exſcriptum Buccareſti in Walachia 1701. 4.

Dies *Sanctorum* memoriæ conſecratos in Græcorum *Menologiis* & Latinorum *Martyrologiis* conſignatos videre licet, de qvibus nolo jam prolixius diſſerere poſt ea qvæ de Menologiis ad *Allatium* de libris Eccleſiaſticis Græcorum dixi, & qvæ in Schediaſmate de libris Eccleſiaſticis Latinorum & Actis Sanctorum annotavit amicus noſter *Nicolaus* Petrus *Sibbern*, Glückſtadienſis Holſatus. Witebergæ 1706. 8.

Tt Feſtum

* Etiam apud Latinos tardius celebratum hoc feſtum, licet inter Auguſtini ſermones de ſanctis, duodevigeſimus legitur in aſſumtionem Mariæ. Sed tribuendus eſt Ambroſio Autperro, cujus temporibus circa A. O. 770. de aſſumtione B. Virginis agi cœpit. Confer Mabillonium Tom. 2. Secul. 3. Benedictin. p 270. & Jo. Launojum in judicio de controverſia ſuper exſcribendo Pariſienſis Eccleſiæ Martyrologio (contra Nicolai Billialdi Vindicias Parthenicas) Pariſ. 1671. 8. Vide & qvæ Claudius Jolius Canonicus Pariſ. in diſſertatione de verbis Uſuardi 15. Aug. & in Epiſtola pro Uſuardo Apologetica Pariſ. 1669. 1670. contra Jac. Goudini Doctoris Sorbonic. & Canonici Pariſ. aſſumtionem B. Virginis vindicatam. Conſule etiam Florentinium ad Martyrolog. Hieronymianum p. 263. ſq. & qvæ B. Antonius Reiſerus in Launojo confeſſore p. 763. ſq. contra ea qvæ Lambecius in itinere Cellenſi & Tom. 8. Bibl. Vindobon. p. 132. ſq.

Feſtum *Circumciſionis* auctor blaſphemi libri תולדות ישו p. 23. inepte fingit inſtitutum eſſe à Petro Apoſtolo, longe enim ſerius *Octavis Nativitatis* celebrari cœpit, qvibus deinde poſt aliqvot ſæcula acceſſit alter ille *Circumciſionis* titulus. Vide *Baronium* ad Martyrolog. Romanum Calendis Januar: *Caſaubonum* Exerc. 2. ad Baron. c. 9. & *Montacutium* 1. Orig. Eccleſiaſt. p. 126. ſeq. 136. *Fauſtini* Homilia contra varias ſuperſtitiones Calendis Januariis uſitatas (unde ἑορτὴν Σαταvικὴν vocat Chryſoſtomus homilia 1. de Lazaro, T. V. edit. Ducæi p. 18.) edita eſt à *Bollando* Tom. 1. Act. Sanctorum Januarii p. 2. adde *Aſterii* homiliam qvartam, *Canonem Trullanum* LXII. *Sirmondum* ad ſermonem *Auguſtini* de Calendis Januariis T. 1. Opp. Sirmodi pag. 335. *Petrum Poſſinum* ad *S. Nili* Epiſtolam 81. ubi etiam de veterum Chriſtianorum per illam diem devotione. Vide & Cangii gloſſarium in *cervulus* & *Kalendæ*, atq; *Aloyſii Novarini* ſchediaſmata ſacra libro V. cap. 16. Agyrtarum Calendis Januariis, Natalibus Chriſti & die Candelarum januas oberrantium ſtipemqve petentium meminit Jo. Tzetzes Chil. XIII. hiſt. 475. De *feſto Fatuorum* Calendis Januarii abolito in Gallia, & reſtituta ſolennitate Circumciſionis Domini vide qverelam ad Gaſſendum p. 73. & Antonii Pagi Criticam Baronianam ad A. C. 1187. num. 17. ſeq. De Hippodromiis per Calendas Januarias inſtitutis vide præter *Nilum* Epiſtola laudata, *Sidonium* carmine 23. v. 307. ſeq. De ſtrenis & donis qvæ initio anni qvemadmodum aliis qvoqve diebus feſtis mitti ad amicos conſueverunt videndus *Zaccagnius* ad Epiſtolam *Nyſſeni*, in collectione veterum ſcriptorum p. 354. 379. *Auſonius* Tollii pag. 645. *Symmachus* X. Epiſt. 35. & 27. *Petavius* ad Juliani Miſopogonem p. 306. ſeq. edit. Pariſ. *Jac. Godofredus* ad Codicem Theodoſianum Tom. 2. p. 439. ſq. ubi de ſtrenis Imperatori oblatis & *Jo. Triſtanus* Tom. 2. Hiſt. Imperatorum p. 643. *Philippi Horſti* Schediaſma de ſtrenis votisqve Januariis Jen. 1632. 4. *Chriſtiani Frid. Franckenſteinii* diſſ. de novo anno Lipſ. 1673. 4. atqve *Martini* inprimis *Lipenii* ſtrenarum civilium & Eccleſiaſticarum Hiſtoria Lipſ. 1670. 1677. 4. & Tom. XII. theſauri Græviani: *Jacobi Junck* Xeniothecion, Colon. 1683. 4. *Hieron. Boſſius* Ticinenſis de ſtrena, Mediolan. 1624. 8. *Theodori Marcilii* Hiſtoria ſtrenarum, orationibus adverſariis & carmine explicata Pariſ. 1599. 8. qvibus deniqve addere licet ſuccinctam ſtrenarum Hiſtoriam traditam Gallicè à *Renato Joſepho Turnemine* S. I. in memoriis literariis Trevoltinis A. 1705. pag. 102. edit. Amſt. Primus anni dies μεγάλη νεμηνία & πάγκοινος ἑορτὴ Romanis qvoqve feſtus & aliis gentibus. Confer *Ovidium* 1. faſtorum 167. ſeq. 176.

176.185. *Valeſium* ad *Ammiani* XXIII. 1. *Libanii* ἔκφρασιν Καλανδῶν Tom. 1. Operum p. 178. De Judæorum Roſch haſchanah dixi ſupra p. 314. de qvibus à novi anni primo die ad feſtum expiationis ſe præparantibus conſules *Jo. Morinum* lib. IX. de Sacramento pœnitentiæ cap. 34.

De *Epiphaniis* die V. vel VI. Januarii (vide Uſſerium de anno ſolari p. 20. & S. Nili narrationem IV. p. 60. edit. Poſſini) qvibus memoria *Nativitatis Chriſti, & baptiſmi (unde etiam dictus dies τῶν φώτων, confer Beveregium p. 213. ſeq. ad Synodicum) & mutatæ in vinum aqvæ ac deniqve Magorum recoli conſuevit, videndus *Cotelerius* ad lib. V. Conſtitutionum Apoſtolicar. c. 13. *Valeſius* ad Ammiani Marcellini XXI. 2. *Hugo Menardus* ad Sacramentarium Gregorii M. p. 35. *Tillemontius* Tom. 1. memor. Hiſt. Eccleſ. p. 13. 24. 29. *Suicerus* in Theſauro & in Obſervationibus ſacris p. 43. ſq. & in gloſſario utroqve *Cangius*, *Florentinius* ad Martyrologium Hieronymianum p. 229. ſq. *Bollandus* T. 1. Actor. Sanctor. Januarii Tom. 1. p. 8. 323. & 664. *Briſſonius* ad legem Codicis Theodoſiani de ſpectaculis p. 41. ſq. *Montacutius* Tom. 1. Originum Eccleſ. p. 237. ſeq. *Petavius* ad Epiphan. p. 359. & de incarnatione p. 114. ſeq. edit. Pariſ. & *Simplicius Verinus* ſive *Salmaſius* contra Grotium p. 136. ſq. ubi adverſus Petavium obſervat non Epiphaniis jejunatum, ſed per νήστιμον ἡμέραν apud Theophilum Alexandrinum intelligi vigilias Theophania præcedentes. Extant & *Jo. Kindleri* diſſ. de Epiphaniis Witeb. 1684. & *Jo. Pauli Hebenſtreitii* de Epiphania & Epiphaniis apud Gentiles & Chriſtianos. Poteſt præterea conſuli licet fabulis ſcatens hinc inde *Henrici Crombachii* Hiſtoria & Encomium trium Regum, non parvo volumine in folio editum Colon. 1651.

De Feſto *Purificationis* Mariæ, ſive ut Græci appellant ὑπαπαντῆς, qvod Anno Juſtiniani Imp. XV. inſtitutum tradunt *Theophanes*, *Georgius Hamartolus*, *Paulus Diaconus*, *Nicephorus* XVII. 28. Hiſt. aliiqve; vide *Caſaubonum* p. 170. Exerc. *Seldenum* III. de Synedris Hebræorum p. 130. *Rich.*



* Epiphania à Natalibus Chriſti diſtinguuntur in Menandri Hiſtorici Byzantini excerptis Hœſchelianis p. 120. ἀτὰρ ὁ Πέτρος ἔμεινεν αὐτοῦ ἐπιθειάσων τῇ ΓΕΝΕΘΛΙΑΙ ἑορτῇ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ. ἤδη γὰρ προσεπέλαζε τὸ ἡμέρας τὸ σέβας. Ἔτι δὲ καὶ τῇ Θεοῦ ἘΠΙΦΑΝΕΙΑΙ, τὰ νόμιμα ἁγιστεύσας, μετὰ ταῦτα ἐπέβη τῶν Περσῶν. Alioqvi vocabulum ἐπιφάνια & Θεοφάνια apud Scriptores externos præſentiam & manifeſtationem Numinis alicujus denotat. Vide Ezech. Spanhemium diſſ. V. de præſtantia numiſmatum pag. 388. ſq. edit. Amſtelodamenſis.

*Montacutium* 1. Origg. Eccleſ. p. 157. *Hug. Menardum* ad ſacramentarium Gregorii M. p. 40. ſq. *Baronium* ad Martyrolog. Romanum & *Bollandum* in Actis Sanctor. ad 2. Februar. Tom. 1. p. 268. ſq. *Angelum Roccham* in opuſculo de præſentationis Mariæ in templo Hiſtoria & feſtivitate Rom. 1597. *Jo. Mœbium* diſſ. de Hypapante Lipſ. 1691. *Florentinium* ad Martyrologium Hieronymianum p. 225. ſq. *Tillemontium* T. 1. memor. Hiſt. Eccleſ. p. 10. *Suicerum* in Theſauro, *Cangium*qve in gloſſar. & *Ægidii Menagii* origines Gallicas in *Chandeleur*, qvomodo Gallis dictum illud feſtum, ut Germanis Lichtmeſſe/ de qvo D. Jo. Benedictus Carpzovius ὁ μακαρίτης in homiliis vernaculis qvibus problemata ex ſingulis Evangeliis proponit reſolvitqve Tom. 1. p. 286. ſq. Homilias qvæ ſub Methodii, Nazianzeni, Nyſſeni, Ambroſii, Chryſoſtomi & Fulgentii nominibus in feſtum ἀπαντήσεως feruntur, recentiorum auctorum eſſe contendunt viri docti, licet pro Methodii Homilia pugnet Allatius diatriba de Methodiis p. 341. ſq. Vide qvæ Wilh. Erneſtus Tenzelius diſſ. de ritu lectionum ſacrarum §. VI.

De *Quadrageſimæ* * ſolennitate, qva nuptiæ, natalitia, commemorationes martyrum non fiebant, contra obtinebant Xerophagiæ & jejunia, videndus *Jo. Fileſacus* de Qvadrageſima Chriſtianorum, inter ejus varia opuſcula diatriba ſecunda, Pariſiis 1614. in 8. edita. *Chriſtianus Wildvogel* de eo qvod juſtum eſt circa tempus Qvadrageſimale, (in ejus Chronoſcopia legali) *Jo. Joachimi Homborgii* de Qvadrageſima Chriſtianorum veterum & ritibus in ea qvondam uſitatis diſſertatio Hiſtorico-Theologica Helmſtad. 1677. 4. *Georgii von Daſſel* de jure temporis qvadrageſimalis, Argentorat. 1617. 4. Primum Jejuniorum Sabbatum Græcis dicitur πρωτοσάββατον, ut notat Cangius in ea voce, uti Dominica in albis κυριακὴ δευτερόπρωτος, de qvo idem notis ad Zonaram p. 61. 62.

De Bacchanaliis ſive furialibus (pudet dicere) Chriſtianorum in Romana præcipue Eccleſia, qvem morem à Bacchanaliis Gentilium alii, alii ut *Schickardus* à Judaico Purim derivant, exſtat præter *Joh. Nicolai* & *Herrenſchmidii* diatribas ſupra laudatas, *Joh. Caſpari Zeumeri* diſſertatio Jenæ

* Qvadrageſima dicta à XL. diebus qvibus Chriſtus jejunavit, unde & alia jejunia paſſim qvadrageſimæ nomine veniunt, de qvibus infra capite XI. *Carniprivium* ſive *privicarnium* vocatur Dominica Qvinqvageſimæ ſive Eſtomihi. Vide Macrorum Hierolexicon & Cangii gloſſar. Cæterum Menagius in Originibus Italicis Gallicisqve in *Carnovale* iſtud nomen cum Ferrario putat dictum non qvaſi *carovale*, ſed potius qvaſi *carnaſciale*, Carnalia ſcilicet feſta, ut Saturnalia, Liberalia.

Jenæ 1699. & altera Rev. D. *Chriſtophori Sonntagii*, qvæ inſcribitur ſaltus ab extremo in extremum geminus ſub vigiliam Carnis privii declinandus, Altdorf. 1709. De illis ita Hieronymus Cardanus de libris propriis pag. 49. *Poſt opus aggreſſus ſum Mediolani vacationibus quadragenariæ, ſeu Bacchanalium potius, Anni MDLXI. Ita enim non obſcurum eſt noſtra ætate celebrari ante quadragenariam vocationes, in quibus ludunt, convivantur, perſonati ac larvati incedunt, denique nullum luxus & laſciviæ genus omittunt. Sybaritæ & Lydi Perſæque vincuntur. Nec tantum bonis operibus ac piis quadragenaria promerentur, quantum peccant iis Lupercalibus.* Si qvi ſunt è noſtris, qvi jejunia omnia rejiciunt, Bacchanalia hujusmodi vivunt, eos à Stanislao Hoſio T. I. Opp. p. 362. jure meritoqve reprehendi non dubitamus.

De Dominica *Lætare*, rituqve idolum mortis illa die ejiciendi, jucundam lectu diatribam edidit Rev. amicus noſter M. *Paulus Chriſtianus Hilſcherus* Lipſiæ 1690. 4. qvi morem illum à Polonis, memoriam idololatriæ rejectæ recolentibus derivat. Eſt qvoqve in manibus *Joh. Caſparis Zeumeri* de Dominica Lætare diſſertatio, Jenæ 1701. ubi etiam de *aurea roſa* qvam iſta die conſecrare conſuevit Romanus Pontifex, de qva præter Rev. *Adami Rechenbergii* tum admodum juvenis Exercitationem vulgatam Lipſiæ 1666. ex ipſis Romanæ ſectatoribus videndi *Theophilus Raynaudus* Tomo X. Opp. & *Jacobus Gretſerus* libro 2. de benedictionibus c. 40.

In annunciationem B. Virginis tres homiliæ ſub *Gregorii Thaumaturgi* nomine editæ à Gerhardo Voſſio Tungrenſi ſunt, qvas *Proclo* CPol. *Chryſoſtomo* vel aliis junioribus Doctoribus tribuunt eruditi. Illas, aliasqve veterum Homilias in hoc feſtum Latine exhibet *Franciſcus Combefiſius* in Bibliotheca Concionatoria Tomo VI. p. 313--436. Ut vero in transcurſu hoc notem, totum illud volumen, uti ſextum & ſeptimum qvoqve atqve octavum Homiliis veterum Eccleſiæ Doctorum in ſanctos & dies feſtos Combefiſius impendit, qvemadmodum prioribus qvinqve exhibet homilias in dies Dominicos per totum annum. Prodiit Bibliotheca Concionatoria Combefiſii Pariſiis 1662. fol. octo Volum. poſt Bibliothecam Homiliarum & ſermonum priſcorum Eccleſiæ Patrum, qvæ collectoribus *Laurentio Cum Deo* Italo & *Gerardo Meſano*, Dominicano Germano, Lugduni ex Juntarum officina, 1588. fol. qvatuor Voluminibus prodierat. Cæterum ut ad inſtitutum redeam, eodem die XXV. Martii, qva annunciationem Mariæ ſive ἀσπασμὸν Angelicum, conceptionemqꝫ Salvatoris recoluere Chriſtiani veteres, etiam Mundum creari cœptum

 ſibi

ſibi perſuaſerunt, de qvo videndus Jacobus Goarus in limine notarum ad Chronologiam Georgii Syncelli.

De *Hebdomade magna* ſive ſalutiferæ Paſſionis exſtat B. D. *Jo. Frid. Mayeri* diſſertatio Hamb. 1695. 4. Eodem anno prodierunt *Joannis Faës* Paſtoris primarii Stadenſis, A. 1712. denati, libri tres de hebdomade magna, excuſi Bremæ in 8. ut omittam Exercitationem *Godofredi Ludovici* de eodem argumento, Lipſ. 1692. Accurate illud tractare etiam inſtituerat *Iſaacus Caſaubonus* in diſſertatione de qvadrageſima Eccleſiæ, qvam Exercitationibus Baronianis ad Annum Chriſti 57. inſerturum ſe promiſit Exerc. XVI. p. 590. ſed fato interceptus non potuit. Confer & *Beveregium* ad Canonem Trullanum LXXXIX.

De *die Palmarum* idem *Beveregius* p. 210. ad Synodicum, Euchologium *Goari* p. 745. & *Hugo Menardus* ad Sacramentarium Gregorii M. p. 56. De *Aſino Palmarum* Acta Eruditorum, Germanice vulgata T. 2. p. 666. ſeq. *De die cinerum* ſive *capite jejunii* vide *Jo. Dallæum* III. 12. de jejuniis & Qvadrageſima p. 541. Daventriæ 1654. 8. Rev. *Jo. Andreæ Schmidii* Hiſtoriam & originem Adami Halberſtadienſis in die cinerum ex Eccleſia ejecti, Helmſtad. 1702. & *Jo. Gabriëlis Mittwoch* exercitationem de capite jejunii vulgo die Aſcher Mittwoch / Lipſ. 1693. (Eſchen Mittwoche apud Hottingerum Tom. IX. Hiſt. Eccleſ. p. 13.) De *die Viridium* Exercitatio *Joh. Caſparis Zeumeri* prodiit Jenæ 1700. De die *magnæ paraſceves* (Kaar Freytag / à vocabulo Kaar qvod ſatisfactionem denotat) *Chriſtianus Clajus* diatribam vulgavit Lipſiæ 1697. Evolvi etiam laudati D. *Jo. Frid. Mayeri* diſſertationem de deſiderio qvo flagrarunt nonnulli die illa mortem obeundi, Gryphisw. 1702. cujus voti compotes factorum exempla vide ſis in Novis literariis maris Baltici Anno 1705. p. 218. & in Danielis Griebneri τȣ̃ μακαρίτȣ Homilia habita in funere C. V. Joh. Kuhnii Mathematum in Academia Lipſienſi Profeſſoris. Alioqvi diem Veneris qvemlibet, paraſcevem dictum conſtat, & notavit *Briſſonius* ad legem Codicis Theodoſ. de ſpectaculis p. 22. ſeq. De *magno Sabbato* & παννυχίδι ſive *vigiliis Paſchatos* videndus idem Briſſonius p. 47. *Cotelerius* ad V. 19. Conſtitutionum Apoſtol. *Beveregius* ad Can. LXVI. Apoſtol. *Valeſius* ad Euſebium p. 35. ſeq. *Caſpar Sagittarius* c. 3. de natalitiis Martyrum §. 10. ubi & de aliis ſacris vigiliis qvas fere cum jejuniis conjunctas fuiſſe obſervant *Ferrarius* lib. 1. de ritu ſacrarum Concionum c. 28. & *Simplicius Verinus* ſive Salmaſius p. 136. libri contra Grotium. De vigiliis Paſchalibus

vete-

veterum Chriſtianorum qvoqve diatribam Anno 1687. Lipſiæ emiſit *Georgius Henricus Goezius* tum admodum juvenis, hodie Præſul digniſſimus Lubecenſis. Per τοῦ βαπτίσματος ἑσπέραν apud Cyrillum Hieroſol. Catecheſi Myſtagogica 1. vigilias Paſchatos intelligi oſtendit Tho. Milles in notis pag. 277.

De hodiernis ritibus qvadrageſimalibus Eccleſiæ Romanæ præcipue per hebdomadam ſanctam freqventari ſolitis, atqve ex parte parum honorificis Chriſto vel Chriſtianæ religioni, minimeqve ad ædificationem Chriſtianorum comparatis, legendus liber in lucem editus Gorlitzii Anno 1710. 8. auctore M. N. H. qvi inſcribitur: Sinceri Catholici aufrichtige Vorſtellung und Abbildung der Paßions- und Faſten-Andacht in der Römiſch-Catholiſchen Kirche. Caſpar Barthius Soliloqv. p. 845.

*Longa ſuperſtitio de Religione theatrum*
*Fecit* - - - - - - - -

De feſto reſurrectionis Chriſti & ἀναστασίμῳ * Chriſtianorum *Paſchate* conſulendus *Hermannus Conringius* in programmatibus ſacris p. 126. ſeq. & *Jo. Joachimi Homborgii* libellus de Paſchate veterum Chriſtianorum Helmſt. 1683. 4. *Henrici Nicolai* Paſchalia, Dantiſci 1647. 4. & *Chriſtianus Wildvogel* de eo qvod juſtum eſt circa feſtum Paſchatos (in Chronoſcopia Legali de feſtis.) De canonibus veterum Paſchalibus & controverſia cum Qvartadecimanis aliisqve ſuper tempore Paſchatos celebrandi, qvemadmodum & de tempore manducati à Chriſto agni Paſchalis, alibi dictum. De *igne paſchali* Nic. Serrarius ad Bonifacii Epiſt. 142. & B. *Jo. Reiskius* in der Unterſuchung des Heydniſchen Nodſyrs p. 61. ſq. Francof. 1696. 8. qvi libello illi ſcriptum *Joannis Timei* paſtoris prope Hanoveram Lindenſis de igne Paſchali ſubjunxit, De *cereis Paſchalibus* Jo. Faës ὁ μακαρίτης libro de cereis baptiſmalibus p. 166. ſq. & Cangii gloſſar. in *cereus*. Prætereo qvæ de tripudio Solis Paſchali fabulati ſunt nonnulli, de qvo *Hieronymi Chriſtophori Lauterbachii* ſchediaſma prodiit Helmſt. 1706. De *ritu paſchali* qvem in Romana Eccleſia impie & inepte captarunt nonnulli captantqve, adi *Jo. Oecolampadii* Epiſtolam Apologeticam ad Wolfg. Fabricium Capitonem, Baſil. 1518. 4. *Burch. Gothelf Struvii* Bibliothecam anti-

* Σταυρώσιμον Paſcha, deſignat feſtum Paſſionis. Confer Suiceri Obſervationes ſacras p. 62. ſq. Fallitur tamen P. Gabriel Daniel qvi in novo qvod vocat Syſtemate de Paſchate A. 1695. contendit Eccleſias Aſiaticas tempore Victoris Epiſcopi Romani Paſcha non ἀναστάσιμον ſed σταυρώσιμον decima qvarta luna celebraſſe, ἀναστάσιμον vero ſexta decima. Vid. Tillemontii memorias Hiſt. Eccl. T. 3. ad vitam Victoris nota 1.

antiqvam T.1. p. 403 ſq. nec non programma XXI. *Jacobi Thomaſii* τȣ μακαρίτȣ & D. *Gotfr. Wegneri* diſſertationem de riſu Paſchali oratorem ſacrum ejusqve auditorem minime decente, Regiomont. 1705. Vide etiam M. G. Æmiliani iter Italicum qvod ſub titulo *Hiſtorie des tromperies des Preſtres & des Moines* ſæpius recuſum eſt Tom. 2. p. 142. ſq. & p. 147 ſq. ubi de ovis paſchalibus, qvæ mihi in memoriam revocant Concionem Paſchalem qvam in itinere ſuo apud Traporenſes audiviſſe ſe teſtatur Dellonius. Suggeſtu nempe conſcenſo & facto ſignaculo crucis egregius ille Myſtagogus, *Vous ſavez*, inquit, *Meſſieurs, que le ſermon du jour de Paques ſe fait pour trois raiſons: la premiere, pour ſouhaiter les bonnes fetes aux Auditeurs: la ſeconde pour leur demander les oeufs de Paques, & la derniere pour les faire rire. Pour ſatisfaire au premier point, je vous ſouhaite de bons jours à tous. Pour le ſecond, ſi vous m'envoyez des oeufs, je les prendrai: & pour le dernier, je vous dirai, que je rencontrai hier le gros Gregoire, à qui je demandai, dis-moi, voleur, féras tu toujours le perſonnage de Pilate à la paſſion?* Hic ſermo Paſchalis integer, poſt qvem peroratum ſcilicet, putidus γελωτοποιὸς de ſacro ambone deſcendit magna cachinatione inſecuta plerorumqve auditorum, cordatorum vero non minore, ut fas eſt credere, indignatione.

*Hebdomadem* non ante Paſcha modo, ſed etiam *poſt Paſcha* feriatam & ſanctam apud veteres Chriſtianos fuiſſe notant viri docti ad Canonem 66. Trullanum, *Sirmondus* ad ſermonem XVIII. Auguſtini, T. 1. Operum Sirmondi p. 338. *Cotelerius* Tom. 3. monument. Eccleſiæ Græcæ p. 585. *Henricus Noris* contra Franciſci Macedo ſomnia pag. 8 & 9. De more candidæ veſtis qvam per illos ſeptem dies neophyti ſive recens baptizati geſtabant, vide Joſephum Vicecomitem lib. V. de ritibus baptiſmi c. 13. ſq. & qvæ de *Dominica in albis* ſive *clauſa Paſcha*, Andreas Wilkius plejade 1. Oratione 7. p. 161. ſq.

*Kalendis Maji* à qvibusdam olim celebrata memoria *initii prædicationis Domini Noſtri JEſu Chriſti*. Vide *Cotelerium* ad recognitiones Clementis lib. 1. cap. 6. & *Florentinium* ad Martyrologium Hieronymianum pag. 478. ſq.

De *feſto Adſcenſionis* ſive ἀναλήψεως Domini in cœlum mentio in Conſtitut. Apoſtol. lib. V. cap. 19. Vide & *Nicetam* Choniatem lib. X. p. 319. edit. in 4. & regulam Crodogangi cap. 64. Ex recentioribus *Tillementium* Tom. 1. memor. Eccleſiaſt. p. 93. ſq. De *Rogationibus* ante Adſcenſio-

ſcenſionis feſtum à Mamerco Epiſcopo Viennenſi inſtitutis adeundus *Jo. Savaro* ad Sidonii Apollinaris lib. V. Epiſtolam 14. Pro *rogationibus* nonnulli hebdomadam crucium vocant, ut notavit Cangius in gloſſario, voce *crux* pag. 1276.

*Pentecoſten* Chriſtianam jam ab Apoſtolis celebratam colligunt nonnulli ex Actor. XX. 16. ſed ibi de Judaica potius agi videtur, ut recte monet Caveus p. 192. primitivi Chriſtianiſmi. Meminere tamen feſti Pentecoſtes Chriſtiani, ſcriptores vetuſtiſſimi Irenæus apud Juſtinum qvæſt. 115. ad Orthodoxos, Tertullianus, Origenes atqve alii, ne de Conſtitutionibus Clementis dicam qvas vide V. 20. atqve ibi Cotelerium, ubi videbis etiam hebdomadam integram à Pentecoſte, feſtam habitam antiqvis Chriſtianis. De Vigiliis ſive Sabbato ſancto Pentecoſtes, qvo ſicut in Sabbato ſancto Paſchatos baptiſmus ſolenniter conferri conſuevit, vide *Joſephum Vicecomitem* lib. 1. de ritibus baptiſmi cap. 22. De Pentecoſte porro ipſa præter Thomaſinum, Bailletum, Hoſpinianum, Hildebrandum, Wildvogelium & alios qvi de feſtis ſcripſerunt & qvos ſupra cum de Judaica agerem laudavi, adiri poſſunt *Henrici Nicolai* Pentecoſtalia, Dantiſci 1648. 4. & *Theophilus Raynaudus* S. I. de prima Miſſa & prærogativis Chriſtianæ Pentecoſtes Tom. 6. Opp. Is qvi Pentecoſten juſto tempore non celebravit, *quaſi novam hæreſin induxiſſe* notatur in Canone 43. Eliberino, atqve in Concil. Toletano A. C. 656. negatur *eundem Sancti Spiritus dono poſſe impleri.* Qvos canones B. D. Jo. Frid. Mayerus in brevi Hiſtoria præcipuorum feſtorum Novi Teſt. Gryphiswaldiæ 1706. edita pag. 8. notat promulgatos adverſus eos qvi Paſcha cum Judæis celebrantes feſtum Spiritus S. deinde volebant cum Eccleſia obire, unde evenit ſcilicet, ut pauciores qvam qvinqvaginta dies à Paſchate cogerentur numerare. Totum etiam illud qvinqvaginta dierum à Paſchate ſpatium Pentecoſtes nomine venit, de qvo Beveregius ad Canonem 37. Apoſtolicum & in Codice Canonum vindicato p. 361. ſq & 298. Illo toto tempore nec jejunabant nec de geniculis adorabant Chriſtiani, ut præter alios obſervatum viris doctis ad *Tertullianum* de Corona militis cap. 3. & *Abrahamo Sculteto* lib. 1. Exerc. Evangel. c. 57. De betulis Pentecoſtalibus qvibus templa illo feſto exornari ſolent, Clariſſ. *Andreæ Ludovici Kœnigsmanni* diſſertatio lucem vidit Kiloniæ 1707. 4. qva etiam confert veterum religionem arboribus & lucis habitam, & Majumas, de qvibus diligentiſſime egit *Andreas Rivinus* in diatriba de Majumis, Maicampis & Roncaliis, qvam in ſyntagmate Variarum diſſertationum recudi curavit Jo. Georgius Grævius, Ultrajecti 1701. 4.

*SS. Trinitatis feſtum* cum à paucis primum Eccleſiis celebraretur, ab Anno 1405. auctore Petro Alliaco ab omnibus celebrari cœpiſſe ſcribit Jo. Launojus in Hiſtoria Academiæ Navarreæ Tom. 2. p. 473. Antiqviora teſtimonia de illo feſto vide apud Hugonem Menardum ad librum Sacramentorum Gregorii M. p. 162. 163. Neſcio qva fide Vignolius Marvillius perſonatus ſcriptor Tom. I. miſcellaneorum Hiſtorico literariorum pag. 61. *il y avoit*, inqvit, *anciennement un ſtatut dans l' ordre de Ciſteaux, qui ordonnoit aux Abez de precher tous les Dimanches de l'année, excepte celui de Trinité, propter difficultatem materiæ.* Cur nullum feſtum peculiariter DEO Patri ſacratum ab Eccleſia ſit, ſingulari diſſertatione Gryphiswaldiæ Anno 1702. edita diſqvirit ſæpe mihi jam laudatus D. *Joh. Frid. Mayerus.*

De *feſto Corporis Chriſti* (Fron-Leichnam *) qvod in Romana Eccleſia celebratur ſingulari religione, poſtqvam A. C. 1264. ab Urbano IV. Pontifice inſtitutum eſt monente S. Juliana. Vide *Acta Sanctorum* Tom. I. Aprilis p. 903. ſeq. 459. ſeq. & de officio pro feſto Corporis Chriſti qvod à Thoma Aqvinate compoſitum eſt (inter ejus Opuſcula ſeptimum & qvinqvageſimum) Propylæum ad Acta Sanctorum Maji in *Danielis Papebrochii* Conatu Hiſtorico Chronico parte 2. p. 51. ſeq. *Jacobum Gretſerum* in Auctario ad libros de feſtis Chriſtianorum Ingolſtad. 1612. 4. *Stanislai Hoſii* Opera T. I. p. 10. ſq. & *Odoricum Raynaldum* atqve inprimis *Abrahamum Bzovium* in Annalibus ad A. C. 1264. & *Theophilum Raynaudum* T. XV. Operum p. 84. ubi etiam de feſto Corporis Chriſti in altera vita: qvibus addendus è Reformatis præter Hoſpinianum aliosqve qvi de feſtis ſcripſerunt, *Jo. Zwingeri* liber de feſto Corporis Chriſti jam ſecundùm editus Baſileæ 1685. 4. & è noſtris B. D. *Balthaſaris Mentzeri* anti Piſtorius pag. 462. ſeq. Ex ipſis Romanæ ſociis Eccleſiæ *Mureti* Advocati Pariſienſis qverela ad Gaſſendum de parum Chriſtianis Provincialium ſuorum ritibus,

* Alii ut Matthæus Dreſſerus ſcribunt ware Leichnam. Pleriqve autem Fronleichnam qvod idem eſt ac ſanctum corpus. Fron enim ſanctum ſignificat, ut oſtendit Samuel Fridericus Lauterbach in vita Valerii Herbergeri p. 17. ſq. Leichnam vero non denotat cadaver, ſed corpus carnoſum uti etiam *lichâm* Arabice ſonat *carnes*, qvod cum Germanico illo vocabulo confert B. Hinckelmannus præfat. erudita ad Alcoranum. Eo ſenſu etiam adhibetur in hymno vernaculo qvem in Eccleſia canimus: HErr dein heiliger Leichnam der von deiner Mutter Maria kam/ und dein heiliges Blut/ laß uns kommen doch zu gut. Atqve in illo altero nobilis Domini de Windsbeck, qvod affert in commentario de lingua Germanica, qvàm præclare de illa promeritus Juſtus Georgius Schottelius pag. 1022. So mag dir Ende werden gut/ und wird zu Lohne dir beſchert/ GOttes Leichnam und ſein theures Blut.

tibus, minimeqve ſacris eorundem moribus, occaſione ludicrorum qvæ Aqvis Sextiis in ſolennitate Corporis Chriſti, ridicule celebrantur. A. 1645. 8. De feſto ſtultorum agit idem p. 73. ſeq. & de feſto Lazari p. 76. De cantionibus profanis in feſto Nativitatis Chriſti, p. 71. ſeq.

De feſto Nativitatis * *Johannis Baptiſtæ* videndus *Baronius* ad A. C. 432. & ad Martyrolog. atqve Acta Sanctorum ad XXIV. Junii Tomo IV. *Sirmondus* ad Homilias Auguſtini Tom. I Operum Sirmondi p. 338. *Petrus Cellenſis* VIII. 7. Epiſt. *Caſaubonus* Exerc. I. ad Baronium cap. XXV. & *Chriſtianus Waſewitzius* Paſtor Magdeburgenſis in turture Johanneo ſive libro de vita & geſtis Johannis Baptiſtæ, Magdeb. 1659. 4. p. 124. ſq. De triplici Miſſa hoc in feſto peragi ſolita *Hugo Menardus* ad Sacramentarium Gregorii M. p. 166. De igne Johanneo qvem hoc feſto accendere ex veteri ſuperſtitione ** qvibusdam in locis conſueverunt, exſtat eruditus liber *Joannis Reiskii* Germanice editus Francof. 1696. 8. Hiſtoriſche Unterſuchung des beym alten Teutſchen gebräuchlichen Heydniſchen Nod-fyrs/ imgleichen des Oſter- und Johannes-Feuers / & *Joh. Caſparis Zeumeri* diſſertatio, Jenæ 1699. 4.

De feſto *Viſitationis Mariæ* qvod ab Urbano VI. inſtitutum A. 1389. & à Bonifacio IX. A. 1390. confirmatum non diffitetur Bellarminus III. 16. de cultu Sanctorum, & Baronius ad Martyrologium Romanum 2 Julii, vide Bzovii Annales ad jam dictos annos, Rivetum Apologia pro Maria II. 13. & Waſewitzium in turture Johanneo p. 92. ſeq.

Feſtum qvod Ægyptii à Chriſto adhuc alieni in honorem Idoli Micaïl celebraverant, ab Alexandro Patriarcha Alexandrino (circa A. C. 340.) abolitum eſſe, inſtituto in ejus locum feſto Michaëlis Archangeli, narrat *Eutychius* Tom. I. Annal. p. 435. Confer *Stephani le Moyne* notas ad Varia ſacra p. 326. ſeq. & *Hottingeri* Hiſtoriam Eccleſiaſticam Sec. XVI. parte 2. pag. 140. ſeq. *Seldenum* III. de Synedr. pag. 201. ſeq. Sed Eutychii locus adſcribendus eſt, qvi ita ſe habet ex verſione præſtantiſſimi Pocockii: *Porro fuit Alexandriæ Templum magnum quod exſtruxit Cleopatra Regina nomini Saturni dedicatum, in quo Idolum æreum magnum erat quod Micail appellatum eſt, cui Alexandriæ & Ægypti incolæ die menſis Heturi, qui Tisbrin poſterior eſt, feſtum magnum celebrant, multas eidem hoſtias immolantes. Cum*

 *ergo*

* Græci etiam memoriam Conceptionis Johannis recolunt die 23. Septembris. Vide Menologia & Waſewitzium libro laudato p. 86. ſq.

** Vide Caſauboniana p. 110. ſeq. & Lindebrogium ad Codicem Legum antiqvarum p. 1445.

*ergo Alexandriæ Patriarcha factus eſſet Alexander, ibique obtinuerit fides Chriſtiana, voluit ille confringi Idolum & tolli ſacrificia, cumque obſiſterent ipſi Alexandrini, ille aſtutia ipſos aggreſſus, Idolum (inquit) iſtud nulli omnino rei utile eſt, quod ſi feſtum illud Michaëli Angelo celebraveritis, eique hoſtias iſtas conſtitueritis, ipſe pro vobis apud DEum intercedet, majorisq; vobis boni cauſa, quam Idolum iſtud futurus eſt: Annuentibus ergo illis, ex Idolo confracto Crucem confecit; Templum vero, Michaëlis Eccleſiam appellavit; (eſtque illa Eccleſia quæ Cæſarea vocata eſt; & igne periit cum Occidentales Alexandriam ingreſſi eam vaſtarunt) conſecrataque ſunt feſtum & victimæ Michaëli Angelo; unde & adhuc Cophtitæ in Ægypto & Alexandria eo die feſtum Michaëli Angelo celebrant, & victimas quamplurimas cædunt.* Templi illius exuſti meminit Eutychius T. 2. p. 435. Cæterum *Bzovium* falli qvi feſtum Michaëlis jam ab Apoſtolo Paulo A. C. 60. inſtitutum tradit, probat V. C. *Joh. Burchardus Majus* in diſſertatione ſive programmate qvod de hoc feſto Prorectoris nomine Kiloniæ A. 1698. ab eo promulgatum eſt, in qvo & plura alia de eodem annotavit. Vide etiam *Jac. Thomaſii* τȣ͂ μακαρίτȣ programma XLIII. *Hermanni Conringii* programmata ſacra pag. 142. *Seb. Schmidium* Theologum Argentorat. in ſenario Angelico ſive diatribis de Angelis p. 7. ſq. *Chriſtianum Wildvogelium* in diſſ. de eo qvod juſtum eſt circa Angelos, Jenæ 1692. 4. ſectione ſecunda, *Caroli Stengelii* Jeſuitæ librum de Michaëlis Archangeli principatu, apparitionibus, templis, cultu & miraculis, & *Baronium* ad Martyrologium 8. Maji & 29. Septembris.

De *feſto omnium ſanctorum* * qvod A. C. 610. Bonifacium IV. in Italia & A. 835. Ludovicum Imp. & Gregorium IV. per Germaniam & Galliam celebrandum ſtatuiſſe referunt, vide *Caſp. Barthium* ad Gvil. Britonem p. 50. & *Baronium* ad Martyrolog. 1. Novembr. De *feſto omnium animarum* ſive commemoratione omnium fidelium defunctorum, qvam ſæculo XI. Odilo Cluniacenſis Abbas fecit inſtitui, eundem Baronium ad Nov. 2. & Acta Sanctorum 1. Januar. in Odilonis vita, Matthiæ item Zimmermanni florilegium Philologico-Hiſtoricum pag. 93. ſeq.

De *Dominicis Adventus* Cangius in utroqve gloſſario, vocibus *Adventus* & παρȣσία, *Allatius* de Hebdomadis Græcorum, *Menardus* ad ſacramentarium Gregorii M. pag. 215. ſq. & D. *Jo. Friderici Mayeri* τȣ͂ μακαρίτȣ Ecloga ſive diſſertatio de Dominicis Adventus, Gryphiswald. 1701. qvi apud

* Qvaſi dicas *pandicularem* diem & *communicarium*. Confer Stephani le Moyne notas ad Varia ſacra p. 964. & Marinum in vita Procli c. 36.

apud veteres qvosdam ſex Dominicas Adventus celebratas fuiſſe ex miſſis Ambroſianis annotat, ab aliis qvinqve ex veteri Homiliario apud *Mabillonium* Tom. 4. Analect. pag. 632. Dicuntur autem Dominicæ Adventus, qvod feſtum Adventus Chriſti in carnem ſive Nativitatis antecedunt. At Dominica qvarta numerabatur olim qvæ hodie prima, ac viciſſim qvarta illis erat prima hoc eſt proxima ante Genethlia Chriſti. Hodie ſenſum eſſe oportet Dominicam primam, ſecundam, tertiam & qvartam Adventus dici inter illas qvatuor qvæ feſtum Adventus Domini præcedunt. Vel ad qvatuor Adventus genera reſpicitur, ad paſſionem, ad judicium, ad officium Mediatoris obeundum & adventum in carnem. Sive ut *Innocentius III.* libro de miſeria hominis: *Quatuor leguntur Adventus Chriſti ad homines, duo videlicet viſibiles & duo inviſibiles. Primus adventus viſibilis fuit in humilitate ad redimendum mundum; alter erit in majeſtate ad judicandum. Primus adventus inviſibilis fit in mente juſti per gratiam. Unde in Evangelio* *: ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus. *Secundus adventus inviſibilis eſt in obitu cujusvis fidelis, unde Johannes in Apocalypſi*, ** Veni Domine JEſu. *Unde legitur quod in die obitus ſui obviam venerit ei Chriſtus. Hos quatuor Adventus repræſentat Eccleſia in quatuor Dominicis de adventu, non ſolum numero dierum, ſed etiam ratione Officiorum.* Officia illa vide in Ordine Romano, aliisqve libris Liturgicis Latinæ, ſed & Græcæ Eccleſiæ. De jejunio tempore Adventus, *Theoph. Raynaudus* T. XI. Operum pag. 479. ubi contra Fileſacium. De Hebdomada præparationis ante feſtum Nativitatis, idem Raynaudus Tom. VII. pag. 454. ſq. De feſto SS. Patriarcharum & Prophetarum qvod Græci peragunt ante Chriſti Natalitia, *Cangii* gloſſarium in προπάτορες.

Feſtum *Nativitatis Chriſti* ab antiqviſſimo tempore celebratum in Eccleſia fuiſſe certum eſt, licet de die non æqve inter omnes conſtitit, atqve qvarto adhuc ſæculo plurimi fuerunt qvibus alius qvam XXV. Decembris placeret, ut oſtendit B. D. *Thomas Ittigius* in appendice ad librum de hæreſiarchis ævi Apoſtolici diſſ. 3. pag. 386. ſeq. Ex communi tamen inde Eccleſiæ Græcæ Latinæqve uſu obtinuit, ut illo die natus Chriſtus crederetur, de qvo vide *Cotelerium* ad lib. V. Conſtitutionum Apoſtol. c. 12. *Petavium* XII. 7. de doctrina temporum, *Gretſerum* lib. 1. de feſtis c. 29. *Seldenum* III. de Synedriis p. 207. & ſingulari libro edito Anglice, qvi inſcribitur *God made man*, Lond. 1661. 8. *Florentinius* ad Martyrologium



* Johann. XIV. 23. ** Apocalypſ. XXII. 20.

gium Romanum pag. 195. ſeq. Vide & *Antonium Bynæum* libro de Natali Chriſti pag. 406. ſq. *Antonium Pagi* in Critica Baroniana ad A.C. LXVII. num. 25. & *Montacutium* Apparatu ad Origines Eccleſ. pag 383. ſeq. Varias variorum de die Natali ſententias refert Clemens Alex. 1. Strom. pag. 340. ex qvo & Epiphanio hæreſi 51. conſtat nullum propemodum eſſe menſem, cui non ab aliqvibus dies Natalis aſſignatus fuerit. Unde *Scaliger* VI. de emendat. temporum pag. 545. concluſit *diem veram Natalis Chriſti ignorari*, & B. D. *Joh. Frid. Mayerus* Gryphiswaldiæ 1701. diatribam edidit de eo *quod quilibet anni menſis gloriam nati Servatoris ambitioſe ſibi aſſerat*, qvod clarius etiam patebit ex hac tabella:

Natum Chriſtum eſſe putant:

*Januario*,

6. *Januarii* Jacobus Apoſtolus ſi credimus Johanni Nicæno in Combefiſii auctario novo T. 2. pag. 297. memoranti ἰακώβου σύγγραμμα περιέχον ἰανουαρίου ϛ´ τελεῖν τὴν γέννησιν καὶ τὸ βάπτισμα. Sic Ægyptii apud Caſſian. X. 2. & multi è veteribus Chriſtianis. Epiphan. hæreſi 51. Hieroſolymitani teſte Cosma Indopleuſte in Coſmographia Chriſtiana p. 194. 195. Confer Clariſſ. Montfauconi prolegomena pag. XV. Gloſſa Ordinaria in Eſther III. *Tebeth apud Latinos eſt Januarius, in quo Dominus eſt incarnatus, à Magis adoratus.*

10. *Januarii* Baſilidis ſectatores apud Clementem Alex. 1. Strom. pag. 340.

*Februario*

medio Februario vel extremo Auguſti. Wagenſeilius in Sota pag. 942. ſeq.

*Martio*

Bochartus II. 44. Hierozoic.

*Aprili*

*die* 19. *vel* 20. nonnulli apud Clementem Alex. 1. Strom. pag. 340.

*Maio*

*Majo*

*die* 20. *Maji* qvidam περιεργότερον hoc inqvirentes apud Clementem l. c.

Alogi teſte Epiphanio hæreſi 51. XI. Kal. Junias.

*Junio*

XI. Kal. Julias Alogi qvidam apud eundem Epiphanium.

*Julio.*

*Auguſto*

*ſub finem menſis.* Wagenſeilius in Sota, loco laudato.

*Septembri*

Jo. Harduinus in Antirrhetico.
Eraſmus Schmidius ad Joh. III. 30.
*Die XV. Septembris,* Jo. Lightfootus ad Lucæ II. 7.

*Octobri*

*ſub init.* Matthæus Beroaldus, Joſephus Scaliger, Iſ. Caſaubonus, Sethus Calviſius, Matthæus Waſmuthus.

*Novembri*

6. *Id. Nov.* veteres qvidem teſte Epiphanio.

18. *Nov.* Clemens Alex. 1. Strom. p. 340. (confer Petavium pag. 214. ad Epiphan.) Salomo van Till de anno menſe & die Natalis Chriſti pag. 31.

*Decembri*

25. *Dec.* ex communi Græcæ & Latinæ Eccleſiæ traditione. Conſt. Apoſt. V. 12. & auctor Operis imperfecti homil. 49. in Matth. 24. 22. per menſem nonum intelligentes Decembrem. Coteler. 1. Apoſtol. pag. 312. ſeq. Pſeudo Evodius apud Euthymium ad Joh. 3. & Nicephorum II. 3. Hiſt. Chryſoſtomus Tom. 5. pag. 417. ſeq. Theophylactus, Ambroſius, Auguſtin. Hieron. Fulgentius, & alii infiniti. Hippolytus Thebanus in Chronico cujus fragmentum edidit V. C. Emanuel Schel-

Schelſtratenus: *ἐπι Ἀυγούστου βασιλέως γεγένηται ὁ χριστὸς ἐν σπηλαίῳ μηνὸς Δεκεμβρίου κέ.* Keplerus &c.

Pulchre obſervarunt Viri docti à Romanis die VIII. Cal Januarii ſive XXV. Decembris celebratum diem natalem Solis invicti, initium nempe periodi annuæ & brumam: eamqve ſolennitatem à Chriſtianis opportune translatam ad Natalem Solis Juſtitiæ. Vide *Petavium* ad Julianum f. 87. *Philippi à Turre* monumenta veteris Antii cap. VI. *Joh. Harduinum* in antirrhetico, *Grævium* ad Lactantium de mortibus perſecutorum &c. De Septentrionalium Jueltag * qvi in idem tempus incidit, & videtur dictus à voce *giul* ſive *hiul* qvod redire ſonat (à converſione Solis) copioſe diſſerit V. C. *Janus Bircherodius* in disqviſitionibus Antiqvariis, Hafniæ 1688. 8. ubi feſtum hoc ſucceſſiſſe putat Judaico feſto Tabernaculorum, cum qvo confert etiam feſtum Natalis Chriſti B. D. *Joh. Benedictus Carpzovius* in programmate edito Lipſiæ 1698. De ritibus in Natalibus Chriſti vide præter *Chriſtianum Wildvogelium* in Chronoſcopia legali, *Aloyſium Novarinum* lib. V. ſchediaſmatum ſacroprofanorum cap. 1. *Briſſonium* ad Legem Theodoſ. de ſpectaculis p. 39. ſeq. *Jo. Kindlerum* in diſputatione de Natalitiis Chriſti, recuſa in ſyntagmate primo diſſertationum Philologicarum Roterd. 1699. 8. editarum, *Dav. Henrici Kœpkenii ἱστορούμενα* ferias natalitiorum in Meſſiæ memoriam illuſtrantia, Roſtoch. 1705. Nomina varia qvibus veteres Nativitatem Chriſti deſignarunt, perſeqvitur *Suicerus* capite 2. Obſervationum ſacrarum. Veterum Eccleſiæ Doctorum Homilias Græcas Latinasqve in feſtum Nativitatis Chriſti, collegit edititqve vir doctiſſimus *Chriſtianus Daumius ὁ μακαρίτης*. Cygneæ 1670. 8. plures etiam ſed Latine tantum in *Combefiſii* Bibliotheca Concionatoria leguntur. Errores pictorum circa Nativitatem Chriſti, eleganti diatriba redarguit jam ſupra laudatus mihi Rev. *Paulus Chriſtianus Hilſcherus*, Lipſ. 1689. 4. Superſtitiones ineptas fabulasqve circa feſtum Natalitiorum & in vigiliis ejus freqventatas *Jo. Prætorius* in libro vernaculo cui titulus Weynacht-Fratzen. Lipſ. 1663. Illis merito annumerat etiam larvatos perſonatosqve qvi à qvibusdam nunc peraguntur ludos, de qvibus videri poſſunt *Joh. Gabriëlis Drechſelii*, *Scribanii Arcularii*, & *Georgii Grabow* ſcripta, & *Caroli Frid. Pezoldi* diſſ. de S. Chriſti larvis & munuſculis Lipſ. 1699. *Erdmanni Uhſenii* Criticus eruditus

* Vide etiam Georgium Hickeſium T 2. theſauri librorum ſeptentrionalium p. 211. ſq Feſtum Nativitatis Chriſti ſolenni ritu celebrari à Muhamedanis die 3. menſis VII. teſtatur Jo. Chardinus, qvem vide ſis Tomo X. itineris Perſici Gallice deſcripti p. 25. 26.

tus parte III. qvæſt.19. atqve è Theologis noſtratibus, ne alios in præſenti memorem, *Theodorus Thummius* de feſtis Chriſtianor, p.189. *Jo. Conradus Dannhauerus* Tom. V. Lactis Catechetici p.649. & *Samuel Schelwigius* in Cynoſura Conſcientiæ qv. 5. De feſto S. Stephani confer *Samuëlis Baſnagii* Annales ad A. C.37. num. 18.

XVII. Turcarum feſta breviter recenſita vide ſi lubet apud Thomam Smithum epiſtola de moribus ac inſtitutis Turcarum p.46.ſq. qvibus adde qvæ de ipſorum *Ramazam* ſive tempore jejuniorum & duplici *Bairam* Paulus Ricautus lib.2. Hiſtoriæ Imperii Ottomannici c.23.24. De Perſarum feſtis, David Nerreterus in Moſchea Muhamedica p.346. ſq. & Joh. Chardinus in Itinere Perſico, ut alios in præſenti omittam.

XVIII. Feriæ inter alia ideo qvoqve dictæ videntur, qvod illis diebus feriarentur judicia, & juſtitium eſſet: ob eandem cauſam etiam nefaſti iidem dicebantur, ut docet Ovidius I. Faſtorum v.47.ſq. ubi etiam de diebus interciſis, qvi mane nefaſti, poſt ſacrificia peracta faſti erant.

*Ille nefaſtus erat, per quem tria verba ſilentur,*
*Faſtus erat, per quem lege licebat agi.*

Confer qvæ de diebus nefaſtis Alexander ab Alexandro lib. IV. genialium dierum c.20. & ad eum Tiraqvellus: Henricus Noris ad Cenotaphia Piſana diſſ. III. c. 3. Jac. Gutherius de jure pontificio veteri l. 1. c.23. & l. 3. c. 16. T. V. Græv. Burchardus item Gothelf Struvius in Antiqvitatum Romanarum ſyntagmate, & Rev. D. Jo. Schmidius in diſſ. de fatalitate temporum, Lipſiæ edita. Nec dies ſolum ſed etiam annos certos pro infelicibus habebant, ut bisſextos, qvemadmodum ex Auguſtini Epiſt.119. ad Januar, obſervat Valeſius ad Ammiani XXVI. 1. Alii contra dies fortunati & auſpicatiſſimi, ut Græcis ſexta Thargelionis, de qva Ælianus II. 25. Var. Hiſt. Dies infauſti ſive ἀποφράδες dicti etiam ſunt *Ægyptiaci*, ut ex eodem Auguſtino in Epiſt. ad Galatas notat Grævius præf. ad T.VIII. theſauri antiqvitatum Rom. De feriis judiciariis apud Athenienſes tempore Myſteriorum, vide Meurſii Eleuſinia c.31. & p. 165. Græciæ feriatæ, ubi agit de Theſmophoriis. De feriis judiciariis tempore meſſis ac vindemiæ, conſulendus Elmenhorſtius in notis ad Minutium Felicem p.5. Etiam extra ordinem interdum ad placandos Deos juſtitiũ indictũ, vel propter periculum ingens, vel magnum luctum vel famem ingruentem, ex Livio & aliis conſtat. Conf. Xiphilinum p.215. edit. Wechelianæ.

# CAPUT IX.

## De Sacrificiis, precibus, Concionibus aliisqve ſacris, diſciplinis, & cerimoniis, Judæorum, Ethnicorum & Chriſtianorum.

*Scriptores de Sacrificiis Judæorum.* 1. 2. *ἀνθρωποθυσία Judæis prohibita, aliis frequentata Gentibus.* 3. *De objecta Judæis recentibus effuſione ſanguinis infantum Chriſtianorum.* 4. *Mos victimâ ſanciendi fœdus.* 5. *Sacrificia Ethnicorum* 6. 7. *Diverſis Diis diverſa ſacra, diverſa animalia, diverſæ plantæ conſecratæ.* 8. *De animalibus, plantis, gemmis &c. Biblicis & de typis ſcriptores.* 9. *De ſacrificiis Chriſtianorum ſive precibus.* 10. *De precibus Judæorum & Muhamedanorum.* 11. *Ethnicorum.* 12. *De benedictionibus & diris Judæorum, Ethnicorum & Chriſtianorum.* 13. *De hymnis Judæorum, Ethnicorum & Chriſtianorum.* 14. *De Muſica & Muſicis inſtrumentis.* 15. 16. 17. *De Concionibus Judæorum.* 18. *& Chriſtianorum.* 19. 20. 21. *De cœtibus ſacris, tempore & more convocandi, campanis &c.* 22. *De acclamationibus & plauſu.* 23. *De Sacramentis V. T. circumciſione & Paſchate.* 24. *De Sacramentis Novi Teſt. Baptiſmo.* 25. *& Euchariſtia.* 26. *De pœnitentia publica.* 27. *& quatuor reliquis quas Eccleſiæ quædam Sacramentis adſcribunt.* 28. *De proceſſionibus ſacris,* 29. *peregrinationibus religioſis.* 30. *Jejuniis,* 31. *flagellationibus & aliis diſciplinis voluntariis.* 32. *Sacrorum rituum ac cerimoniarum miſcella quædam.* 33.

I.

DE Sacrificiis Hebræorum præter Interpretes Pentateuchi & ſingillatim Levitici, tum *Eduardum Bernhardum* ad librum III. *Joſephi* cap. 9. & ſq. (qvi p. 211. merito dolet Joſephi ejusdem opus de Legibus Hebræis intercidiſſe) conſulendus *Robertus Sheringhamus* ad tractatum Joma Lond. 1648. 4. & Tomo II. Mishnæ à Guil. Surenhuſio illuſtratæ, Amſt. 1699. fol. & cum *Jac. Rhenferdi* V. C. diſſ. qva ſacrificium expiationis cum Chriſti ſacrificio pro humani generis

neris peccati peracto confert, Franekeræ 1696. 8. Tum plurimi codices Mishnici alii in primo, ſecundo, ſexto ac præcipue qvinto ordine, qvos recenſere ſuperſedeo. Qvibus addes Maimonidis præf. ad Tomum qvintum Mishnæ & tractatum de Sacrificiis, Latine editum per Lud. de Compiegne de Veil, Londin. 1683. 4. & recuſum in faſciculo ſexto Thomæ Crenii, Roterd. 1696. in 8. p. 282. ſq. E Chriſtianis *Guielmus Outramus* libris duobus erudite de ſacrificiis egit, qvorum altero explicantur omnia Judæorum, & nonnulla externarum gentium ſacrificia, altero Sacrificium Chriſti. Lond. 1677. 4. Amſt. 1678. 8. Vero Deo primum Sacrificia cruenta, idolis primum fruges & longo demum tempore poſt animalia oblata obſervat *Jo. Owenus* in Theologumenis p. 183. ſq. Confer *Euſebium* lib. 1. demonſtrat. Evangel. cap. ultimo, & qvæ de Ethnicis Sacrificiis incruentis tradit *Porphyrius* in opere Tetrabiblo, qvo ab animatorum nece atqve eſu abſtinendum eſſe ſuadet. Extat etiam *Joh. Friſchmuthi* diſſertatio de Sacrificiis cumprimis iis qvæ ſancti viri haud longe ab initio rerum leguntur obtuliſſe, edita Jenæ 1653. 4. cui addendi *Johannes Owenus* Anglus in Epiſtolam ad Hebræos T. 1. p. 307. ſeq. Exercitatione XXIV. *David Gſellius* Helvetus in veteris Teſt. ſacrificiis dilucida ratione expoſitis. Duisburgi ad Rhenum 1712. 8. *Henrici Horchii* de igne ſacro victimas abſumente Oratio, Herbornæ vulgata A. 1691. 4. una cum Hermenevtica ejus ſacra. Nempe Sacrificia Chriſtum ejusqve ſacrificium præfigurabant, nec tantum à Moſe conceſſa ſunt Judæis, ideo ut per illa à Sacrificiis idololatricis abducerentur, qvemadmodum præter alios *Gregorius Magnus* lib. X. Epiſt. 71. ſed pridem ante Moſem à Deo probata, propter mactandum olim Meſſiam, & in lege Moſaicæ diligenter & magno conſilio præcepta. Vide qvæ adverſus Judæos & adverſus *Joh. Spencerum* de legibus Hebræorum, *Jo. Marshamum* in canone chronico & adverſus ſcriptores Socinianos copioſe diſputantur ab eodem *Outramo*, ab *Hermanno Witſio* in Ægyptiacis, à *Joh. Cloppenburgio* in Schola ſacrificiorum patriarchali, à *Natali Alexandro* in Hiſt. Eccleſ. Veteris Teſt. ætate IV. diſſ. 3. artic. 2. atqve ex noſtratibus à *Wolfgango Franzio* τῷ μακαρίτῃ in ſchola ſacrificiorum à *Jo. Lundio* in den Jüdiſchen Heiligthümern / à *Samuele Puffendorfio* in jure feciali & divino p. 119. ab D. *Henr. Muhlio* in Apodixi prophetica p. 161. ſq. aliisqve qvi rationes typorum Vet. Teſt. ex inſtituto expoſuerunt, atqve infra ſect. IX. à me referuntur.

II. Sacrificia vel publica erant ut holocauſtum vel hoſtia pro peccato: vel privata, hæc nempe qvatuor: holocauſtum, hoſtia pro

 peccato,

peccato, hoſtia pro reatu ſ. delicto & pacificum ſive Euchariſticum ſacrificium. His accedunt agnus paſchalis, primogenita & decimæ. Vide Maimonidem Tom. 8 faſcic. Crenii pag. 283 & T. V. Mishnæ Surenhuſianæ pag. 1. 62. *Holocautomata* ſive *holocauſta* non dividebantur in fruſta. ſed tota comburebantur Deo, eaqve ſola ante legem in uſu fuiſſe contendit *Jo. Seldenus* libro 3. de Jure naturæ & gentium cap. 8. Conf. *Steph. Curcellæum* pag. 949. operum, & de holocauſtis apud Gentes, ſpeciatim Romanos, *Camillum Silveſtrum* Commentario Italice edito ad Juvenalem X, 354. p. 559. ſeq. Liba ac ſerta ex oleo & ſimila, qvæ agitabantur & in altum ſublata * offerebantur Deo, maximam partem cedebant Sacerdotibus. Similiter ex Σωτηρίοις & Euchariſticis, qvæ Holocauſtis fere ſemper conjuncta, pars Deo oblata, ut de animantibus una cum anima ſanguis præcipue & adeps, pars ſacerdotibus veniebat in cibum, pars major ab iis qvi ſacrificium obtulerant, vel in templo vel domi comedebantur. Confer *Radulph. Cudworthum* libro erudito Anglice edito de vera ratione cœnæ dominicæ, Lond. 1642. 4. & 1676. fol. ubi & idem apud Gentes pleraſqve obtinuiſſe docet. Holocautomatis maſculæ animantes, pacificis cedebant fœmellæ, ſi credimus Talmudicis in Schekalim Tom. 2. Surenhuſii p. 190. 200. Libamina addita ſacrificiis & ſigilla ſive notæ vide ibid. p. 193. Sacrificia qvotidiana etiam extra Hieroſolymam celebrata ſunt, verum ſolennia Paſchatos, Pentecoſtes, tabernaculorum & expiationis, tantum in Siloh vel Hieroſolymis, qva de re adeundus *Henr. Dodwellus* in libro itidem Anglice edito de uno ſacerdotio & uno altari p. 46. ſq. In deſerto per Annos 40. Deo ſecundum ritum Moſaicum oblata ſacrificia non fuiſſe vide notantem *Campegium Vitringam* libro 2. obſerv. ſacrarum p. 254. De differentia inter ſacrificium pro peccatu & reatu ſive delicto (Schuld-Opffer und Sünd-Opffer) vide præter Interpretes Levit. VIII, 1. ſeq. & VI. 25. Sirach. VII. 34. *Samuelem Petitum* cap. 22. Variarum Lectionum, *Outramum* lib. 1. de ſacrificiis c. 13. & Clariſſ. amicum noſtrum *Andream Chriſtophorum Zellerum* ad Maimonidem de vacca ruſa pag. 244. De ſacrificio avis ungue ſectæ interpretes Levitici I. 14. ſeq. & V. 7. ſeq. Rev. *Theodorus Daſſovius* in diſſ. de ave ungve ſecta & in ſacrificia oblata Witeb. 1697. & *Joach. Kühnius* pentade 2. Qvæſtionum Philologicarum, vulgatarum Argentorati, pag. 5. De thymiamatis *Joh. Clericus* & alii ad Exod. XXX. De mellis & ſalis uſu in ſacrificiis videatur *Henrici Pontani* Oratio de ſale ſacrificiorum. Trajecti 1703. 4. De vaccæ ruſæ ſacrificio

præter

* Hinc vocabula תנופה agitatio & תרומה in altum ſublatio, de qvibus multa Talmudici. Vide & Jo. Clericum ad Exod XXIX. 24. & 27.

præter Maimonidis librum & jam laudatum Zelleri commentarium Amſt. 1711. 8. B. D. Jo. Benedicti Carpzovii diſſertationes Lipſ. 1668. 4. Rev. Daſſovius de luſtratione Hebræorum Witeb. 1692. & interpretes ad Numeror. XIX. & Hebr. IX. 13. & Epiſt. Barnabæ c. 8. & de duobus hircis c. 7. De thymiamatis adolendi ritu, & de thuribulo in qvo ſuffitum Sacerdos faciebat, vide Jo. Braunium II. 5. ſeq. ſelectorum ſacrorum.

III. De ἀνθρωποθυσία Abrahamo à DEO injuncta vide interpretes ad Geneſeos XXII. DEus tamen prompta voluntate Abrahami contentus, filium ab eo mactari vetuit, hœdum permiſit. Hinc in Lege Moſaica nunqvam homines immolari ſed primogenitos etiam pretio redimi juſſit, aliisqve ſacrificiis expiari. Immolationes contra hominum Molocho ſive Saturno factas, ſevere prohibuit. At inter gentes nihil crebrius fuit immolatione hominum, qvod ratio illis dictaret, ſanguinem mutarum animantium non eſſe poſſe æqvivalens pretium DEO. Confer *Hugonem Grotium* libro de ſatisfactione Chriſti contra Socinum pag. 132. & *Jo. Lomeierum* de gentium luſtrationibus c. 22. De ἀνθρωποθυσία veterum Phœnicum & Carthaginenſium (de qvibus vide ſis Diodorum Sic. libro 20. Tom. 2 pag. 756. & 798. *Suidam* in Σαρδώνιος) pluribus agit idem *Grotius* ad Deuteron. XIIX. 10. & Hendreichius in Carthagine p. 180--191. De aliarum gentium more ſimili videndus *Herodotus* IV. 62. ubi de Scythis captivorum centeſimum qvemqve Marti immolantibus, & c. 103. ubi de Tauris Iphigeniam colentibus immolatione naufragorum & Græcorum ad ſe delatorum. *Porphyrius* libro 2. de abſtinendo ab animantibus: Euſebius Orat. de laudibus Conſtantini p. 646. & Conſtantinus Oratione ad Sanctorum cœtum c. 16. p. 589. *Jo. Seldenus* de Diis Syris, paſſim, *Jo. Meurſius* in Cypro lib. 1. c. 8. & 21. *Jo. Michaëlis* ad Gaffarelli curioſitates inauditas p. 95. ſq. *Joh. Braunius* in ſelectis ſacris, *Hermannus Witſius* L. 3. IV. 8. Ægyptiacorum c. 7. contra Marshamum: *Petrus Daniel Huetius* in Alnetanis qvæſtionibus pag. 278. *Jo. Clericus* in indice ad Stanleii Philoſophiam orientalem voce *infans*: *Joh. Freinshemius* ad Flori III. 4. n. 2. & Curtii IV. 3. 23. Viri docti ad *Cæſarem* VI. 16. de Bello Gall. *Juſtinum* XIX. 1. 10. ſeq. *Phil. Camerius* Centur. 1. Hor. ſubceſiv. c. 59. *Jo. Wierus* de præſtigiis Dæm. lib. 1. c. 6. *Franciſcus Fernandus de Cordova* Didaſcal. mult. c. 18. p. 186. *Phil. Cluverus* Germaniæ antiqvæ p. 250. ſq. *Stephanus Johannes Stephanius* ad Saxonem Grammaticum pag. 92. ſq. Molocho infantes non tantum luſtratione per ignem, ut ſenſit Maimonides, ſed plena combuſtione conſecratos eſſe oſtendunt

*Hadr. Relandus* parte 2. diſſ. Miſc. p. 114. ſeq. *Joh. Marckius* exercitatione textuali ad Levit. XVIII. 21. *Braunius* aliiqve. Præ cæteris de barbaro hoc homines immolandi more apud varias gentes recepto egerunt *Jacobus Geuſius* in opere duos in tomos diviſo qvod inſcribitur Victimæ Humanæ, Groning. 1675. 12. *Joh. Jönſenii* ſive *Jonſii* tractatio de ἀνθρωποθυσία gentilium, Hamb. 1654. 4. *Chriſtoph. Cellarius* & alii ad Minucium Felicem cap. 30. *Jo. Potterus* p. 230. Archæol. Gr. *Petrus Petitus* libro ſecundo de ἀνθρωποφάγοις c. 9. & 10. qvi oſtendit morem homines mactandi Diisqve ſacrificandi per omnes fere gentes introductum, & Diabolum carnis humanæ eſitandæ auctorem nefariis hominibus fuiſſe. Apud Ægyptios Amoſis, apud Carthaginienſes Gelon anthropothyſias ſuſtulit. Vide *Scaligerum* ad Euſeb. p. 23. Ac qvidem Carthaginienſes victos Gelo coëgit inter conditiones pacis & hanc recipere, ὅτι παύσονται τὰ τέκνα τῷ Κρόνῳ καταθύοντες, qvod non amplius vellent liberos ſuos Saturno immolare. Plutarch. de ſera Numinis vindicta pag. 552. Apud Romanos A. U. C. 657, Senatus conſultum factum ne homo immolaretur, qvod antea late obtinuerat, tum à Tiberio hoc facere prohibiti ſunt Druides teſte *Plinio* XXX. 1. & ab Imperatore Hadriano humanas hoſtias ſublatas tradit Pallas apud *Porphyrium* περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, *Euſebius* p. 154. 156. 164. præparat. & p. 659. Orat. de laudibus Conſtantini Imp. Idem *Euſebius* & alii poſt Chriſti in carnem adventum immolatos usqvam homines negant: qvod tamen non univerſe accipiendum, ut oſtendit *Antonius van Daalen* in libro de oraculis: Confer *Conrad. Sam. Schurzfleiſchium* diſſ. de inſtitutis Druidum §. VI. Sane in ipſa Germania noſtra Gregorii II. adhuc temporibus paganos à Chriſtianis mancipia emere ſolitos, ut horum cruore Numina placarent fœdoqve ritu illis ſacrificarent, conſtat ex Epiſtola Gregorii II. ad Bonifacium, qvæ eſt 122. & ex vita S. Wulfromii. Prætereo qvæ de pueris ſuo tempore ſolitis Lucifero immolari ab Arabibus narrat, S. Nilus narratione 3. p. 28. edit. Poſſini, & qvæ de recentibus variarum gentium ἀνθρωποθυσίαις ex Itinerariis Ottonis Dapperi, aliorumqve peti poſſunt nullo negotio: niſi qvod omnem fidem ſuperat, in Inſula Formoſa qvotannis immolari 18000. corda infantum puellorum, ut refert Pſalmanaſaarus in deſcriptione illius inſulæ p. 38. 42. 44.

IV. Spectat etiam ad hanc ἀνθρωποθυσίαν, qvod Judæis objicitur à Jac. Geuſio tum in libro de victimis humanis, tum in dialogo cui titulus *Annas & Caiphas fugitivi ex orco*, aliisqve, illos Chriſtianorum infantum

tum ſanguine ad ſacra ſua abuti, qvod falſiſſimum eſſe & calumniam meram, contendit Iſaacus Viva in vindicæ ſanguinis contra Geuſium (qvo de libro * vide Acta Erud. A.1682. p.206.) & Clar. Wagenſeilius parte 2. Peræ librorum juvenilium loculamenti ſecundi p.135. ſq. qvi fontes hujus imputationis indicat pagina 152. ſq. Tum in epiſtola de infundibulo ſuo p.73. ſq. ubi promittit & delineat ſingulare opus de hoc argumento, qvod inſcribit *judicium ſanguinis* ex Exodi XXII. 2. De eodem argumento poſtea brevem libellum Germanica lingua conſignavit, ediditqꝫ. Diſputat etiam inter alia Wagenſeilius adverſus eruditum virum Wilh. Erneſt. Tentzelium, qvi in vernaculis dialogis menſtruis anni 1693. & 94. multa in contrariam partem diſſeruit. Idem Wagenſeilius diſſertatione de re monetali Romanorum obſervat hebraicum vocabulum *Dam*, & ſanguinem notare & pecuniam Judæis, nec qvicqvam hos avidius expetere qvam illud *Dam*, h. e. pecuniam Chriſtianorum. Veram tamen hanc originem eſſe criminationis in Judæos jactatæ, merito negat Rev. *Jo. Wulferus* in theriaca Judaica pag. 79. qvi ipſe de hoc argumento legendus. Qvemadmodum & *Jo. Andreas Eiſenmengerus* in detecto Judaiſmo parte 2. cap. 3. Neqve vero Judæos à ſangine & carnibus Chriſtianorum vorandis jam olim abhorruiſſe, patet vel ex Dionis Caſſii Trajano, ſub extremum. Qvandoqve tamen injuriam illis factam à Chriſtianis qvoqve, neutiqvam abnuerim.

V. De more mactandi boves in fœderibus, & jurisjurandi ſanciti à transeuntibus inter medias partes *τομίων* ſacrificii, ad illuſtranda loca Gen. XV. 17. & Jer. XXXIV. 18. præter Grotium aliosqꝫ interpretes vide Senecam lib. 3. de ira c. 17. Lucian. in Toxari Tom. II. p. 64. ſeq. Suidam in *βȣ̃ς Μολοττῶν* & *ἐπὶ θύσης*, Philoſtratum l. VI. de vita Apollonii c. 21. fol. 264. edit. novæ, Cyrillum Alexandrin. p. 389. ſq. contra Julianum, editionis Spanhemianæ, ubi profertur locus ex Sophoclis Antigone v. 271. E recentioribus *Tho. Gatakerum* c. 42. adverſarior. *Fortunatum Scacchum* III. Myrothec. c. 60. ſq. p. 1115. ſq. *Bochartum* part. I. Hierozoici lib. 2. c. 33. *Jo. Conr. Dietericum* antiqvitat. Biblicar. V. T. p. 633. *Joach. Kubnium* pentade 2. qvæſt. 2. Memorias Brixienſes *Octavii Roſſi* ſive *Rubei*, Italice vulgatas p. 4. editionis A. 1693. 4. Hinc Hebræi dicunt fœdus dividere, pro ſancire fœdus כרות הברית, ut Latini fœdus icere, ferire &c.

VI. De

* Subjungitur ille Rev. viri Joh. Wulferi Theriacæ Judaicæ ad examen revocatæ, Norimb. 1681. 4.

VI. De Sacrificiis Gentium luſtratoriis atqve expiatoriis ἱλαςικοῖς, ἁγνιςικοῖς, καθαρκτικοῖς, qvæ Latinis *placamina, februa, piamina:* præclare diſſerit *Hugo Grotius* c. 10. libri de ſatisfactione Chriſti adverſus Socinum, & *Joannes Lomeier* de luſtrationibus gentium c. 23. De aliis Ethnicorum Sacrificiis conſulendi præcipue *Guiel. Stuckius* in deſcriptione ſacrorum ſacrificiorumqve gentilium Tiguri 1598.& 1679.fol.& inter opera junctim recuſa Lugd. Batav. 1695.fol. *Lilius* qvoqve *Gyraldus* Syntagmate XVII. ſive ultimo hiſtoriæ Deorum, Tomo I. operum: & *Job. Saubertus* in conlectaneis de ſacrificiis veterum qvæ prodierunt Jenæ 1659.8. & curante Clariſſ. Crenio recuſa ſunt Lugduni Batav. 1698.8. De Græcorum ſacrificiis conſules *Jo. Potterum* II. 4. Archæol. Gr. De libationibus *Stuckius* II. 37. Antiqv. Convival. p. 268. ſeq. De ſacrificiis Romanorum ſingulatim egêre *Paulus Merula* in operibus poſthumis Lugd. Bat. 1684. 4. editis. *Guielmus Choulius* in opere Gallico ſupra laudato de Romanorum religione, *Struvius* Syntagmatis capite 8. Kippingius libro I. Antiqv. Romanor. c. XI. De ſacris Tauroboliis, crioboliis & ſimilibus copioſe diſſeruit *Antonius van Daale* in diſſ. I. earum, qvas Antiqvitatibus illuſtrandis edidit Amſtel. 1702. 4. & auctor Anonymus ſcripti Gallici: *explication d' une inſcription antiqve trouvée depuis peu à Lyon, ou ſont decrites les particularitez des ſacrifices que les anciens appelloient tauroboles. Paris* 1705.8. Vide & Reineſii Epiſtolas ad Rupertum p. 620. & Commentar. ad Inſcriptiones Veteres p. 76. 211. 212. Seldenum III. 14. 8. ſeq. de *Synedriis* Hebræor. Gutherius IV. 19. de jure pontificio, T. 5. Græv. Sponius in Miſcellaneis eruditæ antiqvitatis p. 98. ſeq. & Fleetwodus ad Inſcriptiones ſelectas p. 16. ſq. Nihil aliud ſignificat Taurobolii vocabulum proprie, qvam bovicidium, ut notavit Salmaſius p. 8. ad Solin. ac ſimiliter Criobolium, Ægobolium &c. ſacrificium ac cædem arietis & capræ: taurobolio autem vel criobolio aut ægobolio renati dicebantur qvi ſacrificio & ſanguine tauri, vel arietis vel capræ luſtrati erant. Taurobolatæ petræ mentio in veteri inſcriptione apud Gutherium II. 5. de jure Veteri Pontificio, Tom. 5. Antiqvitatum Grævii. De Suovetaurilibus, ſive ſacrificio ex ſue, ove & tauro, vide ſis Philippum Rubenium lib. 1. electorum c. 11. & Sam. Pitiſci Lexicon Antiqvitatum Romanar. in *ſolitaurilia.*

VII. Varia de variarum gentium ſacris & ſacrificiis, eorumqve generibus ac ritibus congeſſit *Alexander ab Alexandro* IV. 17. *Tiraquelli* notis illuſtratus. Genus qvoddam ſacrificii qvo pluribus diverſis victimis

ſimul

ſimul faciebant, ut ſue, ove & tauro, vocabatur *ſuovetaurilia*, de qvibus *Henricus Noris* in diſſ. de votis decennalibus Imperatorum p.76. & *Jacobus Gutherius* lib. IV. de jure veteri pontificio c.18. qvo toto qvarto libro erudite & diligenter ritus Romanos circa ſacrificia & ſacra varii generis explicat (Tomo V. Græv.) & capite ultimo agit de vaſis & inſtrumentis, qvorum ad ſacrificia & in ſacris uſus erat, cui jungendus *Michaël Angelus Cauſeus de la Chauſſe* de inſignibus Pontificis Maximi, Flaminis Dialis, & inſtrumento ſacrificantium, in eodem Tomo V. Græviano. De ſimpulo ſive ſimpuvio victili, qvo vinum libabatur, vide Philippum Rubenium II. 8. electorum. Sacrificium in qvo reliqviæ epularum igne conſumebantur, vocatum eſt *Protervia*, de qva vide *Feſtum* & *Joh. Bapt. Donium* de pænula pag 323. ſeq. ex *Macrobii* lib. 2. c. 2. Saturnal. referentem jocum Catonis, qvi Albidium qvendam, qvi ſua bona comediſſet, & noviſſime domum, qvæ ei reliqva erat, incendio perdidiſſet, feſtive dixit, proterviam feciſſe. De igne divinitus immiſſo ſacrificiis Abelis, Noachi, Abrahami, Moyſis, Salomonis &c. conſulendus *Jo. Buxtorfius* in Exercitationibus ad Hiſtoriam arcæ fœderis, ignis ſacri & cœleſtis, Urim & Thummim, Mannæ, petræ in deſerto, & ſerpentis ænei Baſil. 1659. 4. Exercitatione ſecunda. De ſimili igne jactato apud Gentes (ut apud Herodotum lib. I. c. 59.) Pindarum Olympionic. Oda 7. Solinum c. 5. (al. 11.) ubi de Sicilia, & cap. 30. (al. 43.) ubi de Æthiopia: Ammianùm Marcellin. XXIII. 6. pag. 374. ſeq. *Huetius* in Alnetanis qvæſtionibus p. 216. *Cerda* ad Virgilii Eclogam VIII. 105. *Kircherus* Tom. I. Oedipi pag. 233. *Jobus Ludolfus* commentario ad Hiſt. Æthiopicam p. 302. & *Petri Bælii* dictionarium hiſtorico-criticum in voce *Egnatia.* De Diis qvibus nulla ſacrificia, nullas hoſtias cædere fas erat, agit ex veteribus *Porphyrius* in libris de abſtinendo à nece animalium, è recentioribus *Alexander ab Alexandro* lib. 2. genialium dier. c. 22. ubi iterum adde ſis *Tiraquellum.* In Palilibus qvoqve, qvi dies urbi Romæ natalis erat, & in Terminalibus victimam nullam immolatam eſſe conſtat, licet contrarium, ut poëtica vide, ſcripſerit Ovidius. Vide *Ivonem Villiomarum* (ſive *Joſephum Scaligerum*) in locos controverſos Roberti Titii pag. 20. In ara Apollinis nullum animal ſacrificabant Delii, tantum preces offerebant teſte *Macrobio* lib. 3. Saturnal. cap. 6. adde *Ezech. Spanhemium* in notis ad Callimach. pag. 83. Cœleſtes Deos κνίσσᾳ odore ac ſuffitù, terreſtres cibis ac comeſſationibus gaudere creditos, idem notat diſſ. IV. de eſu numiſmatum p. 299. edit. Amſtelodamenſis,

VIII. In diverſis ſacris, diverſis Diis, diverſa qvoqve ſuffimigia, diverſæ victimæ, coronæ, cerimoniæ, ligna diverſa comburendis, ſacrificiis, diverſæ aqvæ &c. adhibebantur, de qvibus Kircherus Tom.1.Oedipi pag.232. ſq. & Tom.2.part.2. pag.538. ſq. Ex animalibus qvænam qvibus Diis ſacrificata fuerint (nam laribus thure tantum & vino litabant, ut præter alios notat Cerda ad Virgilii Eclogas pag. 5.) ut gratas hoſtias* victimasqve præberent, perſeqvitur præter eundem Kircherum T.1.p. 238. ſq. *Johannes Textor* in officina p.57. ſeq. *Alexander ab Alexandro* III. 12. Antonius Clarus Silvius ad leges regias & XII. tabularum pag. 99. ad 103. *Saubertus* cap.22. ſeq. de ſacrificiis, *Joh. Potterus* pag. 124. ſq. ad Lycophronem. Aves Diis ſacras refert idem Textor pag. 281. ſeq. & Animalia inauſpicata pag. 279. Qvibus animalibus ſinguli Dii vel Deæ vehentes ducantur, idem pag. 70. & Beda Tom. 1 Opp. pag. 369. licet hac in parte non ſemper Mythologi ſibi nec Poëtæ conſtant. De animalibus qvæ Diis devota, ἄφετα & vaga ſine cuſtode dimittebantur, præter *Petrum Victorium* XXVIII. 24. Var. Lect. & *Caſaubonum* ad Athenæum, *Jac. Gutherius* III. 13. de veteri jure Pontificio T. V. Græv. Morti & furiis ſacra animalia vide apud Voſſium lib. 9. de Idololat. c. 39. Conſtat autem animalia Diis ſacrificata fuiſſe, vel qvod illis inviſa judicarentur ut Cereri porca, Hecatæ canis: vel qvoniam illis putarentur Dii lætari & delectari, ut corvo & cygno Apollo vel ob qvalemcunqve inter Deos & victimas convenientiam ac ſimilitudinem. Sic inferis Diis & Manibus offerebantur hoſtiæ ἄγονοι ſive ſteriles, pronæ & nigræ ſive furvæ :. Confer Stephanium pag. 54. ad Saxonem Grammaticum & Gutherium IV. 8. ubi de ſacris Inferorum: ſuperis contra & bonis Diis albæ, fœcundæ, ἔνορχοι & τετραχηλισμέναι ſive obtorto verſus cœlum collo. Rheæ ſive Cybelæ, Deorum matri proprio ſanguine litabant ſacerdotes. Rhodii qvadrigas Soli conſecratas qvotannis, Illyrii qvaternos eqvos novo qvoqve anno in Neptuni gratiam jaciebant in mare. Vide *Feſtum* in Hippius.

Plantas Diis ſacratas herbasqve & arbores perſeqvitur Poëta Græcus Anonymus (*Rufus Epheſius* ni fallor, licet Pamphilum Alex. maluit Lambecius II. pag. 593. & VI. pag. 90.) editus ad calcem Dioſcordis, editionis Aldinæ 1522. 4. & cum verſione ac notis eruditis *D. Jo. Rendtorfii* Hamburgenſis editus à me libro tertio Bibliothecæ Græcæ cap. 26. additis

* Hoſtia dicta de minoribus animalibus, ut ovibus & volucribus, victima de magnis, ut tauris.

tis Græcis ſcholiis ſive argumentis, qvæ leguntur etiam inter notha Dioſcoridis p. 476. ſq. edit. Saraceni, & auctiora exſtant in Côdice antiqvisſimo Dioſcoridis, qvem ſervat Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſis. Græco illi Poëtæ addes *Phædrum* lib. 3. fabula 17. *Plinium* lib. 12. c. 1. *Nicol. Mutonum* præfatione ad Serapionem medicum à ſe translatum, *Joh. Textorem* pag 141. ſeq. officinæ, *Jac. Pontanum* ad Ovidium, *Gerh. Joh. Voſſium* lib. 5. Phyſiol. Chriſtianæ cap. 48. ſeq. & *Joh. Meurſium* filium in arboreto ſacro Lugd. Bat. 1642 8. in qvo non agit de Plantis qvarum in ſacris literis fit mentio, ſed tribus libris recenſet Herbas, Frutices & Arbores qvæ apud Paganos variis Diis ſacratæ erant. Videndus etiam *Benedictus Curtius* Symphorianus opere de hortis. Neqve omittendum qvod *Kircherus* T. 3. Oedipi pag. 65. obſervat numeros Diis ſacratos unarium ſummo Deo, binarium Palladi, ternarium Minervæ, qvaternarium Apollini, qvinarium Iſidi, ſenarium Oſiridi, ſeptenarium Mercurio, octonarium Ammoni &c. De qvo plura *Joh. Meurſius* in denario Pythagorico Lugd. Bat. 1631. 4. & Tom. 10. Gronov. Hinc qvot foliis herba vel flos gauderet, ei Deo fuiſſe conſecratum. Pronum qvoqve eſt colligere, veteres ad ignem ſacrificiorum adhibuiſſe ligna, ex iis potiſſimum arboribus, qvæ Diis, qvibus rem divinam faciebant, erant dicatæ, qva de re agunt Stuckius lib. II. de Sacrificiis & Taffinus c. 13. de ludis ſæcularibus Tom. 8. Antiqvitatt. Roman. p. 537. ſq.

IX. Lubet hac occaſione laudare præcipuos qvosdam ſcriptores qvi de animalibus & plantis, qvarum in ſacra Scriptura mentio fit, diligentius egerunt. Et de animalibus qvidem primo loco memorandum eruditiſſimi *Sam. Bocharti* hierozoicon, ſingulari plane eruditione refertum, qvod prima vice lucem adſpexit Londini 1664. fol. recuſum emendatius Francofurt. 1675. fol. & deniqve inter ejus opera Ultrajecti 1692. curante Joh. Leusdenio, duobus in fol. Voluminibus, & A. 1712. Hujus operis duplex exſtat epitome, una *Stephani M. Veſcei* Ungari, Franeqv. 1690. 4. altera *Joh. Henr. Maji* Theologi Gieſſenſis, in qva non raro Bochartus reprehenditur, & interdum ut videtur non præter rationem. Francof. 1686. 8. Ante Bochartum hiſtoriam animalium ſacram, ſed alio inſtituto & apparatu alio compoſuit *Wolfgangus Franzius*, Theol. Witteb. qvæ 1617. Witeb. 8. vulgata, & poſtea ſæpius in Germania & Belgio recuſa eſt, hinc continuata, & eruditis locupletiſſimisqve acceſſionibus aucta à Rev. D. Jo. Cypriano, Profeſſore tum Phyſices, hodie Theologo Lipſi-

enſi edi cœpit Dresdæ 1697. 2. vol. 8. & abſoluta deniqve prodiit A. 1712. 4. duobus Volumin. *Johannes* qvoqve *Buſthamantius*, Complutenſis Medicus, de animalibus S. Scripturæ reptilibus vere dictis Tomos 2. edidit Compluti 1595. 4. & Lugdun. 1620. 8. Exſtat præterea *Godfr. Mulleri* Θηρολογία Biblica, Witteb. 1676. 8. *Hermanni Henr.* Frey/ Paſt. in Eccleſ. Schwinfurtenſi, therio-ornitho-ichthyo-biblion Germanica lingua vulgatum Lipſ. 1595. & 1605. 4. *Jo. Henr. Urſini* animalium Biblicorum nomenclator, atqve de animalibus mundis & immundis, libro 4. miſcellan. ſacrorum, editorum Norimb. 1666. 8. Vide etiam *Joh. Conr. Dietericum* antiqvit. Biblic. veteris Teſtamenti pag. 416. ſq. & *Eduardi Simſoni* Angli hieroglyphica animalium, qvæ in ſacra Scriptura reperiuntur, Edinburg. 1622. *Johannis* item *de Mey* commentaria Phyſica in Pentateuchum & N. T. Medioburgi 1661. 4. 2. Vol.

De arboribus, herbis & plantis in ſacra Scriptura commemoratis præ cæteris diligenter egit laudatus *Joh. Henr. Urſinus*, cujus arboretum Biblicum, primum editum eſt Noribergæ 1663. 8. Poſtea A. 1665. Arboreti biblici continuatio ſive Phyto-logia ſacra, Herbarius ſacer, & Hortus aromaticus, in qvo de omni genere aromatum ſacris in literis memoratorum agitur. Utrumqve opus recuſum eſt ibid. 1699. 8. Nec prætereundus *Levini Lemnii* libellus, in qvo ſimilitudines ac parabolas, qvæ in ſacra Scriptura ex herbis atqve arboribus deſumuntur, explicavit, Francof. 1591. 12. cui addi poſſunt *Thomæ Brown* obſervationes de plantis in ſacra Scriptura memoratis, *Adr. Cocquius* in hiſtoria ſacra plantarum, arborum & herbarum ſacræ Scripturæ, *Wilhelmi Sarcerii* herbarium ſpirituale, Germanice editum, ſive de plantis & herbis qvarum in Scriptura mentio fit, Francof. 1573. &c.

De gemmis qvarum præcipue Exod. XX. & Apoc. XIX. 19. ſeq. mentio fit, præter Ludovicum de Dieu & alios interpretes videndus S. *Epiphanii* liber περὶ τῶν δώδεκα λίθων, ſive de gemmis in veſte Aharonis editus ſeparatim cum verſione *Jolæ Hieronis* Tarentini, atqve inter Epiphanii opera à *Petavio* illuſtrata Tom. 2. pag. 225. tum in *Matthæi Hilleri* egregii viri libro de duodecim gemmis in pectorali ſummi Pontificis Tubing. 1698. 4 & in ſyntagmatis ejus Hermenevticis ibid. 1711. 4. qvi obſervationes ſuas & *Salmaſii* ex Plinianis ejus Exercitationibus ad Solinum & Homonynis Hyles iatricæ addidit. Epitome libri Epiphaniani legitur in qvæſtionibus *Anaſtaſii Sinaitæ* qvæſtione 40, illamqve ipſam edidit

didit *Conradus Geſnerus* in collectione ſcriptorum qvi de rebus foſſilibus egerunt, Tiguri 1566. 8. atq; ex alio Codice MS. cum Franciſci Turriani verſione Petavius Tom. 2. Opp. Epiphanii pag. 233. Epiphanio jungendus *Eduardus Bernhardus*, cujus accurata de gemmis S. Scripturæ tractatio inſerta notis ad librum III. Antiqvitatum Flavii Joſephi pag. 180. ſeq. *Jo. Braunius* libro 2. eruditi de veſtitu Sacerdotum Hebræorum operis, cap. 8. ſeq. qvi p. 631. meminit libri qvod de hoc de argumento molitus fuerat vir ſummus *Samuel Bochartus*, ſed qvi una cum ipſo intercidit. *Hugo Broughtonus* in Concentu S. Scripturæ pag. 155. ſeq. *Franciſcus Rueus* de gemmis aliqvot, qvarum mentio fit in Apocalypſi, Francof. 1596. 12. & alibi, una cum Levino Lemnio de plantis Biblicis: *Andreas Baccius* de duodecim gemmis S. Scripturæ: *Jo. Guil. Baierus* fil. Profeſſor Altdorfinus in diſſertatione de ſapphiro S. Scripturæ, Altdorf. 1705. qvi la zuli lapidem illo denotari contendit, atqve Jenenſium Æſculapius celebratiſſimus *Georgius Wolfgangus Wedelius* in Exercitationibus Medico-Philologicis Centur. 1. Decad. X. diſſ. 1. de Jaſpide S. Scripturæ, qvem diſputat eſſe adamantem Urim & Thummim eqvidem, per qvod gemmas* ipſas Aharonitici pectoralis, D. Jo. Brentius, Simon Patricius Epiſcopus nuper Elienſis commentario in Exodum, aliiqve plurimi cum Eduardo Bernhardo intelligunt, *Jo. Spencerus* in diſſ. de Urim & Thummim Cantabrig. 1669. 8. & de legibus Hebræor. III. 7. putat fuiſſe Teraphim aliqvod ſive imaginem, de collo ſuſpenſam, qvalem imaginem veritatis ab Ægyptio Judice geſtatam teſtantur *Diodorus Siculus* Lib. 1. p. 68. & *Ælianus* XIV. 34. Var. Hiſt. Spencerum ſeqvitur *Jo. Clericus* ad Exod. XXVIII. 10. & Num. XXVII. 21. oppugnant *Herm. Witſius* lib. 1. cap. 8. & lib. 2. c. 10. ſq. Ægyptiacorum & lib. 3. c. 11. *Philippus Riboudealdus* libro de Urim & Thummim Genev. 1685. 12. & D. *Joh. Benedictus Carpzovius* ad Schickardi jus regium Hebræorum pag. 44. ſeq. Vide etiam ſis Suidam in ἐφȣ́δ, Exercitationem *Joh. Buxtorfii* ſupra p. 353. laudatam. *Frid. Viccii*, Witeb. 1669. *Jo. Chriſtophori Wichmannshauſen*, ibid. 1701. *Jo. JacobiGanteſvillerii* dilucidationem Myſterii Urim & Thumim Hanov. 1675. & laudati *Wedelii* Centur. 2. decur. 3 Exercitationem 7. pag. 65. ſeq. alios-



* Caſpar Neumannus, Uratislaviæ ſuæ decus, in biga difficultatum ſacrarum de gemmis Urim & Thumim dictis & de cibo Samariæ obſeſſæ, Uratislaviæ 1707. 4. ex ipſo nomine hoc ingenioſe colligit, dici enim gemmas *Urim* qvod ſplendeant & luceant, *Thumim* vero, qvod earum ſuperficie ſit plana & æqvalis. Rationem typicam hujus Urim & Thumim ad Chriſtum, exponit Jo. Coccejus Epiſtola 214.

aliosqve plurimos memoratos Rev. D. *Jo. Georgio Pertſchio*, præfat. ad *Georgii Guilelmi Dieterici* duodenarium ſacrum de Urim & Thummim, Numburg. 1714. 4.

In iisdem Ampliſſimi *Wedelii* Exercitationibus plura ſacrarum literarum loca ex Medicorum & Phyſicorum, Mathematicorumqve obſervationibus illuſtrantur, qvod inſtitutum pridem fuit *Franciſci Valleſii* Covarrubiani Medici, libro de ſacra Philoſophia, ſive de iis qvæ ſcripta ſunt Phyſice in libris ſacris, Lugd. 1588. 1595. 8. Francof. 1600. 8. *Valentini Henrici Vogleri* Profeſſoris Helmſtadienſis meritiſſimi, libro de rebus naturalibus ac Medicis qvarum in S. Scripturis fit mentio, Helmſt. 1682. 4. & in Phyſiologia Hiſtoriæ paſſionis JEſu Chriſti, ibid. 1673. 4. *Joh. Maji* (de Mey) in Phyſiologia ſacra ſive commentariis p. 356. laudatis editisqve, Middelburgi A. 1661. 4. *Samuelis Reyheri* JCti & Mathematici Kilonienſis præclariſſimi A. 1714. denati, in Matheſi Moſaica, ſive locis Mathematice explicatis, cum appendice aliorum S. Scripturæ locorum Mathematicorum Kil. 1679. 4. cujus operis longe uberiorem editionem jam pridem paravit, & priorem ejus tomum paullo ante obitum abſolvit A. 1714. fol. *Hieronymi Dicelii* Profeſſoris Lipſienſis in ſpicilegiis ex diſciplinis Mathematicis, loca qvædam Biblica illuſtrantibus. Lipſ. 1702. 8. *Guilelmi Ader* in diſſ. de ægrotis Evangelicis, T. IX. Criticor. ſacrorum Anglor. & *Tho. Bartholini* in libris plus ſimplici vice excuſis, de morbis Biblicis, de latere Chriſti aperto, de paralyticis Novi Teſt. & de cruce, qvo poſtremo de vino myrrhato, de corona ſpinea & ſudore Chriſti ſanguineo diſſerit. *Conradi Johreni* in diſſertationibus de morbis Biblicis & de Chriſto Medico, Francof. ad Viadr. 1704. *Chriſtiani Warlitzii* Medici Anhaltini in variis diſſ. qvæ memorantur in Novis literariis Hamb. A. 1705. pag 163. Sunt etiam in manibus nonnullæ hujus generis Exercitationes editæ Kiloniæ à viro docto *Jo. Daniele Majore*, ut de Myrrha Chriſto à Magis oblata, de locuſtis cibo Johannis Baptiſtæ, de Jejunio Chriſti qvadrageſimali, de Chriſto Medico ortuqve divino Medicinæ, de Lunaticis, de paralyticis, & de ſale fatuo: voluitqve plures libros hujusmodi Exercitationum publicare, qvorum hic liber primus præſcribitur, qvemadmodum illa de Coſmodixi Satanica ad Matth IV. 8. ſeparatim lucem vidit Kilon. 1686. de qvo argumento præter interpretes videnda *Bocharti* commentatio de JEſu Chriſti in montem templiqve pinnaculum transportatione, ſcripta ad N. Heraultum Tom. 1. Opp. p. 943. ſeq.

Ra-

Rationem typicam ſacrificiorum & aliarum rerum Veteris Teſt, ad Chriſtum, expoſuerunt ſingularibus libris inter noſtrates qvidem Theologos Lutheranos *Frid. Balduinus* in Adventu Chriſti typico & paſſione typica: *Jacobus Botſaccus* in promtuario allegoriarum, *Mich. Baumannus* in Analectis typicis ſacris: *Lucas Bacmeiſterus* in explicatione typorum V.T. Tum Germanice *Valerius Herbergerus* in magnalibus DEI, *Dan. Feſſelius* in Chriſto Myſtico, *Jo. Jeremias Reichbelm* in JEſu typico, & *Joach. Emdenius* in JEſulo typico & paſſione Chriſti typica, 3. Vol. aliiqve Martino Lipenio laudati.

E Reformatis præter Jo. Coccejum & qvi eum ſeqvuntur in ſuis ad S. Scripturæ V. T. libros Commentariis, *Jeremias Taylor* in Chriſto revelato, qvi liber Anglice & Latine ſæpius editus eſt: *Johannes Biermannus* in Moſe & Chriſto, Belgice & Germanice: *Samuel Marther* cujus explicatio typorum Vet. T. jam ſecunda vice A. 1705. Anglice prodiit: *Jacobus Gerardus de Bergeries* in Moyſe revelato, Genev. 1670. 8. Gallice: qvibus jungenda *Jac. Triglandii* de origine & cauſis rituum Moſaicorum oratio inauguralis Lugd. Bat. 1702. 4. & qvæ adverſus Spencerum, Judæos ac Socinianos typorum relationem haud agnoſcentes, à viris doctis diſputantur. De uſu & abuſu circa conſiderationem typorum V. T. vide *Guil. Saldeni* otia divina lib. 2. cap. 3.

E Romanæ Eccleſiæ ſcriptoribus figuras V. T. ad Chriſtum referunt *Petrus Daniel Huetius* in demonſtratione Evangelica, propoſitione IX. cap. 170. pag. 1145. ſeq. *Theophilus Raynaudus* S. I. Tomo I. Opp. pag. 339. ſeq. *Hieron. Laurettus*, Benedictinus, in ſilva allegoriarum Scripturæ Pariſ. 1583. fol. & *Didacus Baëça* S. I. commentariis allegoricis & moralibus de Chriſto figurato in Vet. Teſt. 3. Vol. Lugd. 1633. 1635. 1637. fol. Utrum impii etiam aliqvando typum & figuram Chriſti geſſerint, disqvirit *Jo. Euſebius Nierembergius* de origine S. Scripturæ lib. 7. cap. 17.

In explicandis typis fatorum Eccleſiæ & Antichriſti copioſiores & juſto forte ingenioſiores ſunt nonnulli qvi Coccejum ducem ſeqvuntur. Non deſunt etiam qvi Caini & aliorum peccata inter typos referunt cum Auguſtino XXII. 24. 42. 70. 83. contra Fauſtum Manichæum. Vide Petri Jurieі * Hiſtoriam Criticam dogmatum rituumqve Judaicorum

rum

* Juriei κυρίας δόξας qvasdam refellunt Rev. D. Jo. Franciſcus Buddeus in Exercitatione Theologica de peccatis typicis, Jen. 1706. 4. & Lud. Borgheſius in Hiſtoria critica de Melchiſedecho, cap. V.

rum p. 67. ſq. & Henrici Hulſii figuras temporum ſive ſchema triplex Prophetiæ ad calcem libri de vallibus prophetarum pag. 465. ſq.

X. Chriſtianis nobis ſacrificii loco ſunt preces, de qvibus præcæteris, qvod ad antiqvitates & ritus earundem attinet, diligenter egit B. D. *Joach. Hildebrandus* tribus libris de precibus veterum Chriſtianorum, ex qvibus primus A. 1655. editus eſtin. 4. & A. 1702. recuſus Helmſtadii ſub titulo *ſacrarum antiquitatum de precibus veterum Chriſtianorum libellus*, in qvo veterum oratoria, ſive loca, in qvibus orarent, & ſtata orandi tempora percenſentur, ubi inter alia diſſeritur etiam de Horis canonicis, de precibus ad pulſum campanæ, de hæreſi Euchitarum, ſ. Maſſalianorum. Liber ſecundus inſcribitur *rituale orantium* ſ. compendium veterum orandi rituum, itidem Helmſt. 1656. & 1702. 4. Tertius liber doctrinam veterum de precibus & de invocatione ſanctorum, & precibus pro defunctis, perſeqvitur. Cæterum in illo rituali orantium agit cap. 1. ſtatim *de ritu precandi verſus orientem*, de qvo extat etiam ſingularis B. *Jacobi Thomaſii* diſputatio Lipſiæ 1670. edita, cui adde *Coſmam* Indicopleuſtem V. pag. 202. *Menardum* ad Gregorii M. Sacramentar. p. 69 ſq. *Lucam Tudenſem* II. 23. contra Albingenſes, ubi Saracenos ad meridiem orare ſcribit Tom. 25. Bibl. PP. pag. 240. C Idem II. 12. p. 226 diſputat Chriſtum in cruce faciem direxiſſe verſus occidentem. *Jo. C. Læſcherum* faſciculo 2. Obſ. ſelect. 6. qvi Braminas Judæorum obſervat verſus Septentrionem reſpicientes orare. *Jo. Bonam* de divina Pſalmodia p. 439. operum: *Melchioris Zeidleri*, Theologi Regiomontani, diſſertationem, ex qva nonnulla profert *Philippus Jacobus Hartmannus*, in libro de geſtis Chriſtianorum ſub Apoſtolis p. 417. *Jacobum Billium* ad epiſtol. 66. Nazianzeni. *Seldenum* lib. 3. de Synedriis c. 16. *Cotelerium* Tomo 1. Patrum Apoſtolicorum pag. 264. ad Conſtitut. Apoſtol. II. 57. & ad Chryſoſtomum in Danielem pag. 223. *Petavium* pag. 317. ſeq. dogmatum theologicorum de opificio ſex dierum, *Joh. Dallæum* de Pſeudepigraphis Apoſtolicis pag. 154. *Steph. le Moyne* ad Jerem. 23. 6. pag. 43. ſq. & *Caſparum Calvær*, ritualis Eccleſiaſtici Tomo 2. pag. 546 ſeq. Ab Apoſtolis ipſis hunc morem repetit *Juſtinus*, qvæſtione 118. ad orthodoxos, & *Germanus* Patriarcha Cpol. in theoria Eccleſiaſtica & Myſtagogica §. 8. *De elevatione manuum inter precandum*, de qva idem Hildebrandus agit cap. 9. videatur *Jo. Philoponus* ad Hexaëmeron pag. 43. & ſingularis diſſertatio de hoc argumento ab Rev. D. *Adamo Rechenbergio* Lipſiæ A. 1688. edita. *De aper-*

*apertione capitis in ſacris*, Calvœrus Tom.2. ritualis Eccleſiaſtici p.555.ſq. De ritu *capitis in ſacris operiendi* apud Judæos & varias gentes, exſtat erudita diſſertatio *Jo. Guil. Bergeri*, Witeb.1703.4. De oratoriorum Eccleſiæ cum Synagogis convenientia, adi *Campegium Vitringam* lib. 1. Synagogæ parte 3. c.1. ſq.

Qvod *certis precum formulis* uſi veteres fuerint Chriſtiani, illæqve rite adhibeantur, contra Anabaptiſtas, alioſqve oſtendit *Hardtmannus* pag. 412. libri laudati. *Jeremias Taylor*, in Apologia publicæ & ſtatæ formulæ precum atqve Liturgiæ, Anglice edita: *Joh. Durellus* in hiſtoria rituum Eccleſiæ Anglicanæ cap. 10. pag. 78. *Frid. Spanhemius* fil. Tom.2. Opp. pag. 1283. ſq. *Mericus Caſaubonus* in defenſione orationis Dominicæ itidem Anglice edita. B. *Matthias Zimmermannus* in analectis p. 496. ſeq. Rev. *Henr. Lud. Benthemius* de ſtatu Eccleſiæ Anglicanæ pag.369.ſeq. & D. *Joh. Franciſcus Buddæus* in Theologia Morali pag.458. Videri etiam poſſunt & cum his contendi atqve examinari qvæ de non ſtatis in veteri Eccleſia liturgiis diſputat ſingulari libro Anglice vulgato *Dav. Clarkſon*, qvi recenſentur Tom. 16. Bibliothecæ univerſalis pag. 138. ſeq. confutatus à *Combero* de qvo mox infra mentio à me fiet. Formulas precum in Eccleſia publico uſu receptarum exhibent libri Liturgici, Euchologia, Breviaria &c. De *Collectis* Eccleſiaſticis Claudius Eſpencæus p.1024.ſq. Operum. De generibus precum qvas memorat Paulus Apoſtolus 1. Timoth. II.1. vide præter interpretes, *Origenem* libro de oratione pag.46 ſq. *Jo. Marckium* Exercitatione textuali XLII. *Rich. Simonem* ſupplemento ad Leonem Mutinenſem pag. 57. *Joh. Lomeierum* lib. 1. genialium dierum & *Jacobum Gutherium* lib. IV. de jure veteri Pontificio cap. 14. ſeq. Tomo V. theſauri Græviani. Preces à veteribus Chriſtianis factas etiam pro Principibus Magiſtratibusqve Ethnicis & hæreticis, probat *Jo. Fileſacus* lib.2. Electorum p. 399. ſeq.

De ſtationibus veterum Chriſtianorum & genuflexione inter orandum agit *Joh. Hornbeckius* pag. 606. ſeq. Miſcellaneorum ſacrorum, *Heribertus Roſweidus* ad Vitas Patrum p.792. ſq. *Theoph. Raynaudus* in Chriſtiano ſacro acathiſto. T. 6. Opp. D. *Joachimus Hildebrandus* in rituali orantium c.6. ſq. *Onufrius* libro de ſtationibus Urbis Romæ, ad calcem libri de vitis Pontificum, & *Du Guetus* auctor libri eruditi Gallice editi *de l'ancienne coutume de prier debout*, qvi recenſetur in Actis erudit. Anni 1701. p.131.ſq. Ex iisdem diſces veteres Chriſtianos orantes genua non flexiſſe

flexiſſe die Dominico, nec à Paſchate usqve ad Pentecoſten. Confer Pſeudo-Cyrilli Theoriam Eccleſ. & Myſtagogicam p. 327. ſq. edit. Tho. Milles. De proſtratione in terram inter precandum, vide laudata Hoornbeckii Miſcellanea pag. 611. ſq. De ſubſultu precantium in Eccleſia primitiva, Rev. D. *Chriſtoph. Sonntagii* diſſertatio prodiit Altdorfii A. 1708. ad locum Clementis Alex. VII. Strom. p. 722. Plura de geſtibus precantium collegit B. *Balthaſar Bebelius* Antiqvitat. Eccleſ. Sec. IV. Tom. 2. pag. 731. 866. ſeq. *Gisb. Voëtius* Tomo 5. ſelectarum diſſertationum pag. 550. ſeq. *Conradus Ritterhuſius* lib. 5. ſacrarum Lectionum c. 10. ſq. *Deſiderius Heraldus* Pariſienſis libro 2. digreſſion. 2. & ſeq. ad Tertullianum, B. *Quenſtadius* antiqvitatum eccleſiaſticarum cap. 4. ſectione 4. *Godfredus* deniqve *Arnoldus* in primitivo Chriſtianiſmo, Germanice edito, libro ſecundo, & *Hermannus Witſius* ad Orationem Dominicam Exercitatione IV. qvæ eſt de geſtibus Orantium.

XI. Agam h. l. tribus verbis etiam de precibus Judæorum veterum, Ethnicorumqve. Battologias utrisqve conſuetas damnat atqve reprehendit Servator noſter Matth. VI. v. 6. ad qvem locum præter interpretes & Suicerum in βαττολογεῖν, videnda *Balthaſaris Stolbergii* diſſertatio. Conſulendi etiam *Salmaſius* de fœnore trapezitico p. 796. *Samuelis Basnage* Annales ad A. C. 31. num. 35. *Salomo Deylingius* in eruditis obſervationibus ſacris parte 3. p. 208. ſeq. Neqve vero huic vitio tantum obnoxii Ethnici, ut putat *Grotius* ad dictum Matthæi locum, ſed Judæi qvoqve, ut patet ex formulis precum apud *Seldenum* lib. III. de Synedriis cap. 12. *Hottingerum* in faſciculo diſſertationum p. 316. *Wagenſeilium* von Hebräiſch Teutſcher Red- und Schreib-Art p. 94. ſq. & *Georgium Leopoldum Ponatum* de vetuſta orantium Judæorum battologia. Helmſt. 1709. 8. De Judæorum precibus conſules tractatum Berachot, Tom. 1. edit. Surenhuſii ſtatim ſub init. & *Jo. Saubertum* de ritu precandi veterum Hebræorum Helmſt. 1663. & in palæſtra diſſ. p. 89. ſeq. *Campegium Vitringam* lib. 3. de Synagoga cap. 13--19. *Joh. Druſium*, libro de 3. ſectis Judæorum p. 99. ſq. *Lightfootum* Tom. 1. operum p. 720. *Quenſtadium* p. 205. ſq. Antiqvitatum Biblicarum. *Franciſc. Burmannum* part. 2. exercitat. Biblicar. p. 45. ſq. Formulæ precum complures in libris Judæorum ritualibus & apud Buxtorfium c. 10. Synagogæ Jud. videantur, inIeterici Schwabe/ ex Judæi Paderbornenſis Jüdiſchem Deck-Mantel parte 2. Paderb. 1615. 4.

De officiis Judæorum antelucanis diatribam edidit *Hermannus van der Herſt*, Profeſſor Helmſtadienſis. De

De certis per diem horis precationi deſtinatis apud Judæos & inde apud veteres Chriſtianos, tertia, ſexta & nona, adeundi interpretes ad Daniel. c. VI. v. 10. Actor. III. 1. *Samuel Petitus* cap. XV. Var. Lectionum, *Valeſius* ad Euſebium p. 35. *Montfauconus* ad Philonem de vita contemplativa, Gallice à ſe verſum p. 231. ſq. *Georg. Caſſandri* opera p. 181. ſq. *Joh. Fellus* ad epiſtolam Clementis Romani p. 85. edit. Oxonienſis. *Joh. Owenus* in Theologumenis p. 420. Atqve à Judæis arceſſendam horarum Canonicarum originem, res videtur ſimillima vero, licet traditionem illam adeo firmam eſſe negat *Job. Pearſonius* prælectionibus ad Acta Apoſtolorum p. 39. ſq. Confer de illarum horarum ritu præter laudatos à Lipenio in Bibl. Theologica, Clementem Alex. VII. Strom. p. 722. Origenem lib. de Oratione p. 38. ſq. Cyprianum de oratione, & ibi Goulartium, atqve Jo. Fellum p. 154. Samuelem Basnage in Annalibus ad A. C. 34. Tom. I. p. 436. ſeq. *Hermannum Witſium* Exerc. V. ad Orationem Dominicam, qvæ eſt de ſtatis precum horis: D. *Adami Rechenbergii* diſſertationem de horis canonicis, habitam Lipſiæ A. 1677. & recuſam in ejus Exercitationibus ad Nov. Teſt. & Hiſt. Eccleſiaſticam, Lipſ. 1707. 8. p. 827. ſq. *Jo. Franciſcum Buddeum* in Theol. morali p. 442. ſq. *Adami Tribecbovii* Exercitatt. ad Banonium p. 72. ſq. *Gisbertum Voëtium*, Tomo III. diſp. ſelectarum p. 1056. *Herm. Witſium* Exerc. V. ad Orationem Dominicam p. 72. ſeq. *Andreæ Riveti* Catholicum Orthodox. qvæſt. 35. T. 3. Opp. *Wolfgangum Gundlingium* ad Euſtratii Johannidis delineationem eccleſiæ Græcæ p. 15. Græcorum Horologium de libris Eccleſiaſticis & Horologopulum de qvo Allatius: *Chriſtoph. Angelum* de Eccleſiæ Græcæ ritibus p. 38. *Cotelerium* ad Chryſoſtomum in Danielem p. 223 & ad Conſtitutiones Apoſtol. VIII. 34. ubi videndus etiam *Franciſcus Turrianus*: *Alardum Gazæum* ad Caſſiani III. 4. de inſtitutis Cœnobiorum, *Guil. Durandum* in rationario lib. V. cap. 1. Horas breviarii Romani, *Baronium* ad A. C. 34. n. 163. & 251. & ad A. 51. n. 69. *Bellarminum* de bonis Operibus lib. I. cap. 11. *Joannem Bonam* de divina Pſalmodia cap. 4. ſq. *Hug. Menardum* ad Sacramentarium Gregorii Magni p. 273. ſeq. ubi Bedæ Horologium: *Nic. Rayæum* diſſ. præliminari ad Tomum ſecundum Actor. Sanctorum Junii p. LXVI. *Macrorum* Hierolexicon in *curſus* & *Horæ*, Anonymi Benedictini de horis Canonicis tractatum excuſum Venetiis 1567. 8. *Joh. Steph. Durantum* de ritibus Eccleſiæ catholicæ lib. 3. &c. Neqve adeo improbantur horæ precum canonicæ à ſanis Proteſtantibus qvatenus ſunt ſtatæ & ordinariæ, ſed qvatenus mercenariæ & meritoriæ,

ac prout opere illo operato multi ſuperſtitioſe defunguntur. Confer B. *Martinum Geierum* ad Danielis VI. 10. ſolent & Turcæ qvinqvies per diem ſtatis temporibus orare, ut præter alios notat *Joh. Hoornbeckius* in ſumma controverſiarum religionis p. 151.

De Judæorum Phylacteriis, ut illa etiam hoc loco attingam, vide præter *Grotium*, *Rich. Simonem* aliosqve interpretes ad Matth. XXIII. 2. Clariſſ. Collegæ mei *Georgii Elieſeris Edzardi* notas ad Codicem Talmudicum Berachot cap. 1. p. 209. ſeq. *Wagenſeilium* ad Sota p. 397. 416. *Guil. Surenbuſii* Mishnam Tom. 1. p. 9. ſq. & Tom. 5. p. 75. ſq. *Sam. Petitum* cap. XX. Variarum Lect. Aloyſii Novarini ſchediaſmata ſacroprofana lib. V. cap. 26. 27. 28. & Diſſertationes ſingulares de hoc argumento *Guſtavi Peringeri*, Upſal. 1690. *Joh. Andreæ Danzii* Jenæ 1682. *Mich. Beckii* ibid. 1675. & *Nicolai Linugby* Hafniæ 1705.

De eo qvod Judæi inter precandum ſe ad templum Hieroſolymitanum 2. Paralip. VI. 38. & in hoc ad Sanctuarium adeoqve verſus occidentem converterent (qvod diſerte prohibuit Mahommedes, teſte Abulpharajo) præter interpretes ad jam dictum locum Danielis & ad Ezech. VIII. 15. videndus *Joh. Seldenus* lib. 3. de Synedriis p. 427. Extat & *Joh. Ehrenfridi Pfeifferi*, (Auguſti filii) diſſertatiuncula de dignitate occidentalis plagæ in re ſacra Hebræorum Wittenb. 1697. De Therapevtis vero qvos Philo verſus orientem oraſſe teſtatur, & qvos inde Chriſtianos fuiſſe colligit Clariſſ. Montfauconus in notis ad Gallicam libri Philonis verſionem p. 198. ſq. & in Epiſtolis Gallice editis Pariſ. 1712. 12. de Therapevtis Philonis p. 231. ſeq. vide qvæ obſervat vir doctus in reſponſione ad Montfauconum pag. 117. ſeq. 375. ſeq. Certe Joſephus qvoqve II. 12. de bello Judaico auctor eſt Eſſæos *πατρίους τινὰς εἰς ἥλιον εὐχὰς φθέγξασθαι ὥσπερ ἱκετεύοντας ἀνατεῖλαι*.

De precibus Mohammedanorum *Hottingerus* T. 3. Hiſt. Eccleſ. pag. 470---529. *Albertus Bobovius* ſive *Bobovsky*, Polonus, inter Turcas dictus *Ali-Beigh* in liturgia Turcica (poſt itinerarium R. Peritzol ab Clariſſ. Hydeo cum notis edita) ſub init. & *Adrianus Relandus* pag. 68. ſeq. de relig. Mohammedica, qvi p. 127. ſeq. docet falſum eſſe, qvod inter precandum auſtralem plagam reſpiciant. *Henningii Henningi*, Huſani Muhamedanus precans, Sleswici 1666. 8. editus complectitur libellum precationum ex MS. Arabico Gottorpienſi vulgatum, cum editoris verſione & notis. Formula ſolennis qvam Sacerdos erectis ad cœlum manibus

bus & facie verſa ad populum orat tacitus in cœtibus ſacris, hæc eſt: *O DEUS! accepta à nobis preces noſtras, recitationes noſtras, jejunia noſtra, ſtationes noſtras, inclinationes noſtras, proſtrationes noſtras, ſeſſiones noſtras, glorificationes noſtras, laudationes noſtras, Orationes noſtras & exclamationes noſtras, ſupplicationes noſtras & eleemoſynas noſtras, neque rejicias eas in facies noſtras. Rectifica & corrige opera noſtra, & remitte nobis peccata noſtra o Domine noſter, & Imperatori noſtro & Proregibus* (Conſiliariis) *noſtris & gubernatoribus* (judicibus) *noſtris & prædicatoribus* (Doctoribus) *noſtris, Antiſtitibus* (Parochis) *noſtris, Doctis noſtris & probis piisque noſtris, Parentibus noſtris, Magiſtris noſtris, Benefactoribus noſtris & iis quibus aliquid debemus, & iis qui ſe noſtris bonis precibus commendarunt, & fidelibus utriusque ſexus, ſive ſint vivi ſive mortui: per miſericordiam Tuam o miſericordiſſime miſericordium. Abſit o Domine, Domine potentiarum, ab eo quod Tibi attribuunt* (imputant) *& pax ſit ſuper Miſſos* (Prophetas) *& laus DEO, Domino Creaturarum.* De Perſis non omittendum qvod notat Joannes Chardinus deſcriptione Perſiæ Tom. IV. p. 102. *Ils croyent que les prieres de tous les hommes ſont bonnes & efficaces, & les acceptent & méme ils recherchent dans leurs maladies & en d'autres beſoins la devotion des gens de differente Religion, choſe que j'ai vu pratiquer mille fois.* Eadem fuit ſententia Navarchi cum qvo Jonas Propheta vehebatur. Vide Jonæ I. 5. 6. De Battologia Muhamedanorum Hottingerus, præfat. ad Tomum VII. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

XII. De ſingulari ſapientum apud omnes moratas Gentes circa preces ſtudio, ut Brachmanum apud Indos, Magorum apud Perſas, Theologorum apud Græcos agit Proclus lib. II. ad Timæum Platonis p. 64. præclare oſtendens precum ſcopum eſſe conjunctionem cum DEO. Idem p. 65. ſq. varia eorundem genera commemorat. Precum formulas à Diis ipſis monſtratas ſive (ut Juvenalis VI. 391.) dictatas, longe putabant eſſe valentiores aliis qvibuscunqve, ut obſervat Thomas Galeus p. 198. ſeq. ad Jamblichum de myſteriis Ægyptiorum. Qvamplurimas ejusmodi conceptas ac ſolennes precum formulas collegit Barnabas Briſſonius lib. I. formularum. Cui adde *Saubertum* c. 10. & 13. de Sacrificiis, & *Jac. Gutherium* IV. 14. ſeq. de jure veteri Pontificio. *Matthæum Broverium de Niedek* libro de populorum veterum ac recentium adorationibus, qvo etiam varii ritus precantium illuſtrantur, Amſtelod. 1713. 8. & *Jo. Sartorium* de Hypocriſi Gentilium circa Deorum cultum cap. 7. ſq. Hinc *Sacerdos* vel *Monitor* præibat preces, ac de ſcripto qvidem, ne qvid verborum præteriretur aut præpoſterum diceretur, rurſusqve

alius *cuſtos* erat qvi attenderet, alius qvi faveri linguis juberet, tibicen alius qvi interim caneret, ne qvid aliud exaudiretur. Vide *Plinium* XXVIII. 2. ubi multa religioſi ritus perſeqvitur, & ex recentioribus *Alexandrum Alexandrium* II. 14. & IV. 17. genialium dierum. Recte tamen Plinius alter in Panegyrico affirmat, Deos non tam accuratis adorantium precibus (h.e. conceptis precum formulis) qvam innocentia & ſanctitate lætari, gratioremqve exiſtimari, qvi de lubris eorum puram caſtamqve mentem, qvam qvi meditatum carmen attulerit. Confer *Plutarchum* in Numa p. 22. edit. Aldinæ. *Porphyrium* apud *Auguſtinum* lib. XIX. de civitate DEI cap. 23. Solitæ etiam in precibus qvandoqve addi minæ, de qvo ridiculo & impio more, confer *Kircherum* Tom. 2. Oedipi part. 2. p. 453. & *Joh. Clericum* in indice ad Stanleji hiſtoriam philoſophicam, voce *Hebræi.* Etiam qvando preces exauditæ non eſſent, vel magna ingruiſſet calamitas, lapidata ſunt templa, abjectæ imagines, * lares projecti. Vide Barneſium ad Anacreontem p. 38. Pitiſcum ad Suetonium Tom. 1. p. 767. & Bælii reſp. ad qvæſtiones Provinciales Tom. 1. p. 428. ſeq. De ſupplicationibus, precibus & diris apud Græcos conſulendus *Potterus* lib. 2. Archæol. Gr. capite 5. De precibus ad & poſt menſam, *Guil. Stuckius* II, 36. p. 246. ſeq. Antiqvitatt. Convival. & III. 24. p. 388. ſq. & *Jac. Gretſerus* de benedictionibus lib. 1. cap. 13. De ſupplicationibus publicis Romanorum *Jac. Gutherius* lib. 1. de jure Pontificio c. ult. T. V. Græv. De more Matronarum Rom. crinibus paſſis verrendi aras & templa, *Sigonius* ad Livii XXVI. 9. De χειραρσία orantium ſive ſublatis inter precandum manibus, ritu communi generis humani, vide Joh. Priceum, Claudium Eſpenceum aliosqve interpretes ad 1. Timoth. II. 8. Barthium III. 2. Adverſar. Hoornbeckii Miſcellanea p. 297. ſq. & D. Adami Rechenbergii Exercitationes ad Novum Teſt. & Hiſt. Eccleſiaſticam p. 145. ſq. qvi p. 161. ſq. agit de more manus & digitos inter orandum complicandi, cujus mentio etiam apud Plutarchum in Lucullo p. 505. De Lectiſternio *Livius* V. 13. atqve idem *Gutherius* III. 9 & *Jo. Triſtanus* in Hiſtoria Imperatorum ex numis illuſtrata Tom. 2. p. 403. ſq.

XIII. Precibus additi Hymni, qvibus DEus celebratur. Hymnorum ſacrorum exempla egregia apud Hebræos præbet divinus liber Pſalmorum. De qvo Rabbini in Baya Bathra c. 1. *David ſcripſit librum*

* De diris in Deos vide Mabillonii iter Italicum p. 79. S. Gregorius Nazianzenus invection. 1. in Julianum p. 98. *Λυδίοις εὐσεβὲς καταρᾶσθαι τῷ βοηθεῖν, καὶ τοῦτο εἶναι θεοῦ τιμὴν, τὰς εἰς αὐτὸν λοιδορίας.*

*brum Pſalmorum* (qvem accepit) *per manus decem ſenum. Per manus primi hominis, per manus Melchiſedechi, per manus Abrahami, per manus Moſis, per manus Hemanis, per manus Jeduthuni, per manus Aſaphi & per manus trium filiorum Corah.* Præterea notus eſt locus, ex Mechilta in XV. Exodi & Targum ſive Chaldæo Paraphraſte in Canticum canticorum, de IX. hymnis in ſacra Scriptura V.T. præter librum Pſalmorum memoratis, *primam* inqvit, *cantilenam canebant Iſraëlitæ in Ægypto, quod Eſaias XXX.* 29. *abſcondite ſignificavit: ſecundam canebant iidem transmiſſo mari rubro Exod. XXV. Tertiam ad Puteum Num. XXI. Quartam condidit Moſes, paulo ante ſuum exceſſum Deuteron. XXX. Quintam Joſua X.* 12. *Sextam cantabant Debora & Barack Judic. c. V. Septimam David, cum eum ab omnibus hoſtibus, atque etiam Saule liberaſſet Dominus, II. Sam. XXII. Octavam Salomo, dedicata æde ſacra, Pſal.* 127. *Nonam univerſus cantorum ordo, cum eum Joſaphat recens inſtituiſſet II. Paralip. XX. Decimam cantabunt Beati in altera vita, eritque hæc qualis illa Iſaiæ XLII.* 10. *vel illa Eſ. XCVIII.* 20. *Diſcite, redemit Dominus ſervum ſuum Jacob.* Hiſce adde ex libris Apocryphis hymnum Judith, trium puerorum &c. Pſalmos XVIII. Salomoni tributos atqve Græce & Latine editos ad calcem Adverſariorum ſacrorum Joh. Ludovici de la Cerda, & in Codice Pſeudepigrapho Vet. Teſtamenti qvem hoc ipſo tempore prælis ſubjeci. De recentium Judæorum Hymnis Clariſſ. Collega noſter Jo. Chriſtophorus Wolfius in Bibl. Hebræa p. 181. 208. ſeq. 325. &c.

Formulas hymnorum Ethnicorum ſervatas habemus ſat multas ſub nominibus *Orphei*, *Homeri*, & qvas *Callimachus* ac *Proclus* compoſuerunt: ut prætercam fragmenta hymnorum *Oleni*, *Pamphoi* aliorumqve apud Pauſaniam, Stobæum & Laërtium. οἱ πλεῖστοι τῶν ὕμνων inqvit Julianus Imperator in fragmento prolixo Epiſtolæ p. 302. ὑφ᾽ αὐτῶν τῶν θεῶν ἱκετευθέντων ἐδόθησαν. Et Pauſanias recentiores hymnos elegantiores eſſe confeſſus, antiqvioribus qvo ſimpliciores fuerunt eo plus ineſſe ait auctoritatis & religionis. De hymnorum variis generibus nominibusqve videndus Proclus in χρηστομαθίᾳ ſive Photii ex illo electis Cod. 239 Bibliothecæ, & ad calcem Syntaxeos Apollonii: Et Ezech. Spanhemius in limine notarum ad Callimachum, ubi etiam de eo qvod ad tibiam cantarentur, & inter ſacra, libationesqve & choreas: præterea de Hymnodis eorumqve agonibus. De indigitamentis ſive indicitamentis, τελεταῖς, initiis, aſſamentis videndus Joſephus Scaliger ad Hymnos Orphei & Voſſius in Etymologico.

De

De Chriſtianorum hymnis mentionem facit *Plinius*, in epiſtola celebri ad Trajanum lib. X. 97. Antiqviſſimum exemplum hymni ejusmodi eſt ille qvem habemus *Clementis Alexandrini* ad calcem Pædagogi, de qvo dixi lib. V. Bibliothecæ Græcæ p. 104. & 196. ubi & habes hymnos à *Thom. Smitho* editos in Diatriba de hymnis Græcorum qvæ exſtat Tom. 1. miſcellaneorum Londin. 1686. 1710. 8. & qvæ de hymnis in Chriſti honorem compoſitis *Cajus* Presbyter apud Euſebium libro V. cap. 28. Ode Polyonymos, cujus meminit *Lucianus*, ſive qvisqvis auctor in Philopatride, nihil aliud eſt qvam doxologia, de qva vide *Suicerum* in ἁγιασμὸς & τρισάγιον. *Cangium* in gloſſario utroqve. Menardum ad Sacramentarium Gregorii M. pag. 10. ſq. *Petr. Allixium* in diſſert. de τρισαγίȣ origine, qvam nomine ſuo primis tantum literis indicato edidit Rothomagi 1674. 8. De Antiphona ab Ignatio poſt viſionem angelicam Eccleſiæ Antiochenæ tradita vide *Valeſium* ad Socratis VI. 8. p. 78. *Theophilum Raynaudum* Tom. 7. operum p. 457. ſeq. De Litaniis *Nic. Serrarii* λιτανευτικῶν libri, inter ejus opuſcula excuſi, *Gisbertus Voëtius* Part. III. diſput. ſelect. p. 1049. ſq. *Georgius Gregorius Franciſci*, in diſſ. de litaniis edita Lipſiæ 1693. Varias Litaniarum veterum formulas videre licet in veteribus Officiis, Sacramentariis & Liturgiis, è qvibus nonnullas vulgarunt Goldaſtus T. 2. rerum Alemannicarum p. 136. *Menardus* ad Sacramentarium Gregorii M. p. 156. *Edmundus Martene* de antiqva Eccleſia diſciplina in divinis officiis p. 629. & lib. 1. de ritibus antiqvis Eccleſiæ parte 1. p. 175. 363. 551. & parte 2. p. 134. 144. 161. 178. 211. *Joh. Morinus* de Eccleſiæ ordinationibus p. 300. & in appendice operis de ſacramento Pœnitentiæ p. 165. ſq. aliiqve Clariſſ. Nicolao Petro Sibbern lib. de libris Eccleſiaſticis Latinorum laudati, apud qvem p. 73. pro *Gaſſendus* legendum Caſſander p. 117. Operum. De formula κύριε ἐλέησον, qvæ exſtat etiam apud Arrianum in Epicteteis lib. 2. c. 7. vide *Jo. Steph. Durantum* l. II. de ritibus Eccleſiæ Catholicæ c. 13. De hymno *Te DEum Laudamus*, qvi ad S. Ambroſium & Auguſtinum vulgo refertur, & in Epiſtola Abbonis Floriacenſis tribuitur S. Hilario, ut in præf. ad Hilarium notant Benedictini: adeundus *Matthæus Lorroquanus* lib. 2. Adverſariorum ſacrorum c. 31. *Hugo Menardus* ad Gregorii M. ſacramentarium p. 399. *Joh. Fileſacus* libro 2. electorum p. 213. *Wilh. Erneſtus Tenzelius* in diſſ. de hoc hymno, habita Witebergæ 1686. & recuſa in parte 1. diſſert. ſelectarum: Adde eundem in dialogis menſtruis A. 1692. p. 869. *Euſtathium à Sancto Ubaldo* in disqviſit. de hymni Te DEum laudamus auctoribus. (Vid.

Tom. 3.

Tom. 3. ſupplem. Act. Erud. p. 163. & 52. & Anni 1691. p. 129.) & *Placcii* τȣ͂ μακαρίτȣ theatrum Anonymorum p. 403. ſq. De Δοξολογίᾳ veterum Chriſtianorum, cujus jam mentionem feci, & qvam perinde ut Symbolum ex formula confeſſionis baptizandorum natam eſſe contendit Joh. Gregorius, Anglus in obſervationibus ſacris, vid. D. *Adami Rechenbergii* exercitatio Lipſ. 1684. primum edita, qvæ iterum prodiit in ſyntagm. 1. diſſ. philologicarum Roterd. 1699. 8. atqve tertia vice in Exercitationibus Rechenbergii ad Nov. Teſt. & Hiſtoriam Eccleſ. ſpectantibus p. 219. Hymnos & preces Latinæ Eccleſiæ veteris collegit *Georg. Caſſander*, qvæ una cum ejusdem in hymnos notis, tum ſeorſim Colon. 1556. tum inter ejus opera Pariſ. 1616. fol. excuſa leguntur. Videndi præterea inprimis *Jo. Bona* Cardinalis in opere erudito de divina Pſalmodia excuſo tum ſeparatim, tum inter Bonæ opera Antwerp. 1694. fol. *Joh. Hoornbeckius* lib. 1. miſcell. Sacror. cap. XI. Jo. Fileſacus lib. 2. electorum p. 195. ſeq. *Tho. Comberi* Angli hiſtoria de primitivo & generali uſu Liturgiarum in Eccleſia Chriſtiana contra David Clarkſonium, qvi liber recenſetur in actis Eruditor. A. 1691. p. 123. ſq. *Balthaſar Bebelius* T. 2. Sec. IV. Antiqv. Eccleſ. p. 463. ſq. 746. ſq. ad 762. *Jo. Henricus Urſinus* VI. 18. Analect. ſacr. *Nicolaus le Nourry* in apparatu ad Bibliothecam Patrum p. 413. *Conr. Samuëlis Schurzfleiſchii* diſſ. de hymnis veteris Eccleſiæ Witeb. 1685. *Joſephus Maria Carus* in disqviſitione antiqvis libris miſſarum Romanæ Eccleſiæ præmiſſa, qvi & reſponſionalia & antiphonaria Eccleſiæ Romanæ edidit. *Joh. Mabillonius* de curſu Gallicano: Ut omittam Græcorum troparia, triodium, Octoëchum, κεκραγάρια &c. De qvibus uti & de Melodiis Eccleſiæ Græcæ, de qvibus *Leonis Allatii* liber intercidit, vide qvæ notavi nuper ad ejusdem Allatii de libris Eccleſiaſticis Græcorum. Pſalmi ἰδιωτικοὶ in Eccleſia cani prohibentur Canone Laodiceno 59. Confer Hiſtoriam Concilii Conſtantienſis Tom. 3. p. 386. ſeq. Valeſium ad Sozom. VIII. 8. Benedictinorum præf. ad S. Hilarium §. 20. ſq. ubi de hymnis Arrianorum, & qvos illis Catholici oppoſuerunt: Salom. Erneſti Cypriani diſſ. de propagatione hæreſium per cantilenas, & Joh. Andreæ Schmidii ſæpe mihi laudati, de propagatione religionis per carmina. Contra PetroBruſianos autem, cantionum ſacrarum uſum rejicientes diſputat Petrus Cluniacenſis Tom. 22. Bibliothecæ Patrum edit. Lugd. p. 1079. ſq. Vide ſis etiam de illarum uſu Auguſtinum lib. 1. Confeſſ. c. 33. & M. Antonium de Dominis VIII. 12. 33. De recentiorum cantionum Germanicarum, qvarum in noſtris Eccleſiis uſus eſt, auctoribus videnda

da qvæ ſingulari ſtudio paucis ab hinc annis collegerunt expoſuerunt℈ Rev. Viri D. *Georgius Gœtzius*, Superintendens Jenenſis, in den Lieder-Betrachtungen: D. *Joh. Ben. Carpzovius* Lipſienſis Theologus in den Lieder-Predigten/ D. *Georg. Henricus Gœzius* Antiſtes Lubecenſis in der Lieder-Predigt/ Lieder-Betrachtung &c. *Johannes* præcipue *Chriſtophorus Olearius* Eccleſiaſtes & Bibliothecarius Arnſtadienſis in Bibliotheca hymnopœorum ſive Lieder-Bibliothec, & in Evangeliſchen Lieder-Schatz/ & ad Homilias Hymnodicas Martini Cruſii, atqve in Hymnologia paſſionali: & Ratisbonenſis Eccleſiæ præſul *Georgius Serpilius* in zufälligen Gedancken zu J. C. Olearii Lieder-Bibliothec, Fortſetzung derſelbigen/ & in Prüfung des Hohenſteiniſchen Geſang-Buchs &c. *Godfridus Ludovici* Rector meritisſimus Schleuſing. de hymnis & hymnopœis Hennebergicis, cum *Jo. Avenarii* ad eum Epiſtola, qvibus utinam *Joannis* etiam *Joachimi Mollери* Paſtoris Croſnenſis delicias Hymnologicas & theatrum hymnologicum, in præfat. ad Jo. Spangenbergii meditationes (gute Gedancken von allerhand geiſtlichen Kirchen-Geſängen) promiſſas adjungere qvamprimum liceat.

XIV. De Benedictionibus more apud Judæos adeundi interpretes ad Num. VI. 22. ſq. Deuter. XI. 29. *Hackſpanius* not. Philolog. ad Levit. XXIV. 16. *Joh. Henricus Hænerus* in diſſ. de ritu benedictionis Sacerdotalis Jen. 1671. 4. *Wagenſeilius* ad Sota p. 672. ſq. & 1131. ſq. *Jo. Lundius* in Jüdiſchen Heiligthümern p. 652. ſq. Alioqvi ברכות ſive benedictionis Judæis appellantur preces qvæcunqve, unde & liber Talmudicus qvi ita inſcribitur, tractat. de precibus. Video etiam laudari Pericum de benedictionibus, Oxon. 1667. 8. qvanqvam in librum ipſum nondum incidi. Conſulendus etiam de hoc argumento vir præſtantiſſimus *Campegius Vitringa* libro 3. ſynagogæ capite 20.

De ritibus & formulis benedictionum apud Chriſtianos fuſe commentatus eſt *Jac. Gretſerus* S. J. libris duobus de benedictionibus, qvibus & tertium de maledictionibus adjunxit. Ingolſtad. 1615. 4. Videndus etiam *Bellarminus* III. 8. de cultu ſanctorum, *Andreas Sauſſæus* parte 2. panopliæ Sacerdotalis lib. 2. qvi eſt de munere Sacerdotali benedicendi. *Novarinus* ſchediaſm. ſacr. lib. V. cap. 11. ſq. *Jo. Seldenus* ad Eutychium p. 37. ſq. *Nic. Rayæus* diſſ. præliminar. ad Tomum 2. Actorum Sanct. Junii pag. LXIII. ſeq. ubi digitos à Græcis benedicentibus aliter componi qvam à Latinis obſervat, & diſſerit de more cereum biſulcum vel triſulcum manu inter benedicendum geſtandi, qvod *δικηρίῳ* & *τρικηρίῳ*

ῥίῳ σφραγίζειν Græci appellant, de qvo Cangius in κηρὸς p. 646. qvemadmodum de more per tres digitos benedicendi ad SS. Trinitatis myſterium ſignificandum videndæ Obſervationes ſelectæ Hallenſes Tom. IV. Obſ. 4. & de more benedicendi digitis in Crucis formam compoſitis, atqve ita ut primas literas verborum Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ referant; vide notas ad Joannis Curopalatæ paginam 809. Benedictionum formulæ qvædam veteres occurrunt apud Goldaſtum T. 2. rerum Alemannicarum p. 138. ſq. Ut Benedictionale Gregorii Magni, ab Hugone Menardo Pariſ. 1642. & Lambecio II. de Bibl. Vindob. p. 300--317. editum omittam.

Dirarum exempla in ſacris ſcriptoribus exſtant Deut. XXVIII. Jobi II. & Jeremiæ XX. De ritu diris devovendi ſuſpectam adulterii, propinata illa aqva amara ποτῷ ἐλέγχου, vide interpretes ad Num. V. 18. Eduardum Bernhardum ad Joſephi III. 11. Antiqvit. Seldenum Uxor. Hebr. III. 13. ſq. Wagenſeilium ad Sotam & Andreæ Acoluthi commentarium de aqvis amaris Lipſ. 1682. 4. Exſtat & Martini Jacobi Owmanni, Anglo Cimbri diſſ. de diris ſanguinum in lapidatum derivatis.

De diris Judæorum recentis ætatis & maledictis in Chriſtianos, multa Eiſenmengerus in detecto Judaiſmo, & jam olim S. Hieronymus ad V. 18 Eſaiæ: *Ter*, inqvit, *per ſingulos dies in omnibus Synagogis ſub nomine Nazaræorum anathematizant Judæi nomen Chriſtianum.* Sic ab Ethnicis procuratoribus Romanis Chriſtiani jubebantur *maledicere Chriſto*, ut conſtat ex Plinii X. 97. Epiſt. Ex Latinis Poëtis, ſi qvis formulas dirarum cognoſcere velit, adeat Valerii Catonis diras à Chriſtoph. Arnoldo illuſtratas, & Ovidii Ibin, qvo poëmate pleno maledictis inimicum ſuum ultus eſt, ad exemplum Callimachi, cujus Ibis intercidit. Gretſeri librum de maledictionibus paullo ante memoravi, ubi inter alia de anathematis in hæreticos. Vide etiam Antonium van Dalen lib. de Oraculis p. 673. ſq. edit. in 4. & libro de Ariſtea p. 193. ſq. ubi etiam de ritu devotionis, præeunte execrationis carmen Sacerdote, qvi non modo apud Græcos & Romanos ſed & alios Gentes obtinuit, atqve non tantum ad ſingulos homines ſed & integras Urbes ac Regiones fuit applicatus, ut vel ex Baraci & Bileami hiſtoria patet. Numeror. XXII. 16. De diris in Deos ad vota non reſpondentes dixi ſupra §. XII.

XV. Qvoniam in Sacris, Muſicæ tam vocalis qvam inſtrumentalis uſus pridem invaluit, etiam de hoc aliqvid dicendum. De Muſica

Hebræorum veterum, Jac. Gaffarelli librum memorat Leo Allatius p. 40. apum urbanarum: ſed ille nunqvam qvod ſciam lucem aſpexit. Itaqve de hoc argumento præter Thomam Pagetium in limine expoſitionis Pſalmorum, & alios divini hujus Hymnarii, librorumqve Samuelis, Regum & Chronicon interpretes & Antiqvitatum Judaicarum ſcriptores generales, Mariumqve Merſennum in Geneſin p. 1699. ſq. Kircherum lib. 2. Muſurgiæ p. 47. ſq. Joh. Lightfootum in deſcriptione Miniſterii Templi c. 7. ſect. 2. de Cantoribus & Muſica Templi T. 1. Opp. & Henricum Horchium de igne ſacro & Muſica ſacro igni victimas abſumente accinente, Herborn. 1691. 4. Videndus imprimis *Salomon van Till*, in libro Belgice edito Dordraci 1692. 4. & Germanice Lipſ. 1706. 4. Dicht- Sing- und Spiel-Kunſt ſo der alten als beſonderſt der neuen Hebræer, de qvo opere adi Acta Eruditorum A. 1693. p. 69. ſq. Inſtrumentis uſi ſunt Hebræi vel *tactilibus*, qvalis fuit cithara Davidica, de qva exſtat ſingularis diſſertatio Jo. Gabr. Dreſchleri Lipſ. 1670. qvam Rev. Georgius Serpilius Vitis Scriptorum ſacrorum Germanice editis parte IX. p. 34. ſq. integram inſeruit: vel *in flatilibus* ut buccina, tubis & tibiis, de qvarum forma & uſu præcipue in inauguratione Regum apud Hebræos vide Scacchum III. Myrothec. cap. 55. ſq. p. 1091. ſq. Vitringam lib. 1. Synagogæ cap. 10. Buxtorfii Lexicon Rabbin. p. 2504. ſeq. & Auguſtini Calmet de Muſica & inſtrumentis Muſicis Hebræorum, tomo 2. Commentarii in Pſalmos. De buccina ſingularem qvoqvé exercitationem Lipſiæ edidit Chriſtianus de Zoëga: A. 1692. Vel deniqve *pulſatilibus*, ut tympanis, de qvibus B. D. Aug. Pfeifferi dubia vexata S. Scripturæ ad Pſal. IV. 1. & Wagenſeilius p. 964. ad Sota. Exſtant & de inſtrumentis Muſicis Hebræorum diſſertatiunculæ *Chriſtiani Weidlingi* Lipſ. 1686. & *Mich. Henrici Reinhardi* Wittenb. 1699. Cæterum veteris muſicæ rationem veram non minus qvam poëſeos Hebraicæ Judæis ipſis jam ignotam eſſe tam verum eſt, qvam & dolendum. Conf. Thomam Gatakerum lib. I. adverſar. cap. 10. Jo. Wulferum ad tractatum Talmudicum Shekalim, p. 123. De tubis argenteis earumqve uſu in ſacris Hebræorum, fuſe V. C. Johannes d'Outrein in diſſertationibus de clangore Evangelii 1714. 8. p. 79. ſq. 213. ſq. qvi etiam de *Magrepha* diſſerit p. 155. ſeq. poſt Jo. Braunium qvem vide in ſelectis ſacris lib. 2. c. 9. p. 271. ſq. & Kircherum Muſurgiæ lib. 2 p. 52. & 54.

XVI. De *Muſica* veterum Ægyptiorum, Græcorum, Romanorumqve haud memini qvenqvam plenum & abſolutum aliqvod opus edi-

edidiſſe, qvanqvam ad argumentum hoc faciunt Athanaſius Kircherus libro 7. Muſurgiæ Rom. 1650. & Amſt 1662. fol. *Joh. Baptiſta Donius de præſtantia* Muſicæ veteris, Florent. 1647. 4. Guil. Alardi libellus de Muſica Græcorum, Schleuſing. 1636. 12. & qvæ ſparſim ad Muſicos veteres Græcos Marcus Meibomius & Johannes Walliſius: Vincentius Galilæus de nova & antiqva Muſica, Guil. Stuckius Antiqv. convival. III. 20. Erycii Puteani Muſathena & Iter Nonianum: Jo. Andreæ Angelini Bontempi Peruſini Hiſtoria Muſica, de qva Acta Eruditor. 1696. p. 241. De Nicaſii inedita diſſertatione de Muſica veterum & Ouvrardi Hiſtoria Muſicæ veteris ac recentis inedita vide Novellas Reip. literariæ A. 1703. Octobr. p. 370. ſq. De Muſica in ſacris adhibita & in ſacrificiis, Matthæus Broverius de Niedeck c. 26. libri de Veterum adorationibus.

XVII. De inſtrumentis Muſicis veterum adeundus Ezech. Spanhemius ad Callimachum p. 466. ſq. Aliqvam multa eorum & varias *lyræ* figuras exhibet & explicat Marius Merſennus libris poſtremis harmonicorum Pariſ. 1648. fol. De lyræ plectro vide V. C. Jac. Perizonium ad Æliani III. 32. De *ſiſtris* exſtat Anonymi Epiſtola ad Jo. Clericum Tom. 16. Bibl. ſelectæ p. 167. Hieron. Boſſii libellus Mediolani 1612. 12. & Benedicti Bacchini de ſiſtris eorumqve figuris, Trajecti 1696. 4. & in theſauro Græviano T. VI. ex Latina Jacobi Tolli verſione, qvi ex Italico tranſtulit. Adde qvæ præter Stephanium pag. 86. ſq. ad Saxonem Grammat. Angelus Cauſeus Tomo qvinto ejuſdem theſauri Roman. p. 318. De *tubis* & earum uſu in bello, Matth. Zimmermannus p. 518. ſq. Analect. De *cornuum* uſu præcipue in ſacris, multa erudite congeſſit Trogillus Arnkiel, Antiſtes Apenradenſis in libro Germanice edito de cornu aureo qvod prope Tunderam Holſatiæ urbem Ao. 1639. repertum fuit, Kiloniæ 1683. 4. De *cymbalis* veterum, crepitaculis, ſcabillorumqve crepitu vide Menagii Origines Gall. in *caſtagnettes* & *caſcaveaux*: Rhodium ad Scribonium Largum p. 98. Pignorium de ſervis p. 166. Martinum de Roa parte 2. ſingular. Scripturæ p. 600. 605. ſq. Scaligerum, Weitziumqve ad Copam, & librum ſingularem Frid. Adolphi Lampe vulgatum in Belgio Anno 1703. 12. Indi loco tubarum uſi ſunt flagellis qvibus aërem verberabant, ac tympanis ut refert Suidas in σάλπιγξ, qvi ſambucas ab Ibyco inventas docet in σαμβύκαι. Locus Euſtathii ad Iliad. Σ, de ſex *tibiarum* generibus illuſtratur à Giſberto Cupero in Harpocrate p. 141. ſeq. De tibiis paribus & imparibus dextris & ſiniſtris conſulendi viri docti ad Terentium ac Phædrum, & Dacerius

ad Feſtum in *impares.* Plura de tibiis veterum Aldus Manutius in qvæſitis per epiſtolas, Venetiis 1570. & in Lampade Gruteri Tom. 4. pag. 251. ſeq. & Tom. VI. Theſ. Græviani: Caſp. Bartholinus de tibiis veterum & earum antiqvo uſu libris 3. Romæ 1677. 8. & Amſt. 1679. 12. Joh. Meurſii filii collectanea de tibiis veterum, Soræ 1641. 8. & Tom. VIII. Antiqv. Græcarum Jac. Gronovii. De *organis* Muſicis Hydraulicis & Pnevmaticis videndus Joh. Gregorius, Anglus in diſſ. de more canendi Symbolum Nicænum p. 49. Iſaac. Voſſius de viribus Rythmi p. 99. ſq. Auguſtus Buchnerus ad Venantii Fortunati carmen de reſurrectione pag. 26. Suicerus in theſauro, & Cangius in Gloſſario Latino. De uſu inſtrumentorum Muſicorum & Organorum in Eccleſia Chriſtiana, *Henrici Dodwelli* liber prodiit Londini 1700. 8. Anglice, *a treatiſe concerning the law ful neſs of Inſtrumental-Muſic in holy offices; to which is prefixed a preface in vindication of Mr.* Newtes *ſermon, concerning the law ful neſs and uſe of Organs in the Chriſtian Church, from the exceptions of* Anonymus *letter to a friend in the Country, concerning the uſe of Inſtrumental-Muſic in the worship of God*, ſecunda, locupletior editio. Exſtat & *Georgii Motzens* Auguſtani vertheidigte Kirchen-Muſic, wider Chriſtian Gerbers cap. LXXXI. der unerkandten Sünden der Welt. A. 1703. 8. His adde D. Balthaſaris Meiſneri τȣ̃ μακαρίτȣ Collegium adiaphoriſticum, diſſ. XI. §. 72. ſq. & Joh. Fileſaci electa lib. 2. p. 213. ſq. De *campanis* idem Cangius in *campana, cloca, glogga, ſignum, ſqvilla*, tum in κώδωνες, ξύλον, σημαντήριον, κρȣ̃σμα, Adrianus Junius lib. 3. Animadverſ. cap. 11. Hieron. Magius libello de tintinnabulis, Franciſci Swertii notis nonnullis illuſtrato, & IV. 14. Miſcell. (ubi etiam de ſuperſtitione dæmonas campanarum pulſu fugare ſe poſſe ſperantium) Angelus Rocha de campanis, Rom. 1620. Pompejus Sarnelli in antiqva Baſilicographia c. 50. Franciſcus Bernardinus Ferrarius lib. I. de ritu ſacrarum concionum pag. 7. (qvo in loco alias præterea enumerat rationes ad ſacra celebranda acceſſuros convocandi) Paulus Vergerius, Henricus Arnoldus Stockflet, Reinmannus, Eggerus & Rev. Paulus Chriſtianus Hilſcherus in ſingularibus diſſ. & qvi præ cæteris diligenter in hoc argumento verſatus eſt *Joh. Baptiſta Thiers* tractatu Gallico de campanis Pariſ. 1702. Vide etiam B. D. Mayeri Muſeum miniſtri Eccleſiæ parte 2. pag. 700. ſq & Marium Merſennum * de inſtrumentis Harmonicis p. 145. ſq. qvi recentius inventum campanas plures ad harmoniam edendam conjungendi (Glo-

cken-

* Merſenni Harmonicorum libri prodiere Pariſ. 1636. & 1648. fol.

ckenſpiel Germani vocant) exponit p. 160. De ſuperſtitioſis campanarum pulſibus ad arcenda fulmina, Caſparis Hombergi libellus prodiit Francof. 1577. 8. Benedictio & Baptiſmus campanarum Sec. X. in uſu eſſe cœpit, licet jam Carolus M. vetuit clocas baptizari. Campanarum loco qvæ à ſeculo VII in Occidente freqventiſſimæ, Græci adhibent σήμαντρον qvo pulſant, ſive lignum aliqvod oblongum duarum decempedarum magnitudine. Vide Goarum ad Euchológ. p. 560 & ad Cedreni paginam 637. Allatium de templis Græcorum p. 128. & Cangii gloſſar. Græc. Simile eſt σημαντήριον Judæorum (Schulklopffer) de qvo Wulferus in theriaca pag. 127. Cæterum plures de veterum Muſica laudavi III. 10. Bibl. Gr. Diagrammatum Muſicorum (vulgo *tabulatur*) inventor Stratonicus Citharœdus. Vide Caſaubonum VIII. 12. ad Athenæum. De notis Muſicis veterum Græcorum Joannes Seldenus ad Epochas marmoreas p. 171. ſeq. Merſennus in Geneſin p. 1527. 1694. M. Meibomius ad Alypium, Gaudentium, Ariſtidem &c. atqve in præf. ad Antiqvos Muſicos. De notis Muſicis Græcæ & Latinæ Eccleſiæ vide qvæ Bibl. Græc III. 10. §. 10. De notis *ut, re, mi, fa, ſol, la*, à Guidone Aretino repertis Sigebertus ad A. C. 1028. Gerh. Voſſius de IV. art. popular. p. 39. 40. Iſ. Voſſius de viribus rythmi pag. 91. Acta Eruditor. A. 1695. pag. 223. ubi diſtichon:

> Corde DEum & fidibus gemituqvè alto benedicam
> *Ut re mi fa*ciat *ſol*vere *la*bra ſibi.

Abraham Bucholcerus in Indice Chronolog.

> Cur adhibes triſti numeros cantumqve labori?
> *Ut re*levet *mi*ſerum *fa*tum *ſol*itosqve *la*bores.

XVIII. De *Concionibus* Chriſtianorum veterum pauca qvædam dicturo attingendæ etiam conciones Judæorum, qvarum inſignis mentio exſtat in libro *Philonis* Judæi de ſeptenario, ubi teſtatur per ſingula oppida Judæorum fuiſſe qvædam διδασκαλεῖα in qvibus ſabbathis Judæi convenirent, deinde ſuperiorem locum aſcenderet vir gravis, qvi præſentes inſtrueret, & ad virtutem adhortaretur. Vide etiam *Campegii Vitringæ* Synagogam lib. 1. part. 2. c. 2. ubi jam à temporibus Moyſis illum morem repeti obſervat, & lib. 3. c. 12. & ejusdem archiſynagogum cap. XI. ſeq. & *Jacobi Altingii* Heptadem VII. diſſ. 2. Tom. 5. Opp. p. 198. ubi illuſtrat ritum Concionum poſt reditum Judæorum è Babylonia Nehem. VIII. De Judæorum lectionibus ſacris *Sam. Basnage* ad A. C. 30. n. 63.

*Gro-*

*Grotius* & alii ad Luc. IV. 16. 20. De recentium Judæorum Draſchoth ſive concionibus *Buxtorfius* in ſynagoga Judaica p. 331. & *Wagenſeilius* pag. 245. ſq. telorum igneorum Satanæ, ubi & exempla qvædam earundem tibi occurrent. Apud Muhamedanos qvoqve poſt ſolennes preces diebus Mercurii & Veneris ſeqvitur *Waatz* ſive Concio, qvam habet Concionator illis dictus *Waitz*, ſeu *Naſi hatgji*, id eſt Monitor, ſuaſor, Conſilii dator. Vide Thomæ Hydei notas ad Liturgiam Muhamedanorum, itineri Abrahami Peritſol ſubjectam, p. 7.

XIX. Primorum Chriſtianorum cœtus & conciones à poſteriorum temporum uſu qvodammodo diverſas fuiſſe, conſtat ex 1. Cor. XIV. ad qvod præter interpretes confer *Altingium* loco laudato pag. 201. 202. Non minimam partem cultus ut apud Judæos ita apud Chriſtianos qvoqve conſtituebat lectio ſacrarum literarum, de qva vide laudati Vitringæ Synagogam lib. 3. c. 7--11. *W. E. Tentzelii* diſſ. de ritu lectionum ſacrarum, *Jo. Andream Schmidium* diſſ. de lectionariis utriusqve Eccleſiæ, & *Tho. Milles* ad Cyrillum Hieroſol. pag. 4. & 15. *Allatium* p. 49. & 52. de libris Eccleſ. Græcorum. Propheticam lectionem interdum Epiſtolis & Evangeliis præmiſſam notat *Menardus* p. 368. ad Gregorii Sacramentar. Sacrum Officium lingua vulgo nota celebratum à primis Chriſtianis & per plura deinceps ſecula, qvemadmodum etiam ſacras literas lectas in vulgaribus linguis, docent *Edmundus Martene* lib. 1. de antiqvis Eccleſiæ ritibus p. 274. ſq. *Phil. Mornæus* lib. 2. de Euchariſtia cap. 6. & 7. & *Jacobus Uſſerius* in Hiſtoria dogmatica de Scripturis & Sacris vernaculis, poſt auctoris mortem edita Lond. 1689. 4. cum luculentis *Henrici Warthoni* acceſſionibus. Neqve recentis ætatis abuſus excuſare poſſunt, qvæ ut Uſſeriano operi detrahat affert Rich. Simon T. 1. Bibl. ſelectæ Gallice editæ, cap. 18. De uſu pericoparum Evangelicarum & Epiſtolicarum, qvas Eccleſia diebus Dominicis, feſtisqve meditandas Chriſtianis proponit, ejusqve origine & antiqvitate erudite diſputat Rev. D. *Joh. Diecmannus* præfatione ad B. D. Henrici Mulleri & Joachimi Lutkemanni Homilias in Evangelia & Epiſtolas junctim vulgatas Germanice A. 1705. Præfatio illa recuſa eſt in laudati Diecmanni opuſculis Germanice junctim Stadæ, 1709. 4 excuſis, parte 2. p. 128. ſq. Libros Biblicos univerſos per anni circulum in Eccleſiaſtico officio ex veteri uſu non perlegi, qveritur Claudius Eſpencæus lib. 1. digreſſionum in Epiſt. 1. ad Timotheum c. 11. pag. 153. ſeq. Operum.

XX. De

XX. De veterum Chriſtianorum concionibus diligentiſſime egit *Bernardinus Ferrarius* tribus libris, qvi poſt editionem Mediolanenſem Anni 1621. & Lugdunenſem Anni 1664. Pariſ. 1665. recuſi ſunt Ultrajecti 1692. 8. curante Jo. Georgio Grævio, cum ingenti jactura ante paucos annos literis elegantioribus erepto. Prolixa ex eodem libro excerpta occurrunt in Zimmermanni Analectis pag. 477. ſqq. Egregia itidem *Joachimi Hildebrandi* exercitatio de veterum Concionibus prodiit Helmſt. 1661. 4. De eodem argumento agit etiam *Joh. Hoornbeckius* libro I. Miſcellaneorum ſacrorum c. 9. Imaginem veteris ſuggeſti ſive ambonis exhibet Carolus du Freſne in CPoli Chriſtiana lib. 3. p. 69. ubi de ambonis gradibus: habet enim nomen à Græco ἀναβαίνειν, non ab ambiendo, vide Valeſium ad Sozom. IX. 2. qvanqvam plerumqve pro gradibus altaris (non in ambone) ſedentes concionari ſolitos veteres obſervat idem Valeſius ad Socratis VI. 5. & Sirmondus ad Sidonium p. 252. ubi & de eo qvod ſtans plerumqve auſcultaverit populus, licet in infirmiorum gratiam ſedilia etiam ſubjecta teſtatur Auguſtinus cap. 13. de catechiz. rudibus. De cathedris Epiſcoporum & Presbyterorum conſulendus Sam. Basnage ad Baron. T. 1. p. 535. ſq. Menardus p. 85. 94. ad Sacramentarium Gregorii M. Pulpitum lectoris videſis expreſſum icone in Montfauconi diario Italico p. 134. Hujusmodi pulpitum portatile vocari ſuſpicor *tripodium* in antiqvo rituali apud Edmundum Martene lib. 1. de antiqvis Eccleſiæ ritibus pag. 372. Tres ambones in uno templo Romano S. Clementis, omnium totius Urbis antiqviſſimo, duos in cancellis dextris, unum ſcilicet pro Epiſtola legenda verſus altare, alterum pro legendis Prophetis verſus populum: tertium in ſiniſtris paullo altiorem & exornatiorem pro Evangelio exſtare refert idem pag. 368. Plerarumqve homiliarum, qvæ auctoribus priſcis Eccleſiæ doctoribus hodie exſtant, elenchum dedit Cæleſtinus à Monte Marſanno in clave Davidica Lugd. 1659. fol. Qvam plurimas itidem junctim & multas primus edidit Franciſcus Combeſis * in Bibliotheca Homiletica, ut Laurentii Cumdii & Gerardi Meſani Bibliothecam Homiliarum, & Homiliarium Pauli Diaconi ſive Alcuini excuſum Spiræ 1482. Baſil. 1493. Lugd. 1520. Pariſ. 1537. Colon. 1557. fol. Expoſitiones in Epiſtolas Dominicales & Feſtivales Haymonis, Smaragdi, Radulphi Ardentis, Homiliasqve variorum à Laurent. Surio collectas vulgatasqve Colon. 1596. fol. omittam. Concionandi munus Epiſcopis primum maxime fuit proprium, licet interjecto tempore in Oriente hoc primum, tum



* Vide ſupra pag. 333.

etiam in Occidente Presbyteris concederetur. Vide Sirmondi Opera T. I. pag. 333. & Frid. Borromeum, Archi-Epiſcopum Mediolanenſem de Concionante Epiſcopo. Interdum ante Epiſcopum etiam verba faciebat Presbyter, (vide Tho. Milles pag. 8. ad Cyrillum Hieroſol.) Diaconus qvoqve, de qvo confer ſis Sam. Basnagium ad A. C. 35. n. 12. D. Jo. Ben. Carpzovii filii diſſ. pag. 901. & Caſp. Zieglerum de Diaconis p. 100. ſq. Qvin imo Laici. Vide Euſebii Hiſt. Eccleſ. VI. 19. p. 222. edit. Valeſii. Etiam Epiſcopos ab aliis ſibi Conciones componi feciſſe notat Sirmondus ad Ennodium pag. 75. Certe concionandi officium neglectum, vehementer eis vitio datum fuiſſe docet laudatus Ferrarius lib. 2. cap. 1. & ſeq. Conferatur Cotelerius Tomo I. ad Patres Apoſtolicos p. 263. Andræas Sauſſæus in panopliæ ſacerdotalis parte 2. c. 4. Paſchaſius Qvesnellus ad Leonem M. p. 895. & 883. b. Jac. Gœttenius libro I. obſervationum cap. 1. Idem Qvesnellus ante Leonem I. etiam Sixtum III. & Liberium Pontificem concionatos ad populum eſſe (contra Sozomenum * libro 7. c. 19.) oſtendit diſſertatione 2. ad Leonem M. p. 257. ſq. Conciones plerasqve dictas ex memoria, qvasdam etiam de ſcripto recitatas, obſervatum Ferrario lib. 2. cap. 15. Ex auditoribus qvidam per notarios ſive ὀξυγράφους, ut Socrates VI. 4. de Chryſoſtomo agens meminit, conciones excipiebant, qva ratione multæ Origenis, Chryſoſtomi, Auguſtini & aliorum conciones ſunt conſervatæ. Vide Hildebrandi exercitationem de concionibus veterum cap. 3. §. 8. D. Joh. Ben. Carpzovium in præfatione ad Concionum Funebrium Tomum V. & Petri Aurelii Opera p. 408. Porro autem Socratem VII. 2. οὐ μὴν non videtur negare ſed potius affirmare, Attici nempe Epiſcopi CPolitani ſermones licet extemporales tamen fuiſſe ejusmodi, ut aſſidue freqventarentur & ſcripto exciperentur. De auditorum innumerabili copia dicentes qvandoqve urgente confer Cotelerium parte 3. monumentorum Eccleſiæ Græcæ p. 562. ſq. Ferrarium lib. 2. c. 19. De Concionibus inauguralibus, qvod ex illis de fide, doctrina & moribus cujusqve Epiſcopi conjectura fieret. Vide H. Valeſium ad Socratis VII. 29. Cæterum theatrales facetias & hiſtrionicam ac ſcurrilem dicacitatem exulare omnino à ſuggeſtu ſacro debere, omnes conſentiunt. Conf. Benedictinorum notas ad l. 1. Ambroſii de officiis c. 23. T. 2. p. 28. & Mabillonium ad hæc Bernardi lib. 2. de conſiderat. c. 13. *inter ſæculares nugæ, nugæ ſunt: in ore ſacer-*

* Sozomenus illo loco ſcribit, Romæ nec Epiſcopum nec alium qvenqvam in Eccleſia ſermonem habuiſſe ad populum. Valeſium Sozomeno ſuffragantem refellit etiam Ruinartus in Actis ſelectis Martyrum p. 163. edit. Pariſ.

*ſacerdotis blaſphemiæ.* Stantes concionari ſolebant ſtantibus auditoribus ut docent Ferrarius lib. 2. cap. 17. Hildebr. c. 3. §. 13. Cotelerius Tomo I. ad Patres Apoſtolicos p. 266. ſq. Jacobus Sirmondus ad carmen 16. Sidonii Apolloniaris, & D. Balthaſar Bebelius Antiqv. Eccleſ. Sec. IV. T. 2. p. 729. ſq. Sedentes tamen interdum etiam in ambone verba feciſſe certum eſt, ut de Chryſoſtomo refert Nicephorus lib. 13. hiſt. eccleſiaſt. c. 4. Græci recentiores non lingua vulgari ſed antiqva Græca concionantur, teſte Martino Cruſio in Turco-Græcia pag. 205. qvem vide ſis etiam de Concionibus Turcarum, p. 211.

XXI. Non prætereundum qvod pulchre obſervat illuſtris Vir *Samuel Pufendorfius* in introductione ad Hiſtoriam, libro lectu digniſſimo, & qvod paucis libris Linguæ noſtræ accidit, ex Germanico idiomate in Latinum, Belgicum, Gallicum, Anglicum, Svecicum & Ruſſicum translato, parte I. c. 12. §. 2. apud Ethnicos veteres Græcos & Romanos aliosqve nullas fuiſſe ejusmodi Sacras conciones ſive publicos cœtus, in qvibus populus de religione ſua inſtitueretur, & de virtute ac pietate colenda admoneretur: ſed maximam partem cultus Deorum conſtitiſſe ſacrificiis, cerimoniisqve & dierum feſtorum ſolennitate, qvæ tamen ludis potius & luxu qvam divinarum rerum contemplatione & pietatis exercitatione, obibatur. Ita ut ex ejusmodi religione Ethnica neqve per vitam erudiri homo in cognitione Numinis, neqve inflammari ad pietatem: neqve in morte ſolatium ac ſpem de meliore vita concipere poſſet. Qvo magis agnoſcenda eſt noſtra Chriſtianorum felicitas, qvi loco cultus ejusmodi indigni, ſuperſtitioſi & *ἀλόγου* non modo ſanam & rectam rationem Dei colendi ac celebrandi, Numine ipſo monſtrante habemus, ſed etiam ex ore Miniſtrorum Verbi qvotidie haurimus ſaluberrimas doctrinas, è qvibus fides in DEum accenditur aliturqve, ſpes & fiducia corroboratur, & charitas in DEum hominesqve commendatur & inculcatur. Qvod ſi rationem etiam veterum cœtuum Chriſtianorum ex teſte aliqvo fide digno cognoſcere cupimus, *Juſtinum Martyrem* adhibimus, qvi in Apologia longiore pag. 98. perſpicue eos deſcribit, atqve inter alia refert poſt lectionem ſcriptorum Propheticorum Apoſtolicorumqve, lectore qvieſcente *τὸν προεστῶτα* ſive *Antiſtitem διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖσθαι ſermone populum ſolitum inſtruere, & ad imitationem tam pulchrarum rerum cohortari.* Hinc conſurrexiſſe omnes ad preces & hymnos, ac ſacram Euchariſtiam celebratam à præſentibus qvibusqve, Confer ſi placet qvæ ad illum locum

à B. *Kortholto* aliisqve viris doctis annotata ſunt, tum S. Nazianzenum invectiva 1. in Julianum p. 103. ubi ridet Apoſtatam Conciones ejusmodi inſtituere apud ſuos cupientem, rogatqve numqvid auditoribus ſuis duxerit explicandam Heſiodi Theogoniam, an Orphei, an Homeri fabulas de Diis.

XXII. Verba pro Concione facientibus applaudebat ſubinde populus & acclamabat, ſi qvid elegantius vel gravius dictum fuiſſet: de qvo populi applauſu agunt *Bernardinus Ferrarius* lib. 2. de concionibus c. 23, ſq. & in ſingulari opere de veterum acclamationibus & plauſu libro V. c. 1--12. Qvod opus in libros 7. diſtinctum Mediolani 1627. 4. primum prodiit, & in Tomo 6. theſauri Antiqvitatt. Roman. Græviani recuſum eſt. De iisdem acclamationibus Eccleſiaſticis conſules *Jacobum Gœttenium* lib. I. obſervat. cap. X. *Ludov. Creſollium* in theatro rhetorum, Tomo X antiqvitatt. Græcarum Gronovii pag. 145. ſq. *Conradum Rittershuſium* lib. III. ſacrarum Lectionum c. 22. *Suicerum* in theſauro, voce κρότος. *Fronton. Ducæum* in notis ad Chryſoſtomum Tom. I. pag. 7. ſq. *Hildebrandum* de Concionibus Vett. c. 3. Ad hunc morem ſpectat etiam ritus oraria concutiendi, de qvo *If. Caſaubonus* ad Vopiſcum in Aureliano, cap. 48. *Henricus Valeſius* ad Euſebium p. 281. *Joh. Harduinus* ad Themiſtium p. 500. tum mos contundendi pectus, de qvo *Sirmondus* Tom. I. Opp. fol. 339. E. ſq. Hi applauſus & acclamationes cum ſæpe modum excederent, ſæpe loco importuno & minime conveniente excitarentur, ab antiqvis Eccleſiæ Doctoribus primum vehementer reprehenſi, deinde paullatim abrogati ſunt, licet ad S. Bernhardi usqve tempora perduraſſe eidem Ferrario obſervatum. Vide Gerh. Joh. Voſſium libro de imitatione p. 807. ſq. editionis Crenianæ Tom. 1. methodorum qvas de ſtudiis inſtituendis edidit. Veriſſimum etiam eſt auditores ſi probe moveantur & cor eorum compungatur à dicente, ipſos tacituros potius & de emendatione ſui ſerio cogitaturos, qvam plauſu & acclamatione, obſtrepere dicenti auſuros; qvemadmodum *Renatus Rapinus* in diſſ. Gallica de eloqventia eccleſiaſtica recte obſervat eos qvi in concione vehementiſſime & potentiſſime commoti ſunt, non multa verba de dicente facere, neqꝫ illum ambitioſe vicino ſuo laudare, ſed tacitos egredi. Qvo ſpectat *Muſonii* Philoſophi dictum apud Gellium lib. V. cap. 1. *Quisquis ille eſt qui audit, niſi ille eſt plane deperditus, inter ipſam Philoſophi orationem & perhorreſcat neceſſe eſt, & prodeat tacitus, pœniteat & gaudeat & admiretur.* Admiratio autem qvæ maxima eſt, *non parit verba ſed ſilentium.* Unde & Cicero

Cicero in oratione pro Dejotaro animadvertit *plauſum obſtupeſcentibus auditoribus ipſa admiratione compreſſum.* Auctor vero ingenioſus qvi Dialogos mortuorum A. 1712. Gallice edidit, Demoſthenem inducit Ciceroni dicentem: *vous faiſiez dire*, qv'il parle bien! *& moi, je faiſois dire* allons, marchons contre Philippe. *On vous louoit: on étoit trop hors de ſoi pour me louer.*

XXIII. Occaſione harum acclamationum Eccleſiaſticarum lubet etiam paucis alia plauſuum & acclamationum genera perſtringere, de qvibus præter *Ferrarium* agit *Joannes Chokierius* lib. 2. Facis hiſtoricæ cap. 11. *Joſephus Laurentius* lib. II. Polymathiæ cap. XII. qvibus addenda Abbatis *Simonii* diſſertatio inſerta memoriis literariis Trevultinis A. 1705. p. 1227. ſq. De acclamationibus & plauſibus theatralibus agit *Juſtus Lipſius* lib. 2. electorum cap. X. & *Ferrarius* lib. 7. cap. 20. atqve libro 2. integro, in cujus capite 5. preſſionem & converſionem pollicis perperam refert ad plauſus theatrales, cum ad amphitheatrales potius pertineat, notante *Grævio* in præfatione ad Tomum VI. theſauri antiqvitatum, ubi docet *ad digitum pugnare* apud Martialem in ſpectaculis, epigrammate 29. exponendum ea lege pugnare, ut qvi ſuccumbit digito ſublato victum ſe eſſe fateatur. De acclamatione in ludis eqveſtribus locum inſignem habes apud *S. Cæſarium* qv. 1. pag. 6. ſq. edit. Ehingeri. De Scholaſticis acclamationibus & plauſibus, qvæ in ſcholis, in auditoriis, in foro datæ ſunt vel cauſarum Patronis dicentibus coram judice, vel declamantibus ad auditores Sophiſtis, aut eruditis ſcripta ſua recitantibus agit *Ferrarius* lib. 3. *Voſſius* in libro de imitatione, *Lipſius* lib. 2. ad Belgas epiſt. 48. *Joannes Schefferus* in lib. de ſtylo pag. 115. & pag. 98. ſq. ubi de recitationibus: *Lud. Creſollius* in theatro Rhetorum lib. 3. c. 20. *Lælius Biſciola* Mutinenſis Tomo II. Lectionum ſubceſivarum lib. 15. c. 20. Jac. Du Portus ad Theophraſti characteres p. 215. ſq. *Bernardus Petrus Carl* in diſſ. edita Roſtoch. 1696.

De acclamationibus & applauſu in electionibus inaugurationibusqve Imperatorum & Regum videndi *Joh. Chriſtoph. Becmannus* de laudibus regalibus c. 3. *Fortunatus Scacchus* III. eleochryſm. c. 52. ſq. p. 1078. ſq. & c. 36. p. 972. ſq. & *Jo. Franciſcus Buddeus* de eo qvod decet circa ſolennia principum §. 28. Formulas acclamationum colligit *Barnabas Briſſonius* l. 2. de formulis, ubi etiam de acclamationibus ſenatoriis p. 127. ſq. de qvibus *Ferrarius* diſputat per totum librum IV. De militaribus acclamationibus agit idem Ferrarius lib. VI. cap. 3. usqve ad 11. Briſſonius

lib. 4. p. 349. ſq. Plauſus acclamationes Imperatoribus factas à Trajano usqve in acta publica relatas obſervat *Iſaacus Caſaubonus* in notis ad Vulcatium Gallicanum: qvemadmodum acclamationes factæ Epiſcopis relatæ ſunt in acta Synodica. Confer *Suiceri* theſaurum in voce κρότ☉. De acclamationibus in electione aut ordinatione Epiſcopi cui à populo acclamatum ἄξι☉, ut colligitur è *Philoſtorgii* IX. 10. agit *Ferrarius* lib. 7. cap. 3. & *Jacobus Gœtten* lib. 1. obſervationum cap. 10. ubi ſingillatim de acclamationibus in electione Pontificis. De acclamationibus in electione Imperatoris *Ferrarius* lib. 7. c. 4. & 6. tum 5. qvoqve, ubi de formula ſacris literis celebrata, *vivat Rex:* & cap. 9. ſq. ubi de votis prolongiore vita & annis felicibus. De eccleſiaſticis acclamationibus totus liber V. Ferrarii eſt, & ſpeciatim de acclamationibus in Conciliis cap 13. ſq. Senatui qvoqve in Synodis feliciter acclamatum obſervat cap. 16. Confer & *Philippum Bertherium* lib. 1. πιθανῶν c. 6. *Allatium* adverſus Creyghtonum pag. 727. *Cangii* Gloſſar. in πολυχρόνιον & πολυχρονίζειν. *Suiceri* theſaurum in ἄξι☉ in κρότ☉, & σάϐ☉. De acclamationibus in ludis ſecularibus adeundus *Petrus Taffinus*, Tom. 8. Antiqvitatt. Roman. p. 517. in ludis Apollinaribus, *Cicero* Philippica I. cap. 15. De acclamationibus in triumphis vide ſis *Onuphrium*, *Johannem Nicolai* aliosqve qvi de triumpho ſcripſerunt, & qvæ notant viri docti ad Suetonium & Hiſt. Auguſtæ ſcriptores. De acclamationibus nuptialibus Ferrarium lib. VI. c. 12. ſq. & *Voſſii* Etymologicon voce *Hymen*. Sternutantibus acclamatum ζεῦ σῶσον, vel *ſalve, Deus te adjuvet*. Confer Harduinum ad Plinii XXVIII. 2. p. 563. Petronium Burmanni p. 465. Niedeckium de adorationibus p. 26. qvi tamen præter rem tradit, Tiberium primum Romanis auctorem fuiſſe ut ſternutantes ſalutarentur.

XXIV. Ex Sacramentis Veteris Teſt. prima memoranda *Circumciſio*, præcepta à DEO Geneſ. XVII. 10. ſq. Levit. XII. 3. de cujus ritibus videndi Talmudici in tractatu de Sabbato cap. 19. T. 2. edit. Surenhuſ. p. 62. ſq. & è Chriſtianis V. C. Hermannus ab Hardt in prodromo juris Judæorum Canonici de Circumciſione Helmſt. 1700. 8. ne Buxtorfium Synagogæ Judaicæ cap. 4. Jo. Lundium, ſimilesqve veluti notiores memorem. Cauſas inſtitutæ à DEO circumciſionis ſive ſolennium ſecandæ carnis (ut loqvar cum S. Hilario 1. de Trinit.) reddere conatur Philo libello de circumciſione, cui adde Juſtinum qv. 102. ad Orthodoxos, Photium Epiſt. 248. D. Sebaſtiani Schmidii faſciculum diſſ. p. 213. ſq. Suiceri obſervationes ſacras p. 57. ſq. Petrum Redanum

ad

ad lib. 1. Maccabæorum p. 207. ſeq. & Simonis Epiſcopii inſtitutiones Theologicas Tomo 1. Opp. p. 45. Ab Iſmaëlitis circumciſionem didiciſſe Ægyptios notat Anaſtaſius Sinaita qvæſt. 28. ab Joſepho Jacobi filio, Hieronymus ad Jerem. IX. 25. ex traditione Hebræorum: qvod vero propius eſt qvam qvod Ægyptiorum imitatione circumciſos Hebræos fuiſſe, Herodoto, Celſo, Juliano teſtibus laudatis diſputant Marshamus, Spencerus & qvi horum inſiſtunt ſententiæ, cui vide qvæ opponuntur à Ramireſio cap. 4. Pentecontarchi, Natali Alexandro ætate 3. Vet. Teſt. diſſ. 6. Leydeckero de Rep. Hebræorum II. 4. Antonio Bynæo & D. Sebaſt. Schmidio in diſſ. & tractatu de Circumciſione, Salomone Deylingio II. 6. Obſervat. ſacrarum, Rich. Montacutio parte 1. Originum Eccleſ. Witſio in Ægyptiacis, Joh. Baptiſta Sollerio, S. I. de inſtitutis Coptorum ſub extrem. (ante Tomum V. Act. Sanctor. Junii.) B. Zacharia Grapio in diſſ. edita Roſtochii A. 1697. an Circumciſio ab Ægyptiis ad Abrahamum fuerit derivata, & à D. Paulo Antonio in diſſert. de circumciſione Gentilium. Lipſiæ 1682. &c. Ac Salomonis demum temporibus circumciſionem apud Ægyptios uſu venire cœpiſſe ſuſpicatur Steph. Morinus, qvem vide p. 79. diſſ. de cognatione Lacedæmoniorum & Hebræorum. Vide & Clementis recognitiones l. 1. c. 33. & de Iſmaëlitarum circumciſione Philocaliam Origenis c. 23. p. 77. Apud Ægyptios ſeriorem circumciſionis uſum ex Joſ. V. 9. & Jer. IX. 25. colligunt viri docti.

De cultris ad circumciſionem adhiberi ſolitis conſules interpretes ad Exod. IV. 25. Joſ. V. 2. Ramireſium loco laudato, Matthiæ Zimmermanni Analecta p. 412. ſq. Nova literaria maris Balthici A. 1698. p. 29. Chriſtianum Waſewitzium in turture Johanneo p. 136. ſq & Acta Sanctor. Januarii Tom. 1. p. 1083. ubi culter qvo Chriſtus circumciſus eſt adhuc ſupereſſe traditur. Ibidem agitur etiam de ejusdem præputio adhuc ut ajunt Romæ aſſervato in æde S. Johannis Lateranenſis, licet à reſurgente reſumtum ſcribit Anaſtaſius Sinaita qvæſt. 145. De eodem confer Tomum primum Act. Sanctorum Januarii p. 3. ſq. Salianum ad A. 4053 n. 5. ſq. Toletum in cap. 2. Lucæ, & B. Ittigii ſelecta capita Hiſtoriæ Eccleſ. Sæculi I. pag. 343.

De iis qvi recutiti cum eſſent, cutem præputii (qvod ſemel reſciſſum, creſcere iterum negat Hippocrates VI. 10. Aphoriſm.) ex odio Judaiſmi, deinde ſpaſtere iterum adducebant, uti à Symmacho factum teſtatur Epiphanius Tom. 2. p. 172. vide interpretes ad 1. Maccab. I. 17. & 1. Cor. VII. 18. Jo. Rhodium lib. de acia p. 97. ſq. Tho. Bartholinum de

morbis

morbis Biblicis cap. 26. Rich. Montacutium Tom. I. Orig. Eccleſ. pag. 79. ſq. Andream Maſium ad Joſuæ V. 2. p. 82. ſq. Stephanum le Moyne notis ad Varia ſacra p. 761. ſq. Tanqvillum Fabrum lib. 2. Epiſtola 26. Buxtorfium Lexico Talmudico in משך & Sixtinum Amamam prolegomenis ad Druſii fragmenta Veterum Interpretum.

Ab Imperatoribus Romanis prohibiti Judæi, alienæ nationis homines circumcidere ac proſelytos facere. Vide Guil. Spencerum ad Origenem contra Celſum p. 35. & legem Conſtantini in appendice Codicis Theodoſiani Sirmondiana p. 11. Nihilominus apud plurimas gentes mos circumcidendorum genitalium receptus, licet ob diverſas & phyſicas potius qvam religioſas vel fœderales rationes, de qva re conferendi Menardus & Cotelerius ad Epiſtolam S. Barnabæ pag. 27. Tob. Pfannerus in Theologia Gentilium cap. 14. pag. 345. ſq. D. Pauli Antonii diſſ. de Circumciſione Gentilium, Lipſ. 1682. & Jac. Geuſius in victimis humanis Tom. I. c. 22. p. 376. ſeq. Etiam in inſula Madagaſcar, atqve apud gentes qvasdam Americanas circumcidendi ritum obtinere conſtat ex recentiorum relationibus & Theoph. Spizelii τȣ̃ μακαρίτȣ elevatione relationis Montezinianæ p. 82. ſq.

*Apud* Judæos *etſi mulieres non circumcidebantur, tamen certum eſt aliis eas ceremoniis DEO veluti dicari ſolitas, cum nomina eis imponerentur,* inqvit Andreas Maſius ad Joſuam p. 116. Atqve de initiatione puellarum apud Judæos vide ſi placet qvæ notavit Wagenſeilius in telis igneis Satanæ p. 200. ſq. Apud alias gentes vero, uti apud Muhamedanos qvoqve (de qvibus Hadr. Relandus p. 58. ſq. Albertus Bobovius ad calcem itinerarii Abrahami Peritzol p. 22. ſq. qvi negat Circumciſionem ab illis ita neceſſariam haberi, ut ob cauſas qvasdam omitti non poſſit, præcipue ſi qvis ætate provectior ad eos acceſſerit. Gabriel Sionita lib. de nonnullis orientalium urbibus c. 15. & Gervaſius in deſcriptione Hiſtorica regni Macaſſarenſis, edita Gallice A. 1688. p. 179.) mulieres etiam circumcidi mos, de qvo teſtes Strabo XVI. p. 554. XVII. p. 642. S. Ambroſius lib. 2. de Abrahamo c. 11. n. 78. atqve de Ægyptiis Chriſtianis idem notat Wanslebius in Hiſtoria Eccleſiæ Alexandrinæ, de Habeſſinis Ludolfus III. 1. Hiſt. Æthiop. teſtatus Africæ tantum & partim Aſiæ fœmellas tali procidentia laborare in qva circumciſioni locus ſit.

Legem de circumciſione reprehenderunt Marcion & Manichæus, ſed Circumciſionem cum baptiſmo conjunxerunt olim ex Chriſtianis Judaizantes & hæretici qvidam de qvibus Ritterſhuſius ad Iſidori

Peluſ.

Peluſ. 1. Epiſt. 125. & Cotelerius notis ad Patres Apoſtolicos T. 1. p. 603. Habeſſini vero & Copti, qvos etiam ἀπὸ τοῦ κόπτεσθαι nomen accepiſſe non dubitant viri doctiſſimi, circumciſionem non probant ideo ut legi Moſaicæ ſatisfaciant, ſed ex more civili illius gentis, (uti aures Indi perforant,) atqve ut Chriſti exemplum imitentur, qvi circumcidi ſe paſſus eſt. Circumciſionis nulla in Alcorano mentio, & tamen illa utuntur Muhamedani qvoqve, licet non octava die ut præter Judæos Sabæi, notante Bocharto in Phaleg, p. 150. ſed ſeptimo demum, octavo vel etiam tertiodecimo anno à nativitate ad exemplum Iſmaëlis Abrahami filii. Confer Lud. Maraccium in prodromo confutationis Alcorani parte IV. fol. 39. Hadr. Relandum de religione Muhamedica p. 59. Tho. Smithum Epiſt. 1. de moribus Turcarum p. 24. &c.

Circumciſionem apud Judæos ſemper fere peractam fuiſſe per Laicos, diſputat Rich. Montacutius Tom. 1. Originum Eccleſ. p. 81. & à qvovis ejus rei perito adminiſtrari potuiſſe conſentiunt Hebræi, notante Grotio de jure poteſtatum ſacrarum circa ſacra pag. 18. qvem vide etiam ad Luc. I. 59. & interpretes ad Exod. IV. 24. 25. & 1. Maccab. I. 63. & 2. VI. 10. Joh. Friſchmuthi diſſ. de circumciſione Ziporæ, Jen. 1668. 4. & Clariſſ. Georgii Elieſeris Edzardi notas ad Avoda Sara c. 2. p. 299--305. licet Ziporam non per ſe ſed per alios circumcidiſſe filium ſuum argutatur Rivetus ad Geneſin pag. 443. & ad Exodum p. 131. Sacerdotes certe nusqvam, niſi Hieroſolymis, erant: potuit tamen aliis oppidis viciſqve id fieri à Levitis per omnes tribus Iſraëliticas diſpoſitis eo conſilio, ut populum usqveqvaqve legem DEI & judicia edocerent. Nam & *Paſcha* qvoqve mactabant non Sacerdotes modo ſed & Levitæ, 2. Chron. XXX. 3. qvi ſi non ſufficerent, etiam à qvolibet patrefamilias potuiſſe id fieri obſervat B. D. Seb. Schmidius libro de Paſchate p. 187. licet ut idem p. 191. monet in aliis ſacrificiis mactatio alicui è populo haud permiſſa videtur fuiſſe. Confer p. 201. 305. ſq. ubi mulieris in agni paſchalis mactatione partes fuiſſe, nullo exemplo probari poſſe affirmat. Alios ſcriptores de ritibus agni cœnæqve paſchalis laudavi capite ſuperiore p. 312. ubi de feſto Paſchatos: qvibus addendi etiam qvi ſacram cœnam Chriſti Euchariſticam ex ritibus Judaicis illuſtrant, atqve mox infra à me referentur.

XXV. Inter Sacramenta Novi Teſt. primum eſt *Baptiſmus*, de cujus ritibus in veteri Eccleſia uſitatis præter veteres, Cyrillum Hieroſol. in Catecheſibus utrisqve, Severum Alex. de ritibus Baptiſmi, Nicolaum Cabaſilam libro 2. de vita in Chriſto conſulendi libri V. *Joſephi Vicecomitis*,

Ambroſiani * Collegii Doctoris Mediol. 1615. 4. & Pariſ. 1618. 8. ex qvo pleraqve deſumſit Caſalius qvæ in libro de ritibus Chriſtianorum habet de hoc argumento. Doctiſſimum & multijugæ lectionis Scriptorem hunc Vicecomitem vocat *Gerh. Joh. Voſſius*, cujus præclaræ itidem de baptiſmo diſſertationes exſtant, ſeorſim plus ſimplici vice editæ, & deniqve operibus Voſſii junctim vulgatis Tomo VI. inſertæ. Videndus etiam *Jo. Dallæus* libro primo de cultibus religioſis Latinorum. *Jacobus Billius* in obſervationibus ſacris, *Edmundus Martene* libro de ritibus eccleſiaſticis primo. *William Wall* in erudita Hiſtoria pædobaptiſmi Anglice edita libro 2. c. 9. D. *Balthaſar Bebelius* Sec. VI. T. 2. p 763--791. D. Jo. Muſæi diſſ de ritibus primitivæ Eccleſiæ baptiſmalibus, Jenæ 1674. *Jo. Hoornbeckius* in Miſcellaneis ſacris p. 462. ſq. *Frid. Ulr. Calixtus* in diſput. de baptiſmo & antiqvis circa eum ritibus 1650. habita, cujus § 25. profitetur ſe ex annotationibus & adverſariis Parentis ſui *Georgii Calixti* profeciſſe. *Gebhardus Theod. Meierus* de tribus novorum Eccleſiæ naſcentis Chriſtianorum initiamentis. *Caſparis* qvoqve *Barthii* liber 150. adverſariorum, totus eſt de veteribus ritibus & dignitate baptiſmi, ſed hactenus ineditus. Tractatum de baptiſmo promiſit *Antonius van Dale* lib. de origine idololatriæ pag. 554. isqve ipſe eſt qvi libro adverſus Ariſteam de LXX. Interpretibus Amſt. 1705. 4. edito ſubjicitur, *de Hiſtoria baptiſmorum Hebraicorum & Chriſtianorum.*

De Judæorum baptiſmis & lotionibus variis immunditiei illegalis cauſa freqventatis adiri præterea poſſunt interpretes Levitici & *Leydeckerus* XII. 9. de Rep. Hebr. De lotione manuum *Pocockius* c. IX. Miſcell. *Buxtorfius* diſſ. VII Philologico Theol D. *Theod. Daſſovii* diſſ. de luſtrationibus Judæorum Witeb. 1692. & *Jac. Ounamus* de lotione manuum Judæis uſitata, Hamb. 1706. 8. De baptiſmo initiationis ſ. Proſelytorum qvem nullo idoneo teſtimonio probari poſſe uſitatum fuiſſe ante tempora Johannis Baptiſtæ, perſuaſum D. *Salomoni Deylingio* parte 3. Obſervationum ſacrarum p. 197. ſq. *Seldenus* lib. 2. de jure naturæ c. 4. & lib. 1. de Synedriis cap. 3. & lib. de Succeſſione in bona defunctorum cap. 26. *Jac. Altingius* Heptade VII. diſſ. 7. T. 5. Opp. *Wagenſeilius* in Sota p. 1176. ſq. *Grotius* Epiſt. 336. *Jo. Andreæ Danzii* diſſ. Jen. 1688. & Antiqvitas baptiſmi initiationis Iſraëlitarum vindicata adverſus adſcribentes ipſi originem Chriſtianam, Jen. 1710. 4. *Hammondus* & *Lightfootus* ad Matth. III. Et qvi de Proſelytis Judæorum fuſe egerunt *Lud. Ferrandus*, *Paulus Slevogtus*, *Ley-*

* Hinc perperam Ambroſius dicitur Voëtio Tom. 3. diſſ. ſelect. p. 935.

*Leydeckerus* VI.6.ſq. de Rep.Hębr. & B.D.*Mayerus* parte 2 muſei miniſtri Eccleſ.p.500.ſq. De Ethnicorum ablutionibus, * expiationibus & regenerationibus per aqvam agunt *Tobias Pfannerus* in theologia gentili c.14. *Johannes* præcipue *Lomeierus* in ſuo Epimenide & *Job. Owenus* in theologumenis p.426. *Ottonis Sperlingii* τ͂ μακαρίτȣ, de baptiſmo Ethnicorum liber. Hafniæ 1700.8. De Sabæorum luſtrationibus Hottingerus p.281. Hiſtoriæ Oriental. De baptiſmis Muhamedanorum id. p. 164.176. & in Enneade diſſ. p.90.ſq.

Ut ad Chriſtianorum Baptiſmum revertamur, præter ſcriptores ſacrorum officiorum rituumqve c.IV. laudatos, videndi *Severus* Alexandrinus, ſive Antiochenus potius de ritibus baptiſmi, Syriace & Latine editus à *Guidone Fabricio* Boderiano Antwerp.1572.4. *Joh. Diaconi* epiſtola apud Mabillonium Tom.1.muſei Italici part.2.p.69.ſq. *Caroli M.* epiſtola encyclica de baptiſmo ejusqve ritibus ad Odilbertum, apud eundem Mabillonium Tom.1.analectorum p.21. Epiſtola *Alcuini* & alia *Amalarii* Trevirenſis de eodem argumento: *Theodulphi* Aurelianenſis liber de ratione & ordine rituum baptiſmi ad Magnum Senonenſem, qvem è Codice Corbejenſi ante Sirmondum edidit notisqve illuſtravit *Menardus* ad Gregorii M. librum ſacramentorum p.129.ſq. Veteres ordines formulæqve Baptiſmi qvas exhibet Edmundus Martene lib.1. de antiqvis Eccleſiæ ritibus p.165.ſeq. *Magni Senonenſis* libellus de Myſterio Baptiſmi, id. p.158. & *Anonymi* p.161. cum antiqva fidei profitendæ formula. *Ordo Baptiſmi* ſecundum uſum Æthiopum Tom.27.Bibl Patrum edit. Lugd. p.634. ex editione Mariani Victorii Rom.1552.4. cum ejus inſtitutionibus linguæ Æthiopicæ. *Leidradi* liber de ſacramento baptiſmi ad Carolum M. apud Mabillon. Tomo 3. Analectorum, tum Epiſtola ad eundem Carolum de ritibus baptiſmi & abrenunciationibus in eo fieri ſolitis.



* De aqva luſtrali Iſmaël Bullialdus ad Theonem p.215.ſq. Marſilius Columna in Hydragiologia Venet.1603.4. Spencerus III.3. de legibus Hebr. la Cerda ad Virgilii Eclogam VIII. verſ.64.&c. Baronium ad A.C.46.§.88.& ad A.57.§.166 Aqvam benedictam Chriſtianorum, *benedictionem ſalis* vocat Hildebertus lib.1. Epiſt.23.p.74. & ad caſtitatem ſervandam commendat. De illa Jac. Gretſerus lib.2. de benedictionibus c.4. usqve ad 20. Hugo Menardus p.95.ſeq ad Gregorii M. ſacramentarium. Tiraqvellus de nobilitate p.484.ſq. Hoſpinianus de templis II.13. p.78.ſq. D. Joh. Guil. Baieri diſſ. de aqva luſtrali Pontificiorum, Jen.1692. Templum intrantes lavaſſe manus narrat S. Nilus lib.1. Epiſt.24. edit. Allatii. De Valentiniano, qvi à Sacerdote aqva luſtrali conſperſus tinctam chlamydis partem abſcidit & pugnum impegit Sacerdoti, vide Sozomenum VI.6. & Theodoritum III.16.

ſolitis. *Jeſſei* ſive *Teſſei* epiſtola de expoſitione rituum Eccleſiæ in Baptiſmo.

Infantum baptiſmum nemo in Eccleſia in dubium vocaſſe legitur ante A. C. 1100. ut erudite probavit *Wilbelmus Wall* in libro jam ſecundùm Anglice edito Lond. 1707. 4. *the Hiſtory of Infant baptiſm*, in cujus introductione poſt *Lightfootum* & *Campegium Vitringam* II 6. Obſervation, ſacrar. pag. 306. ſq. notat à Judæis etiam proſelytos infantes baptizari ſolitos. Vide & *Petrum Claniacenſem* contra Petrobruſianos (Anabaptiſtas ſuæ ætatis) T. 22. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 1044. Edmundum Martene lib. 1. de antiqvis Eccleſiæ ritibus p. 61. ubi affert inter alia hæc Origenis V. in Epiſt. ad Rom. *Eccleſia ab Apoſtolis traditionem ſuſcepit etiam parvulis baptiſmum dare.* *Georgii Caſſandri* opera p. 668. ſq. 1227. ſq. *Henrici Hammondi* defenſionem baptiſmi infantum Tomo 2. Opp. *Jo. Walliſii* de pædobaptiſmo Tomo 3. Opp. p. 440. ſq. ne infinita alia Theologorum adverſus Anabaptiſtas volumina jam memorem. Baptizandi adulti imbuebantur prius ſacris Chriſtianæ religionis dogmatis, unde nomen *Catechumenorum*, de qvibus vide librum ſingularem *Tobiæ Pfanneri*, Vinariæ 1688. 12. & *Matthæum Larroquanum* III. 1. Adverſariorum ſacrorum. De Catechumenorum ſcrutinio ante baptiſmum, Edmundus Martene lib. 1. de antiqvis ritibus Baptiſmi p. 78 ſq. qvi varios Ordines veteres ſive formulas ejusmodi ſcrutinii affert p. 87. ſq. qvemadmodum & Ordines faciendi Catechumenum pag. 37. ſq. & de Officio Catechiſtæ diſſerit p. 26. ſq. & de Catechumenis ac Competentibus p. 29. ſq. Baptiſmi conferendi ſolenne maxime in veteri Eccleſia tempus Paſchatos feſtum & Pentecoſtes, & qvandoqve feſtum Epiphaniæ: Confer Launoji & Joh. Nicolai, Ord. Prædicator. diſſertationes de veteri uſu baptiſmi Pariſ. 1670. Adultorum baptiſmum præcedebat *confeſſio peccatorum*, ut præter alios docet *Tho. Milles* p. 18. ad Cyrillum Hieroſol. Idem de Catechumenorum jejuniis agit p. 38. & 43. Sed & p. 45. de dogmatibus Eccleſiaſticis qvæ baptizandis exponebantur & p. 75. de ſymboli traditione, qvo veluti auctorabantur ad ſacram militiam, atqve ſacris Chriſtianis initiabantur, qvemadmodum etiam Gentium Myſtæ accipiebant certa ſigna, ſymbola & συνθήματα profanæ ſuæ religionis, de qvo videndus auctor Hiſtoriæ Symboli Apoſtolici, editæ Anglice Lond. 1701. 1703. 8. atqve inde Lipſiæ Latine. Conſulendi etiam Joannes Morinus de expiatione Catechumenorum; & Jo. Fileſaci Lux Baptiſmi & Candor.

De

De *exorciſmi* ritu & antiqvitate ſpeciatim conſules opera *Georgii Caſſandri* pag. 749. ſq. *Elmenborſtium* in notis ad Gennadii dogmata eccleſiaſtica c. 31. *Tobiam Pfannerum* de donis miraculoſis Eccleſiæ p. 155. ſq. *Tho. Milles* ad Cyrillum Hieroſol. p. 7. *B. Bebelium* Sec. IV. T. 2. p. 775. ſq. *Menardum* ad ſacramentarium Gregorii Magni pag. 132. ſq. *Voſſii* Hiſtoriam Pelagianam p. 156. ſq. *Edmundum Martene* lib. 1. de ritibus pag. 183. *Severum* de ritibus baptiſmi pag. 45--59. *Goari* Euchologium p. 335-337. è qvo diſces etiam in Græca Eccleſia ritum hunc obtinere, qvemadmodum de Ruſſica, Græcæ Eccleſiæ filia, hoc teſtatur *Adamus Olearius* in itinere ſuo p. 282. Videbis etiam ubi lubebit qvæ de exſufflatione & inſputatione Dæmonis *Roſweidus* ad Vitas Patrum p. 785. & de exorciſmis Judæorum Chriſtianorumqve collegit *Antonius van Dale* de divinationibus idololatricis V. T. c. 7. p. 545. ſq. 553. De formula: *Abrenuncio Satanæ & omnibus operibus ac pompis ejus*, qvam erecto corpore, protenſa manu, facie ad occidentem verſa dixiſſe docet *Cyrillus* Hieroſol. I, 2. Catech. Myſtag. adi *Matthiam Zimmermannum* in libro: Fiunt non naſcuntur Chriſtiani §. 81. & in analectis p. 528. ſq. Poſtqvam Satanæ abrenunciaſſent, *Symbolum* recitarunt baptizandi vultu ad orientem converſo. Vide eundem Cyrillum p. 283. & Joh. Pearſonium ad Symbolum p. 21. De baptiſmo Clinicorum ſive Catechumenorum qvos morbus occupabat, ſive aliorum qvi ne poſt baptiſmum in peccata graviora prolaberentur illud libenter ad mortem imminentem differebant, videndus *Marquardus Gudius* in diſſ. ſub J. Andrea Boſio habita Jenæ de Clinicis ſive Grabatariis Vet. Eccleſiæ, & *Joach. Hildebrandus* in arte bene moriendi c. 3. *Suicerus* in obſervationibus ſacris p. 68. ſq. *Petrus Lambecius* notis ad vitam S. Anſcharii, & *Edmundus Martene* lib. 1. de ritibus Eccleſ p. 149. ſq. De baptizandis ſub conditione, ſi de Baptiſmo jam imperdito non certo conſtet, id. p. 152.

Immerſionem in aqvam, latiſſime per plura ſæcula receptam, (vide Edm. Martene libro laudato p. 128. ſq. ubi in omnibus libris priſcis ritualibus immerſionem præcipi obſervat) Apoſtolicæ traditionis eſſe contendunt *Northonus Knatchbull* ad 1. Petr. III. 20. *Gabriel Towerſon* libro Anglico de baptiſmo, de qvo Act. Erud. 1688. p. 244. *Carolus Maria de Veiel* ad Actor. II. p. 47. ſq. & VIII. p. 180. *Salmaſius* apparat. de primatu Papæ p. 192. *Schlichtingius* ad Joh. I. 26. aliiqve. Contra *Joh. Lightfootus* immerſionem pro illicita & mera ἐθελοθρησκεία habuit, qvoniam verbum טבילה ubi de ſacris baptiſmis in V. T. & de actu transeunte accipitur, ſemper (ut notat ille) ſignificet adſperſionem. Vide Joh. Lightfooti

 Vitam

Vitam operibus illius præmiſſam *** 2. Sane adſperſionem in baptiſmo etiam antiqviſſimi in Eccleſia uſus fuiſſe præter alios obſervatum *Beveregio* ad Synodicum M. p. 30. & verbum βαπτίζειν utrumqve denotat, mergere & abluere. Confer *Hammondum* ad Marc. VII. 4. *Voſſium* de baptiſmo pag. 37. ſq. *Forbeſii instructiones* p. 502. ſq. & *Pocockii* Miſcellanea p. 402. De baptiſmo per immerſionem ſimul in aqvam & ſuperfuſionem aqvæ collato vide *Joh. Mabillonium* Tomo I. muſei Ital. p. 73. 81. & *Joh. Ciampinum* in explicatione duorum ſarcophagorum, baptiſmi ritum indicantium, qvæ recenſetur in Actis Er. A. 1698. p. 46. atqve integra inſerta eſt Muſeo Minervæ Venetæ (Galeria di Minerva) Tom. 2. p. 77. Immerſio totius corporis vel capitis tantum, aut etiam adſperſio in veteri Eccleſia vel ſimplex erat ad demonſtrandam Dei, Eccleſiæ, fidei, baptiſmi unitatem: confer *Voſſium* de baptiſmo p. 44. ſq. & *Vicecomitem* IV. 8. vel triplex ad fidem SS. Trinitatis & Chriſti poſt triduum è ſepulchro prodeuntis teſtandam, qvem morem Apoſtolicum fuiſſe non dubitat, & hodieqve obſervari optat *Beveregius* II. 6. codicis Canonum Vindicati, ad triplex Dei beneficium ob oculos ponendum, Patris nos adoptantis, Filii ſanguine ſuo nos abluentis, & Spiritus S. fidem in baptiſmo obſignantis. Vide & *Thomam Milles* ad Cyrillum Hieroſol. p. 286. qvi de candidis baptizatorum ſtolis agit pag. 34.

De *patrinis* Tertulliano jam memoratis (c. 18. de Baptiſmo) eorumqve officio & origine (qvam ex Eſ. VIII 2. male repetunt Tremellius & Junius, alii ab Hygino Papa) videndi *Auguſtinus* ſerm. 163. de tempore, *Jonas Aurelianenſis* de inſtitutione Laicali lib. I. cap. 6. Tomo I. ſpicilegii Dacheriani pag. 19. *Beveregius* ad Canon. 3. Nicænum arabicum p. 213. *Elmenhorſtius* ad Dogmata eccleſiaſtica Gennadii p. 143. & 200. *Suicerus* in προσάγω, *Menardus* ad ſacramentarium Gregorii M. p. 107. *Guilelmus Saldenus* in Otiis divinis III. 7. *Zimmermannus* in analectis pag. 392. ſeq. *Edm. Martene* lib. I. de ritibus Eccleſiæ p. 153. & præ cæteris vir Ampliſſimus *Gerhardus* von Maſtricht in Schediaſmate de ſuſceptoribus infantium ex Baptiſmo, eorum origine, uſu & abuſu, Duisburgi 1670. 8. Judæi circumcidendis infantibus unum tantum adhibent ſponſorem: vide Buxtorf. Synagog. Judaic. p. 92. & 95. & 101. prohibitumqve pluribus liberis unum ſuſceptorem rogare. Sic & Græci Chriſtiani unum tantum patrinum advocant, ut patet tum ex aliis tum ex confeſſione Metrophanis Critopuli p. 87. Antiqvis temporibus fide jubebant ad ſacrum baptiſma pro liberis ſuis parentes ipſi, ut notavit *Baluzius* ad homiliam XII.

Cæſa-

Cæſarii Arelatenſis. De eo qvod maſculi maſculos, fœminæ fœminas ſuſciperent vid. Cotelerius Tomo 1. patrum Apoſtol. pag. 288. In Latina Eccleſia jam à decimo usqve ſeculo exiſtimatum eſt per patrini officium conjugia impediri, poſtqvam patrinorum connubium interdixit Theodorus II. Papa: Conſ. *Theoph. Raynaudum* Tomo IX. operum p. 167. ſeq. agentem de ſpirituali paternitate ſuſceptorum: Hinc duo tantum conceſſi diverſi ſexus patrini, ne multitudine eorum matrimonia impedirentur. Hinc parentes qvoqve patrinorum fungi munere deſierunt, ſiqvidem & Papa Deusdedit reſcripſerat ad Gordianum Hiſpalenſem, cohabitare deinde illos amplius non poſſe. De S. Petro, cui cognomen *compater*, vide Acta Sanctor. ad diem XV. Junii T. 2. p. 1090. Sanctorum imagines, patrinorum munere ut fungerentur advocatas notavit *A. Pagi* in Critica Baroniana ad A. C. 825. n. 25. De patrinis etiam varia collegit B. D. *Mayerus* in muſeo miniſtri eccleſiæ part. 3. p. 108. ſeq. in qva ut & part. 2. p. 1. ſeq. agit & de Baptiſteriis, de qvibus vide præterea ſis *Sauſſæum* de Myſticis Galliæ ſcriptoribus p. 176. ſq. ubi S. Lino illorum inventionem tribuit: *Pompejum Sarnelli* in antiqva Baſilicographia c. 49. *Edm. Martene* lib. 1. de ritibus Eccleſ. p. 7. ſq. *Jo. Henr. Wedderkampii* librum de baptiſteriis, excuſum Helmſt. 1703. 8. *Thomam Milles* ad Cyrillum Hieroſol. p. 278. De calice baptiſmali qvo recens baptizatis lac & mel, vel in Occidentis Eccleſiis vinum & lac, ut ex Hieronymo ad Eſaiæ LV. obſervat Rosweidus ad Vitam Pachomii p. 107. porrigebatur, vide *Jo. Sartorii* meletemata Hiſt Eccleſiaſticæ diſſ. 7. p. 49. ſq. *B. Bebelium* Sec. IV. Antiqvitatt. Eccleſ. p. 788. & qvæ viri docti ad Epiſtolam S. Barnabæ c. VI. *Edmundum Martene* lib. 1. de ritibus p. 146. ſeq. qvi p. 142. ſeq. etiam de ſacra Cœna Neophytis data, atqve p. 137. ſeq. de albis baptizatorum, cereisqve & oſculo.

Qvanqvam Johannis baptiſmum τέλειον ſive perfectum fuiſſe negabant olim Novatiani, & nonnulli etiam ex Patribus Eccleſiæ illud tantum extitiſſe ajunt βάπτισμα Iſagogicum μετανοίας, non ὀρθεσίας, confer Montacutium Tomo 1. Originum Eccleſ. p. 386. ſq. & Thomam Milles ad Cyrillum Hieroſol. pag. 287. tamen Eulogius apud Photium Cod. 280. p. 878. ſq. recte illud docet perfectum ac divinum fuiſſe, de qvo plura Theologi, unum baptiſma Johannis & Chriſti adverſus Socini ſcholam graviſſimis argumentis aſſerentes. Ac Johannem Baptiſtam DEI juſſu Joh. I. 33. Baptiſmum circumciſionis loco primum cœpiſſe introducere, probe obſervat Buxtorfius præf. ad Synagogam Judaicam, licet

Schi-

Schickardus c. 5. de jure Regio Hebræorum p. 329. ait Judæos ad differentiam Samaritanorum circumciſioni baptiſmum addidiſſe. Sed illum proſelytorum baptiſmum poſterius longe receptum fuiſſe à Judæis, diſputat Jo. Owenus p. 426. Theologumenon: certe ante Johannem extitiſſe nullo teſtimonio certo conſtat.

Imminente mortis periculo apud veteres Chriſtianos nemini Catechumeno nec catechumenatus deſertori, ac ne gentili qvidem baptiſmum qvovis modo petenti denegatum, probat Joh. Morinus lib. X. de pœnitentia cap. 8. Mortuos * etiam baptizabant Marcionitæ teſte Philaſtrio hæreſi 49. qvod ab Eccleſia ſemper rejectum fuit, atqve prohibitum, ut Can. 18 & 20. Codicis Africani, neqve probatus Cerinthianorum, ſi talis ullus Apoſtolorum ævo fuit, mos vicarii ** pro mortuis baptiſmi, ad qvem reſpici ab Apoſtolo 1. Cor. XV. 29. ſcribit Epiphanius hæreſi 28. Tomo 1. p. 114. cum Paulus nihil aliud illo loco videatur intelligere per *τὸ βαπτίζεϑαι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν*, qvam qvod Rom. VI. 3. dixit baptizari in mortem Chriſti, *εἰς τὸν ϑάνατον αὐτῦ ἐβαπτίϑημεν*, ut recte vidit olim, auctor Commentarii in Pauli Epiſt. qvi inter Hieronymi opera editur, ac nuper in peculiari ad hunc locum diatriba Lipſiæ 1704. edita præſtantiſſimus Vir D. Godfridus Olearius. Paullo aliter Coſmas Indopleuſtes VIII. pag. 280. *βαπτιζόμεϑα μυςικώτερον ὑπὲρ τῶν ἡμε-*

* Nectarius Patriarcha Hieroſol. confutatione Imperii Papæ in Eccleſiam p. 397. narrat ante annos non ita multos Oſtrobæ ſive Lechiæ, Sarmatiæ civitate, Baſilii cujusdam, dignitate Cneſii filiam Mariam per Jeſuitam qvempiam ab Eccleſiæ Græcæ communione ad Papiſmum amplectendum perſuaſam, cum de parentum ſuorum ſalute ſollicita ex ipſo reſponſum tuliſſet eos, qvoniam extra Romanam Eccleſiam diem obiiſſent, haud dubie æternis ignibus addictos eſſe, hinc tactam commiſeratione perpetuis fletibus & mœrore propemodum confectam fuiſſe, donec Jeſuita, ne deſpondeto, inqvit, animum, eſt enim modus ut ipſi æqve ac tu ſalutem conſeqvantur. Qvippe mater Catholica Romana Eccleſia multos habet modos ſalutis, illis etiam concedendos animabus qvæ in inferno puniuntur. His auditis illa gemebunda ac præ gaudio lacrymas fundens, ne illum modum mihi explicare recuſes, inqvit. Ille ait præſentem eſſe ſalutem ſi effodiantur illorum oſſa, & à Catholico ſacerdote baptizentur, ſic illi ſtatim fient Catholici. Effodiunt itaqve mortuorum tumulos, adſtante & vidente filia, educunt oſſa, & Jeſuita aqvæ benedicit, eamqve oſſibus ſuperinfundit, nomen baptizatis mutat, repoſitisqve in tumulos iterum reliqviis, abeatis, inqvit, in paradiſum, ecce Catholici facti eſtis.

** Vicarii baptiſmi morem Marcionitis etiam tribuit Chryſoſtomus in 1. Cor. 15. & ex eo Theophylactus atqve Harmenopulus præcipue p. 564. de ſectis. Adde Grotium ad 1.Cor.XV.29. W. Wall Hiſtoriam pædobaptiſmi p. 239. ſq. & Antonium van Dale diſſ. de Antiqvitatibus p. 137.

ἡμετέρων νεκρῶν σωμάτων καταδύνοντες ἐν τῷ ἁγίῳ ὕδατι καὶ ἀναδύνοντες ἀπεντεῦθεν, μιμούμενοι θάνατον καὶ ἀνάστασιν. Iſidorus Peluſ. lib. 1. Epiſt. 221. βαπτιζόμεθα ὑπὲρ τῶν νεκρῶν φύσει σωμάτων εἰς ἀφθαρσίαν αὐτὰ μετασκευασθῆναι πιστεύοντες. Similiter Tertullianus V, 10. contra Marcion. Chryſoſtomus & Theophylactus in 1. Cor. &c.

Ineptum & antiqvioribus Chriſtianis inauditum morem baptizandi campanas jam ſupra p. 374. attigi, nunc tantum addere liceat qvod *compatres* etiam illi baptiſmo advocati, atqve ut in Imp. Maximiliani gravamine 51. nationis Germanicæ habetur in Tomo 1. rerum expetendarum & fugiendarum p. 365. *innumeri præcipue* vero, qvoniam munera luſtrica afferre neceſſe, *fortuna pollentes, qui baptizationis tempore funem quo campana ligata eſt tangunt, ac ſuffraganeo præeunte omnes pariter reſpondent ac campanæ nomen ingeminant, veſteque nova eam induunt.* Exemplum ejusmodi literarum qvibus Senatus Tenſtadienſis A. 1516. ad campanæ baptiſmum, ut patrinorum partes obeat, invitatur, habes in Joh. Chriſtoph. Olearii Syntagmate 1. rerum Thuringicarum p. 364. ſq. & qvoniam perbreves ſunt, hoc etiam loco pace ut confido lectoris à me apponentur:

Denen Ehrſahmen / Weiſen / Burgermeiſtern zu Tenſtett / unſern beſonders günſtigen Förderern. Unſere freundliche Dienſte zuvor / Ehrſame / Weiſe Herrn / wir ſeynd Willens / wils GOtt / unſere Glocken auf den Sonntag Exaltationis S. Crucis nechſtkommende / nach Ordnung der heiligen Chriſtlichen Kirchen zu weihen und täuffen laſſen: Iſt unſere gütliche Bitte / wollet auf vermeldte Zeit üm GOttes Willen bey uns / ſamt andern unſern guten Freunden erſcheinen / und Groß-Pate mit ſeyn. Wollet das Lohn von dem Allmächtigen GOtte / und dem Patrono S. Sixto und der H. Jungfrauen S. Julianen nehmen. So wollen wirs willig gerne verdienen. Datum Sonntag nach Egidij anno 1516.

**Curt und Clauß Vitzthum von Eckſtett**
**ſamt den Altar-Leuten.**

Cum ſacro baptiſmo infantum vel Catechumenorum in veteri eccleſia conjunctum erat *chriſma* ſive unctio totius corporis recens baptizatorum, facta oleo ἐπορκιστῷ, ut *Cyrillus* Hieroſol. auctor eſt Catecheſi Myſtagog. 2. p. 285. ad exemplum Chriſti Spiritu S. poſt baptiſmum uncti, id. p. 289. De illo more videri poſſunt *Nicolaus Cabaſilas* libro 3. de vita in Chriſto, *Grotius* Epiſt. 357. 350. 318. *B. Bebelius* Sec. IV. Tomo 2. p. 783. ſq. *Salmaſius* in apparatu ad primatum Papæ p. 84. ubi peculiarem

rem ſuum de Chriſmate tractatum memorat, ſed nunqvam editum, *Cotelerius* ad Patres Apoſtolicos Tomo I, p. 287. ſq. *Edm. Martene* lib. I. de Eccleſiæ ritibus p. 120. ſq. *Elmenhorſtius* p. 144. ad Gennadium de dogmatibus Eccleſiaſticis. Per hujusmodi confirmationem ſive per hoc Chriſma etiam baptiſmi ab hæreticis qvibusdam * ut Novatianis, Arianis, Macedonianis, Apollinariſtis & Teſſarescædecatitis dati vim ſuſcitari pleriqve exiſtimabant. Qvorundam ut Meletianorum, Neſtorianorum, Eutychianorum & Donatiſtarum ne Chriſmatio qvidem à Catholicis iterabatur, ſed ſola manus impoſitione & jejunio renovabatur. Vide *Theodori Studitæ* Epiſtolas T. V. Operum Sirmondi p. 324. *Quesnellum* ad Leonem M. p. 795. ſq. & 910. b. & *Joannem Morinum* lib. 9. de pœnitentia cap. 11. in qvibusdam Eccleſiis totum confirmationis ſacramentum non chriſmate, ſed ſola manuum impoſitione celebratum eſt. Confer *Grotii* Epiſt. 329. Duplicis etiam chriſmatis uſus in veteri Eccleſia, unius, anteqvam in aqvam deſcenderent baptizandi, vide *Menardum* p. 73. ſq. ad Gregorii Sacramentarium: alterius ſtatim poſt baptiſmum. Confer *Tho. Milles* ad Cyrill. pag. 289. priore totum corpus, tanqvam athletarum adverſus dæmonem pugnaturorum: poſteriore frons, aures, nares & pectus (*Cyrill.* p. 290.) inungebantur. Chriſmate hujusmodi hodieqve utuntur præter Romanam eccleſiam Chriſtiani Græci & alii pleriqve Orientales. Confirmationis qvædam ſpecies per manuum impoſitionem & benedictionem etiamnum in uſu eſt apud Anglos, atqve in qvibusdam eccleſiis etiam noſtris Lutheranis, ut Pomeranicis, Luneburgenſibus, Holſaticis, aliisqve. Confer *Trogilli Arnkiel* librum Germanice editum qvi inſcribitur Chriſtliche Confirmation der Catechumenen, Schleswig 4. 1694. qvo libro ritum illum in Holſatia reducendum ſuaſit, & Principi ſuo perſuaſit, cujus in calce libri mandatum de ea re typis expreſſum extat. Cæterum Confirmationem eſſe ſacramentum proprie dictum N. T. hoc eſt ritum externum à Chriſto præceptum, ſub conditione promiſſionis impetrandæ (alioqvi enim ſacramentum de qvacunqve re & actione ſacra dici nemo ignorat) inficiantur Proteſtantes. Vid. Hugo Grotius Epiſtola 329. *Marcus Antonius de Dominis* lib. V. de republ. eccle-

* Alios Hæreticos rebaptizabant, illos præcipue, qvi circa baptiſmum ipſum aliqvid mutarent: ne dicam fuiſſe qvi cum Agrippino & Cypriano baptiſmum hæreticorum qvorumcunqve valere inficiarentur, qvod Stephano Epiſcopo Rom. & plerisqve aliis merito haud placuit. Vide qvæ Viri docti ad Cyprianum, & contra Donatiſtas Auguſtinus: ad Facundi librum X. Sirmondus, Baluzius ad Vincentium Lerinenſem, Beyeregius ad Canonem 47. Apoſtol. & Launojus parte VIII. Epiſtola 15.

eccleſiaſtica c. V. §. 7. ſq. B. *Samuel Benedictus Carpzovius* in Antimaſenio p. 992. ſeq. *Benedictus Pictetus* in Theologia Chriſtiana XV. 35. & *Jo. Dallæus* de confirmatione & extrema unctione Genev. 1659. 4. qvi cum improbare etiam ritum illum videatur, impugnatus eſt non modo à Pontificiis ut *Jacobo Sambœuvio*, ſive *de Sainte Beuve* in libro de confirmatione, de qvo Elias du Pin Tomo 18. Bibl. ſcriptorum Eccleſ. p. 201. ſed etiam inter ipſos Proteſtantes præcipue ab Anglis ut *Jeremia Tayloro* in Tractatu de confirmatione, & *Henr. Hammondo* lib. de confirmatione qvi Oxoniæ editus eſt 1661. 8. & Tom. IV. operum Hammondi recuſus. De confirmatione præterea videndi interpretes Epiſt. ad Hebræos c. VI. v. 2. D. *Chriſtianus Kortholt* diſputatione IV. anti-Baroniana, *Jo. Forbeſius* lib. IX. inſtructionum hiſtorico-theologicarum c. 4. *Edmundus Martene* de ritibus ſacris Eccleſiaſticis lib. 1. p. 232. ſq. qvi varios Ordines ſive formulas veteres Confirmationis refert p. 249. ſq. *Stanislaus Hoſius* p. 89. ſq. Operum, *Menardus* ad Gregorii Sacramentarium p. 143. ſq. *Joſephus Vicecomes* in obſervationum Eccleſiaſticarum volumine * ſecundo, in qvo veteres Confirmationis cerimoniæ demonſtrantur, Mediolan. 1618. 4. *Lucas Holſtenius* in diſſ. duplici de forma & miniſtro Sacramenti confirmationis apud Græcos, Rom 1666. 8. Nam circa formam qvoqve Chriſmatis variatum, cum in Eccleſia Romana in fronte vel vertice tantum aut in pectore ungant, Græci vero, atqve Syri etiam teſte Severo Alexandrino, ungant totum corpus. Græci ſtatim, uti Æthiopes ** qvoqve jungunt chriſma baptiſmo: Latini ungunt poſt ſeptimum à baptiſmo annum. Latini per Epiſcopum, Græci per presbyterum etiam, confer *Matthæum Larroquanum* III. 7. Adverſarior. ſacr. *Allatium* de Synodo Photiana pag. 523. ſq. Ordo Confirmationis ſecundum uſum Æthiopum exſtat Tomo 27. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 643. Officium ſacri unguenti in Græca Eccleſia & de materia Chriſmatis vide in Goari *Euchologio* p. 628. usqve 646. De formula confirmationis deprecatoria *DEus te ungat in vitam æternam*, vide notas Benedictinorum ad S. Ambroſium Tom. 2. p. 360. Nota etiam ſunt eruditis qvæ de confirmatione non iteranda, & per Epiſcopum vel presbyterum adminiſtranda, acriter diſputata ſunt inter Sirmondum T. 4. Opp. & Petrum Aurelium ſive qvi ſub illo latet nomine Joannem Vergerium de Haurance, Abbatem Sancyranum, Pariſ. 1646. fol. occaſione Canonis Arauſicani, de qvo adeundus etiam Grotius Epi-

 ſtola

* Primum eſt de ritibus baptiſmi, tertium & qvartum de ritibus & apparatu Miſſæ.

** Vide Rich. Simonem T. 1. Bibl. ſelectæ p. 313.

ſtola ſæpius jam laudata 329. Combefiſius ad Amphilochium p. 265. Edm. Martene lib. 1. de ritibus p. 243. Cæterum *Johannis Morini* liber de confirmatione, in qva à Diaconis etiam illam adminiſtratam contendit teſte Rich. Simone Tomo 1. Epiſt. ſelect. pag. 8. vidit lucem inter ejus opuſcula poſtuma A. 1703. qvibus etiam Holſtenii diſſertationem jam memoratam editores adjunxere. Catechumenis anteqvam ad ſacram cœnam admitterentur, datum *ſal* velut in ſymbolum futuræ communionis, de qvo ritu vide Steph. Morini diſſ. 3. p. 109.

De ritu qvo pedes pauperum lavare mos in Cœna Domini, vide Franciſci Orlendi librum de qvo Acta Eruditorum T. V. ſupplementi p. 176. & Doctoris mei Thomæ Ittigii ȣ̃ μακαρίτȣ diſſ. de pedilavio Chriſti imitando, Lipſ. 1699. Jac. Gretſeri podoniptrum ſive librum de more lavandi pedes peregrinorum & hoſpitum, cum ejus Horto Crucis editum Ingolſtad. 1610. Interpretes ad Joh. XIII. 14. & 1. Timoth. V. 10. Claudii Eſpencæi Opera p. 931. ſq. Cotelerii monumenta Eccleſiæ Græcæ pag. 161.

De Agapis veterum Chriſtianorum præter interpretes Epiſtolæ Judæ Apoſtoli verſu 12. Pompejus Sarnelli Baſilicographiæ c. 40. Suicerus in theſauro Eccleſ. Albaſpinæus Obſervatt. Eccleſ. lib. 1. c. 18. & Juſtus Henningus Bœhmer in diſſertationibus juris Eccleſiaſtici antiqvi ad Plinii Epiſtolam 97. libri X. diſſertatione 4. Joh. Fronto in Epiſtola de Philoteſiis veterum: Feſſelius lib. 1. Adverſar. c. 13. Juſtellus ad Canonem XI. Concilii Laodiceni, Beveregius ad Can. 74. Trullan.

XXVI. De Sacræ Cœnæ ſive Euchariſtiæ ritibus agunt vetera monumenta, qvæ collecta ſunt à Georg. Caſſandro in Liturgicis, qvibus ſubjunctus & Ordo Romanus de officio miſſæ. Liturgiæ ſub Jacobi & aliorum Apoſtolorum, ipſius etiam Chriſti & Mariæ nomine jactatæ: Liturgiæ Baſilii M. & Joh. Chryſoſtomi ſæpius Græce & Latine editæ, de qvibus dixi ad Allatium de libris Eccleſiaſticis Græcorum: & ſcripta aliorum Patrum de ritu Miſſæ, Græcorumqve recentiorum Latinè vulgata à Claudio de Sainctes Antwerp. 1562. 8. Variæ liturgiæ veteres inſertæ Tomo 1. & Tomo 27. ſive ultimo Bibliothecæ Patrum editionis poſtremæ Lugdunenſis, in his Liturgia Neſtoriana à Meneſeſo interpolata, de qva Rich. Simon T. 1. Bibl. ſelectæ p. 289. Liturgica à Jac. Pamelio collecta. Colon. 1571. 4. 2. Tomis. Scriptores de divinis officiis * à Mel-

* Sunt illi: Ordo Romanus, Iſidorus Hiſp. Alcuinus, Amalarius, Rabanus Maurus, Walafridus Strabo, Berno, Micrologus, Ivo, Hildeberti Cenomanenſis (qvod ſub Mauricii Seno-

Melchiore Hittorpio editi Colon. 1568. fol. & per G. Ferrarium Rom. 1591. Pariſ. 1610. fol. *Cornelius Schultingius* in Bibliotheca Eccleſiaſtica, Colon. 1599. Liber ſacramentorum Gregorii Papæ, cum notis Hugonis Menardi Pariſ. 1647. 4. & in nova Operum Gregorii editione, qvam Monachis Benedictinis debemus, Pariſ. 1705. fol. T. III. Ejusdem Gregorii miſſam Græce verſam eſſe à Georg. Codino & Emanuele Chryſolora teſtatur Leo Allatius de Georgiis p. 362 ſq. Codices ſacramentorum 900. annis vetuſtiores Eccleſiæ Romanæ & Gallicanæ editæ à Joſepho Mariæ Thomaſio ſive Caro, Rom. 1680. 4. Varii ordines Miſſæ celebrandæ, editi ab Edmundo Martene lib. 1. de antiqvis Eccleſiæ ritibus p. 454. ſeq. qvi de precibus etiam Canoni Miſſæ additis videndus p. 411. ſeq. 343. ſeq. Caroli M. libellus ad Alcuinum de Sacrificio Miſſæ & ratione rituum Eccleſiæ à Wolfgango Lazio cum aliis ejusdem argumenti opuſculis editus Antw. 1560. 8. Jo. Bona in libris 2. rerum liturgicarum, qvibus ſubjecit Miſſam latinam veterem, qvam vulgaverat Matthias Flacius Argentinæ 1557. 8. de qva vide etiam Struvii Bibl. antiqvam A. 1706. p. 273. ſq. & Edmundum Martene lib. 1. de antiqvis Eccleſiæ ritibus p. 481. ſq. Joh. Mabillonii de Liturgia Gallicana libri 3. & Tomus ſecundus muſei Italici, Commentarius prævius ad Ordinem Romanum &c. Liber Gallicus Pariſ. 1697. 8. à Grancolaſio Doctore Sorbonico editus ſub titulo: Veteres Liturgiæ ſ. ratio miſſam celebrandi per ſingula ſæcula, in Eccleſiis Orientis pariter & Occidentis. Lazari Andreæ Bocqvilloti tractatus hiſtoricus de Liturgia Sacra Gallice editus Pariſiis 1701. Severus Alexandrinus (ſive Antiochenus potius) de ritibus ſacræ Synaxeos apud *Syros* Chriſtianos receptis Antwerp. 1577. 4. Syriace & Latine. Liturgia *Coptica* apud Kircherum p. 37. ſq. Prodromi Copti: Dioſcori Liturgia à Jobo Ludolfo *Æthiopice* & Latine edita in calce Lexici Æthiopici. De ritu Miſſæ in magna Kairo, Hottingerus Tomo V. Hiſt. Eccleſ. p. 53. ſq. His addendi ſcriptores de officiis Eccleſiaſticis Iſidorus Hiſpalenſis, Alcuinus, Beda ſive qvisqvis auctor ſcripti de Offi-



Senonenſis nomine edidi) de ritibus Miſſæ Carmen, Radulphus de Rivo, & Miſſæ expoſitio brevis ex antiqvis libris, qvam habes etiam T. 13. Bibl. Patrum edit. p. 746-750. diverſam ab ea qvam ante 900. annos ſcriptam vulgavit Edm. Martene lib. 1. de antiqvis ritibus p. 434--454. Liturgiarum Orientalium corpus edere pridem voluit Rich. Simon qvem vide T. 2. Bibl. ſelectæ p. 173. Hodie illud exſpectamus à doctiſſimo Viro Euſebio Renaudoto. De variis Liturgiis conſulendus Joannes Bona libro rerum Liturgicarum primo, & Edmundus Martene lib. 1. de ritibus pag. 266. ſqq. De Græcis notavi nonnulla ad Allatium de libris Eccleſiaſticis Græcorum.

ciis (qvod Tomo VII. Operum Bedæ legitur, qvodqve pro vix dignis illo Doctore collectaneis habet Qveſnellus p. 551. ad Leonem M.) Hugo de S. Victore aliiqve ſupra c. IV. §. 3. à me laudati & in Hittorpiana aliisqve jam à me memoratis collectionibus fere obvii: E recentioribus *Cl. Villette* in libro cui titulus: les raiſons de l'office & ceremonies qvi ſe font en l'Egliſe Catholiqve Apoſtoliqve Romaine. Pariſ. 1611. 4. & Rothomagi 1638 8. Alius neſcio qvo auctore: traité de la Meſſe & de l'Office Divin, ou l'on trouve une explication literaire des anciennes pratiqves & des ceremonies de l'Egliſe, appuyée ſur l'autorité des Peres & des Conciles. *Carolus Guietus* Jeſuita Gallus in *Ordine generalis & perpetuo divini Officii recitandi* fol. Jo Voiſinius qvoqve opus Liturgicum 2. vel 3. tomis in folio molitus eſt teſte Rich. Simonio II. 34. Epiſt ſelect. p. 225. ſed lucem qvod ſciam haud vidit. Qvibus auctoribus ſingulæ partes in Miſſa receptæ ſint, notat breviter Honorius Auguſtodunenſis in Gemma Animæ l. 1. c. 86--90. T. XX. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 1058. ſq.

De cœnæ Dominicæ qvalis à Chriſto ipſo poſt cœnam paſchalem inſtituta fuit, ritibus & forma agunt *Joſephus Scaliger* libro VI. de emendatione temporum p. 572. ſq. *Paulus Fagius* ad Targum Onkelos Deuteron. VIII. *Joh. Buxtorfius* in diſſ. de cœnæ dominicæ primæ ritibus & forma, qvæ extat inter ejus diſſertationes Philologico-Theologicas, ubi & Vindiciæ hujus diatribes adverſus Ludovicum Capellum ſubjiciuntur. *Huetius* p. 276. ſq. Alnetanarum qvæſtionum, *Jacobus Lydius* in ſacra cœna literatorum, Tomo 10. faſciculorum Crenii. *Rudolphus Cudworth* in vera ſententia ſive recto judicio de cœna Domini, libello erudito Anglice edito, fol. *Joh. Owenus* pag. 427. ſq. Theologumenon & *Richardus Simon* in collatione cerimoniarum Judaicarum cum Eccleſiaſticis, qvam Leonis Mutinenſis libro de ritibus Hebræorum is ſubjunxit, & ex Gallico Latine vertit Jo. Valentinus Grosgebauerus. Ritus ac ſententiam veteris Eccleſiæ circa ſacram Euchariſtiam perſeqvuntur: E noſtratibus *Henricus Rixnerus* de inſtitutis ac ritibûs veterum Chriſtianorum circa S. Euchariſtiam, & de communione Laica, * peregrina ac præſanctificatorum Helmſt.

* De communione Laica & peregrina Pompejus Sarnelli antiqvæ Baſilicographiæ c. 30. ſq. & Lindebrogius ad Codicem Legum antiqvarum p. 1380. Communionem peregrinam de transpoſitione Clerici in peregrinum ac deteriorem locum (pœnitentur Pfarre hodie vulgo appellant) explicat Philippus Tilemannus Schenck, Profeſſor Marpurgenſis in diſſ. de communione peregrina ejusqve apologia adverſus Joannis Faës τȣ̃ μακαρίτȣ obelum peregrinitati peregrinæ communionis fixum, Marpurg. 1695. 8.

Helmſt. 1670. 1673. 4. D. *Dorſcheus* ad diatypoſin Concilii Nicæni de S. Cœna, & in Myſaria Miſſæ: D. *Jo. Fechtius* in elaborato opere de origine & ſuperſtitione Miſſarum in honorem Sanctorum celebratarum Lipſ. 1707. 4. *Joach. Hildebrandus* in arte bene moriendi cap. 5. ubi de Euchariſtia infantibus & morti vicinis data, *B. Bebelius* Sec. IV. T. 2. p. 791-821. E Reformatis ſcriptoribus *Iſaacus Caſaubonus* adverſus Baronium Exerc. XVI. *Philippus Mornæus* & *Edmundus Albertinus* in libris de Euchariſtia, *David Blondellus* de Euchariſtia Vet. Eccleſiæ, Sarravii cura A. 1640. editus, *Dallæus* lib. 3--9. de cultibus religioſis Latinorum, *Claudius Salmaſius* in libro de transſubſtantiatione & in libro altero ſ. epiſtola ad Julium Pacium de Hugonis Grotii voto pro pace, qvos utrosqve ſub larvato Simplicii Verini nomine vulgavit. *Matthæus Larroquanus* in Hiſtoria Euchariſtiæ, Gallice edita Amſt. 1671. 8. qvæ ſecunda editio melior eſt & caſtigatior, nomenq; auctoris præfixum habens qvod in priore deſideratur. E Romanæ Eccleſiæ doctoribus deniqve *Joſephus Vicecomes* de antiqvis Miſſæ ritibus & apparatu, 2. Vol. Mediolan. 1620. & 1626. 4. *Theophilus Raynaudus* Tomo VI. Opp. qvi inter alia miſſam pro defunctis veteri Eccleſiæ ignotam, & mortuos nihil juvare diſputat: *Edmundus Martene* de ritibus Eccleſ. lib. 1. *Gabriel Albaſpinæus* in Obſervationibus Eccleſiaſticis libro 1. *Fronto Ducæus* contra Mornæum, *Perronus* à Michaële Fauchero oppugnatus. *Jac. Bolducus*, Capucinus de initio & progreſſu Euchariſtiæ ſive ſacrificii panis Euchariſtici per totum orbem, Lugd. 1640. 4. Inter veteres ipſos videndi maxime Juſtinus Martyr Apolog. 1. p. 98. ac Cyrillus Hieroſol. Catecheſi myſtagog. IV. & V. Circa ſententiam & ritus recentiorum Eccleſiarum orientalium, Græcæ præcipue, conſulenda ſunt ſcripta, qvæ in utramqve partem edita ſunt ab annis circiter qvadraginta à Pontificiis, *Antonio Arnaldo*, *Nicolio*, *Allatio*, *Nibuſio*, *Petro Arcudio* ejusqve adverſario *Jo. Baptiſta Catumſyrto*, *Richardo Simone*, *Euſebio Renaudoto*, aliisqve: & à Proteſtantibus *Joh. Claudio* (qvi opus de perpetuitate fidei Eccleſiæ Catholicæ circa Euchariſtiam Gallica qva ſcriptum eſt lingua erudite oppugnavit) à *Joh. Henr. Hottingero*, *Elia Veilio*, *Thoma Smitho*, *Joh. Aymonio* &c. ut omittam Corteſium Branam Maracæum de Græcæ & Latinæ Miſſæ conſenſu, editum Neapoli 1603. 8.

Chriſtum ipſum de Euchariſtia participaſſe, ac de pane & vino poſt benedictionem comediſſe ac bibiſſe, contendit *Philippus Johannes Schenck* in oblatione ſive communione ejusqve Apologia contra Johannem Faës τὸν μακαρίτην, Paſtorem Stadenſis Eccleſiæ, ſuadens vehe-

men-

menter, ut ſacerdotes conſecrantes etiam ipſi * communicent, neqve à participatione Euchariſtiæ qvam aliis impertiunt abſtineant. Marpurg. 1695. 8. Pro contraria ſententia videndus laudatus Faës in Chriſto incœnato, Brem. 1693. 8.

Jus conſecrandi Laicis etiam tribuit Rigaltius in libello rarius obvio de qvo Rich. Simon T. 1. Epiſt. ſelect. 3. Grotius in diſſertatione ſine nomine edita de cœnæ adminiſtratione ubi Paſtores non ſunt, & Juſtus Henningus Bœhmerus diſſ. IX. ad Plinii Epiſtolam & Tertulliani loca. Pro contraria ſententia conſulenda Gabrielis Albaſpinæi obſervatio ad locum Tertulliani de exhortatione caſtitatis c. 7. Dionyſii Petavii diſſertatio de poteſtate conſecrandi & ſacrificandi Sacerdotibus à DEO conceſſa, Jo. Harduini Opera ſelecta p. 297. ſq. & Henr. Dodwelli Exercitatio de jure Laicorum ſacerdotali, Lond. 1685. 8.

Hugonis Grotii diſſertationem an ſemper communicandum per ſymbola, examini ſubjecit Jo. Cloppenburgius, qvod & inter ſelectas ejus diſſertationes, & cum jam dicta Dodwelli diatriba, cui Grotii etiam ac Petavii jam dictæ exercitationes junctæ ſunt, prodiit.

Miſſas non privatas modo ſed qvoqve ſolennes plures eadem die ab uno ſacerdote celebrari ſolitas probat Edmundus Martene lib. 1. de antiqvis Eccleſiæ ritibus p. 283. & Jo. Baptiſta Thiers in tomo priore libri poſtumi de ſuperſtitione de qvo Elias du Pin T. 18. p. 283. ſq. Idem Thierſius in opere *de l' expoſition du S. Sacrament* ſive de ſolenni ritu qvo S. Euchariſtia oculis fidelium exponitur, qvod poſt priorem editionem Anni 1673, duobus libris auctius lucem vidit Pariſ. 1677. 12. inter alia adverſus freqventiam Miſſarum diſputat, qvam oppugnat etiam auctor Epiſtolæ qvæ inſcribitur: lettre ſur l'ancienne diſcipline de l'Egliſe touchant la celebration de la Meſſe, Pariſ. 1708. 12. ne dicam qvæ adverſus freqventiam Communicandi ſcripſit Antonius Arnaldus libro celebratiſſimo *de la frequente Communion.* De Matthæi de Cracovia libro rituum expediat & deceat ſacerdotes continuare Miſſas, vel Laicos freqventer communicare, edito Memmingæ A. 1491. vide Eduardi Brown præfationem ad faſciculum rerum expetendarum ac fugiendarum, p. XXXI.

De Euchariſtiæ aſſervatione & ad abſentes transmiſſione multa Claudius Eſpencæus opere poſtumo de adoratione Euchariſtiæ libro 2. ubi etiam de communione moribundorum, de Euchariſtia data pueris, mor-

* Sic Romæ olim receptum uſu notat Edm. Martene lib. 1. de antiqvis Eccleſiæ ritibus p. 419.

mortuisqve & de reliqviarum Euchariſtiæ exuſtione. Ad ea qvæ adverſus S. Euchariſtiæ adorationem ſcripſit Jo. Dallæus libris de objecto cultus religioſi, reſpondere conatus eſt Jacobus Boileau, libro de adoratione Euchariſtiæ, Gallice edito Pariſ. 1685. qvemadmodum & idem & Boſſvetus in libro de communione ſub utraqve ſpecie, incaſſum eniſi ſunt refellere qvæ tum alii tum præcipue Georgius Calixtus libro de communione ſub utraqve in medium attulerat. Videndus etiam libellus Hermanni Hamelmanni, Francof. 1557. 8. editus hoc titulo: *Cum Scriptura S. conſenſus XI. Conciliorum, aliquot Hiſtoriarum, & quorundam Hymnorum Eccleſiæ, atque omnium fere Patrum qui ante Thomam Aquinatem vixerunt, in perpetuo utriusque ſpeciei Euchariſtiæ cunctis ex æquo fidelibus porrigendæ uſu contextus ad Georgium Epiſcopum Mindenſem.* De Eulogiis ut alios jam mittam Pompejus Sarnelli in Baſilicographia c. 39. De oblatis qvibus in noſtra etiam Eccleſia utimur, formâ numorum repræſentantium Dominici corporis pretium, exſtant ſingulares diſſertationes præſtantium Doctorum Jo. Muſæi, Chriſtiani Kortholti, Andreæ Kunadi & Joh. Andreæ Schmidii. Vide etiam Edmundum Martene lib. 1. de ritibus p. 318. ſq. 382. ſq. Caſparis Calvœrii rituale Eccleſiaſticum T. 1. p. 595.

Latinam Eccleſiam ad Octavum ſæculum usqve indifferenter azymis & pane fermentato uſam eſſe in Euchariſtia, contra Baronium probant Bona lib. 1. liturg. c. 23. & Sirmondus disqviſit. de azymo T. 4. Opp. Vide etiam monitionem Bonæ liturgicis præmiſſam, Franciſcum Mariam Florentinium disqviſitione de antiqvo uſu fermentati panis & azymi, à filio editâ: Allatium contra Creyghtonum p. 475. ſq. 567. ſeq. Edmundum Martene lib. 1. de ritibus p. 308. ſeq. Voſſii theſes Theol. p. 262. ſq. Franciſcum Burmannum parte 2. Exerc. p. 315. ſq. Tentzelii diſſ. ſelect. T. 2. p. 330. Launoji diſſertationem pro Sirmondi ſententia, poſt auctoris obitum oblatam memorant Ephemerides Pariſienſes A. 1697. pag. 20.

Sirmondi ſententiam impugnant Jo. Ciampinus in conjecturis de perpetuo azymorum uſu, Franciſcus à S. Auguſtino Macedo in tractatu de qvo Leti, Italiæ regnantis T. 3. p. 200. ſq. Mabillonius præfat. ad T. 3. Annal. Benedictin. & in diſſ. de pane Euchariſtico azymo ac fermentato, Pariſ. 1674. 8. Chriſtianus Lupus &c. Idem tamen Mabillonius T. 1. muſei Italici p. 134. non diffitetur fermentum per Eccleſias miſſum fuiſſe nihil aliud qvam Euchariſtiam conſecratam, non tantum Eulogias ut volebat Baronius. Idem cum Mabillonio fatetur etiam Schel-

ſtratenus, c. 7. de diſciplina arcani contra Tentzelium: ſed improbabili conjectura ait fermentum dictam, non qvod ex fermentato pane eſſet, ſed qvod veluti fermentum unionis eſſet maſſæ ac corpori Chriſtianorũ.

Deinceps azymo ſolo Latini utuntur, Græcis fermentatum ſolum conſtanter tenentibus. Confer Allatium contra Hottingerum p. 122. ſeq. & de Synodo Phot. p 526. qvi tamen Græcos à Pontifice Rom. permitti fermento uti obſervat, adeoqve tanqvam rem indifferentem haberi p. 6. & 21. libri de ætate in collatione ordinum apud Græcos. Azymis uſi etiam Ebionei a), Apollinariſtæ b) & Jacobitæ c) atqve etiamnum Armenii d) atqve Maronitæ: uti fermentato Neſtoriani, Habeſſini, Ruſſi. Azymitæ ad traditionem Apoſtoli Petri provocant, vide Cotelerium III. monument. p. 665. & Chriſtum Euchariſtiam cum inſtitueret azymo uſum probant Scaliger de emendatione temporum p. 567. & Buxtorfius diſſ. Philologico Theol. p. 296 ſeq. Pro fermentati e) uſu videndus Meletius inter Opera Jo. Damaſceni T. 1. edit. Michaëlis le Qvieu p. 647. ſq. & Maximus Peloponneſius Hiero-monachus in diſſ. de Euchariſtia contra Latinos, cum verſione Jenkini Thomaſii edita inter hujus diſſertationes, Altdorf. 1712. 8. p. 385. ſq. Pro uſu azymi, auctor tractatus contra Græcos in auctario Stevartii p. 569. ſeq. Barlaamus T. 26. Bibl. Patrum Lugd. p. 6. ſq. Gennadius ibid. p. 573. ſq. Michaël Nau in Eccleſiæ Rom. Græcæqve effigie, dialogo IX. p. 166. ſq. Allatius de purgatorio p. 689. ſq. & de conſenſu utriusqve Eccleſiæ p. 1163. ſq.

XXVII. Pœnitentiæ publicæ, cui in veteri Eccleſia graviora peccata, idololatria maxime, f) adulterium & homicidium ſubjiciebatur: gradus, proceſſus, ritus, relaxationem aliaqve ad eandem vel naſcentem & confirmatam, vel degenerantem atqve exſpirantem ſpectantia præter alios omnes fuſe atqve erudite perſecutus eſt *Joh. Morinus* Bleſenſis, g) Congregat. Oratorii presbyter libris X. in opere erudito & laborioſo de ſacramento pœnitentiæ, poſt primam editionem Pariſ. 1650. jam bis excuſo

a) S. Epiphanius hæreſi 15. B. D. Ittigius de hæreſiarchis p. 65. ſq.

b) Metrophanes Critopulus Confeſſ. p. 94.

c) Damaſcenus T. 1. p. 647. ſed hodie Jacobitæ fermentato utuntur, teſte Nairono, Rich. Simone, aliisqve.

d) Fauſtus Naironus in Evoplia fidei Catholicæ.

e) Fermentum recentioribus Græcis πρoζύμι. Vide Cangium in hac voce.

f) Ex Actor. XV. 20. vide Poſſinum ad S. Nili Epiſt. 2. p. 367.

g) Rich. Simon Bibl. choiſie T. 2. c. 10. p. 151. ſq.

cuſo Bruxell. 1685. & Venet. 1702. fol. in qvo etiam plures veteres pœnitentiales libelli tum Orientalis tum Occidentalis Eccleſiæ exhibentur, nec minus traditur qvid Judæi de pœnitentia, confeſſione & excommunicatione ſtatuerint. His addendæ veteres formulæ ſive Ordines ad dandam Pœnitentiam & peccata confitentibus abſolutionem, in Edmundi Martene lib. 1. parte 2. de antiqvis ritibus Eccleſiæ p. 41. ſq. Confeſſio Sacerdotis Miſſam facturi, part. 1. p. 534. Videndæ etiam Joh. Morini Exercitationes Eccleſiaſticæ, in qvibus potiſſimum agitur de pœnitentia & pœnis Clericorum. De qvibus adibis etiam Valeſium ad Socratem p. 88. & obſervationes Eccleſiaſticas Gabriëlis Albaſpinæi. Initio videtur *mœchis*, *homicidis* & *idololatris* nulla prorſus conceſſa fuiſſe publica pœnitentia, qvanqvam à Deo pœnitentes in gratiam recipi poſſe, & modo vera ac ſeria pœnitentia ducantur, recipi neutiqvam negabant. *Mœchos* primus admiſit ad publicam pœnitentiam Papa Zephyrinus, Montani diſcipulis vehementer contra obnitentibus, inqve his Tertulliano cap. 5. de pudicitia, & Catholicis qvibusdam in Africa Epiſcopis. *Idololatris* ſ. in Idololatriam *lapſis* pœnitentia dari cœpta eſt à Cypriano, tum mox Romæ à Clero Romano, dum ſedes vacaret, & à Cornelio exinde Papa. His acriter obſtitere Novatiani, pacem idololatris ab Eccleſia dari aut eos ad pœnitentiam publicam admitti poſſe negantes. In Concilio I. Arelatenſi, Apoſtatis qvi communionem ante non petierint, eam in fine vitæ negandam eſſe decernitur canone 23. *Homicidis* pœnitentia conceſſa eſt canone 21. & 22. Ancyrano. Canon. 13. Nicænus nemini in exitu vitæ viaticum petenti negandum eſſe conſtituit, aliter qvam decretum fuerat in Canonibus Concilii Eliberini qvod A. C. 303. celebratum eſſe contendit illuſtriſſimus Agvirre Tomo 2. Concil. Hiſpaniæ p. 8. Conſtat tamen & hoc, graves peccatores, ſi poſt exhibitum viaticum iterum reconvaluiſſent, non inter fideles ſtatim computatos, ſed inter pœnitentes denuo rejectos atqve ad στυγνὸν* βῆμα ſive μετανοίας χώραν detruſos iterum fuiſſe. Nunqvam vero pœnitentia publica eidem homini ſuper peccato repetito bis conceſſa; & Clerici qvicunqve in publicam pœnitentiam incidiſſent, per totam vitam à clero exculare juſſi ſunt, non ſane ob pœnitentiam, ſed ob atrox crimen publicumqve, cujus cauſa pœnitentiæ obnoxii fuerant. Nec juvenibus data pœnitentia ſed adultis tantum, neqve conjugatis niſi ex conſenſu partium, adde Baluz. ad homiliam 2. Cæſarii Arelatenſis Tom. 27. Bibl. Patrum p. 341. Ita & fœminæ



* Vide de hac voce Caſaubonum in Caſaubonianis p. 148.

næ ad pœnitentiam admiſſæ, ut idem ad homiliam 1. p. 340. docet. Varii porro pœnitentiæ gradus * erant jam ante Concilium Ancyranum A. C. 314. celebratum uſu recepti, per qvos, in crimina prolapſi ſi ſeriæ emendationis fidem feciſſent, paullatim cum Eccleſia iterum reconciliabantur. Illi gradus ſunt, fletus, auditio, ſubſtratio, conſiſtentia. Cum ſcilicet peccator peccata ſua coram ſacerdote confeſſus, ſeriumqve ſuper illa dolorem teſtatus fuiſſet, in *fletu* ſive primo gradu pœnitentiæ extra Eccleſiæ tectum ſub dio (confer Chriſtoph. Sonntagii Exercitationem de *hiemantibus* ſ. χειμαζομένοις Altdorf. 1705.) verſantes, barba vel tonſa vel incompta, lugubri habitu, cilicio induti ac cinere conſperſi (vide Tho. Milles ad Cyrillum Hieroſol. pag. 27.) ante fores Eccleſiæ ſtabant flentes, & à fidelibus pacem exorabant. (Baluz. ad homiliam 1. Cæſarii Arelat.) Hoc cum per ſtatum tempus feciſſent, ad ἀκρόασιν ſive *auditionem* admittebantur, qvi ſecundus pœnitentiæ gradus fuit, qvo inter Catechumenos, in aditu templi ſ. exteriore parte erat illis orandum atqꝫ commorandum. Tertius gradus ὑπόπτωσις *ſubſtratio* erat, cum poſtea liceret ipſis templum ipſum ingredi, ſed ita ut retro ambonem ſeſe proſternerent & deinde cum Catechumenis iterum egrederentur. Hoc cum per aliqvot annos, menſes vel qvodcunqve tempus definitum fuiſſet, freqventaſſent, tunc ad qvartum pœnitentiæ gradum σύστασιν *conſiſtentiam* admittebantur; qva integrum erat illis inter fideles ſtare & orare, nondum vero ad μέθεξιν ſacræ Synaxeos accedere. Qvod demum licebat, cum per pœnitentiam abſolutam Eccleſiæ plene reconciliati inter fideles iterum computarentur. Hanc veteris Eccleſiæ diſciplinam circa pœnitentiam illuſtrant præter *Johannem Morinum* in jam laudato præclaro opere de ſacramento pœnitentiæ, *Jacobus Sirmondus* in hiſtoria pœnitentiæ Pariſ. 1651. 8. Tomo 3. opuſculorum atqve inter Opera junctim edita Pariſ. 1696. fol. Tomo IV. & ad calcem diſſertationum IV. *Jo. Bartholdi Niemeieri* Theologi Helmſt. de diſciplina Eccleſiaſtica, Hanov. 1702. 4. *Joannes d' Artis* de Canonica Eccleſiæ diſciplina circa pœnitentiam, Pariſ. 1625. 8. *Gabriel Albaſpinæus* Aurelianenſis Epiſcopus in obſervationibus Eccle-

* Cum his gradibus pœnitentiæ conferunt nonnulli gradus initiationis in Myſteriis Gentium de qvibus Olympiodorus: ἐν τοῖς ἱεροῖς ἡγοῦντο μὲν αἱ πάνδημοι καθάρσεις, εἶτα ἐπὶ ταύταις αἱ ἀποῤῥητότεραι, μετὰ ταύτας, συστάσεις, καὶ ἐπὶ ταύταις μυήσεις, ἐν τέλει ἐποπτεῖαι. De illis Myſteriis Gentium videndi Jo. Fileſacus lib. 2. electorum p. 113 ſq. Jo. Meurſius libro de Eleuſinæ Cereris ſacro, Lugd. Bat. 1609. 4. & Tomo 7. theſauri Gronoviani: Bullialdus ad Theonem p. 217. ſq. Petavius ad Themiſtium p. 413. edit. Harduini &c.

Eccleſiaſticis, qvæ Pariſ. 1623. & curante Gebh. Theodoro Meiero Helmſt. 1672. 4. prodierunt, & in epitomen etiam redactæ notisqve illuſtratæ ſunt à Jo. Georgio Kettenbeilio. Ibid. 1657. 4. *Jo. Fileſacus* in Syntagmate de pœnitentia, Pariſiis 1633. 8. *Pompejus Sarnelli* in antiqva Baſilicographia cap. 18. ſq. *Marianus Victorius* Reatinus idem cujus eruditæ in Hieronymum notæ exſtant, Hiſtoria de ſacramento Confeſſionis & de antiqvis pœnitentiis. Rom. 1621. 8. *Dionyſius Petavius* ad hæreſin 59. Epiphanii, & in diatriba de pœnitentia & reconciliatione, veteris Eccleſiæ moribus recepta, in notis ad Syneſium p. 60. ſq. & libris VIII. de pœnitentia publica & præparatione ad Communionem, Gallice Pariſ. 1644. 4. & è Gallico Latine in Amſtelodamenſi editione dogmatum ejus Theologicorum Tom. IV. A. 1700. *Johannes Forbeſius* libro XII. inſtructionum hiſtorico-theologicarum, *Suicerus* in *μετάνοια, ἀκροάομαι, ὑποπίπτωσις, πρόσκλαυσις* &c. ac capite 1. obſervationum ſacrarum. Lindebrogius ad Codicem Legum antiqvar. p. 1392. *Matthæus Larroquanus* libro Adverſariorum ſacrorum tertio: *Jo. Hoornbeckius* cap. XVI. Miſcellaneorum ſacrorum, *Jo. Jacobus Hottingerus* in biga diſſertationum de pœnitentia primitivæ & Romanæ Eccleſiæ, Tiguri 1706. 4. D. *Ægidii Strauchii* exercitatio de priſcis pœnitentium ritibus, *Jo. Henichius* de pœnitentia lapſorum, Rintelii 1659. 4. *Jacobus Gœtten* libro I. Obſervationum c. 8. B. *Antonii Reiſeri* kurtze Anweiſung/ wie es in der Kirchen GOttes mit der öffentlichen Buß- und Sünden-Bekänntniß gehalten. Francof. 1677. 12. & *Balthaſar Bebelius* Antiqv. Eccleſ. ſæculi IV. Tom. 2. p. 823. ſq. De cinerum adſperſione, promiſſione capillorum, eliminatione ex Eccleſia &c. & aliis pœnitentiæ teſtandæ ritibus vide Menardum p. 221. ſq. ad Gregorii M. librum Sacramentorum. Salmaſii Commentarius qvem de hoc argumento promittit p. 124. libri de Coma, non vidit lucem. De Confeſſione ſacramentali libros IV. *Johannis Dallæi*, Genevæ 1661. 4. editos, oppugnandos ſibi ſumſit *Natalis Alexander* in diſſ. polemica adverſus Dallæum Pariſ. 1678. 8. *Jacobus Boileau* in Hiſtoria Confeſſionis auricularis, Pariſ. 1683. & *Dionyſius Sammarthanus*, Monachus Benedictinus in libro Gallico, *traité de la Confeſſion*, ibid. 1685. 8. *Jo. Fileſacus* in Variis Opuſculis, diatriba qvarta Pariſ. 1614. 8. Jacobitas Confeſſionis uſum admittere negavit Gabriel Sionita, appendice ad Geographiam Nubienſem c. 14. ſed eum refellit Abraham Ecchellenſis ad Catalogum Hebed Jeſu, ubi nec à Coptis rejici contendit. Rariores tamen in Eccleſia Orientali eſſe Confeſſiones qvam in Latina, & in hac ante Concilium Tridentinum ra-

riores fuiſſe fatetur Rich. Simon T. 2. Bibl. ſelectæ p. 303. Confeſſionum formulas veteres vide apud Menardum ad ſacramentarium Gregorii M. p. 224. ſq. Jo. Georgium Eccardum poſt Catecheſin veterem Theotiſcam p. 93. ſq. tum apud jam laudatos Morinum, Edm. Martene, &c.

XXVIII. Unctionem extremam non deſunt * qvi videre ſibi videntur in Epiſtola Catholica Jacobi Apoſtoli V. 14. ubi tamen agitur potius de unctione Medicinali, neutiqvam contemnenda & multis commendata artis ſalutaris doctoribus, atqve Judæis pridem uſitata. Conf. B. Kortholti diſp. anti-Baronianam VI. & Johannis Marckii exercitat. textualem 45. Ita etiam ſanctum oleum Græcorum, longe differt à Latinorum extrema unctione**, ut fatetur Joh. Launojus, cujus exſtat liber de Sacramento unctionis infirmorum Pariſ. 1643. 8. in qvo Græcorum ritus attingit p. 346. 380. 404. 458. 544. &c. Vide etiam Grotium Epiſt. 353. Leonem Allatium de variis Græcorum opinationibus pag. 118. ſeq. Rich. Simonis Bibl. ſelectam T. 1. p. 315. Præterea conſulendi Seldenus libro 2. de Synedriis p. 222. ſq. Stephanus Lemonius in notis ad Varia ſacra pag. 1049. ſq. Hardtmannus de geſtis Chriſtianorum ſub Apoſtolis p. 224. ſq. Evchologium Jac. Goari notis illuſtratum p. 728. Joh. Andreæ Schmidii diſſertatio de curatione morborum per oleum ſanctum Jenæ 1695. Georgius Caſſander pag. 288 ſq. operum, & Joach. Hildebrandus in arte moriendi cap. ult. Combefiſius ad Manuelem Calecam p. 294. Johannes præcipue Dallæus de unctione extrema Genev. 1659. 4. contra qvem ſcripſit Sambœuvius. Formulas varias ſive Ordines viſitandi & ungendi infirmos vide apud Edmundum Martene lib. 1. parte 2. de antiqvis Eccleſiæ ritibus p. 116. ſq.

De ſacramento qvod vocant *Ordinis* & de ſacramento *Matrimonii* infra cap. XII. & XXI. dicendi locus dabitur, adeoqve in præſenti ſatis mihi erit paucos adhuc laudaſſe ſcriptores, qvi de Orientalium & Latinæ Eccleſiæ conſenſu & diſſenſu circa ritus VII. Sacramentorum univerſe egerunt, *Petrum Arcudium* in Concordia Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis † in ſeptem ſacramentorum adminiſtratione, Pariſ. 1619. 1626. fol.

* Stanislaus Hoſius p. 163. Opp.

** Extremæ unctionis nomen vix auditum ante extrema Sæculi XII. notante Mabillonio, poſt ſacram Communionem A. C. 850. adminiſtrata à Prudentio Epiſcopo Tricaſſino, idqve unicum exemplum ſibi occurriſſe idem Mabillonius teſtatur. Vide & memorias literarias Trevoltinas A. 1710. p. 392.

† Septem ſacramenta ſive μυςήρια numerant etiam Græci, ut Manuel Calecas de principiis fidei Catholicæ T. 2. auctarii noviſſimi Combefiſiani p. 255. ſeq.

fol. ejusqve adverſarium *Jo. Baptiſtam Catumſirtum* * de vera utriusqve Eccleſiæ Sacramentorum Concordia Venet. 1632. 1633. 4. *Leonem Allatium* de Synodo Photiana p. 493. ſq. qvi obſervat ante Simeonem Theſſalonicenſem & Matthæum Blaſtarem ſacramentorum ſeptem mentionem fieri in Synodo Cypria ſub Germano Amathuntis Epiſcopo A. C. 1260. *Rich. Simonem* ad Gabrielem Philadelphienſem pag. 267. ſq. *Job. Forbeſium* libro IX. Inſtructionum Hiſtorico Theol. cap. 3. ſq. qvi Hugonem de S. Victore primum ** circa A. C. 1130. ſeptem ſacramenta numeraſſe monet: *Benedictum Pictetum* in Theologia Chriſtiana edita Gallice T. 2. p. 691. ſq. Diſputationum & controverſiarum deciſarum circa VII. Eccleſiæ Romanæ ſacramenta Tomos II. Lugd. 1614. 4. ſine typographi nomine vulgatos ſub nomine *Jo. Maldonati*, nec illius nec ullius ex Societate eſſe notatum in Bibliotheca Jeſuitica Sotwelli p. 476. *Joannis d' Artis* Canonica Eccleſiæ diſciplina circa VII. Sacramenta lucem vidit Pariſ. 1656. fol.

XXIX. De proceſſionibus ſacris & civilibus Hebræorum Exercitatio *Joannis Caſparis Kregelii* Sangerhuſani prodiit Lipſiæ Anno 1712. cui addendus D. *Joh. Franciſcus Buddeus* in diatriba duplici de ritibus Eccleſiæ Latinæ Judaicis, parerg. Theolog. p. 73. ſq. De ſacris Gentilium proceſſionibus ac pompis exſtant præclaræ ad Callimachum *Ezechielis Spanhemii* obſervationes p. 721. ſq. & D. *Pauli Antonii* diſſertatio, Lipſiæ 1684. His addes *Nicolai Serarii* ſacros Peripateticos ſive libros duos de ſacris Eccleſiæ Catholicæ proceſſionibus Colon. 1607. 8. atqve inter opuſcula junctim Mogunt. 1611. fol. excuſa Tomo III. *Jacobi Gretſeri* libros totidem de Eccleſiæ Romanæ proceſſionibus ſive ſupplicationibus, Ingolſtad. 1606. 4. & *Nicolai Sanderi* auctariolum ad Serarium Gretſerumqve de ritu Catholicarum proceſſionum, Ipris 1640. 8. *Jacobum Eveillon* de proceſſionibus Eccleſiaſticis, Pariſ. 1641. 8. *Johannem Faës* libro de cereis baptiſmalibus pag 250. ſq. ubi ſingillatim de proceſſionibus Neophytorum. Neqve omittenda *Chriſtiani Lupi* diſſertatio de ſacris proceſſionibus qvæ nona eſt inter junctim editas poſt auctoris fata Bruxellis



* Confer Rich. Simonis T. 3. Biblioth. Criticæ p. 223. ſq. & Habertum ad Eccleſiæ Græcæ ἀρχιερατικὸν p. 357. ſq.

** Antiqviores ſcriptores, ſi Emanuelem Schelſtratenum audimus, ex religioſa arcani Diſciplina nominare iſta in ſcriptis ſuis noluerunt: qvod lepidum commentum refellit Wilh. Erneſtus Tentzelius diſſ. ſelect. Tom. 2. p. 272. ſq. Confer D. Gerh. Titium c. XI. de phraſibus veterum Eccleſiæ Patrum p. 119. ſq. & Chriſtiani Dreieri controverſias cum Pontificiis diſſ. XXXII. p. 969. ſeq.

A. 1690. Adde *Eliæ du Pin* Bibliothecam Eccleſiaſticorum ſcriptorum Tomo XVIII. pag. 135. ſq. & *Proceſſionale* Ambroſianum aliaqve Lipenio in Bibl. Theolog. memorata, atqve *Euchologium* Jacobi Goari p. 770. & *Gisbertum Voëtium* Tomo 3. diſp. ſelect. pag. 960. ſq. De variis proceſſionum generibus *Menardus* ad ſacramentarium Gregorii M. pag. 177. ſeq. *Mr. Vatar* des proceſſions de l'Egliſe, de leurs Antiqvitez, utilitez, & des manieres d'y bien aſſiſter. Pariſ. 1705. 8. *Aloyſii Novarini* Electorum ſacrorum liber ſecundus qvi inſcribitur Circuitus ſacer, ubi fuſe diſſerit de ritu Hebræorum aliarumq; Gentium in ſacrificiis & aliis ſacris, circumeundi Altaria.

XXX. De peregrinationibus religioſis Hieroſolymam jam olim ſuſceptis Epiſtola celebris *Gregorii Nyſſeni* Græce & Latine vulgata eſt à *Petro Molinæo*, qvi notas & libellum proprium de hoc argumento ſubjunxit, qva peregrinationes ejusmodi parum facere ad veram pietatem notavit. Hanov. 1607. 8. Eadem Nyſſeni Epiſtola Gallice vulgata à *Rob. Stephano* juniore: Sed & cum Molinæi editione conferendæ Variæ lectiones qvas è MS. Cæſareo publicavit *Lambecius* libro V. p. 81. ſq. *Johannes* qvoqve *Henricus Hideggerus* ſuæ de peregrinationibus religioſis diatribæ Nyſſeni Epiſtolam & pro ea Apologiam ſubjunxit, Tiguri 1670. 8. Vide & *Iſaaci Caſauboni* notas ad ejusdem Nyſſeni Epiſtolam alteram ad Euſtathium pag. 60. 89. & 90. De Peregrinationibus religioſis ad ſepulchra Martyrum qvæ *opus ſacramentale* dicuntur *Lucæ Tudenſi* II. 2. contra Albingenſes, Tomo 25. Biblioth. Patrum pag. 215. agunt *Bellarminus* III. 8. de cultu Sanctorum, Stanislaus Hoſius Tom. 1. Operum pag. 348. ſeq. *Fronto Ducæus* ad Chryſoſtomum Tomo 1. pag. 6. *Baluzius* ad homiliam 3. Cæſarii Arelatenſis, & B. *Bebelius* noſter Antiqv. Eccleſ. Sec. IV. parte 2. p 845. Peregrinationes religioſas Romam ſuſceptas memorant *Lupus Ferrarienſis* Epiſt. CVI. aliiqve apud *Goldaſtum* notis ad Eginhardum de Vita Caroli M. p. 176. ſq. inutiles pronunciare non dubitavit *Claudius Taurinenſis*, in qvem acerrime eo nomine invehitur Jonas Aurelianenſis libro III. adverſus eum ſcripto p. 1240. (inter Orthodoxographa.) Præter Romam longe plura loca religioſe adiri ſolita refert Rev. *Jacobus à Mellen* in diatriba de ſacris itineribus Lubecenſium. Lubec. 1610. 4. Confer qvæ pro ejusmodi peregrinationibus ſacris diſputant *Bellarminus* loco memorato, *Jacobus Gretſerus* libris IV. de religioſis peregrinationibus, Ingolſtad. 1606. 4. *Ludovicus Maraccius* in prodromo refutat. Alcorani Tomo IV. fol. 37. ubi Meccanis Muhamedano-

rum

rum peregrinationibus ſuas opponit: *Job. Stalenus* (idem qvi Papiſſam monſtroſam & meram fabulam edidit) in vindiciis religioſe peregrinantium, Colon. 1643. 8. *Caſpar Loartes* de ſacris peregrinationibus, reliqviis & divitiis Colon. 1619. 4. Contra easdem præter Molinæum & Suicerum jam laudatos, *Matthias Berneggerus* in Idolo Lauretano pag. 131. ſq. *Gisb. Voëtius* Tomo 3. diſſ. ſelect. ubi de peregrinationibus Compoſtellanis, p. 987. ſq. & Rev. D. *Michaël Færtſchius* Theologus Jenenſis in diſſ. de peregrinationibus Judaico Ethnico Pontificiis, Jen. 1705. De peregrinatione religioſa Meccana à Muhamedanis ſuſcipi ſolita *Albertus Bobovius* ad calcem itineris Abrahami Peritſol cum notis Thomæ Hyde, p. 11. ſq.

XXXI. De jejuniis Judæorum Codex Talmudicus תענית cum verſione & notis *Danielis Lundii* Sueci prodiit Trajecti ad Rhen. 1694. 8. & T. 2. Mishnæ in edit. Surenhuſiana p. 355. ſq. R. Moſis Maimonidis tractatus de Jejuniis Hebræorum cum interpretatione Latina D. *Jo. Benedicti Carpzovii* filii editus Lipſiæ 1662. 4. R. Chananiæ מגלת תענית R. Joſephi Caro דינים מתעניות ſive Conſtitutiones de jejuniis &c. E Chriſtianis B. *Quenſtadius* in Antiqvitatibus Biblicis p. 864. ſq. & *Jo. Henricus Opitius* in diſſ. de jejuniis Hebræorum, Kil. 1680. De jejunio qvod jejunaſſe dicitur Noah cum per XL. dies pluvia diluvii in terram decideret, vide *Jo. Gregorium* Anglum cap. VI. Obſervationum ſacrarum, Tomo IX. Critic. ſacr. De Moyſe, Elia, Daniele & Chriſto, per totidem dies jejunantibus dixi in Codice Apocrypho Novi Teſt. p. 69. & Moyſi qvidem duplex qvidam jejunium tribuunt apud Suidam in *μῶυ*: Chriſtum autem jejunio ſuo penſaſſe qvadraginta dies qvos in Paradiſo lapſurus exegerit Adamus, legas in Cæſarii qvæſt. 60. Cæterum qvandoqvidem Pythagoras qvoqve à Laërtio, Themiſtio & aliis per qvadraginta dies jejunaſſe legitur, hinc patet apud Porphyrium in Philoſophi illius vita p. 39. verba *σπάνει τῶν ἀναγκαίων τεσσαράκοντα ἡμέρας διαμείναντα* non eſſe intelligenda cum Holſtenio de inopia amicorum, ſed rerum neceſſariarum & victus, qvo per tantum temporis ſpatium Philoſophus abſtinuerit, uti de Simeone Stylite per qvadraginta dies jejunium ferente traditur à Theodorito in religioſa Hiſtoria, atqve de Joachimo Mariæ Parente in Pſeudo Jacobi Evangelio cap. 1. *καὶ ἐνήστευσεν ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα.*

Apud veteres Chriſtianos jejunandi multiplex mos ac diverſus, de qvo univerſe, videndi *Alphonſus Ciacconius* de jejuniis Rom. 1599.

4. & *Joh. Fileſacus* de Qvadrageſima, Pariſ. 1614. 8. qvem è Ciacconio profeciſſe arguit Theophilus Raynaudus Tomo XI. Opp. pag 480. *Valeſius* ad Euſebii V. 24. p. 106. ſq. *Petavius* ad Epiphan. p. 356. ſq. *Allatius* de Synodo Photiana p. 529. ſq. *Cangius* in utroqve gloſſario, *Gabriel Albaſpinæus* in Eccleſiaſticis Obſervationibus & *Theoph. Raynaudus* T. 10. Opp. *Ludovicus Thomaſſinus* in tractatibus Hiſtorico dogmaticis Gallice editis de jejuniis Eccleſiæ, de qvibus Elias du Pin Tomo 18. Bibl. ſcriptorum Eccleſ. p. 192. *Hecqueti* traité des diſpenſes du Careme Pariſ. 1709. 12. E Reformatis *Hornbeckius* Miſcell. ſacr. pag. 606. ſq. *Guil. Saldenus* in Otiis Theol. IV. 3. *Suicerus* in νηςεία, *Benedictus Pictetus* Tomo 2. Theologiæ Chriſtianæ pag. 195. ſq. atqve inprimis *Joannes Dallæus* libris IV. de jejuniis & Qvadrageſima, Daventriæ 1654. 8. E noſtratibus *B. Bebelius* Antiqvitat. Eccleſ. ſæculo IV. parte 2. pag. 738. ſq. *Tobias Pfannerus* libro 2. Obſervatt. Eccleſ. c. 6. & 7. de ſtationibus & jejuniis Chriſtianorum B. *Tho. Ittigius* de hæreſiarchis Sæculi I. & II. p. 227. ſq. & *Jo. Joachimus Homberg* de veterum Chriſtianorum qvadrageſima Helmſt. 1677. 4. ubi ſingillatim de jejunio ante Paſcha, qvod cæteris ſolennius fuiſſe conſtat, præcipue jejunium hebdomadis ſanctæ de qvo Cotelerius ad Conſtitut. Apoſtol. V. 13. Tomo I. Patrum Apoſt. p. 316. De Qvadrageſima Natalis Domini videndus idem Cotelerius, Tomo II. monument. Eccleſiæ Græcæ p. 687. & III. p. 646. ubi & de Qvadrageſima ſive jejunio Apoſtolorum, de qvo Nicolaus etiam Rayæus diſſ. præliminar. ad Tomum 2. Act. Sanctorum Junii p. LXXVI. De qvadrageſima aſcenſionis & Pentecoſtes Philaſtrius hæreſi 144. Savaro ad Sidonium p. 373. Dallæus de jejuniis p. 737. Coteler. ad Patres Apoſt. T. I. p. 326. & Goari Euchologium p. 207. Semijejunium ſive ſtatio qvartæ & ſextæ feriæ qvot hebdomadis freqventata ſolvebatur hora diei nona, ſive poſt tertiam noſtram pomeridianam: Jejunium qvadrageſimale ſub cujuslibet diei veſperam ſolvebatur Xerophagiâ. Si usqve ad galli cantum & alterius diei exortum ab omni cibo abſtinerent, vocabatur ὑπέρθεσις ſive ſuperpoſitio. Pro jejunio qvartæ feriæ, in variis Eccleſiis Occidentis jejunatum die ſabbati, ut hodieqve fit in Eccleſia Romana. De jejuniis Eccleſiæ Græcæ vide Rev. Heineccii Abbildung der Griechiſchen Kirche parte III. p. 390. ſq. De Armeniorum Chriſtianorum Artziburio ſive jejuniis vide Cangii Gloſſar. in ἀρτζηβούριον & Jo. Jacobi Schrœderi theſaurum linguæ Armenæ p. 335. ſq. De jejuniis Muhamedanorum, Hadr. Relandum de relig. Muhamed. p. 85. ſq. De abſtinentia à certis cibis, dicam infra cap. XX.

XXXII. Qvum

XXXII. Qvum Apoſtolus 1. Cor. IX. 26. profiteatur corpus ſe ſuum *ὑπωπιάζειν* * & *δουλαγωγεῖν*, h.e. aſpero victu & auſtero obtundere, domare ac veluti ſugillare, ne luxurietur, hinc jam pridem præter jejunia qvæ reſpici ab Apoſtolo antiqvi Græcæ & Latinæ Eccleſiæ doctores conſentiunt, etiam aliæ duriores diſciplinæ jam pridem excogitatæ ſunt atqve in Eccleſiis qvibusdam obtinuerunt, interqve alias à ſæculo præſertim undecimo flagellationes ſpontaneæ, pro qvibus poſt *Edmundum Augerium* S.I. Henrici III. Galliæ Regis à ſacris Confeſſionibus, in Metanœologia Pariſ. 1584. 4. acerrime inprimis & copioſiſſime depugnavit *Jacobus Gretſerus* S.I. in libris III. de voluntaria flagellorum cruce ſeu diſciplinarum uſu, Ingolſtad. 1606. 4. Latine & non diu poſt Germanice per Conradum Vetter. 8. tum in præcone Maſtigophilo & ſpicilegio pro tribus libellis de diſciplinis, & libello de Cruce ſpiritali Colon. 1607. in prædicante vapulante & diſciplinato ſive libris III. contra Jac. Hailbrunnerum. Ingolſt. 1607. 4. in virgidemia Volciana ſive Apologia pro diſciplinis, contra Melchiorem Volcium, Eccleſiaſtem Auguſtanum. Ibid. 1608. 4. (ſub initium Miſcellan. Theologicor.) & in Agoniſtico ſpiritali in gratiam ejusdem Heilbrunneri Neoburgici, & Georgii Zeæmanni Lavingnani. Ibid. 1609. 4. in Athletica ſpiritali legitima & illegitima, libris II. id. 1612. in prædicante Heavtontimorumeno ſive ſeptima de diſciplinis ſcriptione A. 1613. & rationibus cur Qvint Evangelici prædicantes à diſciplinis, ciliciis, adeoqve ab omni carnis maceratione abſtineant. 1615. 4. Atqve ſæculo XIII. qvidem & XIV. tantum fuit multorum flagellandi ſe publice deſiderium, aut tantus ſi malis ſacer furor, ut flagellantium ſecta Conciliorum ſcitis & Pontificum decretis comprimi vix potuerit, ut teſtantur Jo. Gerſonis, Petri Cerebroſi, Joannis de Indagine, ** Hermanni à Schildis aliorumqve ſcripta flagellantibus oppoſita, Acta Concilii Conſtantienſis collecta & illuſtrata à Clariſſ. Viro Hermanno ab Hardt Tomo 3. p. 92. ſq. Clementis VI. conſtitutio contra flagellantes Tomo 3. Conciliorum Binii parte 2. p. 820. Gobelinus Perſona in Meibomii ſcriptoribus rerum Germanicarum T. 1. p. 285. 316 ſeq.



* Vocabulum deſumtum à pyctis; de qvo Petrus Faber III. 14. Agoniſtic. Suicerus Tomo 2. theſauri & Grotius ac Lambertus Bos ad locum 1. Cor. IX. Suidas in *ὑπωπιάζω*, & *ἀσκὸς ἐν πάχνῃ* Hœſchelius ad vitam S Antonii ſcriptam ab Athanaſio p. 128. 129. Heſychius illuſtris de Menedemo Philoſopho: *ἐν ᾗ ταῖς ζητήσεσιν ὧδε μαχιμώτερον. ὡς ὑπώπια φέρων ἀπῄει.*

** Johannis de Indagine & Hermanni à Schildis ſcripta intercidiſſe notat Elias du Pin T. 19. p. 72.

Neqve ex Reformatis tantum flagellationes illas tanqvam parum utilem aut decoram diſciplinam reprehenderunt *Gib. Voëtius* in diatriba de pſeudomortificationibus Papatus Tomo 3. diſſ. ſelect. *Rudolphus Hoſpinianus* opere de Monachis pag. 271. ſq. *Samuel Marefius* in libro Gallice vulgato de proceſſione anniverſaria flagellantium, de la proceſſion anniverſaire des battus ou flagellans ſous la conduite des Dominicains 1634. 8. atqve ex noſtris D. *Jacobus Heilbrunnerus* in Papiſmo acatholico artic. IV. cap. 3. & in flagellatione Jeſuitica, Lavingæ 1607. 4. D. *Georgius Zeamannus* in Jeſuita vapulante ibid. 1608. 4. ejusqve defenſione 1610. 4. Athleta larvato & ſtramentitio 1612. 4. & in Carnificina Jeſuitica ſive libris qvatuor adverſus Gretſerum, Witeb. 1613. 8. *Melchior Volcius* in duabus Concionibus editis Germanice de flagellatione qvæ die magno paraſceves in Eccleſia Romana freqventatur, Tubing. 1607. 4. D. *Jo. Conr. Dannhauerus* diſſ. de hypopiaſmo Paulino, Argentor. 1650. qvi de ſecta flagellantium qvædam ſingularia affert §. 22. ex Chronico Argentoratenſi Kœnigshofenii, qvod tum ineditum, ab eo tempore cum eruditis notis ſuis vulgavit vir præſtantiſſimus Joannes Schilterus: D. *Joh. Frid. Mayerus* in diſſ. de flagellatione ſpontanea, Gryphiswald. 1705. D. *Joh. Guil. Baierus* de flagellationibus Pontificiis, Jen. 1688. *Elias Ebingerus* in hiſtoria Eccleſiaſtica Sæculi XV. p. 379. ſq. *Nic. Wolſchendorfius* in diſſ. de ſecta flagellantium. Lipſ. 1636. & noviſſime V. C. *Chriſtianus Schœtgenius* ſingulari de ſecta flagellantium Commentatione. Ibid. 1711. 8. Sed etiam ex ipſis Romanæ Eccleſiæ aſſeclis illuſtris *Servinus* in Oratione qvam habuit ad Senatum Pariſienſem contra flagellantes, Avarici Biturigum A. 1601. Mabillonius præf. ad Seculum VI. Benedictin. & *Jacobus Boileau* ſive *Bevilaqua* Doctor Sorbonicus in Hiſtoria Flagellantium, de recto & perverſo flagrorum uſu apud Chriſtianos, ſine auctoris nomine edita Latine Pariſ. 1700. 12. & mox Gallice etiam verſa & in Belgio recuſa, licet tum interpres tum auctor ipſe acriter perſtringuntur in Memoriis Trivultinis A. 1700. ſupplemento p. 27. ſq. edit. Amſt. & A. 1704. T. I. p. 292. & in *Johannis Baptiſtæ Thiers* Cenſura Hiſtoriæ flagellantium, vulgata Gallice, Pariſ. 1702. 12. De calcarium uſu in flagellationibus vide Joannem Nicolai libro de calcaribus cap. X. atqve alia de flagellationum more & antiqvitate apud Mabillonium præf. ad Sec. VI. Actor. Sanctor. Ordinis Benedicti, Cangii gloſſar. in diſciplina, Macrorum Hierolex. in qvadragena & dorſum redimere, Theoph. Raynaudum Tomo VI. Operum p. 389. 390. &c. De Judæorum flagellatione ſpontanea poſt peractas

ctas preces & peccatorum confeſſionem vide Buxtorfii Synagogam Judaic. cap. 25. p. 521. & Gretſeri virgidemiam p. 208. De Lacedæmoniorum διαμαστιγώσει Meurſius in Miſc. Laconicis & Ezech. Spanhemius ad Callimachum p. 249. & Boilavius in Hiſt. flagellantium pag. 70. qvi etiam de flagellationibus Ægyptiorum aliorumqve in ſacris Iſidis, Magnæ Deæ, Deæ Syriæ & Scythicæ Dianæ, & de Arcadibus flagellantibus ſe in honorem Panis, nec minus de ariolis & Lupercis flagellantibus ſe aliosqve de qvibus vide ſis etiam Lemonium notis ad varia ſacra pag. 356. 361. & de flagratoribus ſive flagrionibus qvos Feſtus ait fuiſſe Romæ genus hominum qvi mercede flagris cædebantur, qvales etiam in Eccleſia Romana haud deeſſe multorum teſtimonia fidem faciunt, qvi patiantur ſe pretio accepto in aliorum vicem flagris concidi. De Superiano Sophiſta ſe ipſum flagris cædente ſi negligentiorem ſe obſervaſſet, meminit Suidas: de Philoſophis qvibusdam Cynicis Lucianus. De ſingulari flagellationis fructu in variis morbis & affectibus corporis extant Henrici Meibomii Epiſtola de uſu flagrorum in re Venerea, & Chriſtiani Franciſci Paullini flagellum ſalutis, oder curieuſe Erzehlung wie mit Schlägen allerhand ſchwere Kranckheiten curiret werden. Francof. 1698. 8.

XXXIII. De pœnis & ſatisfactionibus humanis libri VII. *Joannis Dallei* prodierunt Amſtelod. 1649. 4. De ſatisfactionibus ex mente Judæorum videndus Hottingerus Tomo VII. Hiſt. Eccleſ. p. 357. De confeſſione peccatorum ante ſacram Synaxin, Philippus Jac. Hardtmannus libro de geſtis Chriſtianorum ſub Apoſtolis p. 424. ſq. De confeſſionis auricularis ſive ſecretæ uſu & praxi apud Chriſtianas gentes, liber *Jo. Fileſaci* exſtat inter ejus opuſcula Pariſ. 1621. 8. excuſa, de Græcis *ſingillatim Allatius in Hottingero ſuo cap. 14. & libro de Synodo Photiana pag. 500. & 643. ſq. ubi Abrahami Ecchellenſis Epiſtola de ſimilis confeſſionis uſu apud Syros. *Dalleo* qvi ejus receptæ in Eccleſia origines ad Innocentium III retulit l. 2. de Confeſſione c. 17. oppoſuit ſe præter *Natalem Alexandrum* p. 399. memoratum *Jacobus Boileau* in Hiſtoria Confeſſio-



* Venetiis A. 1622. 12. prodiit libellus paginarum 157. hoc titulo: ἐγχειρίδιον μεθοδικὸν, ὠφέλιμον κατὰ πολλὰ καὶ ἀναγκαῖον περὶ τοῦ μυστηρίου τῆς μετανοίας καὶ ἐξετάσεως τῆς συνειδήσεως ἐκείνων ὁποῦ ἐπιθυμοῦσι νὰ ἐξομολογηθοῦν ὀρθὰ καὶ πιστά, συντεθὲν μὲν παρὰ Νικηφόρου ἱερομονάχου τοῦ Πασχαλέως ἀκροατοῦ τοῦ πανιερωτάτου καὶ σοφατάτου Μητροπολίτου Φιλαδελφίας Κυρίου Θεοφάνους τοῦ Ξεναίου.

feſſionis auricularis Pariſ. A. 1683. ſed is neutiqvam ſatisfecit ſcriptori libri Anglice editi Lond. 1684. 4. cui titulus: *à diſcourſe concerning auricular confeſſion, as it is preſcribid by the Concil of Trent, and practiſed in the Church of Rome.* Cæterum uti de Confeſſionis ita abſolutionis qvoqve formulis & ritibus in veteri Eccleſia diligentiſſime egit opere de pœnitentia Joh. Morinus, cujus tractatum de expiatione Catechumenorum ſuppreſſum eſſe teſtatur Rich. Simon Tom. I. Epiſtolarum ſelectarum pag. 9. Idem Morinus formulas abſolvendi vetuſtiores pleraſqve fuiſſe deprecatorias (ut *Remittat tibi DEus, abſolvat te DEus,* ὁ Θεὸς συγχωρήσῃ σοι δι' ἐμοῦ,) obſervat VIII. 8. ſeq. donec indicativæ *abſolvo te, remitto tibi, abſolvimus vos vice Petri* &c. obtinuerunt poſt A. C. 1100. Confer Menardum ad Gregorii ſacramentarium pag. 233. (ubi etiam refertur abſolutionis formula Cruci ſuper ſepulchro inſcripta *DEus te dignetur abſolvere*) & Goarus ad Euchologium pag. 676. 680. De ſigillo Confeſſionis poſt *Lanfrancum, Dominicum à Soto, Malderum* & *Onufrium* ſcripſit *Lengletus de Fresnoy* Pariſ. 1708. 1715. 12.

Indulgentias in Romana Eccleſia tantum à pœnis Eccleſiaſticis abſolvere diſputant Cajetanus, Alexander ab Ales, Maldonatus aliiqve, & nuper Epiſcopus Meldenſis Boſſuetus: qvemadmodum ejusmodi relaxationes pœnarum Canonicarum in veteri Eccleſia datas eſſe conſtat, de qvibus Albertus Veielius, Eliæ, Theologi Ulmenſis meritiſſimi filius in diſſ. de indulgentiis Tubing. 1699. edita, capite III. Sed ſi qvis praxim expendat Rom. Eccleſiæ tot teſtatam ſcriptoribus, & qvæ de theſauro Eccleſiæ ex Sanctorum ſatisfactionibus * jactant conſideret, legatqve formulas indulgentiarum ** à Pontificibus, nedum à Tetzelio & aliis indulgentiarum inſtitoribus impertitas, aliud illos voluiſſe hominibus perſuadere libenter fatebitur. Mirabitur etiam qvod Allatius pag. 223. contra Hottingerum, negat in Eccleſia Romana indulgentias ſolitas pretio redimi, cum præter † *taxas Cameræ, Cancellariæ* & *Pœnitentiariæ Apoſtolicæ* toties Romæ, Venetiis, Pariſiis typis editas, Papæ Honorii III. notum ſit dictum

* Vide plures formulas indulgentiarum editas à Guil. Burneto in collectione documentorum ad Hiſt. Reformationis Angliæ pag. 89.

** Vide M. Antonium de Dominis lib. V. de Rep. Eccleſ. cap. 8.

† Vide Bælii Lexicon in *Pines*, atqve notas ad Bælii Epiſtolas Gallice editas p. 773. ſq. Memorias literarias Trevoltinas A. 1702. menſe Junio edit. Amſt p. 284. & præfationem ad taxam Cancellariæ Apoſtolicæ, recuſam Sylvæ Ducis apud Stephanum du Mont A. 1706. 8. in qva p. 64. *Et nota diligenter, quod hujusmodi gratiæ & diſpenſationes non conceduntur pauperibus, quia non ſunt, ideo non poſſunt conſolari.*

dictum ad S. Franciſcum ſimile illi apud Nazianzenum 2. in Julian. p. 108. *ἄνευ χαλκοῦ Φοῖβον μὴ μαντεύεσθαι, non eſſe conſuetudinis Apoſtolicæ ſedis, indulgentiam gratis facere.* Notum etiam illud Nicolai de Clemangis p. 30. Opp. *Ibi nemo gratus gratis, nulli datur absque datis Gratiani gratia.* De cætero juſtam à Dominicanis cauſam datam B. Luthero ut in indulgentias inveheretur, non diffitetur Eraſmus XII. 10. Epiſt. ut alios jam Hottingero Tomo 7. Hiſtor. Eccleſ. p. 543. ſq. & B. D. Jo. Friderico Mayero in diatriba de Pontificiis proceſſum Leonis X. adverſus Lutherum improbantibus laudatos omittam.

# CAPUT XII.

## De divinationibus, Vatibus, miraculis, Magia, juramentis & votis, ſcriptores.

*De divinatione univerſè.* 1. *De centum circiter divinationum generibus quæ ordine Alphabeti recenſentur.* 2. *Prophetæ veri falſique.* 3. *Miracula vera & falſa.* 4. *Φαρμακεῖαι, amuleta, faſcinationes & alia Magica.* 5. *De jurisjurandi religione.* 6. *De juramentis Hebræorum.* 7. *Græcorum.* 8. *Romanorum.* 9. *Chriſtianorum, ubi etiam de iis qui ab omni juramento ducerent ſibi abſtinendum eſſe.* 10. *De juramentis Muhamedanorum & aliarum gentium.* 11. *De votis Hebræorum & Gentium, ubi etiam de vere ſacro Romanorum.* 12. *De votis Chriſtianorum.* 13.

I.

Ad religionem ſpectant etiam divinationes; qvanqvam certum eſt multas paſſim illis interceſſiſſe fraudes ac ſuperſtitiones graviſſimas, & apud Græcos ac præcipue Romanos freqventiſſimum illorum uſum fuiſſe ad moderandam rempublicam, & animos Civium Militumqve ſpe ac metu prout ferret res vel reqvireret, implendos. Varia genera divinationum ſuperſtitioſarum perſtringuntur à *Cicerone* libris duobus de hoc argumento, qvod ex recentioribus perſecuti ſunt *Cardanus* cap. 68. ſq. de rerum varietate, *Caſparus Peucerus*,

*cerus*, *Georgius Raguſejus*, *Joh. Ant. Venerius*, Venet. 1624. 4. *Julius Cæſar* * *Bulengerus*, *Joh. Jacobus Boiſſardus*, & *Joſephus Maria Maraviglia*, in Pſeudomantia veterum & recentiorum exploſa, Venet. 1662. fol. aliiqve. *Adr. Junii* collectanea de divinatione memorantur in ejus vita qvæ Epiſtolis præmittitur. Laudare etiam de hoc argumento licet *Jo. Conradum Dietericum* in Antiqvitatibus Biblicis V. T. p. 653. ſeq. *Hieron. Zanchium* de divinatione tam artificioſa qvam artis experte, ad calcem tomi VIII Operum: *Gyraldum* Syntagm. 17. de Diis, & *Struvium* ſyntagmate antiqvitatum Romanarum c. 6. *Jac. Geuſium* de victimis humanis T. 1. c. 20. ſq. *Martinum Delrionem* disqviſit. Mag. Lib. IV. cap. 2. *Antonium van Dale* in libris de origine idololatriæ & de oraculis, & *Joannem Potterum* lib. 2. Archæolog. c. 7. ſq. Tomo 12. Theſauri Gronov.

II. Lubet jam breviter ordine Alphabeti recenſere præcipua genera divinationum ſuperſtitioſarum, qvo magis de ſtoliditate & imbecillitate ingenii humani futura ſive ſperantis ſive metuentis, conjectura fieri poſſit, & ſimul pateat illarum qvoqve diſciplinarum divinatricium vanitas, qvæ hodie etiam multis ideo adhuc arrident, qvod prædictiones earundem comprobat qvandoqve eventus, cum nullum horum qvæ jam memorabo licet putidiſſimorum futura divinandi generum ſit, in qvo idem non ſimiliter ſæpius accidiſſe fuerit creditum, ſive falſo & per fraudem hominum & aliorum ſtuporem, ſive vere etiam; qvando nempe forte fortuna, vel uſu vitæ humanæ, aut juſto DEI, hominum ſtultitiam punientis judicio ita evenit uti prædictum fuerat.

*Aëromantia* ex aëre & phænomenis qvæ in aëre eveniunt. Vide Bulengerum lib. 3. de divinatione cap. 12. pag. 211. & Potterum pag. 338. Archæol.

*Ægomantia* ſ. divinatio per capram. Bulenger. lib. 3. cap. 22. pag. 215. Clemens Protreptico pag. 9. *αἶγες ἐπὶ μαντικὴν ἠσκημέναι καὶ κόρακες.*

*Alectryomantia*, ſ. divinatio per gallos gallinaceos de qva Zonaras Tomo 3. p. 28. Annal. & ſingulari libro de hoc argumento Joh Prætorius, Francof. 1681. 4. tum Kircherus T. II. Oedipi Parte II. p. 472. ſq. Voſſius de Philoſophia p. 176. Bulengerus Lib. 3. c. 40. Potterus p. 339. Archæol. & Theodorus Thummius de impietate ſagarum p. 63.

*Alevromantia* ſive Alphitomantia & Crithomantia divinatio per

* Inter Varia Bulengeri Opuſcula Tomo 1. Lugd. 1621. fol.

per farinam Ælian. VIII. 5. animal. Bulenger. lib. 3. c. 36. Gale p. 238. ad Jamblichum.

*Amniomantia*, divinatio per amnium ſ. membranam tertiam embryonis Bulenger Lib. 3. cap. 30.

*Anthropomantia* ex viſceribus humanis vel extis puerorum aut virginum, vel gravidarum fœminarum. Vide Euſebium VIII. 14. Hiſt. Eccleſ. p. 311. Porphyr. lib. 2. de abſtinendo ab animantibus p. 91. Nazianzenum invectiva 1. in Julianum p. 91. Grabium p. 34. ad Apologiam primam Juſtini Bulenger. lib. 3. c. 4. Bælium in Voce *Antinous*, & qvæ mox infra in *Aruſpicina*.

Ex *Apibus*. Dansqvejus p. 380. ſeq. ad Silium Italicum.

*Arithmomantia* Bulengerus III. 21. Jo. Prætorius libro von Diebs-daumen/ ſub fin. Kircherum in Arithmologia.

*Artomantia* è panibus. De qvo Jo. Prætorius in Brodtenſel.

*Aruſpicina* θυτικὴ ex viſceribus hoſtiarum conſultis, de qva prolixe Bulengerus Tomo I. pag. 313. ſq. Vide & Agrippam de vanitate ſcientiarum c. 38. Alexandrum ab Alex. V. 25. genial. dierum ibiqve Tiraqvell. Nec omittendum qvod Diodorus Siculus lib. V. fol. 213. barbarum genus aruſpicinæ refert uſitatum veteribus Gallis, ex hominis cæſi convulſione & fluxu ſanguinis. Confer Geuſii victimas humanas T. I. p. 320. ſq. 331. ſq. & qvæ de Cimbrorum phyſiculatoribus Stephanius p. 42. ad Saxonem Gramm. & de divinatione ex extis humanis id. pag. 81. Extorum fibras à dæmonibus moveri & animari perſuaſum antiqvis Chriſtianis. Vide qvæ viri docti ad Minucium Felicem c. 27. Aruſpicinæ periti ab Æliano celebrantur VIII. 5. ad animalibus, Silani, Megiſtanæ, Aclidæ. Ἡπατοσκόπους vocat Artemidorus II. 74. Onirocritic. Ἡπατοσκοπήσασθαι verſio Græca Ezech. XXI. 21. De haruſpicum diſſenſu inter ſe vide ſis Galenum Tomo 5. edit. Græcæ Baſil. p. 41.

*Aſtragalomantia*, unde ἀστραγαλομάντεις memorat Artemidorus loco laudato, divinatores ex talis calculisqve.

*Aſpidomantia*, per clypeum. Bulenger III. 38.

*Aſtrologia* Apotleſmatica, ſive Genethliaca, à qva dicti γενεθλιαλόγοι, ἀστεροσκόποι &c. De illa complures ſcriptores memoravi lib. III. Bibliothecæ Græcæ capite 20.

*Auguria* & *auſpicia*, qvæ duo volaticam (ut loqvitur Tertull. c. 5. de pallio) ſpectantia ita differunt qvemadmodum notat Servius in I. Æneid. verſ. 398. ut augurium dicatur, qvod petitur & certis avibus oſten-

 ditur,

ditur, auſpicium vero qvalibet avi demonſtratur & non petitur. Aves ex qvibus auſpicia petebantur recenſet Feſtus in *alites* & *oſcines*. Magisqve conſtaret ſi ad nos perveniſſet Theonis Ægyptii περὶ σημείων καὶ σκοπῆς ὀρνέων καὶ τῶν κοράκων φωνῆς laudatum Suidæ opus. Qvod in ſacrificiis dicebatur litare, in auſpiciis impetrire, qvod nihil aliud eſt qvam impetrare. Vultures proprie erant οἰωνοὶ ut notat Tzetzes Chiliad. XIII. hiſt. 474. ubi genera qvædam auguriorum recenſet. Vide & Svidam in ὄρνις, & μετοιωνίσασθαι. Illam οἰωνιστικὴν à Phrygibus repertam teſtatur Nazianzenus I. in Julian. p. 100. Sed & ex aliis avibus, accipitre, noctuis, columbis, cygnis, gallis & hirundinibus auſpicia petebantur: tum & aliis ex animantibus ut notavit Potterus p. 320. Archæol. Auſpiciis celebres Tireſias, Polydamas, Polyidus, Theoclimenus Æliano laudati VIII. 5. animal. Hetruſci præcipue, unde Hetruſca diſciplina pro augurali ſcientia & auſpicina. Vide Ammianum XXI. 1. Allatium ad Antiqvitates Hetruſcas pag. 10. ſq. De Auguriis præter alios videndi Auguſtinus Niphus libris 2 de auguriis, Jo. Baptiſta Bellus de partibus Templi auguralis, qvi ambo exſtant Tomo V. Antiqv. Grævii: Potterus II 15. Archæol. Struvius cap. VI. Syntagm. Antiqvit. Roman. Andreas Chriſtianus Eſchenbach in diſſ. de auguriis veterum p. 551. ſq. Jo. Doujatius notis ad Livium in uſum ſereniſſ. Delphini Tomo I. p. 48. Iſaacus Voſſius ad Catullum p. 105. Perizonius pag. 126. ſq. ad Ælianum, Bulengerus de divinatione p. 333. ſeq. Paulus Manutius in qvæſitis per Epiſtolam Tomo IV. Lampadis Gruterianæ p. 213. ſq. Ezech. Spanhemius in notis ad Callimachum p. 628. ſq. ubi etiam de eo num Abraham inventor auguriorum fuerit, ut jampridem innuit Julianus confutatus à Cyrillo Lib. 10. p. 358. ſq. Sane auguria Judæis non minus prohibita qvam à Cicerone & aliis ſanioribus Ethnicis exploſa fuerunt. Confer Coqveum ad ad Auguſtini IV. 30. de Civitate DEI, & Hannibalis dictum apud Plutarchum de exilio fol. 606. c. Varia recentioris hujusmodi ſuperſtitionis genera vide ſi placet apud Cangium Gloſſario Latino in *Venta*. Οἰωνιστῶν ἐνδόξων libros & obſervationes memorat Galenus loco laudato. De auſpicio ex acuminibus ſignorum militarium terra evulſorum videndus Gevartius lib. 1. Elector. cap. 2. ex eo Matthias Zimmermannus pag. 631. ſq. Analect.

*Axinomantia* per ſecurim. Plinius XXXVI. cap. 19. Bulengerus lib. 3. cap. 27. Potterus p. 339. Archæol.

Per *barram* qvod inſtrumentum ligneum apud Ægyptios. Vide Kircherum tomo 3. Oedipi p. 358. *Belo-*

*Belomantia* ex telis vel bacillis projectis. Delrio diſqviſit. Magic. p. 621. Albertus Schultens V.C. in obſervationibus Arabicis ad Vet. Teſt. & interpretes ad 1. Sam. XX. 20. infra in Rhabdomantia.

*Botanomantia* ex herbis. Potterus p. 339. Bulenger. lib. 3. c. 24.

Ex *Bovis mugitu*. Dausqvius ad Silium Italicum p. 208.

Βρεφομαντεία, δὶ ἀνατομῆς βρεφῶν, qva uſus Maxentius. Zonar. tomo 3. pag. 1.

Divinatio è *ruptura bilis*, igni ſuperpoſita. Schol. Euripidis Phœniſſ. V. 1261. ſq. Ibidem de divinatione è *cauda victimæ*, qvomodo ad ignem inflecteretur.

Divinatio è *canum occurſu* vel *latratu*. Tzetxa Chil. XIII. verſ. 213.

*Capnomantia* ex fumo. Bulengerus lib. 3. cap. 13. Potterus fol. 313. Archæol. Crinitus XXIII. 3.

*Caragi* ſortilegi à characteribus magicis dicuntur. De his præter Cangium in Gloſſario, Baluzius ad homil. 12. Cæſarii Arelat. tom. 8. Bibl. Patrum p. 342.

*Catoptromantia* per ſpecula Magica. Bulengerus lib. 3. cap. 7. Rosweidus ad Vitam S. Hilarionis p. 66. ſq.

*Chiromantia*, de qva Jo. Conr. Dietericus in Antiqvitatt. Biblicis V. T. p. 309 ſq. ad Jobi XXXVII. 7. Franciſcus Valleſius de ſacra Philoſophia cap. 32. p. 211. ſq. Cardanus de rerum Varietate cap. 79. tomo 3. Opp. p. 285. ſq. Juvenalis VI. 583. *frontemque manumque præbebit vati*. Svidas in οἰωνιςική. Erycius Puteanus Centur. 2. Epiſt. 16. Georg. Paſchius in inventis nov-antiqvis p. 604. editionis primæ, Bulenger. lib. 3. c. 29. p. 216. ſq. Cornelius Agrippa de vanitate ſcientiarum cap. 35. Henricus Klauſing diſſ. de pſeudo-Mathematis §. 19--21. χειροσκόπους vocat Artemidorus II. 74.

*Cephalonomantia* ex capite aſini toſto. Potterus p. 339. Archæol.

*Cephalomantia* ex capite ſ. cranio mortui: vide Joh. Prætorii alectryomantiam cap. 5.

Κηρομαντεία per ceram in aqvas infuſam. Potterus p. 340. Prætorius in Alectryomantia pag. 5. ſq.

*Chiromantia*. Svid. in Ἕλενος, qvem χειροσκοπικὸν οἰώνισμα ſcripſiſſe refert.

χοιρομαντεία, divinatio per porcos, cujus exemplum narrat Procopius lib. 1. c. 9. de bello Gothico, p. 163. ſq. edit. Grotii.

*Cledoniſtica* per tinnitum aurium, Plin. & vetus Epigramma:

*Garrula quid totis reſonas mihi noctibus auris?*
*Neſcio quem dicis nunc meminiſſe mei.*

Nec minus ſaliſſationem ſuperciliorum, oculi vel alterius membrorum, & per ſternutationem &c. Vide Bulengerum Tom. I. p. 369. ſq. Nicetæ theſaurum tom. 25. Bibliothecæ Patrum p. 147. infra in παλμὸς & *ſternutatio.*

*Clidomantia* qvando clavi inſcribitur nomen furis. Vide Prætorium pag. 6.

*Coſcinomantia* per cribrum. Theocritus III. 31. Lucianus T. 1. p. 753. Artemidor. II. 74. Ælian. VIII. 5. animal. Bulenger. l. 3 cap. 31. Joh. Prætorii Coſcinomantia oder Bericht von Siebläuffe/ Curiæ Variſcorum, A. 1677. 4. & in Alectryomantia p. 6. ſq.

*Cranomantia*, divinatio per ſuturas cranii. *Pluſieurs entre les Brames du Royaume de Carnate croyent, que tous les hommes ont leur deſtin écrit chacun ſur leur teſte: & quand on leur demande ou cela eſt écrit, ils répondent que les ſutures du crane ſont les caracteres de cette écriture myſterieuſe.* Memoires de Trevoux, A. 1706. p. 464.

*Crithomantia*, per hordeum. Vide Cangii gloſſar. in κριθαρίζειν, ſupra Alevromantia.

*Cryſtallomantia.* Potterus p. 338. Archæol. Cardanus de rerum varietate cap 93. tomo 3 p. 325.

*Cyathomantia.* Vide Naudæum cap. 15. Apologiæ pro Magis, Geuſii victimas humanas tomo 1. p. 353. Supplementorum Tomum ab Obſervationes ſelectas Hallenſes Obſervatione IV. Mich. Chriſtiani Tierof diſſ. de ſacris Judæorum vinculis, Jen. 1657. & interpretes ad Geneſ XLIV. 5. qvi locus tamen nihil aliud ſignificat, qvam ex poculo illo ablato Joſephum augurari de malo peregre adventantium animo. Ritus ſortitionis in eligendo Imperatore per calices. Nicetas Choniata lib. XX. cap. 6. p. 645.

*Cyclomantia*, B. Dilherr tom. 1. diſp. Jenenſ. p. 154.

*Dactylomantia* ſ. per annulos. Ammian Marcellin. XXIX. 1. p. 553. Bulengerus lib. 3. cap. 35. Potterus p. 338. Archæol.

*Daphnomantia* per lauri ramum in ignem conjectum qvalem ille ſtrepitum ediderit. Bulengerus lib. 3. cap. 19. Cerda ad Virgilii Eclog. VIII. 82. Potterus ad Lycophron. p. 112.

De *Engaſtrimythis* vide qvæ diſputantur ab interpretibus ad 1. Sam. XXVIII. 7. Edmundo Dickinſono in Delphis Phœnicizantibus c. 9. Bulen-

Bulengero lib. 3. cap. 6. de divinatione: à Leone Allatio & D. Caſp. Lœſchero in ſingularibus de Engaſtrimytho diatribis: à Kirchero tomo I. Oedipi p. 244. & 382. Jo Brodæo lib. 9. Var. Lectionum cap. 19. Antonio van Dale de idololatricis divinationibus Judæorum cap. 10. Stephano le Moyne in notis ad Varia ſacra p. 993. ſqq. Joh Carolo Sponio in explicatione erudita & ingenioſa Apotheoſeos Homericæ p. 102. ſq. & Vignol o Marvillio tomo II. Miſcell. Hiſtorico literar. p. 318. &c.

Ex *felis* vel canis transcurſu, qvi inauſpicati habebantur, Caſaubonus pag. 341. ſq ad Theophraſti characteres.

*Fulminum* obſervatio qvam ab Hetruſcis Romani accepere. Vide Diodorum Sic. V. fol. 219. De hac Beda tom. 1. p. 387. ſq. Aldus Manutius V. de qvæſitis per Epiſtolam tom 4. Lampadis artium Gruterianæ p. 254 ſq. Jo. Pierii Valeriani declamatio Rom. 1517. 8. & tom. 5. Antiqvitat Rom. Bulengerus libro V. de terræ motu & fulminibus, tom. I. Opuſculor Lugduni excuſ. & in eodem Antiqvitatum tomo. Berneggerus p. 119. Miſcell. Valeſius ad Ammianum XXIII. 5. ubi etiam de Cæcinæ libro qvem de Hetruſca fulminum diſciplina ſcripſerat, teſte Cicerone & Plinio. Explodit eam Lucretius VI. 86. ſeq. Lex Conſtantini M pro hoc haruſpicinæ genere data A. C. 321. in Codice Theodoſiano tom. 6 p. 257.

*Gaſtromantia* ex vaſe aqva pleno, cujus meditullium vocabatur γάστρη. Potterus pag. 337. ſq. Archæol. Alciphron Epiſtola ult.

*Geomantia*. Bulengerus lib. 3. c. 10. Cornelius Agrippa de vanitate ſcientiar. cap. 36. Rob. Flud de Fluctibus, H. de Piſis (qvi notante Sorberio in Sorberianis pag. 161. è Catano & Gerardo Cremonenſi profecit) & Alfakinus, in faſciculo Geomantico comprehenſi. D. Joh. Andreas Schmidius diſſ. de Geomantia. Henr. Klauſingius diſſert. de Pſeudo-Mathematis, Witteb. 1705. §. 22. ſq. Begerus Theſaur. Brandenburg. tom. 1. p. 85. Kircherus tom. 2. Oedipi part. 2. pag 493. ſeq. Georgius Paſchius in inventis nov-antiqvis p. 598. ſq. Zanatæ Philoſophi Perſæ Geomantia MS Græcis verſibus Politicis per Arſenium Monachum, memoratur Lambecio VII. p. 260. qvi etiam p. 254. ſq. de methodo Geomantica prædicendi futura qvam nugivenduli qvidam tribuerunt Noæ Patriarchæ.

*Goëtia*. Agrippa cap. 45. de vanitate ſcientiarum. Goëtiam à Magia & Pharmacia ita differre notat Nonnus hiſt. 67. ad Naz. ut Magia bonorum dæmonum ad bonum, Goëtia malorum ad malum aliqvod

procurandum invocationem doceat, pharmacia conſiſtat in veneficio aliqvo vel amatorio poculo. Eadem habet Svidas in *γοητεία*, & Nicephorus ad Syneſium de inſomniis.

Ex *gruum* volatu divinatio, de qva Jacobus Gaffarellus in curioſitatibus inauditis p. 250. ſeq.

Γυρομάντεις. Artemidoro lib. 2. c. 74. memorati.

Ἡπατοσκοπεία. Supra, Aruſpicina.

Per *herbam* telephilum vel aliam, prout illa brachio inflicta vel contuſa ſonum edidiſſet. Theocritus III. 28. ſq. Potterus p. 338. ſq. Archæol.

*Hippomantia* ex hinnitu, fremitu, ſudore &c. Prætorius in Alectryomantia p. 9.

*Hydromantia.* Bulengerus lib. 3. cap. 9. p. 200. ſqq. Caſaubonus p. 154 ſq. ad Apuleji Apologiam. Potterus p. 313. Archæol. Græc. & p. 337. Prætorius loco laudato. Iſidorus Hiſpal. lib. 8. Originum cap. 9. ubi & de aliis generibus magiæ & divinationis. Περὶ ἐνυδρομαντικῆς Damoſtratus apud Svid. Photius p. 565.

*Ichthyomantia* ſive per Piſces. Potterus p. 313. Archæol. Bulengerus lib. 3. cap. 20.

Per *Jedua* ſive agnum Zoophyton. R. Moſes ben Samſon apud Bulengerum III. 33. p. 221. Delrio disqviſit. Magic. p. 613.

Ἱερομαντεία ſive ἱεροσκοπεία. Vide Potterum II. 14. Archæol. & ſupra in *Aruſpicina.*

Per *Imagines* divinatio, qvam qvi exercebant Imaginarii vocantur à Johanne Sariſberienſe lib. 1. Policratici cap. 12.

*Lampadomantia*, *Lychnomantia.* Vide Bulenger. III. 32. & Delrionis disqviſitt. Magicas p. 615. ubi & de aliis divinationum ſuperſtitioſarum generibus. De ſorte per cereos nominibus Apoſtolorum inſcriptos, Berneggerus in Miſcellaneis diſſ. p. 203. ſq.

Per *Lauri* ramum, ſupra in Daphnomantia. Vide & Caſaubonum ad Theophraſti Character. p. 339. ſq. Zenobii proverbia V. 34.

*Lecanomantia* per pelvim. Buleng l. 3. c. 5. p. 199. Tzetz. Chil. II. hiſt. 44. Potterus p. 337. Archæol. Nicetas in theſauro tom. 25. Bibl. PP. p. 147. E. Simeon Magiſter in Annalibus p. 403.

Ex *Leonibus* mactatis. Euſebius VIII. 14. Hiſt. Eccleſ. p. 311.

*Libanomantia* ex thure, qva primus uſus Pythagoras Philoſophus. Holſtenius ad vitam Pythagoræ ſcriptam à Porphyrio p. 75. Schol. Homeri

meri Iliad. ώ. 221. Potterus p. 313. Archæol. D. Godfrid. Olear. ad Philoſtratum p. 40. Bulengerus lib. 3. cap. 28. p. 216.

*Lithomantia* per lapidem ſideritem. Potterus pag. 338. Archæol. Bulengerus lib. 3. cap. 18. Tho. Gale ad Jamblichum p. 239.

*Lychnomantia* ex lucerna ſive lumine. Svetonius Tiberio c. 19. & ibi Clariſſ. Pitiſci notæ.

Ex *maculis* corporis, divinatio. Vide Melampodis libellum περὶ ἐλαιῶν. Lud. Septalium libro de nævis, Dordraci 1650. 8. qvi laudat etiam Abenragel ſcriptorem Arabem hujus argumenti.

Divinatio per *mammas* mulierum contrectatas & *talos*, qva Baſilacium qvendam uſum futura præſagiiſſe refert Nicetas Choniates in Iſaacio Angelo lib. 3. c. 8.

Ex *Meteoris* variis & *Cometis* vide Bulengerum lib. 3. c. 11. p. 206. ſeq. & Petri Bælii de Cometis cogitata Gallice edita.

*Metopoſcopia* Svetonius in Tito c. 2. Cornel. Agrippa cap. 34. Klauſingius de pſeudo Mathematis §. 24. & ſupra, ubi de chiromantis ſive χειροσκόποις.

*Necromantia*, νεκρομάντεις. Marshami Canon chronicus p. 343. & 344. Stephanius p. 46. ſq. ad Saxonem Grammaticum, Agrippa cap. 45. de vanitate ſcientiarum. Valleſius p. 218. ſq. Philoſ. Sacræ; Bulengerus lib. 3. c. 3. Potteri Archæol. p. 336. Pythoniſſas proprie necromantiam profeſſas eſſe, non Engaſtrimythos fuiſſe diſputat Gilbertus Gaulminus p. 275. ad vitam Moſis.

*Molybdomantia*, ex plumbi liqvefacti diverſis motibus. Potterus p. 339. Archæol.

Μορφοσκόπους memorat Artemidorus II. 74.

Auſpicia è *muribus*. Caſaubon. p. 348. ad Theophraſti characteres. Ælian. lib. I. var. cap. 11. & de animalibus VI. 41. Melampodem περὶ μυῶν laudat Artemidorus III. 28.

*Necromantiam* à Numa Pompilio inventam ſcribit Honorius Auguſtodunenſis libro 3. de imagine Mundi p. 991. Necromantæ ab aliis dicti *Umbrarii*, ab evocandis umbris. Vide Lindebrogii Gloſſarium ad Leges antiqvas.

Ex *Nubibus* divinatio ab Anthuſa muliere inventa. Vide Photium in excerptis è Damaſcio p. 554. Juſtinum qvæſt. 31. ad orthodoxos. Cangii Gloſſar. in περιστεριῶται, & Gaffarelli curioſitates inauditas.

*Oecoſcopia* ſ. divinatio ex ædificiis, & iis qvæ in illis accidiſſent

vel

vel conſpicienda ſe præbuiſſent. Nonnus * hiſtor. 61. in Nazianzenum memorans οἰκοσκοπικὸν qvod ſcripſerat Xenocrates. Vide Caſauboni Lectiones Theocriticas cap. 5.

*Oenomantia* ſ. divinatio ex vino libato. Bulengerus lib. 3. c. 35. Delrio disqviſit. Mag. p. 611. Potterus ſ. 313. Archæol.

Οἰονιστικὴ prius dicta, deinde οἰωνιστική. Ariſtides tom. 3. p. 25. 66. Vide ſupra ubi de Auſpicibus & Auguribus. Svidam in οἰωνιστική, ubi ſcriptores etiam laudantur, Telegonus, Polles &c.

De *Ominibus* variis adi Bulenger. cum Tom. V. theſauri Antiqv. Rom. p. 441. ſq. Briſſonium in formulis p. 91. ſq. Perizon. ad Ælianum p. 126. Anton. Gunth. Heshuſium in diſſ. Lipſiæ edita de ominibus 1672. Potterum II. 17. Archæol. Omen proprie ex avibus ſumi notavit Salmaſius p. 44. ad Solin. Apud Simplicium in Epictetum p. 129. σύμβολός τις à Wolfio vertitur *omen*. Confer Svidam in ξύμβολον. De ominibus imperii admittendi Berneggerus p. 63. ſq. Miſſa. Alia Imperii conſeqvendi memorantur paſſim à Svetonio & Hiſt. Auguſtæ ſcriptoribus. De abominatione ſive ritu deſpuendi vel deprecandi omen vide Caſaubonum p. 343. ſq. ad Theophraſti Characteres.

*Omphalomantia* obſtetricum ex infantum umbilicis. Bulengerus lib. 3. c. 14. p. 212. Jo. Langius II. 10. Epiſt. Medicinal. & Caſpar Reyes in campo Elyſio qvæſt. 52.

*Onychomantia* ex unguibus. Bulengerus lib. 3. c. 8. Potterus p. 338. Archæol. διὰ τῶν ὀνόχων ἀκύειν. Lucianus Philopatride T. 2. p. 765.

*Ono-*

* Nonni locum, qvia alia etiam genera μαντικῆς commemorat, adſcribam: *Divinatrix ſcientia partim* ὀρνεοσκοπητικὴ *eſt, quam Phryges invenerunt, partim* οἰκοσκοπητικὴ, *partim* ἐνόδιος, *partim* χειροσκόπος, *partim* παλμική. Ὀρνεοσκοπητική *eſt, cum volante hac vel illa ave ante vel retro, dextrorſum vel ſiniſtrorſum, quid hoc ſignificet dicimus. Quam divinationis partem* Telegonus *inveniſſe dicitur.* Οἰκοσκοπητικὴ, *cum quis ea quæ in domo contingunt enarrat, quidque hoc portendat, exponit. Verbi cauſa quando in tectò felis aut ſerpens aut mus apparuit, aut exhauſtum eſt oleum, aut cinis aut aliud quiddam, de quo genere opus edidit* Xenocrates. Ἐνόδιος *autem, cum ea quæ in via occurrunt enarrantur, ut ſi quiſpiam occurrerit hoc geſtans, hoc tibi accidet, ſi autem ille, hoc tibi eveniet, de quo genere* Polles *pertractavit.* Χειροσκόπος *vero, cum ex manuum extenſione ac rugis dicimus rem hanc illam manere, vel quod ipſius nuptiæ ambiuntur, vel quod liberos procreabit, vel hujusmodi aliquid, de quo volumen ſcripſit* Helenus. Παλμικὴ *denique cum ex corporis palpitatione aliquid cognoſcitur, ut ſi palpitet oculus dexter, hoc indicat, aut ſi humerus, aut reliqua pars corporis. De quo genere opus elucubravit* Poſidonius.

*Onomatomantia.* Bulengerus lib.3. c.21. & qvæ de fauſtis atqve infauſtis nominibus à variis diſputantur. Vide Iſidorum Hiſp. VII. 6. Originum, Joh. Brodæi Miſcellanea VII. 5. Marci Velſeri opera p.380. Lipſium ad Taciti IV. Hiſtor. p. 526. Jo. Molleri Homonymoſcopiam p. 117. ſeq. Georgii Richteri axiomata Oeconomica num. IV. & D. Joh. Schmidii, Profeſſoris Lipſienſis & Dan. Gvil. Molleri, Prof. Altdorfini, diatribas de nominum qvam vocant fatalitate.

*Oomantia* ſ. divinatio ex ovis. Bulengerus l. 3. c. 15. & 37.

De *Oraculis* ſcriptores laudavi in Bibl. Græca lib. 1. cap. 17. De tripodum figura & cortinæ ſive operculi in qvam aſcendens eiqve inſidens Pythias vaticinabatur, ſive potius ψῆφον μαντικὸν in φιάλῃ tripodis ſub cortina ex adyto in μεσόμφαλον phialæ ſive γάστρης tripodis editum, ἐγγαστρίμυθος inde dicta, excipiebat videndus V. C. Jo. Carolus Schottus in explicatione Apotheoſeos Homericæ, Gallice edita Amſt. 1714. 4. p. 67. ſeq. Ezech. Spanhemius ad Callimachum p. 383. ſeq. Jac. Sponius Miſcell. p. 118. ſq. Tripodum imagines vide etiam ſis in Begeri theſauro Brandenburg. tom. 3. p. 381. & in theſauro Græviano Antiqv. Romanar. tom. 5. p. 317.

*Ordalii* genera varia, qvibus innocentiam divinare vel probare mos, ut tranſitione per rogum *accenſum, vel per vomeres ignitos, (vid. Lindebrogium p. 1495. ſeq. ad Codicem Legum Antiqvarum:) inductione chirothecarum ignitarum, geſtatione ferri candentis, miſſione manus in ahenum ferventis aqvæ, qvod examen caldariæ vocabant, (Lindebrog. p. 1354. 1356. 1413. 1417. ſq.) projectione in flumen, adſtando ad crucem, duello &c. de qvibus Cangius Gloſſario in *Caldaria, Campiones, Crux, Ordalium* &c. Agobardi liber de divinis ſententiis contra damnabilem opinionem putantium Divini judicii veritatem igne vel aqvis vel conflictu armorum fieri. Tomo 14. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 301. ſq. Allatius ad Acropolitam p. 251. P. Brunus in Hiſt. Critica rituum ſuperſtitioſorum, Gallice edita Pariſ. 1702. 12. H. Bangertus ad Helmoldi I. 84. p. 189. ſq. Benedictio ferri & aqvæ ad judicium faciendum legitur in Goldaſti tom. 2. rerum Alemannicarum p. 139. Plura Jo. Baptiſta Thiers in libro A. 1679. Gallice edito de ſuperſtitionibus, & auctor diſſertationum inſertarum Memoriis literariis Trevoltinis A. 1711. p. 1407. & 1025. ſeq. *Diſſertations ſur les epreuves ſuperſtitieuſes, appellez jugement de Dieu,* Chriſtianus Ebelingius de provocatione ad judicium DEI,

 ſive

* Catholicus qvi cum Ariano, hoc recuſante, è rogo diſputans illæſus manſit, memoratur à Theodoro Lectore lib. 2. Hiſt. p. 566.

ſive de probationibus qvæ olim fiebant per juramentum, per duellum, per ferrum candens, per aqvam ferventem & frigidam, per ſymbolum Crucis, per ſortem, per cruentationem cadaverum occiſorum, & per citationem ad tribunal DEI. Lemgoviæ 1711. 4.

De *Oſtentis* Cardanus de rerum varietate cap. 69. ſq. tom. 3. Opp. p. 273. ſq. ut Julium Obſeqventem, Lycoſthenem aliosqve jam omittam. Bulengerus de prodigiis tom. 5. Græv. p. 457. ſq.

*Pædomantia*. Elmenhorſt. ad Gennadium p. 195. & 210. ſq. Bonifacius lib. 8. hiſt. ludicræ c. 21. Supra in *Aruſpicina*, & βρεφομαντεία.

Divinatio per παλμὸν ſive *ſaliſſationem* membrorum, de qva laudavi plures ſcriptores l. 1. Bibl. Græcæ c. 15. ubi de Melampode.

*Parthenomantia* ad integritatem, caſtitatemqve & virginitatem divinandam. Bulengerus III. 34. p. 221. Joh. Beverovicius qvæſt. Epiſtolic. p. 31. ſq. 48. ſq. ad locum Deut. XXII. 17. Philo Judæus de legibus ſpecialibus p. 606. ſq. ad Numeror. V. 12. Wagenſeilius ad Sota & in telis igneis Satanæ p. 399. ſq. Andreas Acoluthus de aqvis amaris, Gabriel Grodeckius de probationibus caſtitatis, Antonius Bynæus de Natali Chriſti p. 24. ſq. Petavius XIV. 5. de incarnatione, Seldenus in uxore Hebraica p. 230. ſq. Gilb. Gaulminus ad Euſtathium de amoribus Iſmenii & Iſmenes p. 37. & 43. Fortunatus Fidelis de relationibus Medicorum III. 1. p. 337. ſq. Steph. Rodericus Caſtrenſis de natura muliebri p. 97. ſq. Jo. Baptiſta Sitonus in Miſcellaneis iatroſophicis p. 290. ſq. I. Severinus Pinæus & Melchior Sebizius de integritatis & corruptionis virginum notis, Caſpar Reyes in campo Elyſio qvæſt. 39. & 38. ubi etiam de notis virginitatis in maribus.

Πηγομαντεία, per aqvam fontanam. Potteri Archæol. p. 337. Alia de divinatione ex fontibus vide ſis in Memoriis literariis Trivultinis A. 1710. menſe Julio p. 1280. ſeq. ubi laudatur diſſertatio Juſti Friderici Hammerikii de hoc argumento.

*Phyllomantia* ſ. divinatio ex foliis arborum, vide Euſtathium ad I. Iliados p. 36. Ex ſtrepitu folii papaveris Apoſtolius XV. 20. proverb. Facit huc qvod de Abrahamo Kabſi ex motu foliorum, etiam ubi ventus non ſpiraret, & arboribus ſindone tectis divinante, garriunt Judæi.

*Phyſiognomia*, de qva ex veteribus Ariſtoteles, Polemo, Adamantius: & recentiores Joh. Baptiſta Porta aliiqve infiniti. Confer Franciſcum Valleſium p. 213. Philoſ. ſacræ, Cornelium Agrippam de vanitate ſcientiarum c. 33. & Georg. Paſchium in inventis nov-antiqvis p. 601. ſq.

Per

Per *picum*, avem, unde Saturni filio Pico auguriorum inventio tribuitur. Servius in 7. Æneid.

Divinatio per *piſces*. Ælian. VIII. 5. animal. ſupra in *Ichtyomantia*.

Ex *Poculis* divinatio vide Svidam in Κοτταβίζειν & ſupra, *Cyathomantia*.

Διὰ πλυνῶν καὶ λεκανίδων Φενακομάντεις, è pelvi aqvis plena Nicetas Choniates lib. X. p. 368. Cardanus tomo 3. Operum p. 320.

Ψαμμομαντεία per arenam. Cangius Gloſſar. Græc. appendice pag. 212.

*Pſephomantia* vide Bulengerum lib. 3. c. 38.

*Pſychomantia* mentio apud Ciceronem l. 1. de divinatione, c. ult.

*Pullomantia*, è pullis paſcentibus Græv. ad Flori II. 2. *Soliſtimum tripudium* Cellar. p. 96. ad Minuc. *pullarii* Cic. X. 12. ad famil.

*Pyromantia* ex igne. Rupertus ad Florum p. 112. Dausqvejus ad Silium Italicum p. 378. ſq. ubi de pilis militum ardentibus. Bulengerus lib. 3. c. 10. Schol. Euripidis Phœniſſ. v. 1261. Supra in *Ordalium*.

*Quadratum magicum* divinatorium, de qvo Auguſtini Vagetii & μακαρίτε diſſertatio Wittebergæ A. 1695. edita.

*Rhabdomantia*, Xylomantia (mit der Wunſchel-Ruthe) vide interpretes ad Ezechielis XXI. 21. & Hoſeæ IV. 12. Bulenger. lib. 3. cap. 26. Lindenbrog. ad Amm. Marcellinum p. 78. & gloſſario ad Codicem Legum antiqvar. in *Teni*. Gale p. 238. ſq. ad Jamblichum de Myſteriis Ægyptiorum. Mich. Libetanzii diatribam de Magia baculorum, Lipſ. 1661. & Godlieb Gerhardi diſſertationem de Rhabdomantia Lipſ. 1700. P. Brunium Oratorii presbyterum in hiſtoria Critica rituum ſuperſtitioſorum Gallice edita. *Hiſt. Critique des pratiques ſuperſtitieuſes qui ont ſeduit les peuples, & embaraſſé les Sçavans*. Pariſ. 1702. 12. Joh. Godfridi Zeidleri librum de virgula Mercuriali ante paucos annos vulgatum Germanice in 8. cum præfatione D. Chriſtiani Thomaſii.

*Rhapſodomantia* ſive divinatio ex rhapſodia aliqva poëtæ. Vide Caſaubonum ad Spartianum p. 19. & qvæ infra de ſortibus Homericis & Virgilianis.

*Sideromantia* per ferrum candens. Potterus p. 339. Archæol. & ſupra in *Ordalium*.

Divinatio ex *Somniis* qvam ab Abrahamo & Joſepho qvidam repetunt, vide Svidam in Abraham, & Juſtinum Lib. 36. hiſtoriarum. Alii

à Telmiſſenſibus ut Nazianzenus 1. in Julianum p. 100. Hujus divinationis tria genera, χρηματισμὸν, ὅραμα & ὄνειρον diſtincta vide apud Potterum II. 13. Archæol. de qvibus plura ad Chalcidium. Cæterum regulas vaniſſimæ artis onirocriticæ, divina & naturalia ſomnia nullo certo indicio diſtinguentis, tradiderunt ex veteribus * Aſtrampſychus, Artemidorus, Achmet, &c. Videndus etiam Syneſius de inſomniis, Scholiis Nicephori Gregoræ illuſtratus. E recentioribus Cardanus. Judicium medicum ex inſomniis ferre docuit ſingulari libello Hippocrates. Oniromantias Judæorum ſpecimen apud Buxtorfium p. 2095. Lexici Talmudici.

De *Sortibus* (publicis & privatis ſive κλήροις μαντευομένων Schol. Euripidis ad Hippolytum v. 1057. qvales fuere Sortes Antiatinæ, Aponianæ, Cæritum, Falerinæ, Præneſtinæ &c. Bulenger. tom. V. Græv. p. 361. ſq. Sirmondus p. 233. ad Sidon. Tum ſortes Homericæ, Virgilianæ ex locis forte ſe offerentibus Homeri vel Virgilii, ad qvarum exemplum inter Chriſtianos etiam ſortes Biblicæ freqventatæ. Videndi Caſaubonus ad Spartiani Hadrianum c. 2. Lampridius in Alex. Severo c. 14. Antonius van Dale libro de oraculis, & origine idololatriæ: Bulengerus ſingulari libro Tom. I. opuſculorum p. 299. ſq. Gutherius IV, 11. ſq. de jure Pontificio: Jo. Morinus de ſacris ordinationibus f 234. P. Brunius in Hiſt. Critica rituum ſuperſtitioſor. p. 368. ſq. D. Joh. Georgius Neumannus in programmatibus Academicis p. 100. ſq. Berneggerus in miſcellaneis p. 187. ſq. Chriſtianus Gottlieb Schwartz de ſortibus Poëticis, Altdorf 1712. Memoriæ literariæ Trevoltinæ A. 1711. p. 1435. Obſervationes Hallenſes tom. IV. obſervatione 13. Tiraqvellus de jure primogenituræ p. 152. ſq. J. C. Dietericus in antiqvitatibus Biblicis V. T. p. 397. ſq. De ſortitionibus Hebræorum Jo. Clericus ad Levitici XVI. 8. & Numeror. XXV. 15. Stephanus le Moyne ad Varia ſacra p. 586. 590. Martinus Mauritius Wolbaco-Marchicus in libro de ſortitione veterum, maxime Hebræorum, Baſil. 1692. 8. De ſortitionibus veterum ac recentiorum Opus promiſſum Georgii Andreæ Vinholdi, Rectoris Scholæ Zwickavienſis, nondum lucem vidit qvod ſciam.

*Speculatoria* ſ. per ſpeculum divinatio. Agrippa p. 38. de vanitate ſcientiarum & Geuſii victimæ humanæ tom. 1. p. 355. Apulejus in Apologia. Supra in *Catoptromantia*.

Divinatio ex *ſternutatione*. Vid. Iſaacum Voſſium ad Catullum p. 105.

* Plures laudavi in Bibl. Græca lib. IV. cap. 13.

p. 105. Alexandrum ab Alexandro lib. 2. Genial. dierum c. 26. Plutarchum de Genio Socratis f. 581. & 582. Apoſtolium XIII. 94. Proverb. De ritu ſalutandi ſternutantes exſtat diſſertatio Johannis Gerhardi Meuſchen. Kil. 1704. Vide & qvos laudant viri docti ad Petronium cap. 98. Dixere qvoqve ſternutationem ſtrepitum qvi editur ab lumine, atqve exinde fauſtum omen cepere. Notus locus Ovidii in Epiſtola Heronis ad Leandrum, verſ. 151.

*Interea lumen, poſito nam ſcribimus illo,*
*Sternuit, & vobis proſpera ſigna dedit.*
*Ecce merum nutrix fauſtos inſtillat in ignes;*
*Crasque erimus plures, inquit, & ipſa bibit.*

*Sycomantia* ex folio fici. Bulengerus lib. 3. cap. 25.

Divinatio per *talpam*, cujus corde vorato futura præſentire ſe poſſe exiſtimabant Magiæ myſtæ. Vide Plinium XXX. 3. & Kuranidum ſcriptorem p. 104.

Divinatio de morbi eventu conjiciendo ex illo *tempore* qvo qvis decubuit. Vide Hermetis iathromathematica, & qvæ de illis dixi lib. 1. Bibl Græcæ cap. 9. ubi etiam de Hippocrati & Galeno tributis ſcriptis ejusdem argumenti. Petoſiridis Epiſtola de qva Lambecius lib. VI. parte 2. p. 94. ſq. 104. ſq.

*Tephromantia*, per cineres. Potterus p. 339. Archæol.

*Teratoſcopia* divinatio ex portentis, de qvibus Julius Obſeqvens, Conr. Lycoſthenes & Joach. Camerarius in libris de prodigiis. Cornel. Gemma in Coſmocriticis, Beyrlingius deniqꝫ in theatro, voce *prodigium*.

Ex *terræ motu*. Vide Hermetis ſive Orphei verſus de hoc argumento qvi exſtant ad calcem Anthologiæ Epigrammatum Græcorum, & Bulengerum de terræ motu & fulminibus, tom. 5. Antiqv. Rom.

*Tripudium ſoliſtimum*, augurium è pullis paſcentibus. Supra in *pullomantia*, Angelus Cauſſeus tom. 5. theſauri Rom. antiqv. p. 323. Begerus & Græv. ad Flori II. 2. Plutarchus in Gracchis p. 831. C.

*Tyromantia*, per caſeum, cujus meminit Heſychius, niſi legendum pyromantia. Sed Ælianus qvoqve VIII. 5. animal. memorat μαντευόντας Τυρίσκεις. & Artemidorus II. 74. Onirocritic. τυρομάντεων meminit, licet & ibi ignium vates reddidit Cornarius.

De Arabum divinationibus diſſerit Abraham Ecchellenſis in Hiſtoria Arabum qvam Chronico Orientali ſubjunxit p. 261. ſq. interqve

infinita ariolandi genera ipſis hæc præcipua eſſe notat p. 265. *Alſanebo* augurium ab avibus, *Albarcho* à qvadrupedibus, *Altatioro* ex volatu, *Alzagiaro* auſpicium, *Alhaiafato* ariolationem, *Alkaiafato* divinationem è veveſtigiis, *Alpbarafato* ex vultu & corpore qvam Græci Φυσιογνωμίαν vocant, & *Arrambo*, ex arena ſeu pulvere Geomantiam.

III. Ut gentibus Vates ſui, Sibyllæ, Oracula atqve Divini, ita populo Judaico ſui fuere Prophetæ, atqve eundem DEum per utrosqve futura hominibus ſignificaſſe, audacter affirmant qvidam è veteribus ut Juſtinus qvæſt. 2. ad Orthodoxos, Bileami exemplo pugnans. Confer Rich. Simonis partem III. Epiſtolarum ſelectarum, Epiſtola 9. Sed ut veri Prophetæ à ſolo DEO mitti poſſunt, & qvandoq; per eosdem monitæ etiam haud dubie ipſo diſpenſante ſunt gentes, ſic fallacias & fraudes vatum oraculorumqve Ethnicorum nemo ſanus DEO tribuerit. Similiter parum credibile eſt Deum miſiſſe Prophetas ſuos tantum per συγκατάβασιν qvandam, ac ne Judæi Ægyptiorum ſcilicet divinos ac falſa conſulerent oracula, ut perſvaſum Spencero III. 2. de legibus Hebr. §. 3. & Henr. Dodwello Epiſt. 2. de ſtudiis Theologicis, qvi ideo ad ſacros Prophetas intelligendos commendat ſcripta Ethnicorum facientium ad Onirocriticem & oraculorum interpretationem. Sed æqvum eſt exiſtimare, DEum ex benevolentia in genus humanum prius excitaſſe veros Prophetas & bonum ſeminaſſe ſemen, qvam falſorum divinorū propullularent Zizania. Itaq; & primi mortalium & Patriarchæ, Prophetarum titulo appellantur. De variis rationibus qvibus DEus Prophetas edocuit, ut per ſomnium, viſum, admonitionem ſive vocem (בת קול) ſpectaculum & revelationem qvam Spiritum S. vocant Hebræi, videndi Maimonides de fundamentis legis c. 7. & in More Nevochim II. 36. ſq. Abarbanel prolegom. in Danielem, Chalcidius pag. 351. ſeq. Eugubinus & alii ad Numer. XII. 8. Pricæus ad Actor. IX. 2. Henr. Witſius in Miſcell. Theol. lib. 1. & Nicolaus Gurtlerus Baſileenſis, Theologus Dordracenus in ſyſtemate Theol. Propheticæ Amſt. 1702. 4. lib. 1. c. 2. qvi etiam capite 3. diſſerit de notis qvibus veri Prophetæ à falſis diſcernuntur, de qvibus conſulendus præter laudatum Witſium lib. 1. Miſcell. c. 15. Cotelerius ad Hermæ Paſtoris mandatum 10. tom. 1. Patrum Apoſtol. p. 97. 99. Jo. Gerſonis libellus de probatione ſpirituum, inter ejus opera, & tom. 3. Concilii Conſtantienſis p. 28. ſq & Elias du Pin prolegom. Bibl. tom. 1. p. 38. ſq.

Hebræi numerant Prophetas XLVIII. vide Bartoloccii Bibl. Rabbinicam tomo III. p. 456. A Chriſtianis ſcriptoribus Prophetæ LXX.

Pro-

Prophetites X. obſervantur, ut notavit Cotelerius ad lib. IV. Conſtitut. Apoſtol. c. 6 p 295. illuſtrans ſchedion Epiphanii de totidem Prophetis qvod è MS. Regio ibi protulit. De prærogativis miraculorum & Prophetiarum Moſis præ reliqvis Prophetis, Maimonides ad Codicem Sanhedrin tom. 4. edit. Surenhuſ. p. 264. & in More Nevochim II. 35. De dono Prophetico inter primos Chriſtianos, Herm. Witſius lib. I. Miſcell. cap. 24. Gurtlerus ſyſtem. Theol. Prophetiæ p. 428. Henr. Dodwellus diſſ. 2. ad Irenæum, B. Bebelius ſecul. IV. tomo 2. p. 961. ſq. Tob. Pfannerus de donis miraculoſis Eccleſiæ cap. 6. & Gotfridus Arnoldus in opere de primorum Chriſtianorum vita & moribus Germanice edito II. pag. 156. ſeq.

Omitto alia qvæ de Prophetis veris falſisqve diſputant præter laudatos Witſium & Gurtlerum, Petrus Molinæus in Vate, ſeu de præcognitione futurorum & de bonis malisqve Prophetis, libris IV. Lugd. Bat. 1640. 8. David Knibbe in Hiſtoria Prophetarum, libris itidem IV. Belgice, & A. 1709. 4. Bernæ Germanica etiam lingua editis: Antonius Borremanſius dialogo de Poëtis & Prophetis, Amſt. 1678. 8. Petrus Petitus libris III. de Sibylla, Mericus Caſaubonus de Enthuſiaſmo cap. 2. qvod eſt de Enthuſiaſmo divinatorio: Tho. Galeus ad Jamblichum de Myſteriis Ægyptior. ſect. 3. Jo. Spencerus diſcourſe concerning vulgar Prophecies, Lond. 1665. 8. Henricus Howard defenſative againſt the poiſon of ſuppoſed Prophecies. Lond. 1620. Chriſtophorus Wittichius Oratione inaugurali de Oraculorum Divinorum veritate & Gentilium falſitate, Lugd. Bat. 1682. 4. ad calcem exercitationum Theologicarum. Smithus diſcourſe of Prophecy &c.

IV. Moyſis Miracula Judæi numerant LXXVI. cæterorum Prophetarum LXXIV, qvæ videri poſſunt apud Menaſſeh ben Iſraël in Conciliatore ad Deuter. XXXIV. 10. qvanqvam Abarbanel & alii non plura qvam LXXV. miracula in univerſis Veteris Teſt. libris relata eſſe opinantur. De miraculis Moſaicis à Moſe omiſſis videndus Jo. Euſebius Nierembergius lib. VI. de Origine S. Scripturæ cap. 31. 32. Eliæ miracula ſeptem, Eliſæ qvatuordecim computat Anaſtaſius Sinaita ſive Nicænus qvæſt. 47. In Pirke Aboth tom. 4. Miſhnæ Surenhuſianæ p. 467. legas decem hæc miracula in templo Hieroſolymitano obſervata eſſe: *Nunquam abortivit mulier ab odore carnis quæ in ſanctuario immolabatur. Neque fœtuit unquam caro illa ſanctificata. Non conſpecta fuit muſca in domo macta-*

*mactationis. Non accidit caſus nocturnus Sacerdoti magno in die expiationis. Non extinxerunt pluviæ ignem qui erat in ſtrue lignorum. Non vicit ventus columnam fumi. Non repertum eſt ullum vitium in Gomer & in duobus panibus, & in panibus facierum. Stabant coartati & adorabant dilatati. Non læſit unquam aliquem ſerpens & ſcorpio in Hieruſalem. Nec dixit homo ſocio ſuo, anguſtior eſt mihi locus quam ut poſſim pernoctare Hieroſolymis.*

Meſſiam miracula facere debuiſſe impudenter negant recentes Judæi pleriqve, contra Prophetarum atqve veterum Hebræorum & Abarbanelis aliorumqve diſerta teſtimonia, ut oſtenderunt Grotius ad Matth. XII. 23. Huetius demonſtrat. Evangel. propoſit. IX. p. 825. ſeq. Vitringa lib. 2. obſervatt. ſacr. cap. ult. Georgius Elieſer Edzardi ad Avoda Sara caput 2. p. 316. & Mat. Veſſierius la Croſe in dialogis eruditis Gallice non ita pridem editis p. 81. ſq. Chriſti vero miracula qvæ plura * Evangeliſtæ referunt, qvam à Moyſe & Prophetis edita novimus, (atqve duobus exceptis ** benefica omnia) contra Ethnicorum, Judæorum & Atheorum Deiſtarumqve objectiones aſſerunt Gvilielmus Ader de ægrotis Evangelicis tom. IX. Critic. ſacr. Jac. Batelerius in vindiciis miraculorum, Amſt. 1674. 12. Jo. Clericus libro Gallice edito de incredulitate p. 254. ſeq. Franciſcus Bragge obſervationibus practicis in Chriſti miracula, vulgatis Anglice Lond. 1702. 8. Iſaacus Jaqvelotus libro de Meſſia, itidem Gallica edito lingua part. I. cap. 5. Henricus Witſius in meletematis Leidenſibus diſſ. V. Epiſcopius Inſtitutt. Theol. p. 427. ſq. Nehemias Grew in opere erudito Anglico qvod Coſmologiam ſacram inſcripſit, lib. V. cap. 3. Marius Merſennus in ſex prima capita Geneſeos pag. 537. ſq. aliiqve. Pauli Zacchiæ libros IV. Phyſicæ conſiderationis de miraculis S. Scripturæ memorat Allatius in Apibus urbanis p. 214. ſed illos nunqvam vidi.

De miraculis diſcipulorum Chriſti & dono miraculorum in primis Eccleſiæ ſæculis adeundi interpretes ad Marci XVI. & Actorum librum, Steph. le Moyne notis ad Varia ſacra p. 1043. ſqq. Gvil. Spencerus ad Origenem contra Celſum p. 6. B. Bebelius Antiqv. Eccleſ. Sec. IV. tom. 2. p. 958. ſeq. Tobias Pfannerus in diatriba de chariſmatibus ſive donis

* Vide Simonis Epiſcopii Inſtitutiones Theol. p. 182. ſq. Jo. Pearſonium ad Symbolum Apoſtol. p. 154. & Iſaacum Jaqvelotum de Meſſia p. 30.

** Non benefica ſunt dæmonum in porcos immiſſio Matth. VIII. & ficus areſacta Matth. XXI. Vide Coſmam Indoplevſtem lib. III. p. 165.

donis miraculoſis antiqvæ Eccleſiæ, Francof. 1680. 12. Dodwellus diſſ. 2. ad Irenæum & Gotfridus Arnoldus in opere edito Germanice de primorum Chriſtianorum vita & moribus libro VII.

V. Verorum miraculorum loco ſubinde ab imperitis habiti vel ab impoſtoribus jactati rariores effectus naturæ & artis, adhibitæ callidæ fraudes, multa etiam conficta prorſus & ementita. Qvod adeo non debet fraudi eſſe Veritati Religionis, verisqve miraculis, ut hæc toto teſtata orbe terrarum, adverſariis etiam & hoſtibus aſſenſum ſæpe extorſerint, falſa inter eos ipſos à qvibus ſunt jactata non invenerint fidem, & neqve modum & rationem neqve finem aut effectum DEO dignum habere reperiantur.

De veneficiis variis & φαρμακείαις veterum earumqve ritibus & damnata ſuperſtitione videndus Cerda & alii viri docti ad Eclogam VIII. Virgilii, & Theocriti Idyllion 2. ſive Pharmacevtriam, Medeam Senecæ & Horatii Epod. V. Lucanum VI. 508. ſq. Apuleji Apologiam, Ovidium XIV. Metamorphoſ. 58. 278. 295. 300. Propertium III. 4. 26. Potterum II. 18. Archæol. p. 340. ſq. & IV. 10. ubi de philtris.

De Judæorum operationibus Magicis & Amuletis Jo. Wulferus in Theriaca Judaica p. 21. 23. 57. ſq. 74. ſq. De ligaturis & phylacteriis Magicis, Elmenhorſtius ad Gennadium de dogmatibus Eccleſiaſticis p. 195. ſq. & Cangii Gloſſar. in φυλακτήριον & φυλακτὸν. Ramireſius cap. 31. pentecontarchi. Videnda etiam qvæ de faſcinatione Plutarchus V. 7. ſympoſ. & Leonhardus Vairius Beneventanus & Jo. Lazarus Gutierius ſcriptis de faſcino, & de amuletis Julius Reicheltus ſingulari diſſ. & Jacobus Wolf in ſcrutinio amuletorum, nec minus Jo. Chriſtianus Fromannus in libro erudito de faſcinatione, Norimb. 1675. 4. De amuletis Baſilidianorum Kircherus tom. 2. Oedipi part. 2. p. 459. ſq. Jo. Macarius de gemmis Baſilidianis, Jo. Chifletius in Abraxa Proteo, Godfr. Wendelinus in Epiſtola ad Chifletium & B. Tho. Ittigius in diſſ. de hæreſiarchis Sæculi II. cap. 2. licet Magica illa fuiſſe omnia haud conſtat. De μασχαλισμῷ ſive more nares obtruncatorum vel manus aut pedis extremitatem de collo ſuſpendendi, Lud. Kuſterus ad Svidam in ἐμασχαλίσθη, & μασχαλισθῆναι.

De Taliſmanibus ſive teleſmatis, στοιχείοις, imaginibus averruncis Aſtrologica & Magica arte compoſitis videndus Joſephus Scaliger in Epiſtolis p. 311. 410. 485. 487. Kircherus tom. 1. Oedipi p. 254. ſq. & tom. 2. parte 1. p. 379. 383. 390. 395. ſq. & parte 2. p. 445. ſeq. 484. ſeq.

Gaffarellus in curioſitatibus inauditis & in notis ad eum Gregorius Michaëlis, nec minus C. Sorellus libro Gallico qvem de Talismanibus adverſus Gaffarellum compoſuit: Chriſtoph. Adamus Rupertus ad Florum p. 77. ſq. ubi etiam de Palladio & p. 79. de aliis pignoribus regnorum fatalibus. Natalis Alex. ætate IV. Vet. Teſt. diſſ. 6. qvo adverſus Marshamum probat ſerpentem æneum, qvem ſtatuit Moyſes neutiqvam telesma ejusmodi Magicum fuiſſe: Johannes Gregorius obſervationibus ſacris cap. 7. & 8. qvi ſerpentem Moyſis ſaltem occaſionem dediſſe Talismanibus conficiendis & excitandis diſputat: Petrus Jurieu Hiſtoria Critica dogmatum Judaicor. Gallice ſcripta pag. 451. ſq. ubi de Teraphim qvorum mentio Geneſ. XXXI. 19. Zachar. X. 2. Reineſius in Variis Lect. p. 637. ſq. Salmaſius ad Vopiſcum tom. 2. p. 456. ſq. Carolus Patinus introduct. ad Hiſtor. numiſmatum cap. 14. Seldenus ſyntagm. 1. de Diis Syris, Hugo Grotius explicatione Decalogi p. 28. ſq. 36. Mottanus le Vayer tom. 2. f. 550. ſq. P. Brunius in hiſtoria rituum ſuperſtitioſorum Gallice vulgata p. 334. ſeq. Auguſtus Buchnerus tom. 2. Orat. 1. de ſtatuis Magicis. Antonius van Dale de divinationibus Idololatricis Judæorum p. 670. ubi diſſerit adverſus Jo. Spencerum: & D. Valent. Erneſtus Lœſcherus Exerc. de Talismanibus, Witeb. 1697. Talismanis ænei adverſus ſerpentes Pariſiis reperti mentio apud Gregorium Turonenſem VIII. 23. Alterius adverſus ſcorpiones meminit Golius p. 127. ad Alfraganum. Contra Crocodilos Paulus Lucas in itinere ſuo tomo 1. p. 52. 62. & Wanslebius in relatione de Ægypto p. 82. 379. Tale fuit *ἄγαλμα τετελεσμένον* qvod Alaricum trajicere in Siciliam prohibuiſſe tradit Olympiodorus apud Photium Cod. 80. p. 106. & p. 109. memorantur ſtatuæ argenteæ *τετελεσμέναι εἰς βαρβάρων ἀποκώλυσιν.* De Apollonii Tyanenſis Magicis telesmatis contra ſerpentes, ſcorpios & culices, Mich. Glycas p. 239. Annal.

De ſigillis magicis conficiendis Cardanus cap. LXXXIX. de rerum varietate, tomo 3. Opp. atqve ut plura ſummatim complectar, de omni genere Magiæ Martinus Delrio in disqviſitionibus Magicis ſæpius recuſis, & Julius Cæſar Bulengerus lib. de licita & vetita Magia tom. 1. Opuſculor. & de Magia Hieroglyphica Ægyptiorum Kircherus tom. 2 Oedipi parte 2. p. 437. ſq. & de Magia Hebræorum, Arabum &c. p. 471. ſq.

VI. De ſancta *juris jurandi* religione, ut de hac etiam nonnihil adjungam, præ cæteris conſulendus Jo. Baptiſta Hanſenius, Harlemenſis, Prof. Toloſanus, in Commentario de jurejurando veterum, qvi Toloſæ pri-

primum 1614. 4. excuſus & deinde tom. V. theſauri Antiqvitatum Græviani inſertus eſt. In eodem tomo p. 869. ſeq. legitur Steph. Trellierii diſſ. de jure jurando. Videndi præterea Alexander ab Alex. II. 10. genialium dierum & ibi Tiraqvellus: Jo. Fileſacus lib. 2. electorum p. 72-118. Jo. Henricus Meibomius in Comment. ad jusjurandum Hippocratis c. 2. ſq. & cap. 22. ubi etiam de perjurii crimine. Jacobus Ebertus in Hiſtoria juramentorum, Francof. ad Viadrum 1588. 8. Chriſtiani Ludovici diſſert. de præcipuis juris jurandi formulis, Hebræis, Græcis & Latinis, Lipſ. 1692. & Johannes Nicolai in diatriba de juramentis Hebræorum, Græcorum, Romanorum, aliorumqve populorum Francof. 1700. 12.

VII. De Hebræorum ſive Judæorum juramentis videatur Codex Talmudicus שבועות tom. 4. edit. Surenhuſ. p. 292. Maimonidis liber Latine redditus à Joh. Frid. Miegio, Theologo Palatino: & Juſto Chriſtophoro Dithmaro, Haſſo, qvi notas etiam addidit Lugd. Batavor. 1706. 4. cum præf. Jacobi Perizonii qva inter alia agitur de more jurandi tacto femore. Jo. Henricus Otto in Lexico Rabbinico-Philologico: Seldenus lib. 2. de Synedriis c. XI. Sam. Petitus cap. 16. Var. Lectionum, tom. IX. Critic. ſacr. & Jacobus Lydius in Syntagmate poſtumo de juramento, qvi libro de re militari veterum Hebræorum ſubjicitur Dordraci 1698. 4. De ritu jurandi, manu *ſub femore* poſita, agunt etiam Daniel Feſſelius lib. 1. Adverſar. ſacr. cap. 4. & interpretes ad Geneſ. XXIV. 2. Non abſurde autem nuper V. C. Hermannus ab Hardt ſingulari diatriba ad hunc locum edita vocabulum ירך non de femore ſed *de carpo dextræ manus* intelligendum eſſe monuit. De jurejurando *per cœlum, per terram, & Hieroſolyma*, & *per caput ſuum* conſulendi Doughtejus in Analectis ad Novum Teſt. Grotius & alii interpretes ad Matth. V. 34. Georgius Elieſer Edzardi V. C. ad Avoda Sara cap. 2. p. 286. ſq. Cotelerius ad Patres Apoſtolicos tomo I. p. 311. De jure jurando per libros ſacros Legis, Gvil. Conradus Vorſtius in bilibra Veritatis p. 229. De juramento *per Anchialum*,* cujus meminit Martialis L. XI. Epigramm. 95. vide ſis Iſaacum Voſſium ad Pomponium Melam. p. 48. Stephanum le Moyne in notis ad Varia ſacra p. 901. ſq. Joh. Seldenum in prolegomenis ad Uxorem Hebraicam, Jo. Croium in ſpecimine Conjecturarum ad qvædam Origenis loca p. 44. & Georg. Sigismundum Greenium in ſingulari diſſ. de hoc juramento edita Witteb. 1697. De Judæorum freqventibus perjuriis,



* חי אלא Grot. ad Matth. V. 34.

juriis, qvæ ipſi inter cauſas præſentis exilii ſui referunt, vide Jo. Andreæ Eiſenmengeri entdecktes Judenthum tom. 2. p. 501. ſq. laudatum Edzardum ad Avoda Sara c. 1. p. 279. ſq. & c. 2. p. 370. & Jo. Jacobum Schudt in Judæo Chriſticida pag. 169. ſq. ubi etiam de ratione qva jusjurandum proponendum ut Judæus eo ſe obligari credat, qvam in ſententiam plura diſputat p. 438. ſq. è Wagenſeilii denunciatione Chriſtiana de conviciis qvibus Judæi Servatorem noſtrum proſcindunt, edita Germanice Altdorf. 1703. fol. De Judæorum formula orationis *col nidre* qva in vigiliis diei expiationis petunt ſe abſolvi ab omnibus votis & juramentis qvorum eos pœniteat: & qvod hoc ipſo licita neutiqvam fiant eorum perjuria, vide Wagenſeilii Bericht vom Gebet *Alenu* p 18. ſq. & ad Sota p. 734. ſq. Jo. Wulferi theriacam Judaicam p. 181. & Stephanum le Moyne notis ad Varia ſacra p. 672.

VIII. De ritu jurandi tactis ſacris, tacta lauro &c. Seldenus p. 41. ad Marmora Ox. De formulis jurandi apud *Græcos*, Svidas in *ναὶ, λίθος, ναὶ, οἶδα*, Jo. Potterus Archæologiæ Græcæ lib. 2. c. 6. Caſp. Gevartius III. 2. elector. Mauſſacus ad Harpocrationem pag. 243. edit. Blancardi: Jo. Meurſius in mantiſſa ad librum de luxu Romanorum c. 13. ubi etiam de jurejurando Deorum per Stygem (de qvo Schol. ad Iliad *τ'*. 127. *ό*. 37.) Ezech. Spanhemius de Veſta ac Prytanibus Græcorum tom. V. theſauri Græviani p. 672. ubi de jurejurando *per Veſtam, ignem, aquam, tellurem, cœlum* & *Solem.* Apud Theocritum IV. 17. *οὐ δᾶν*, Scholiaſtes exponit *μὰ τὴν γῆν.* De fontibus *ὁρκίοις* per qvos jurarunt Tyanenſes & Indi vide D. Godfr. Olearium ad Philoſtratum p. 7. & 103. De certatorum jurejurando in Olympicis ludis ad aram Jovis *ὁρκίου* Harduinus notis ad Themiſtium p. 503. Omitto qvæ de Philoſophorum juramentis ut Pythagoricorum *per tetractyn*, Socratis *per gallum*, Zenonis *per capparim* apud Laërtium & alios leguntur.

IX. De juramento *per vitam, ſalutem, genium, fortunam* Principis conſulendi Jo. Clericus ad Geneſ. XLII. 15. Briſſonius VIII. de formulis p. 707. Seldenus p. 43. ſq ad marmora Oxonienſia, H. Lindenbrogius ad Cenſorini p. 18. ſq. & qvæ viri docti ad Curtium VI. 11. 18. Tertulliani Apologet. c. 28. & 32. & Minutii Felicis illud c. 29. *eſt eis tutius per Jovis genium pejerare quam Principis.* Vegetius II. 5. *jurant per DEum & per Majeſtatem Imperatoris, quæ ſecundum DEum generi humano diligenda eſt & colenda.* Confer Sozomenum VII. 9. & Cangium ad Zonaram p. 28. & ad Cinnamum

mum p. 483. In veteri diplomate qvod edidit V. C. Juſtus Fontanini ad calcem librorum de antiqvitatibus Hortæ Coloniæ: *per S. ſedis Apoſtolicæ & Domini noſtri Alexandri Papæ ſalutem.* In capitularibus tamen Caroli Magni III. 42. *vetitum ne quis juret per vitam Regis & filiorum ejus.* De more jurandi per vota ſua, ſive id qvod maxime qvisqve exoptat, Valeſius ad Sozomeni VII. 19. De jurejurando per omnes Deos & Deas idem Seldenus p. 42. *Jovem lapidem jurare* apud priſcos Romanos fuit jurare per fictile ſimulacrum Jovis, ut notavit Juſtus Rycqvius lib. de Capitolio p. 229. vide etiam D. Georg. Wolfg. Wedelii Exercit. Medico-Philolog. Centur. 2. diſſ. 10. *De jure jurando judicum* Petrus Faber Commentario de Magiſtratibus Rom. atq; Erycius Puteanus Mediol. 1606. 8. & tomo V. theſauri Græviani. Alia de *Romanorum* jurandi formulis videbis ubi lubebit, apud Barnabam Briſſonium operis præclari de formulis libro VIII. Dan. Heinſium ad Lib. 1. Silii Italici. Thomam Dempſterum libro de juramento, Mich. Piccartum Decade qvarta, Obſervatione 2. Maſſieum diſſ. de veterum Græcorum & Rom. juramentis, de qva in Ephemeridibus Pariſ. 1710. Octobr. p. 432. ſq. & Joh. Henelium cap. XV. Otior. Uratislavienſium. De *ſacramento militari* Stewechius ad Vegetium II. 5. p. 97. ſq. & Lipſius de militia Romana lib. I. cap. 6. & lib. V. cap. 15. ubi de eo qvod milites jurarent ſe furto nihil ablaturos eſſe, & ad Taciti II. Annalium p. 88. ſq. ubi de jurejurando *per ſigna militaria.* Morem jurandi Imperatori, gladio cervici admoto, ſub execrationibus diris, tangit Ammianus XXI. 5.

X. E Primis Chriſtianis multi omnino ſibi religioni duxerunt jurare, atqve ab omni jurejurando diligenter abſtinuerunt, qva de re vide Grotium ad Matth. V. 34. & Jacobi V. 12. locisqve ab eo allatis adde hæc in Clementinis à Cotelerio editis p. 603. *μὴ ὀρκίσαι, ἐπεὶ μὴ ἔξεστιν.* Athanaſius doctrina ad Antiochum: *ὅρκον ἢ δικαίως ἢ ἀδίκως ἔκφευγε.* Tomo 3. p. 253. Baſilius in Pſal XIV. & de legendis Græcorum libris p. 96. edit. Grotii, Nilus lib. 1. Epiſt. 3. & lib. 2. Epiſt. 212. Iſidorus Peluſiota lib. 1. Epiſt. 155. Poſidius de vita Auguſtini cap. 25. ubi pro verbis *ne ad modicum quidem*, Benedictini legunt *ne ad menſam quidem.* Photius Epiſt. 1. p. 34. *προπετὴς ὅρκος, πρόχειρος ἐπιορκία. Ἄλλως τε καὶ τὸ ὀμνύειν ὅλως ἤθους οὐκ εὖ βεβηκότος οὐδὲ φρονήματος εὐγενοῦς. Temere jurare facile pejerare eſt. Certe nec mores bene conſtitutos, nec animum generoſum decet jurare.* Addit Photius pudori fore viro gravi & honeſto, ſi injurato fides non habeatur, ut Catoni olim & Xenocrati, de qvo

Menagius pag. 169. ad Laërtium. Auſonius de parente ſuo Julio Auſonio:

*Jurare & falſum dicere par habuit.*

Nicolaus Cabaſilas Oratione contra fœneratores p. 308. *Illi* (Hebræi) *jurare etiam lege jubebantur, quod nunc hypocritarum, & improborum, & hujus farinæ hominum eſt.*

Eſt tamen hoc reprehenſum in Pelagianis, cum & ipſi ſtatuerent nefas eſſe jurare Chriſtiano homini, ut poſtea docuere Waldenſes, Anabaptiſtæ, Mennoniſtæ, Socini ſchola, atqve illi qvos Qvakeros vulgo appellant. Vide Voſſii Hiſt. Pelagianam lib. V. parte 2. p. 512. ſq. & B. Antonii Reiſeri Anti-Barclajum p. 352. ſq. In hoc qvidem conveniunt omnes, non modo abſtinendum ab omni perjurio, ſed etiam non jurandum temere levemqve ob cauſam, adeoqve ab illis abſtinendum, qvantum poteſt fieri ſalvo officio & charitate qvam debemus aliis & qvæ poteſt à nobis reqvirere, ut dicta noſtra jurejurando (qvo omnis controverſia præſcinditur Hebr. VI. 16.) confirmemus, uti facere non dubitavit Apoſtolus Rom. I. 9. IX. 1. & 2. Cor. I. 23. XI. 11. 31. Galat. I. 20. Phil. I. 8. & 1. Theſſal. II. 5. cujus exemplum multi ſunt è Chriſtianis etiam antiqviſſimis ſecuti, ut apud Grotium & Voſſium videre licet & in Bebelii Antiqvitat. Eccleſ. Seculo IV. tom. 2. p. 872. ſq. Sed inprimis conſulendus Lud. Thomaſſini liber de Veritate & mendacio juramentis & perjuriis A. 1690. editus, in qvo de veterum Chriſtianorum ſententia, uſu & formulis juramentorum fuſe diſſeritur. Elias du Pin tom. 18. Bibl. ſcriptorum Eccleſiaſtic. p. 194. ſq. Apud eundem Thomaſſinum, Grotium, Seldenum II. de Synedriis Hebr. cap. 11. p. 298. ſq. & Huetium Alnetan. qvæſt. III. 5. habes plura dicta Judæorum & Ethnicorum juris jurandi uſum coërcentium. Et Phryges à jurejurando abſtinuiſſe notavit Stobæus ſerm. 42. 470. De Banianibus Indis idem legas in Joh. Ovingtoni itinere p. 231. & de Algiretanis in Ottonis Dapperi Africa p. 247. De Slavis, Helmoldus cap. 84. *Jurationes difficillime admittuntur. Nam jurare apud Slavos quaſi pejerare eſt, ob invicem Deorum iram.* Herculem εὐλαβῆ πρὸς ὅρκον ſemel tantum per omnem vitam juraſſe notat Plutarchus in qvæſtionibus Romanis p. 241. edit. Ald. Pythagoras apud Laërtium VIII 22. μηδὲ ὀμνύναι θεοὺς, ἀσκεῖν γὰρ αὑτὸν δεῖν ἀξιόπιστον παρέχειν. Epictetus cap. 44. Enchiridii: ὅρκον παραίτησαι, εἰ μὲν οἷόν τε, εἰς ἅπαν. εἰ δὲ μὴ, ἐκ τῶν ἐνόντων, qvæ à Paraphraſte Chriſtiano omiſſa miror, Chriſtiano

ſtiano calamo certe haud indigna. Nonnullos religione jurisjurandi *εὐλαβείᾳ* τοῦ *ὀμνύειν* tantum dixiſſe *μὰ τὸν*, nomine ejus per qvem jurandum eſſet omiſſa, notavit è Scholiaſte Pindari Menagius ad Laërtium pag. 218. De perjuriorum deteſtatione & pœnis Balthaſar Bonifacius VIII. 18. Hiſt. ludicræ & 20. Freinshemius ad Flori III. 11. 6. Tobias Pfannerus in Theologia Gentili p. 314. ſq. Grotius II. 13. de jure Belli & Pacis, Puſendorfius IV. 2. de jure Nat. & Gentium. De ſtyli Ethniciſmo circa jurandi adverbia *mehercule mecaſtor* &c. Chriſtianis fugiendo, digna lectu Jacobi Thomaſii Exercitatio Lipſ. 1665.

XI. De juramento *per feſtucam*, ſive virgam indicium poteſtatis, Zimmermannus p. 515. ſq. Analect. *per regium ſolium* jurare apud Scythas mos, *τὰς βασιληΐας ἱςίας* Herodot. IV. 68. Avarum morem *jurandi ſtricto gladio* tangit Menander in excerptis p. 106. edit. Heſchelii. De juramento *per panem & ſalem* vide Iſmaëlem Bullialdum in notis ad Ducam pag. 244. Cotelerium ad Patres Apoſtolicos tom. 1. p. 604. & Stephanum Morinum in octo diſſ. p. 111. ſq. De veterum *Germanorum* juramentis Chriſtianorumqve per ſeqviora tempora vide Lindenbrogii, Speelmanni & Cangii gloſſaria. De *Gallorum*, Vertotum, in Ephemeridibus literar. Eruditor. Pariſienſibus 1710. Octobr. p 440. ſq. De juramentis *Anglo Saxonum* Georgium Hickeſium in diſſ. Epiſtolari qvæ extat tom. 1. theſauri ejus ſeptentrionalis fol. 112. ſq. De juramento nobilium *per fidem ſui corporis* agit Tiraqvellus Lib. de nobilitate p. 554. *Per pedes DEI, per guttur DEI, per ſanctos Franciæ*, Barthius notis ad Gvil. Britonem p. 56 ſq. 737. De more imagines ſanctorum extra urbem portandi, & nudipedem flexisqve genibus & cum cereo ardente in manu per illas jurandi, vide Jo. Sebaſt. Mulleri Annales domus Saxonicæ, Germanice editos ad A. 1529. Formula *μὰ τῶν ποδῶν σȣ per veſtigia tua*, in Concilio Chalcedonenſi freqvens. *Per corpus & ſanguinem Chriſti*, Cornelius Epiſcopus Rom. apud Euſebium Hiſt. Eccleſ. VI. 43. p. 245. *Per Crucem* Gretſerus lib. 1. de cruce cap. 71. *Per Apoſtolum Petrum*, Conſtantinus Porphyrogeneta de adminiſtrando Imperio pag. 98. *Tactis ſacris Evangeliis*, Valeſius ad Sozom. VI. 30. & Meurſius ad Palladii Lauſiacam p. 183. ſq. *Tactis ſacris reliquiis*, Cangius p. 402. ad Alexiadem. Alia Lindebrogius p. 1420. ad Codicem Legum antiqvarum. Formulæ jurisjurandi violati, in bello adverſus fœdifragos prælatæ in vexillo exemplum vide apud Cangium in Zonaram pag. 68. De juramentis ſcripto factis Nazianzenus Epiſt. 219. qvam illuſtrat Valeſius ad Sozom. pag. 145. ſeq.

De

De *Muhamedanorum* jurandi formulis per tres ordines Angelorum, per regionem Meccanam, per Solem, Lunam (noctem) & eum qvi creavit maſculum & fœminam, per auroram, noctes decem, conjunctionem & ſeparationem, per cœlum & noctu venientem, per cœlum habens turres, per diem promiſſam, per teſtificantem & teſtificatum, qvæ omnes in Alcorano occurrunt, vide Lud. Maraccium in prodromo refutationis Alcorani p. 46. ſq. De jurejurando Turcici Baſſæ Ibrahimi per Moſen, Pſalmos & Evangelium, & alio Solimanni Imperatoris vide Caroli Andreæ memorabilia Sæculi XVII. tom. 1. p. 62. 63. De Perſarum juramentis Joh. Chardinus in itinere ſuo Gallice edito tom. IV. p. 103. edit. in 12.

XII. Qvomodo differant vota à juramentis vide Seldenum de J. Naturæ & Gentium p. 835. & Grotium II. 13. de jure belli & pacis. Seb. Schmidium in faſciculo diſſ. p. 619. & 627. ſq. Idem p. 628. docet vota diſſvaderi à cordatioribus Judæis, qvod non ſine cauſa ab illis fieri nemo prudens negabit. De Voto Jephtæ & aliis Judæorum religioſis ſponſionibus præcipuè cœlibatus videndi Interpretes ad Librum Judicum XI. 31. Jo. Jacobus Schudt, in libro, qvi recenſetur in Actis Eruditorum A. 1702. p. 30. ſq. Petrus Jurieu in Hiſtoria Critica pag. 376. ſq. Eduardus Pocockius in miſcellaneis ſacris p. 415. ſq. & Sebaſt. Schmidius in faſciculo diſſ. p. 587. ſq. Caſaubonus ad Baronium p. 108. ſq. ubi ſingillatim de voto cœlibatus qvod Mariam virginem feciſſe qvidam parum certa traditione opinantur. Naſiræorum Vota cum Monaſticis contulit ſingulari diſſertatione Rev. D. Theodorus Daſſovius Kil. 1703. Rechabitarum Votum præter interpretes Jerem. cap. 35. ad examen revocarunt Hermannus Witſius diſſ. de Rechabitis, præfixa Moyſi & Aaroni Godwini: & D. Sam. Schelwigius in Exercitatione vulgata Gedani 1689. De voto *Corban* interpretes ad Matth. XV. 5. & Marci VII. 11. & Grotius II. de jure belli & pacis cap. 13. §. 7. Scaliger. trihæreſ. cap. IX. Druſius de tribus ſectis Hebr. II. 17. D. Sebaſt. Schmidius faſcic. diſp. Theolog. p. 584. ſq. & Georg. Elieſer Edzardi ad Avoda Sara cap. 2. p. 293. 295. ſq. Extant & in Talmude ſingulares Codices hoc ad argumentum ſpectantes, ut נדרים *de votis*, tomo 3. Mishnæ Surenhuſianæ p. 104. & נזיר *de Naſiræis*, p. 146. & ערכין *de rerum votarum æſtimationibus*. Pleraqve etiam de votis Hebræorum tum conſecratoriis ſive promiſſoriis tum obligatoriis ſive interdictoriis ſuccincte perſecutus eſt ex *Maimonide* & aliis Hebræorum Magiſtris Joh. Schelwigius diſſ. de votis Hebræorum Witteb. 1697.

De

De votis Græcorum, Romanorumqve variis Alexander ab Alexandro lib. III. dier. genialium cap.22. & ibi Tiraqvellus, Janus Rutgerſius Var. lect. lib. V. cap. 5. Chriſtoph. Schutz diſſertationibus de votis veterum Lipſ. 1665. Jacobus præcipue Philippus Thomaſinus lib. de votis, donariis, anathematis & tabellis votivis: Utini 1639. 4. Patav. 1654. 4. & tomo XII. theſauri Græviani. In qvo p. 963. occurrit etiam manus duplicis votivæ delineatio, cum explicatione Angeli Cauſſei de la Chauſſe ex ejus Muſeo Romano, Rom. 1690. fol. qvod recenſetur in Actis Eruditor. tomo 2. ſupplementi p. 33. Eandem alteram veterem iconem manus Cecropii votivæ illuſtravit laudatus Thomaſinus, cujus explicatio ſubjecta legitur Menſæ Iſiacæ Laur. Pignorii, atqve hinc inſerta tomo X. theſauri Gronoviani p. 657. Geſtus vota facientium fuit ut illa nuncuparent manibus leviter pandatis, ut auctor eſt Qvintilianus XI. 3. & videre licet etiam in numo apud Rubenium Tab. XXXVIII. 5. De votis decennalibus Imperatorum & Cæſarum, qvorum obſervatio non exiguum Chronologis uſum præbet, erudite egit Henricus Noris in auctario ad diſſ. de duobus numis Diocletiani & Licinii, Patav. 1676. fol. De iisdem videre etiam juvabit Antonii Pagi diſſertationem hypaticam & primum Annalium Tomum paſſim, Caroli item du Freſne diſſertationem de inferioris ævi numiſmatibus ad calcem gloſſarii mediæ Latinitatis: Varia votorum genera formulasqve, præcipue apud Romanos, erudite perſeqvitur Briſſonius in opere de formulis lib. 1. p. 95. ſq. Videndus etiam Jac. Gutherius IV. 13. de jure Pontificio tom. 5. theſauri Græv. ubi inter alia diſſerit de *Vere ſacro* ſive voto qvo Diis immolanda vovebantur pecora qvæcunqve illo anno à Calendis Martiis ad Calendas Majas naſcerentur.

XIII. De votis qvæ Sanctis nuncupantur vide Bellarminum III. 9. de cultu Sanctorum, & Clariſſimi Viri Ludov. Antonii Muratorii diſſ. XVIII. ad carmina Paulini pag. 190. ſeq. De votis aliis in Eccleſia Romana, præſertim Monaſticis, ſimplicibus ac ſolennibus, M. Antonium de Dominis lib. 2. de Rep. Eccleſiaſtica cap. 12. & qvæ contra eorundem abuſus B. Lutherus tom. 2. Witeb. Latin. pag. 270. ſq. Fridericus Balduinus, Witeb. 1626. D. Jo. Georgius Dorſcheus in indice Iniqvitatis Moguntinorum Jeſuitarum in materia de votis Monaſticis, Argentor. 1650. 4. adverſus Melchiorem Corneum: D. Sebaſt. Schmidius in faſciculo diſſ p. 605. ſq. Chriſtianus Dreierus in controver-

ſiis cum Pontificiis diſſ. XXV. ſeq. Andreas Rivetus tom. 1. Opp. pag. 1097. ſq. & Henricus Morus in operibus Theologicis p. 496. ſeq. 500. & 554. &c.

De qvarto perſeverantiæ voto, qvod præter triplex illud continentiæ, obedientiæ & paupertatis facere ſolent Benedictini, memorant tum alii tum Dandinus Alteſerra in Aſceticis. Nota qvoqve ſunt, qvæ de Jeſuitarum qvarto voto miſſionis ad infideles, à multis ſunt tradita. Eſt & votum qvartum Carmelitiſſarũ Monialium qvod auctore Berullo ſuſcipiunt, ut ſe totas mancipent S. Mariæ. Vide Rich. Simonis Bibl. Criticam tom. 1. p. 303. ſq. De tribus votis ordinum eqveſtrium religioſorum vide Jo. Chriſtophori Beckmanni notitiam dignitatum illuſtr. pag. 1445. 1488. ſq.

# CAPUT XIII.

## Scriptores de Sacerdotibus, Ordinibusqve ſacris, Monachis, & Beneficiis Eccleſiaſticis.

*Diſtinctio inter Clericos & Laicos.* 1. *Sacerdotes iidem & Reges, & de Pontificatu maximo Chriſtianorum Imperatorum.* 2. *Epiſcopatus Principum circa externa Eccleſiæ, & Pontificum arrogatum jus in Principes.* 3. *De Sacerdotibus Veterum Hebræorum.* 4. 5. *De Sacerdotibus Ægyptiorum, Græcorum, aliarumq́; gentium.* 6. *Sacerdotes fœminæ.* 7. *De Sacerdotibus Romanorum.* 8. 9. *De ſacris Ordinibus Eccleſiæ Chriſtianæ naſcenti propriis.* 10. 11. *De ordinibus communibus cum ſuccedenti ætate.* 12. 13. 14. *De Ordinibus ſacris deinceps demum ſuperinductis.* 15. 16. 17. 18. 19. 20. *De vocatione Miniſtrorum Eccleſiæ.* 21. *Ordinatione ſive Conſecratione.* 22. *De beneficiis Eccleſiaſticis & Parochiis.* 23. *De Monachis eorumq́; Ordinibus & inſtitutis.* 24. 25.

I.

DE diſtinctione Sacerdotalis & Levitici ordinis à Laicis apud Hebræos agit Fortunatus Scacchus III. Myrothec. cap. 1. ſeq. Eandem ab Hebræis accepere Chriſtiani, itaqve jam Apoſtolorum

lorum ætate Clemens Romanus Epiſtola ad Corinthios Laicorum meminit c. 40. *τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ ἴδιαι λειτουργίαι δεδομέναι εἰσί. Καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἴδιος ὁ τόπος προστέτακται, καὶ Λευίταις ἴδιαι διακονίαι ἐπίκεινται, ὁ δὲ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασι δέδεται*, qvi locus addendus iis qvos ex Ignatio aliisqve, profert Svicerus in *λαϊκὸς*, *κληρικὸς* & *κοινολαΐτης*. & Petrus de Marca diſſ. de diſcrimine Clericorum & Laicorum ex jure divino, ad calcem Operis de Concordia Sacerdotii & Imperii. Juſtum vero Henningum Bœhmerum illam diſtinctionem juris eſſe divini negantem (diſſ. 6. & 9. ſq. ad Epiſtolam Plinii de Chriſtianis & loca qvædam Tertulliani) refellunt auctores Memoriarum Trevoltinarum A. 1712. p. 1800. Omitto qvod conſtat apud Ægyptios Sacerdotibus ſolis fas fuiſſe ſacra facere, ut apud Perſas Magis, apud Gallos Druidibus, Bonziis hodie apud Indos. Qvanqvam vero laxa & Myſtica ſignificatione omnes Chriſtiani ſunt ſacerdotes: Confer Caſauboniana p. 112. & interpretes ad Exod XIX. 6. Eſ. LXI. 6. 1. Petr. II. 5. Apocal. I. 6. & V. 10. non tamen inde ſeqvitur nullum eſſe diſcrimen inter illos qvos Spiritus S. peculiariter vocavit ad paſcendam Eccleſiam DEI, Actor. XX. 28. & qvos non vocavit, qvibusqve hunc honorem arrogare ſibi non licet, Hebr. V. 4. Qvamvis etiam Clericorum dignitatem ſuper Laicos nimium extollere non dubitarunt multi in Eccleſia Romana: vide D. Chriſtiani Thomaſii obſervationes ad Lancellotum T. 1. p. 25. Laicorum tamen appellationi per ſe nihil ignominiæ adhærere, uti nec Clericorum nomini arrogantiæ qvicqvam ineſſe oſtendit Stephanus Andreas Mizlerus diſſ. de Clericis & Laicis, Witeberg. 1697. §. 38. Laici in Eccleſia alii fideles erant ſive per baptiſmum jam initiati, alii Catechumeni. Adde Tho. Milles ad Cyrillum Hieroſol. p. 17. *Λαϊκὸς ἱερεὺς* recentioribus ſeculis dictus, qvi non eſt Monachus: uti Hieromonachus, Monachus qvi idem eſt Presbyter. Viciſſim Monachus *ἀνιερός*, qvi non eſt ſacerdos, nec ſacra faciendi ſive Miſſam celebrandi habet poteſtatem.

II. Sacerdotes apud Judæos, eosdem etiam Reges * à Moſe usqve, ejusqve filio Arua ſemper fuiſſe affirmat Trogi Epitomator Juſtinus

 XXXVI.

* Nomen כהן qvod rectorem & præpoſitum ſignificat, Optimatibus & Sacerdotibus eſt commune, de qvo vide ſis Grotium de poteſtate ſummarum poteſtatum circa ſacra c. IX. & ad Exod. III. 2. 2. Sam. VIII. 18. Cæterum Nazianzenus qvi Orat. VI. p. 137. Moyſen non modo ſacerdotem ſed etiam *ἱερέα ἱερέων* *ſacerdotem ſacerdotum* fuiſſe contendit, perinde ut *ἄρχοντα ἀρχόντων* *principum principem*, parum proprie eſt locutus. Et plerumqve verum eſſe comperitur qvod ait Syneſius ñ piſtola 57. *πολιτικὴν ἀρετὴν ἱερωσύνῃ συνάπτειν, τὸ κλώθειν ἐστὶ τὰ ἀσύγκλωστα.*

XXXVI. 2. qvod facile refellitur à Jo. Jacobo Schudt in Hiſtoria Judaica p. 181. ſq. Qvemadmodum B. Glaſſius in Chriſtologia Davidica p. 149. confutat qvæ Enjedinus ad Pſalmum CX. ſcripſit, ut probaret Davidem Regem ſimul qvoqve fuiſſe Sacerdotem. Qvin tamen Imperium & Pontificatus juncta qvandoqve apud Hebræos fuerint, negari neqvit. Confer Jo. Seldenum lib. 1. de ſucceſſione in Pontificatum c. 13. p. 180 ſq. qvi de poteſtate forenſi Pontificis maximi agit etiam libro 2. de Synedriis cap. 10. & per totum illud opus paſſim. Eqvidem de Johanne Maccabæo diſerte Joſephus lib. 1. Antiqvitatt. cap. 2. p. 712. *Τρία γοῦν τὰ κράτιστα μόνος εἶχε, τήν τε ἀρχὴν τοῦ ἔθνους καὶ ἀρχιερωσύνην καὶ προφητείαν.* Sed & apud Gentes conſtat paſſim Reges eosdem ſimul functos ſacerdotio, Sacerdotesqve eosdem ſimul fuiſſe Reges. Confer Syneſium epiſtola 57. p. 198. cap. Petavium in notis p. 36. ubi ſingillatim de Ægyptiis, de qvibus etiam Marshamus p. 538. Canonis Chronici. De Sicyoniis Syncellus p. 97. Conſule etiam Grotium de jure ſummar. poteſtatum circa ſacra cap. IX. Caſaubonum ad Strabonis lib. XIV. p. 233. edition. Morellianæ & ad Svetonii Auguſt cap. 31. Nicolaum Petitpied tractatu Gallice edito de juribus & prærogativis Eccleſiaſticorum in adminiſtratione Juſtitiæ ſæcularis, Pariſ. 1705. 4. (de qvo libro Ephemerides Pariſienſes literariæ illius Anni p. 1093. ſq.) & Ludovicum Borgheſium in Hiſtoria Critica Melchiſedechi Regis & Sacerdotis cap. X. Bellarminum libro V. de Pontifice Romano c. 9. ſed & B. Gerhardum noſtrum Loco Theolog. de Miniſterio Verbi, §. 318. Præcipue apud Romanos hoc ſemper obſervatum fuiſſe videtur, ut iidem ſacris præeſſent & auſpiciis auguriisqve, apud qvos ſumma erat in republica auctoritas: hinc deinceps Imperatores qvoqve Romani iidem Pontifices maximi, qvod dignitatis nomen per longum tempus etiam Chriſtiani Cæſares gerere non recuſarunt. Confer Jo. Andreæ Boſii diſſertationes de Pontificatu maximo Imperatorum Chriſtianorum Jen. 1656. 4. qvæ recuſæ ſunt tom. V. Antiqvitatt. Romanarum à Grævio collectarum. In his contra Johannem Pacidium ſive qvi ſub hoc nomine latebat Jacobum Gothofredum (qvi in Epiſtola ad Rivetum de interdicta Chriſtianorum cum gentilibus communione deqve pontificatu maximo num Chriſtiani Imperatores eum aliqvando geſſerint, negaverat hoc ab illis factum eſſe, uti negant etiam Antonius Pagi ad A. C. 312. §. 15. 19. & 313. 7. ſq & Tillemontius tom. 4. Hiſt. Imperat. p. 580. ſq.) copioſe oſtendit, & argumentis non inficiandis demonſtrat titulum Pontificis maximi utiqve geſſiſſe Impera-

peratores etiam Chriſtianos, qvanqvam ſacra ethnica abominarentur, falſumqve eſſe qvod nonnulli tradunt, in Epiſcopi Romani gratiam hoc ſe nomine abſtinuiſſe Gratianum. Vide ſis etiam qvæ de Pontificatu maximo Imperatorum diſſerit Ezech. Spanhemius in præclaro opere de uſu numiſmatum p. 691. & Antonius van Dale diſſ. 2. ad Antiqvitates ex marmoribus illuſtrandas. Duos Pontifices maximos Imperatores eodem tempore videntur ſvadere numi Commodi ſuperſtite M. Aurelio cuſi, vide tamen qvæ notavit præclarus Tillemontius tom. 3. Hiſt. Imperatorum nota XI. ad vitam Septimii Severi.

III. De eo qvod Conſtantinus M. apud Euſebium in ejus vita lib. IV. cap. 24. affirmavit ſe in externis * rebus Eccleſiæ Epiſcopum eſſe, conſulenda præter Jo. Morini Eccleſiam per Conſtantinum M. liberatam, ſcripta contraria Nicolai Vedelii, poſt Utenbogardum jura Principum aſſerentis, & Jacobi Revii de Epiſcopatu Conſtantini M. Amſt. 1642. 12. B. Gerhardus loco Theol. de Magiſtratu §. 177. Qvo ſenſu Leo I. Papa Imperatori & Regibus etiam ſacerdotalem palmam tribuat, diſqvirit Paſchaſius Qveſnellius in notis ad Leonem M. p. 190. ſq. edit. in 4. Prætereo qvod Græci Imperatores in multis Eccleſiaſticam ſibi arrogarunt poteſtatem, de qvo vide ſis notas ad Joannem Curopalatam, ſub init. & qvod Rex Francorum Johanni Gerſoni dicitur *Rex Sacerdotalis* ſeu *Pontificalis*, qvod ſacerdotum inſtar ſacro inunctus ſit oleo, unde longo poſt ſe intervallo cæteros Chriſtiani Orbis Reges omnes relinqvere ſcribit, Gallus ipſe, Johannes Fileſacius lib. 2. electorum p. 254. Et qvod Carolum V. Imperatorem Pontificis maximi Romani dignitatem ambiiſſe. Vide Bælii Lexicon tom. 1. p. 897. nota Y & Maximiliani I. feruntur literæ ad Lichtenſteinium, qvibus in locum Julii II. Papæ Pontifex Max. creari ſerio deſideravit, aliæqve ad filiam ſuam ** Margaritam Auſtriacam, datæ 18. Sept. 1511. qvibus optat fieri Coadjutor Pontificis adhuc ſuperſtitis. Confer W. Chriſt. Kriegsmanni diſſert. de attrito per Papas imperio &



* Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν τῶν εἴσω τῆς Ἐκκλησίας, ἐγὼ δὲ τῶν ἐκτὸς ὑπὸ θεοῦ καθεστάμενος Ἐπίσκοπος ἂν εἴην. Allatius p. 230. ſq. de Conſenſu utriusqve Eccleſiæ verba τῶν ἐκτὸς intelligit de rebus Civilibus, Petrus de Marca II. 10. de Concordia ſacerdotii & Imperii pag. 91. de Gentilibus adhuc extra Eccleſiam conſtitutis. Utriqve contra Conſtantini mentem & Euſebii, qvi eodem loco capitibus præcedentibus & proxime ſeqventibus leges ac conſtitutiones Imperatoris Eccleſiaſticas diſerte memorat, qvalibus referti etiam omnes Annales, plena omnia monumenta.

** Jo. Maſſon Hiſt. Critiqve de la Rep. des lettres T. 4. p. 327. ſq.

Pontificatu per Cæſares capeſſendo, & Sam. Stryckii diſſ. qvod qvilibet Princeps in territorio ſuo ſit Papa. Rariora exempla ſunt qvod Uladislaus Poloniæ Rex, Doctoris ſimul & Paſtoris munere functus, Jacobus Niſibenſis Epiſcopus idemqve ſtrategus ac πολιοῦχος, Georgius Princeps Anhaltinus idem ordinatus Paſtor & editis qvoqve homiliis ſacris clarus. Qvæ vero Magiſtratus politici etiam circa ſacra, circa vocationem, depoſitionem & punitionem Clericorum, (uti Salomon Rex exauctoravit Abjatharem Pontificem maximum 1. Reg. II. 26. Antiochus Epiphanes Jaſonem 2. Maccab. IV. 33.) atqve adeo in Eccleſiaſticis univerſe qvod externa & adiaphora ſpectat, ſit autoritas, ex ſententia veterum Chriſtianorum diſputavit Marcus Antonius de Dominis VI. 5. ſeq. de Rep. Eccleſ. & Grotius in libro de jure ſummarum poteſtatum circa ſacra. Cui in Germania Francof. 1690. 4. recuſo ſubjectus eſt Davidis Blondelli libellus de jure plebis in regimine Eccleſiaſtico, & alterius neſcio cujus opuſculum de officio Magiſtratus Chriſtiani. Videndus etiam Gilbertus Burnetus in Hiſtoria juris Principum circa beneficia Eccleſiaſtica, Anglice edita Lond. 1682. 8. Fridericus Spanhemius tom. 2. Opp. p. 1240. ſq. Et qvæ de Imperatorum Rom. Monarchia atqve circa res Eccleſiaſticas juribus collegit χαλκέντερος Goldaſtus, opponenda tantiſper Eugenii Lombardi Regali Pontificis Sacerdotio A. 1684. 4. atqve Jo. Thomæ Rocaberti * Bibliothecæ maximæ Pontificiæ, XXI. tomis in fol. editæ Rom. 1699. donec alius vir eruditus jura Principum collectione ampliore ſelectorum in hoc genere ſcriptorum aſſeruerit. In qvibus locus etiam debetur Archi-Epiſcopo Pariſ. Petro de Marca in præclaro opere de concordia Sacerdotii & Imperii edito Pariſ. 1663. & cum Obſervationibus Eccleſiaſticis D. Juſti Henningi Bœhmeri JCti Hallenſis Lipſ. 1708. fol. licet is præcipue de juribus Regum Galliæ circa ſacra eſt ſollicitus, qvemadmodum & Carolus Molinæus in Monarchia Francorum p. 101 ſq. & Matthæus Larroqvanus libro poſtumo Gallice edito de Regaliæ jure, Roterdam. 1685. 12. De Pontificis Romani arrogata auctoritate & poteſtate in Principes ** ejusqve origine videndi Samuel Pufendorfius introductione in Hiſtoriam tom. 1. cap. ult. & in libro de habitu religionis ad vitam civilem: Franciſcus Hottomannus in

* Vide Acta Eruditor. A. 1708. p. 385.

** Apud Meroënſes veterem Æthiopum populum ſumma poteſtas teſte Strabone XVII. p. 822. fuit penes Sacerdotes, tantaqve auctoritas ut nonnunqvam miſſo nuntio mortem Regi imperarent, & ei allum ſufficerent. Poſtmodo Rex qvidam conſvetudinem hanc abolevit &c.

in libro cui titulus Brutum fulmen Papæ Sixti V. adverſus Henricum Navarræ Regem, p. 87. ſq. 94. ſq. 96. ſq. &c. Daniel Chamierius tom. 2. Panſtratiæ lib XV. & lib. XVI. c. 20. ſq. Theodoſius Gibellinus ſive qvi ſub illo nomine latet Matthæus Gœbelius, Conſul Budiſſinus in libro Germanice edito cui titulus: Cæſareopapia Romana, Gvil. Barclajus de Poteſtate Papæ in Principes Chriſtianos, Laurentius Banck de Tyrannide Papæ in Reges & Principes Chriſtianos, Franeker. 1649. 4. Marcus Antonius de Dominis de Rep. Eccleſ. lib. 6. cap. 8. & 3 & 10. & 11. Elias du Pin diſſ. VII. de diſciplina Eccleſ. Natalis Alex. in Hiſtoria Eccleſ. tum alibi paſſim, tum tom. 8. edit. in fol. p. 443. ubi contra Franciſci d'Enghien Auctoritatem ſedis Apoſtolicæ in Reges diſputat. Jo. Chriſtoph. Becmannus notitia dignitatum illuſtr. p. 15. ſq. Chriſtianus Dreierus diſſ. XV. & XVI. controverſ. cum Pontificiis, Hermannus Conringius & Jo. Hoornbeckius in examine bullæ Innocentii X. contra pacem Oſnabrugenſem, & nuper Joh. Petrus Ludovicus JCtus Hallenſis in tractatu ſine nomine edito * qvi inſcribitur Päbſtlicher Unfug wider die Crone Preuſſen/ welchen Clemens der XI. in einem den 16. April. A. 1701. ausgeſtreueten irrigen Brevi zur Verkleinerung aller gekröhnten Häupter begangen. Coloniæ Brandenburgicæ 1703. 4. Videndus etiam liber editus Leodii 1645. forma minore, cui titulus *Jus Belgarum circa Bullarum Pontificiarum receptionem*, de qvo Rich. Simon T. 1. Bibl. ſelectæ p. 290. ſq.

IV. De Sacerdotibus & ſacro ordine apud Hebræos diligenter præ cæteris agit *Joh. Lightfootus* tom. 1. operum, in libro de miniſterio templi: *Jo. Saubertus* in operibus poſtumis: *Jo. Lundius* in opere Germanicè edito de rebus ſacris Judæorum: *Joh. Andreas Quenſtadius* antiqvitatt. biblicar. cap. 1. & *Jonas Krumbholtz*, Paſtor Noſocomii Dresdenſis, in ſacerdotio Hebraico, Dresdæ 1707. 8. Ante Legem Moſaicam Sacerdotes paſſim fuere patres familias & filii primogeniti, poſt Legem hoc ad poſteros Aaronis & tribum Leviticam reſtrictum fuit, qvemadmodum etiam apud gentes qvasdam Sacerdotium hæreditarium fuiſſe obſervat H. Dodwellus de jure Laicorum circa ſacra p. 219. ſq. & Ezechiel Spanhemius p. 567. ſq. ad Callimachum, qvibus adde qvod Ἀρχιερέως dignitas apud Ægyptios hereditaria erat, ut docet Herodotus lib. 2. cap. 37. & apud Rhodios ſacerdotium teſte Diodoro Siculo V. p. 227. d. Fuit & apud Hebræos Princeps reliqvorum *ſummus Sacerdos*, qvi in Pentateu-

* Hic auctior etiam Latine lucem vidit, ſub titulo; *Næniæ Pontificis* &c.

tateucho fere ſimpliciter Sacerdos dicitur, de qvo poſt alios videnda D. Theodori Daſſovii diſſertatio Kilon. 1703. 4. qvæ inſcribitur Diſſidium Pontificis Romani & Hebræi. Poſt Pontificem Maximum apud Hebræos erant reliqvi *Sacerdotes*, tum *Levitæ* ſtricte dicti, qvos tres ordines invicem diſtinguit Clemens I. Epiſt. ad Corinthios §. 40. atqve non abſurdum videtur viris doctis, * anſam eos dediſſe diſtinguendis in Chriſtiana Eccleſia ordinibus Epiſcoporum, Presbyterorum & Diaconorum. Apud Judæos hinc *Nathinæi* atqve *Scribæ*, qvos à *Legisperitis* non differre, contra Jo. Cameronem probat Jo. Vorſtius lib. 1. de Hebraiſmis N. T. p. 84. Vide etiam qvæ de ſcribis Judæorum obſervant Daniel Feſſelius libro & capite primo adverſariorum ſacrorum, Caſpar Barthius lib. 50. adverſar. cap. 1. Præcipuum Pontificis Maximi miniſtrum fuiſſe סגן, præter alios notat Beveregius ad Synodicum M. p. 196. Confer alios laudatos Clariſſ. Zellero p. 318 ſq de Vacca rufa, qvod vero hic *Sagan* ſive ϛρατηγὸς ꙋ ἱερꙋ perpetuus fuerit ejusdem ſummi Sacerdotis vicarius, ſingulari diſſertatione negavit Johannes Nicolai A. 1699. 4. Sagani ſuberant Catholici de qvibus dixi infra c. 14. §. 5. Ex Diaconis ſive Levitis duo erant *collectores ciſtæ*, qvorum erat veſperis ſabbati pecuniam pro pauperibus colligere: alii tres *collectores catini*, qvi cibos qvotidie colligebant & inter pauperes diſtribuebant, Vide Clariſſ. Rhenferdium de decem Otioſis Synagogæ p. 147.

V. De Judæorum *Patriarchis* & *Primatibus* agit Petavius p. 55. ad Epiphan. Jac. Gothofredus ad codicem Theodoſianum p. 213. tom. VI. Grotius cap. 10. de imperio ſummar. poteſtatum circa ſacra p. 272. Becmannus XVII. 2. 15. dignitatt. illuſtr. Sam. Petitus lib. 2. c. 10. Var. lect. & lib. 3. c. 3. Var. Obſ. De *Presbyteris* urbium *politicis*, à Sacerdotibus & magni Synedrii ſenatoribus diſtinctis vide Seldenum lib. 1. de Synedriis cap. XVII. Grotium ad Matth. XXVI. 47. & Luc. XIX. ult. *Synedrio magno* Pontifex Maximus non ſemper præerat, ut oſtendit Seldenus cap. XI. de anno civili Judæorum. Sed de magno illo Concilio videbis ubi lubebit ſcriptores plures infra c. XIV. §. 2. à me laudatos. Jam adverſus eundem Seldenum notare juvat Pontifices Maximos à Romanis non fuiſſe exutos Poteſtate juris dicundi in rebus civilibus (niſi forte in capitalibus delictis) ut ex Joſephi XX. 8. & aliis locis demonſtrat Humfredus Hody in libro Anglice A. 1693. 4. edito de cauſa ſedium vacantium poſt injuſtam & non canonicam depoſitionem p. 35. ubi & de eo qvod

* Bevereg. lib. 2. cap. 11. Codicis Canonum Vindicati.

qvod *ἀρχιερέων* nomen pluribus commune fuerit præter Pontificem Max. & expontifices pontificesqve exauctoratos. De *Archi-Synagogis*, Capitibus Academiæ & Doctoribus non Sacerdotibus, Grotius ad Matth. IX. 18. & in florum ſparſione ad Jus Juſtinianeum p. 339. ubi eosdem facit *Archipherecitas* memoratos in Novella Juſtinianea CXLII. Vide etiam Sam. Petitum lib. 2. c. 20. Var. Lectionum. Franciſcum Burmannum Parte II. Exercitationum, Jo. Morinum Exerc. Bibl. p. 258. ſq. Campegii Vitringæ Archi-Synagogum, Franeqveræ 1685. 4. & Jac. Rhenferdium libro de *decem otioſis Synagogæ* ſive de decem hominibus ingenuis puberibusqve, qvi debebant in Synagoga præſto eſſe ut qvolibet tempore advenientes invenirent juſtum cœtum, ad legitime orandum DEum, ibid. A. 1686. 4. De *Azanitis* (חזנים) ſive miniſtris Synagogæ, qvi lectorum, cantorum & ædituorum vice fungebantur, Petavius p. 58. ad Epiphan. De *quindecim præfectis ſanctuarii* vide Miſnam Schekalim tomo 2. edit. Surenhuſii p. 191. ſeq. De *tribus quæſtoribus* ſ. *theſaurariis templi*, totidemqve *Emarcalim* ſ. *Camerariis*, & *duobus præfectis* id. pag. 192. ſq. Ad *Didaſcalum* & *Majores Judæorum* Lex Honorii & Theodoſii tom. 6. Cod. Theodoſ. p. 248. De XXIV. *Ephemeriis Sacerdotum* ſ. vicibus hebdomariis per qvas ſingulæ ſacerdotum familiæ officio ſuo fungebantur, qvorumqve principes videntur dicti *ἀρχιερεῖς* perinde ut illi ſacerdotes qvi ſimul erant aſſeſſores magni Synedrii, conſule præter interpretes ad 2. Chron. XXXI. 16. Nehem. XIII. 30. & Luc. I. v. 5. Conſtantinum l'Empereur ad Bertramum de Rep. Hebræorum cap. XVIII. Joſephi Scaligeri notas ad fragmenta ſelecta veterum Græcorum ſubjecta libris de emendatione temporum pag. 54. ſq. Lud. Cappelli opera poſthuma p. 654. Abrahami Sculteti exercitt. Evangelic. lib. 1. cap. 7. & D. Jo. Henr. Maji diſſertationem de hoc argumento, aliamqve Pauli Slevogti Jen. 1649. editam, nec inter cæteras Slevogti diſſertationes Jen. 1656. 4. junctim vulgatas obviam. *Pontificum maximorum ſucceſſionem* præter Voiſinium ad Raymundum Martini, aliosqve qvamplurimos, diligenter tradit Waltonus in Apparatu ad Scripturam S. & Carolus Sigonius lib. V. de Republ. Hebræor. c. 2. Ante Aaronem nullum fuiſſe Pontificem Max. probat Chamierus tomo 2. Panſtratiæ lib. IX. cap. 9. Neqve in Haſmonæis ſive Maccabæis veram Pontificum ſucceſſionem interpellatam, Seldenus de ſucceſſione in Pontificat. p. 226. & l' Empereur ad Bertrami c. 13. de Rep. Hebr. Neqve duos ſimul aut annuos Pontifices fuiſſe Rich. Montacutius Apparat. ad Origg. Eccleſiaſt. p. 222. 235. ſq. Talmudiſtarum inſcitiam circa numerum & ſucceſſionem Pontificum maximo-

rum perſtringit Joh. Morinus Exerc. Bibl. p. 286. Samaritani in Epiſtola ad Joſephum Scaligerum affirmant ab Aarone usqve ad ſuam ætatem numerare ſe ſummos ſacerdotes CXXII.

VI. De Sacerdotibus apud gentes varias, qvorum alii annui, alii fuerunt perpetui ſive διὰ βίου, (vide Valeſium p. 193. ad Euſeb.) eorumqve generibus nonnulla collegerunt Alexander ab Alexandro lib. 2. genialium dierum cap. 8. p. 318. ſq. & Joh. Saubertus lib. de ſacrificiis cap. 6. & 7. ubi ſingillatim de Sacerdotibus veterum Germanorum, Gallorumqve. Præclara etiam de ordinibus Sacerdotalibus apud varias gentes annotavit Huetius lib. II. Alnetanarum qvæſtionum c. 20. §. 6. uti de Græcorum Sacerdotibus Potterus II. 3. Archæol. tom ult. theſauri Gronov. Idem argumentum ſed admodum leviter attigit Franciſcus Rous Archæol Attic. II. 8. ubi etiam de Myſtagogis ſive Hierophantis ex Meurſii lib. de ſacris Eleuſin. cap. 13. Multi ut Sacerdotes Cereris perpetuo cœlibatum ſervabant. Vide notas ad Lucian. tom 1. p 93. edit. Amſt. alii ut Megabyzi ſive Sacerdotes Dianæ Epheſiæ teſte Strabone galli erant ſive ſpadones, ut Sacerdotes Deæ Syriæ qvoqve, de qvibus idem Lucianus. De Pontificibus Græcorum Aſiarchis (Act. XIX. 31.) neocoris, id. XIX. 31.) Sacerdotibus Stephanophoris, aliisqve uti etiam de Fratrıis ſacrorum, orgeonibus, thiaſotis & archithiaſotis, fuſe diſſerit Antonius van Dale in Diſſertationibus ad antiqvitates è marmoribus antiqvis illuſtrandas Amſt. 1702. 4. editis. Idem diſſ. V. agit etiam de Prytanibus, qvod genus Sacerdotii magiſtratui politico fere annexum erat, de qvo exſtat etiam eruditus Ezech. Spanhemii liber de Veſta & prytanibus Græcorum tom. V. Antiqvitatt. Græc. De Paſtophoris illuſtris Cuperus in Harpocrate pag. 131. De Melanophoris Steph. le Moyne Epiſtola ſingulari ad Cuperum, eidem Harpocrati adjecta. De Sacerdotibus Ægyptiorum Clemens VI. Strom p. 633. ſq. Jac. Gothofredus ad vet. expoſitionem Mundi p. 25. Joh. Marshamus in Canone Chronico, H. Witſius in Ægyptiacis & Joh. Nicolai libro de Synedrio Ægyptiorum.

VII. De ἀρχιερείαις & Sacerdotibus fœminis variarum Dearum apud Græcos Romanosqve conſules Clariſſ. Montfauconum in Palæographia Græca p. 160. & Caroli Patini commentarium ad vetus monumentum Marcellinæ, ubi & de tribus ordinibus Antiſtitum fœminarum (ut apud Romanos Veſtalium) μελλιεραῖς, ἱεραῖς, & παριεραῖς è Plutarcho

cho p. 795. an ſeni gerenda Reſp. præter qvas erant etiam ἱερατεύουσαι Sacerdotibus fœminis miniſtrantes, & ἀρήτειραι qvæ preces fundebant. Sacerdotis maximæ matris DEum Magnæ Idææ & Sacerdotis maximæ Veſtalis icon apud Sponium p. 150. Miſc. De flaminicis, mulieribusq; ſacra curantibus atqve in his de virginibus Veſtalibus plura Saubertus lib. de ſacrificiis cap. VIII. & Juſtus Lipſius libro de Veſta & Veſtalibus, qvi & ſeparatim, atqve inter opera Lipſii ſæpius recuſus, in qvinto etiam theſauri Græviani tomo legitur. Præter virgines Veſtales qvinqve, ſextamqve Veſtalem maximam, de qvibus Onufrius etiam tom. 1. Græv. p. 227. 257. ſq. fuerunt Romæ è fœminis Sacerdos Cereris, & qvindecim flaminicæ Diales, totidem virgines ſaliares, & Sacerdotes bonæ Deæ, aliorumqve flaminicæ Deorum. Flaminum qvoqve uxores flaminicas dictas idem Onufrius obſervat p. 219. Apud Perſas ἱέρειαι Ἀρτέμιδος Ἀναΐτιδος in Ecbatanis. Plutarch. Artaxerxe p. 1025. Apud Argivos Phalides ab Adamanta, Sacerdote Euryſthei filia. Syncell. p. 172. Sed apud Ægyptios teſte Herodoto II. 35. uti Hebræos qvoqve & Chriſtianos fœminæ Sacerdotes nullæ. Cantricum mentio Nehem. VII. 67. ſed docere in Eccleſia prohibitum fœminis 1. Cor. XIV. 34. Ambroſius in Pſal. 1. *Mulieres Apoſtolus in Eccleſia tacere jubet, Pſalmum etiam bene clamant, Hic omni dulcis ætati, hic utrique aptus eſt ſexui.*

VIII. De Sacerdotibus veterum Romanorum poſt Fabii Pictoris, M. Varronis aliorumqve ſcripta deperdita, conſuli poſſunt libelli Pomponii Læti, Raphaëlis Volaterrani & Henrici Bebelii freqventiſſime excuſi, tum ſeorſim tum in Petri Scriverii republica Romana & ad calcem compendii antiqvitatum Romanarum concinnati à Philippo Caroli. Libellus de Sacerdotiis Romanorum qvi ſub Lucii Feneſtellæ antiqvisſimi ſcriptoris nomine prodiit, autorem habet recentem ſcriptorem Andream Dominicum Floccum, ut eruditorum conſenſu hodie conſtat. Præ cæteris autem diligenter in hoc argumento de Sacerdotiis Romanorum verſatus eſt Onuphrius Panvinius in prioribus 145. capitibus operis luculenti de civitate Romana tom. 1. Græv. qvi Pontifices Maximos, qvorum memoria extat ordine Chronologico recenſuit lib. V. Faſtorum: Gvielmus Choulius in tractatu brevi de Sacerdotiis, libro de religione Romanorum annexo. Paulus Merula in tractatu brevi de Sacerdotibus Romanorum, qvi cum aliis ejusdem ſcriptis poſthumis lucem aſpexit Lugd. Bat 1684. 4. Jacobus Gutherius, vir præſtantiſſimus (licet ab H. Noriſio in Cenotaphiis Piſanis & à Grævio præf. ad tom. 5. theſauri

ſubinde caſtigatus) in libris qvatuor de veteri jure pontificio, Pariſiis 1612. 4. & in tomo V. antiqvitatt. Romanar. Grævii. Prætereo qvæ de Sacerdotiis Romanorum habet Freinshemius ad Flori lib. 1. cap. 2. ubi octo ordines à Numa inſtitutos perſeqvitur, tum Roſinus l. 3 & ad eum Demſterus, Wolfg. Lazius lib. 3. de republ. Romana, Struvius cap. 12. aliiqve qvi corpora atqve ſyſtemata antiqvitatum Romanarum compoſuerunt.

IX. Locus inſignis Feſti non eſt prætereundus: *Ordo Sacerdotum æſtimatur Deorum majeſtate, ut maximus quisque. Maximus videtur* * *Rex, deinde Dialis, poſt hunc Martialis, quarto loco Quirinalis, quinto Pontifex Maximus. Itaque in conviviis ſolus Rex ſupra omnes accubat, ſed Dialis ſupra Martialem & Quirinalem: Martialis ſupra proximum, omnes dein ſupra Pontificem. Rex quia potentiſſimus: Dialis quia univerſi mundi Sacerdos qui appellatur Dius: Martialis, quod Mars conditoris urbis parens. Quirinalis, ſocio Imperii Romani Curibus adſcito Quirino. Pontifex maximus, quod judex atque arbiter habetur rerum divinarum humanarumque.* De Rege ſacrorum, cujus uxor Regina ſacrorum appellabatur, videndus Alexander ab Alex. III. 27. Onufrius de Civ. Romana tomo 1. Græv. p. 243. 258. & Gutherius lib 1. de jure Pontificio cap. 31. tom. V. Græv. qvi etiam de Pontificum collegio & officiis ac Pontifice Maximo diligentiſſime diſſerit lib 1. & 2. & provocationem ab hoc ad populum fuiſſe obſervat lib. 2. c. 10. ſeq. De collegio Fratrum arvalium aliisqve ſacris ſodalitatibus Pontificum augurumqve agit Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 26. & ibi Tiraqvellus: tum Gisbertus Cuperus lib. 4. Obſ. c. 13. ubi contra Gutherium obſervat qvatuor ſumma Sacerdotum collegia Romæ fuiſſe; Pontificum, Augurum, Qvindecimvirum & Septemvirum Epulonum, non vero Aruſpicum ut viro doctiſſimo viſum fuerat. Pontifices maximos veteris Romæ recenſet Onufrius libro V. faſtor. Romanorum p. 94. 330. ſq. De Pontificibus idem Alexander lib. 2. c. 8. & diligentius Joh. Andreas Boſius Prof Jenenſis in diſſert. de Pontifice maximo ** Romæ veteris, & Pontificatu maximo Imperatorum Romanorum adverſus Jacobum Pacidium ſ. Gothofredum Jen. 1656. 4 & in eodem tomo V. theſauri Græviani. De Pontificibus majoribus (qvorum caput Pontifex maximus) &

* Tamen Regis ſacrificuli ſacrificium Pontifici ſubjectum diſerte teſtatur Livius II. 2. *ne additus nomini honos aliquid libertati, cujus tunc prima erat cura, officeret.*

** Sic dicti etiam maximi & maximæ Sacerdotes, curiones maximi, maximi augures &c. Vide illuſtrem Cuperum ad Lactantium de mortibus perſecutor. p. 211.

& de minoribus, (antea dictis ſcribis Pontificum) H Noris Cenotaph. Piſan. diſſ 1 c. 5. De Auguſtalibus flaminibus, ſodalibusqve idem c. 6. Vide & diſſ. 2. c. 5. & 7. ubi de Pontificum veſtibus, ætate &c. De duumviris, decemviris, qvindecimviris ſacris faciundis, à qvibus Sibyllina qvum opus eſſet conſulebantur, præter eundem Alexandrum lib. 3. c. 16. atqve eos qvi de Sibyllinis carminibus ſcripſerunt, videndus Petrus Taffinus cap. 5. de anno ſeculari Romanorum, tom. VIII. theſauri Græviani pag. 494. ſq. De ſeptemviris Epulorum Chriſtophorus Cellarius ad Plinii Epiſtolas pag. 86. De gallis Sacerdotibus Cybeles & Archigallo, Rigaltius ad Commodianum Inſtruct. XVII. 3. De Saliis Tobias Guthberlethus libro ſingulari Franeqv. 1704 8. & Jo. Dan. Ramus in diſſ. de Ancilibus Romanorum Hafniæ 1706. 4. Singulis templis Diisqve ſinguli flamines qvi ſacra facerent, ſed plures ſodales. De Sodalibus, flamine & ſaliis ad cultum principum ἀποθεωθέντων conſtitutis vide Dodwelli prælect. Cambden. pag. 160. ſq. De miniſtris ſacrorum populi Rom. Onufrius in civitate Romana tom. 1. Græv. p. 251. 259. & Gutherius de jure Pontificio II. 13. ſq. tom. V. Græv. De æditu is Alexander etiam ab Alexandro lib. 5. c. 17. De Tibicinibus eorumqve collegio præter Dempſterum ad Roſinum Caſp. Bartholinus libris 3 de tibiis veterum. Neqve vero mirum tot & tam diverſos ordines ſacris rite colendis apud Romanos conſtitutos fuiſſe, qvoniam diligentiſſime illa obſervari ſummi eſſe momenti ſemper exiſtimarunt, ita ut ſi minutiſſima etiam aliqvis neglexiſſet, ſtatim tota actio eſſet vitioſa, ſummi magiſtratus exauctorarentur, triumphus negaretur, qvod nimirum perſvaſum eſſet Romanis magis ad Reip ſalutem facere ſi Magiſtratus ac viri principes divina ſuſpicerent ac religentes eſſent qvam ſi profligarent hoſtes, ut notat Plutarchus Marcello f. 300. cui jungendus Valerius Max. lib. 1. ubi & de relig. auſpiciis.

X. Sacri ordines *Eccleſiaſtici* vel naſcenti Eccleſiæ peculiares ſunt, vel cum ſuccedentibus temporibus communes, vel poſtea demum ſuperinducti. Naſcenti Eccleſiæ peculiares ſunt *Apoſtoli* proprie ſic dicti & *Evangeliſtæ*, qvanqvam Apoſtoli nomen non tantum Chriſto ipſi Ebr. III. 1. & Johanni Baptiſtæ apud Tertull. imponitur, ſed & LXX. diſcipulis Domini, & diſcipulis Apoſtolorum, & iis qvi diu poſt Apoſtolos in Eccleſia docuerunt & Evangelium propagarunt. Vide Valeſium ad Euſeb p. 21. ſq. & p. 41 ſq. M. Antonium de Dominis lib. 2. de Rep. Eccleſ. c. 2. §. 44. Blondellum de Epiſcopis p. 50. 85. & 113. Petavium

dogm. Theol. de Hierarchia Eccleſ. Maturinum Veſſ. la Croſe, in dialogis Gallice editis p. 141. ſq. & D. Joachimum Hildebrandum libro de Hierarchia Eccleſiaſtica &c. Qvemadmodum Conſtantinum M. inter Principes Apoſtolum ἐν βασιλεῦσι Ἀπόστολον dictum obſervat Grotius p. 21. de jure ſummarum poteſtatum circa ſacra. De Apoſtolis eorumqve miniſterio & auctoritate vide Franciſcum Burmannum de miniſtris N. T. extraordinariis diſſert. 2. usqve ad undecimam: Caſaubonus ad Baronium p. 277. ſq. Petavius lib. 1. cap. 5. de Hierarchia Eccleſ. Tho. Bilſonus de perpetua Eccleſiæ Chriſti gubernatione, Frid Spanhemius in qvaternario diſſertationum hiſtorici argumenti, tomo ſecundo operum recuſo, pag. 289. ſq. diſſert. de Apoſtolis & Apoſtolatu. Eorum epiſcopatum fuiſſe oecumenicum ſ. nulli certo loco alligatum oſtendit Walo Meſſalinus ſ. Claudius Salmaſius in libro de Epiſcopis & Presbyteris p. 198. ſq. Epiſcopos qvoslibet orthodoxos dictos fuiſſe Apoſtolos & Apoſtolicos & Eccleſias Apoſtolicas non tantum Romanam oſtendit Blondellus loco laudato & B. Dorſchæus part II. Vindic. in Exodum p. 125. agnoſcunt etiam Baluzius ad Vincentium Lerinenſem p. 368. & Paſchaſius Qvesnellus in notis ad Leonem M. p. 867. & 871. Neqve prætereundum qvod non modo Johannes Baptiſta, Prophetæ & doctores Apoſtolorum nomine veniunt, vide Sirmondum ad Ennodium p. 76. Sed etiam ἡ Ἀπόστολος ſive Apoſtola in fœminino dicitur S. Thecla, apud Joh. Erneſt. Grabium tom. 1. ſpicilegii p. 331. & ſimiliter aliæ mulieres ſanctæ apud Frontonem Ducæum in notis ad Chryſoſtomum tom. 1. p. 90. De Apoſtolorum proprie dictorum prærogativa, vocatione, miniſterio & donis ſingularibus agunt etiam Henr. Dodwellus in diſſ. 1. ad Irenæum, & Gvil. Caveus in introductione ad vitas Apoſtolorum. Utut vero haud plane certum eſt qvod à Judæis nomen Apoſtolorum mutuati ſint Chriſtiani, cum apud Græcos vetuſtiſſimos qvoqve paſſim Apoſtoli nomen pro miniſtro vel legato occurrat, ut apud Herodotum lib. 1. cap. 21. vide tamen qvæ de Apoſtolis Judæorum Baronius ad A. C. 32. Caſaubonus ad Baron. p. 274. ſq. Grotius ad Matthæi X. 1. Heinſius ad Lucæ VI. Morinus p. 260. Exerc. Biblic. Sam. Petitus Var. lect. c. 24. (lib. 2. cap. 20. Seldenus de anno civili Hebr. cap. 15. p. 84. Petavius ad Epiphan. hæreſi 30. & tom. 3. dogm. Theol. pag. 683. & 739. edit. Pariſ. D. Joh. Frid. Mayeri τοῦ μακαρίτου diſſertatio de Apoſtolis Hebræorum, Gryphiswald. 1704. in qva etiam de illorum Patriarchis duobus, uno in Palæſtina, altero in Babylonia, qvorum Apoſtoli illi fuere adminiſtri.

XI. De

XI. De *LXX. diſcipulis* præter Burmannum parte 2 Exerc. pag. 95 ſq. diligenter agit David Blondellus libro de Epiſcopis p. 99. usqve ad p. 125 qvi p. 109. cum Apoſtolis æqvo jure atqve conditione fuiſſe contendit. Qvod per omnia admittendum non videtur, ut perſpicue patet ex electione Matthiæ, qvæ nulla fuiſſet, ſi Matthias & Barnabas, utpote jam inter 70. diſcipulos conſtituti, non per promotionem ad Apoſtolatum majus aliqvod miniſterium fuiſſent adepturi. Pſeudo Dorothei libellum commentitiis LXX. diſcipulorum nominibus refertum, & de iisdem Jambos Nicephori Xanthopuli, lubens prætereo. Omitto etiam *Pſeudapoſtolos*, de qvibus D Jo. Georgii Neumanni diatriba lucem vidit Witeb. 1708. 8.

De *Evangeliſtis*, qvos Evangelizatores vocat Tertullianus libro de Corona militis, agit Burmannus part. 2. exercitationum pag. 215. ſeq. Qvanqvam vero propria & ſingulari qvadam appellatione IV. tantum ſunt Evangeliſtæ, cujus numeri rationes allegoricas ex S. Irenæo & aliis veteribus attuli in Codice Apocrypho Novi Teſt. in qvo etiam plura Apocrypha recenſui Evangelia: tamen Etymologica uſurpatione ita dicti ſunt non tantum Apoſtoli & Apoſtolici viri qvi Evangelium Chriſti hominibus annunciarunt, ſed etiam poſt illa tempora Evangelii doctores qvicunqve, qvemadmodum Cæſarius qvæſt. 45. qvoqve Magos qvi ad Chriſti cunas venerunt vocat εὐαγγελιςὰς καὶ πρώτους κήρυκας ἐθνῶν τῆς θεανδρικῆς ἐπιφοιτήσεως. Qvamobrem & Epiſcopus Meldenſis Jo. Benignus Boſſvetus in hiſtoria Variationis Eccleſiarum proteſtantium p. 26. ſq. ſine magna ratione carpit Lutherum, qvod in ſubſcriptione literarum ad Georgium Saxoniæ Ducem, ſe Evangeliſtam Wittenbergenſem appellavit, qvod ex more illius ætatis fecit. Memini me in Bibliotheca Rev. D. Mayeri videre Literas A. 1520. ſcriptas ad Lutherum tertio die Novembris à Sebaſtiano Hoffmeiſtero, in qvarum ſubſcriptione hic ſe vocat ſacrarum literarum Doctorem Evangeliſtam apud Minores Conſtantiæ, ut adeo hac ætate iſtud nomen uſurpare adeo inſolens haud fuerit. De *Prophetis* Novi Teſtamenti vide eundem Burmannum Parte II. Exercitat. diſſert. 12. & ſq.

XII. Ordines Eccleſiaſtici naſcenti Eccleſiæ & ſeqventibus ſeculis communes fuere hi tres, *Epiſcopi*, * *Presbyteri* & *Diaconi*. Ac de Epi-
ſcopo-

* Σκοπὸς & ἐπίσκοπος pro cuſtode & inſpectore apud Æſchylum, Callimachum, Ciceronem VII. 11. ad Atticum, aliosqve. Vide Ezech. Spanhemium ad Callimachum

ſcoporum qvidem ac Presbyterorum dignitate & juribus, num eadem utrorumqve fuerit Apoſtolicis temporibus auctoritas, an Epiſcopi Presbyteris, jam ab Apoſtolorum tempore fuerint ſuperiores, acerrime & plurimis ſcriptis à Viris doctis fuit diſputatum. Epiſcoporum ſupra Presbyteros auctoritatem & divino jure competentes prærogativas defenſitant Bellarminus libro de Clericis tom. 2. Controverſ. & de Ordine tom. 3. Dionyſius Petavius in libris de Hierarchia Eccleſiaſtica, Jo. Morinus Part. 3. Exerc. 3. de ſacris Ordinationibus, Thom. Bilſonus, Epiſcopus Winthonienſis, de perpetua Eccleſiæ Chriſti gubernatione Lond. 1611. 4. Jo. Pearſonius in Vindiciis Ignatii part. 2. cap. 13. Beveregius Codice Canonum illuſtrato lib. 2. cap. 11. Henr. Hammondus in libro de Epiſcopis & Presbyteris, aliiqve Epiſcopalium partium Angli & Scriptores Romanæ Eccleſiæ Henricus Dodwellus in variis ſcriptis, Franciſcus Brokesby in Hiſtoria Hierarchiæ Eccleſiæ primitivæ per tria ſæcula & initium qvarti, Lond. 1712. 8. E contrario Epiſcopos & Presbyteros divino jure & Apoſtolico more ejusdem plane eſſe dignitatis & auctoritatis diſputant præ cæteris David Blondellus in libro de Epiſcopis & Presbyteris, Claudius Salmaſius in apparatu ad libros de primatu Papæ & in diſſertatione Lugd. Bat. 1641. 8. edita de Epiſcopis & Presbyteris ſub nomine Walonis Meſſalini; Chriſtianus Dreierus in controverſiis cum Pontificiis diſſert. 21. D. Jo. Franciſcus Buddeus Exercitatione de origine & poteſtate Epiſcoporum, Jenæ 1705. 4. & Proteſtantes fere communiter, atqve in Anglia Presbyteriani. Vide & Baluzium p. 366 & 367. ſq. ad Lupum Ferrarienſem. Cum autem longo Eccleſiæ uſu Epiſcoporum ordo ac Presbyterorum diſtinctus eſſet, *Aëtiani* * in qvarto poſt Chriſtum natum ſeculo qvi nec dum ullum eorum diſcrimen (perinde ut hodie Presbyteriani) eſſe volebant, hæreticis ideo adſcribuntur apud Epiphanium, Hæreſi 75. num. 3. Alia tamen Proteſtantium noſtrorum ratio eſt, qvi Epiſcopos & Presbyteros jure divino qvidem & Apoſtolico uſu pares fuiſſe affirmant, ſubordinationes tamen Eccleſiaſticas ideo non improbant, ut pleriqve ipſorum in Eccleſiis ſuis eam amplectantur ipſi, dum ſupra Diaconos & Paſtores habent vel Epiſcopos &

Archi-

chum p. 158. Pontifex Maximus παρθένων ἱερῶν ἐπίσκοπος. Plutarch. in Numa. ἐπισκοποῦντες τὰ τῆς πόλεως ὤνια. Schol. Ariſtophanis ad Veſpas, 1398. Everhardus Otto de Ædilibus Coloniarum p. 237. ſq.

* Salmaſius in Apparatu de Primatu Papæ p. 113. Romanam Eccleſiam ipſammet arguit Aëtii veſtigiis inſiſtere in eo, qvod in ſeptem ordinibus Epiſcopos ſub Presbyteris comprehendit, atqve unam τάξιν utrorumqve conſtituit.

Archi-Epiſcopos ut in Svecia, Daniaqve, Pruſſia ac Britannia: vel Præpoſitos, & Inſpectores, Superintendentes ac Superintendentes generales ut in Germania paſſim. Ac Superintendentis qvidem vox (licet arrogantior videatur Danæo & Sibrando Vomelio apud Crenium tom. 16. animadverſ. p. 223.) apud Hieron. Epiſt. 8. ut dixi obvia eſt, uti verbum *ſuperintendere* apud Auguſtinum XIX. 19. de C. D. In Saxonia freqventari cœpit poſt viſitationem A. 1528. notante Seckendorfio. Confer Caſp. Ziegleri Superintendentem ad normam Conſtitutt. Eccleſiaſticarum in Electoratu Saxonico deſcriptum, Dreſd. 1688. 4. Ambroſio *Superinſpector* cap. 6. de dign. Sacerdotali. Epiſcopos in primitiva Eccleſia parochiis fere tantummodo, non amplioribus diœceſibus præfuiſſe diſputat auctor libri Anglice vulgati Lond. 1712. 8. cui titulus: *a clear account of the ancient Epiſcopacy.* Acta Eruditor. tom. 6. ſupplementi pag. 60. ſeq.

Epiſcoporum præcipue erat ordinare in Clerum cooptandos, baptizare, confirmare, cauſas Eccleſiaſticas decidere, pauperum curam habere, templa conſecrare, diſciplinam Eccleſiaſticam moderari aliaqve ſimilia, de qvibus idem Blondellus late diſſerit, & ea interdum Presbyteris qvoqve conceſſa fuiſſe probat; Qvod ſingillatim circa ordinationem (præcipuum qvoddam Epiſcoporum munus haberi ſolitum) probavit D. Joh. Hulſemannus, Theologus Lipſienſis, in diſſ. de miniſtro ordinationis, Rev. Jo. Guntherus, Eccleſiaſtes itidem Lipſienſis meritiſſimus, in Apologia Miniſtrorum Lutheranorum adverſus Chriſtiani Helwig librum Uratislav. 1697. 12. vulgatum qvod Presbyteri deſtituantur facultate ordinandi Presbyteros, Lipſiæ 1698. 4. Germanicè edita, & noviſſime ſcriptor Gallus de præjudiciis falſis & legitimis, Delph. 1701. 12. præjudicio 2. Vide etiam Rich. Simonem Bibl. ſelectæ tom. 2. p. 12. ſq. ex Iſaaci Hoberti ἀρχιερατικῷ, & p. 18. Edmundum Martene lib. 1 parte 2. de Eccleſiæ Chriſtianæ ritibus p. 286. ſeq. Apud Vopiſcum in vita Saturnini memorantur Chriſti Epiſcopi, qvod non aliud eſt qvam Epiſcopi Chriſtiani. Vide Jo. Seldenum ad Eutychium p. 146. Epiſcopis neutiqvam competere ut arma tractent, aut cum Julio II. Papa abjectis Petri clavibus gladium Pauli arripiant, probavit Caſpar Zieglerus ὁ μακαρίτης in libro qvi inſcribitur: Epiſcopus miles in veteri Eccleſia inviſus. Epiſcoporum fuiſſe in cœtibus publicis prædicare, jam ſupra, cum de Concionibus veterum dicerem, obſervare me memini. Nunc addo etiam catechizandi munus eis tribui ab Hieronymo Epiſt. ad Pam-

machium de erroribus Joh. Hieroſolymitani. De Epiſcoporum officio circa pœnitentes confer Morinum lib. VI. de pœnitentia cap. 76. & IX. 33. Epiſcoporum eſſe benedicere notatur in conſtitutionibus Apoſtolicis lib 8. cap. 41. Præcipua qvoqve ipſorum cura fuit ut doctrinæ & vitæ Cleri obſervatores eſſent, & exemplo pariter atqve doctrina gregi ſuo præirent, tanqvam ſpeculatores à Domino conſtituti ſive præſides, præſidentes, præpoſiti ac Superintendentes, ut Hieronymo & aliis veteribus appellantur. Confer in Joh. Fileſaci opuſculis variis diatribam primam, qvæ eſt de ſacra Epiſcoporum auctoritate, Pariſ. 1614. 8. De antiqvis & majoribus Epiſcoporum cauſis, condemnationibus, appellationibus videndus Jacobi Boileau liber Lugduni A 1678. editus contra Cl. Davidis librum de judiciis Canonicis Epiſcoporum. Solis Epiſcopis competere jus Hæreticos abſolvendi & Eccleſiæ reconciliandi, ex veteris Eccleſiæ uſu probatum ivit libro ſingulari Jo. Baptiſta Thiers, de qvo Elias du Pin tom. 18. p. 281. Num integrum fuerit Epiſcopo ſucceſſorem ſibi ante obitum deſignare, vide Rob. Jenkini defenſionem Auguſtini contra Johannem Phereponum ſive Clericum (Cantabrig. 1707. 8.) p 95. ſq. De Epiſcopi throno in Eccleſia, Menardus pag. 85. ad Sacramentarium Gregorii M. De Epiſcoporum Ordinatione, electione idem pag. 299. ſq. cui, ſi qvis uſum Eccleſiæ Rom. recentioris ætatis noſſe velit, junget Cerimoniale Epiſcoporum. De baculo ſive pedo Epiſcopi Cangius Gloſſar. in πατεϱικὸν, Macri fratres in Hierolexico voce baculus & p 387. ubi icon Gelaſii I. Papæ cum baculo: & Jo. Ciampinus in diſſ. Hiſtorica an Romanus Pontifex baculo paſtorali utatur, Rom. 1690. 4. De depoſitione Epiſcoporum & accuſationibus adverſus eos non facile admiſſis, agit Petrus de Marca in opere de concordia Sacerdotii & Imperii lib. 6. & 7. Qvanqvam vero Epiſcopi ex Presbyteris & Diaconis legendi eſſent, tamen non deſunt exempla Epiſcoporum ex Laicis ad illam dignitatem per ſaltum ut loqvuntur evectorum, qvales ſunt Ambroſius, Nectarius, Taraſius, Nicephorus, Photius aliiq; apud Leonem Allatium p. 169. libri de ætate & interſtitiis ordinum apud Græcos. His addes Thalaſſum de qvo Socrates VII. 48. & qvæ Valerianus Flavingius in vindiciis ad theſin Cleveſianam de Epiſcopatu, de qvo libro Elias du Pin tom. XVIII. Bibl. ſcriptorum Eccleſ. p. 102. De translationibus Epiſcoporum ab una ſede in aliam Eccleſiam adeundus laudati Ziegleri libellus de Clerico renitente De *Epiſcopiſſis*, edita eſt Rev. D. J. F. Mayeri diſſertatio, cujus titulus non ita eſt intelligendus,

ac ſi regimen Eccleſiaſticum olim commiſſum fuerit etiam fœminis, ſed qvod inter primos Chriſtianos etiam Epiſcopi non defuerint uxorati. ἱερίσσας vocat & Epiphanius LXXIX. 4. De *Epiſcopis titularibus* ſive titulotenus Epiſcopis in Romana Eccleſia vide Michaëlem Siricium in abominationibus Papatus pag. 44. Hallenſium obſervationes ſelectas tom. I. p. 63. ſq. & Matthiam Flacium in limine confutationis Epiſcopi Sidonii, qvibus adde qvæ de ſimili apud veteres uſu Beveregius ad Synodicum pag. 65. a. pag. 67. b. & qvæ de Epiſcopis honoris cauſa ob inſignes virtutes ad nullum certum locum creatis notat Mich. le Qvien ad Jo. Damaſcenum tom. 2. p. 667. licet olim vix qvisqvam ordinatus eſt ſine titulo, hoc eſt ut non ad certam Eccleſiam deſtinaretur. Vide Baluzium ad Lupi Ferrarienſis Epiſt. 29. p. 363. De *Chorepiſcopis* ſive villanis Epiſcopis, (Land-Biſchoff) epiſcoporum veluti adjunctis atqve ut ita dicam ſuffraganeis, videndi Svicerus in Theſauro, & in Gloſſariis Cangius ac Lindebrogius, imprimis vero Morinus part. 3. Exerc. 4. de ſacris Ordinatt. & Blondellus lib. de Epiſcopis p. 93. ſqq. qvi primam eorum mentionem in Concilio Ancyrano can. 13. & in Occidente ſerius receptos obſervat. Multa etiam de iisdem Chorepiſcopis etſi non admodum inter ſe conſpirantia Petavius ad Epiph. p. 277. ſq. & tom. 3. dogm. Theol. p. 789. 795. ſq. edit. Pariſ. Petrus de Marca II. 13. ſq. de concordia Sacerdotii & Imperii, M. A. de Dominis II. 9. de Rep. Eccleſ. Salmaſius ſub Walonis Meſſalini nomine latens p. 225. ſq. 312. ſq. & apparatu de primatu Papæ p. 54. ſq 94. ſq. Beveregius ad can. 13. Ancyran p. 175. ſq. Dan. Larroqvanus Adverſar. ſacr. p. 55. Pompejus Sarnellus in Epiſtolis Eccleſiaſticis Italice editis Epiſtola 5. & Franciſcus Brokesby in Hiſtoria Hierarchiæ Eccleſiæ primitivæ c. 13. A Chorepiſcopis diſtincti erant *Periodevtæ* ſive Presbyteri ἐπιχώριοι ac *viſitatores*, in Concilio Sardicenſi & Chalcedonenſi memorati, regendis per vicos ac pagos parochiis, licet nonnulli confundunt. Vide Bevereg. ad can. 57. Laodicen. Caveum primitiv. Chriſtianiſm. pag. 224. Menagium Amœnitat. juris cap. 35. & Juſtellum ad Codicem Eccleſiæ univerſæ p. 217. ſq. *Epiſcopi Cardinales*, qvibus præter Epiſcopatum ſuum alius qvoqve morte Epiſcopi vacuefactus ac vacans ita fuit ſubjectus, ut binarum eſſent Epiſcopi Eccleſiarum. Acta Erud. A. 1713. p. 382. De *Suffraganeis* Andreas Sauſſæus p. 89. ſq. de Myſticis Galliæ ſcriptoribus. Jam *Coëpiſcopi* jam *Comprovinciales* ab antiqvioribus dicuntur, qvi Metropolitano ſubduntur Antiſtites. Launoj. inqviſitione in chartam immunitatis p. 39. ſq. De *E-*

*piſcopo viſitatore* qvando Eccleſia Antiſtite proprio deſtituitur. vide Franciſci Nicolai diſſ. Rom. 1710. 4. & Ephemerides Pariſ. A. 1710. Nov. p. 591. ſq. & A. 1712. Octobr. p. 468. De Epiſcopis pleraqve notatu digna collegit Caſp. Ziglerus in erudito ſuo de Epiſcopis libro. Ad Jacobi Uſſerii conſilium de reducendo Epiſcopatu ad formam regiminis Synodici in antiqva Eccleſia recepti, diſputat nonnulla Joh. Hoornbeckius lib. 1. miſcell. ſacror. cap. 25. De *cathedra Epiſcopi* Pompejus Sarnelli in antiqva Baſilicographia c. 48.

XIII. *Presbyteros* dictos *Sacerdotes ſecundos* notat Sirmondus T. 1. Opp. p. 945. ſq. 967. omniaqve illis fuiſſe communia cum Epiſcopis fatetur Hieronymus, ſolam excipiens ordinandi poteſtatem, de qva jam ſupra dixi. Apud primos vero Chriſtianos Presbyterorum munus peculiariter etiam fuiſſe Eccleſiæ negotia externa curare, neqve omnes functos fuiſſe officio docendi ac prædicandi Evangelium, contendit V. C. Juſtus Henningus Bœhmerus obſervationibus ſelectis ad Petrum de Marca p. 23. ſq. provocans ad locum Apoſtoli 1. Timoth. V. 17. Vide ſis etiam Claudii Fonteji diſſ. de antiqvo Presbyterorum jure in regimine Eccleſiæ. Presbyteros vero temporarios in veteri Eccleſia nullos fuiſſe probat Hugo Grotius cap. XI. libri de poteſtate ſummarum poteſtatum circa ſacra §. 13. Presbyteri debebant eſſe 30. annorum, ut probat Svicerus πρεσβύτερος & Leo Allatius in libro de ætate in collatione Ordinum apud Græcos p. 37. ſq. Rom. 1638. 8. ubi & de aliis ordinibus qva ætate ad illos admitterentur. Inter Presbyteros præcedebat, qvi prius ordinatus eſſet, ut docet Paſchaſius Qvesnellus p. 270. ad Leonem M. Plerumqve XII. erant Presbyteri in una Eccleſia ſecundum numerum totidem Apoſtolorum, unde Marcum duodecim Presbyteros Alexandriæ conſtituiſſe narrat Eutychius. Conf. Grotium ad Apocalypſ. V. 5. & 7. & Dodwellum libro Anglice edito de uno Sacerdotio & uno altari c. 12. p. 349. ſq. ſed ſi uſus Eccleſiæ plures ferret, plures etiam adſciſcebantur, uti CPolitana Eccleſia Juſtiniani temporibus habuit Presbyteros LX. De *Presbytero pœnitentiario* videndi Socrates V. 19. Sozomenus VII. 16. & ibi Valeſius. B. Martinus Chemnitius examine Concilii Trid. part. 2. ubi de confeſſione p. 348. ſq. Joh. Forbeſius Inſtruct. Hiſtorico-Theol. p. 666. ſeq. Joh. Dallæus de Confeſſione IV. 2. Gvil. Caveus Epiſt. ad Caſp. Calvœrium; tomo poſteriore ritualis Eccleſiaſtici à Calvœrio editi ſubjecta, atqve in Actis Eruditorum A. 1705. p. 167. repetita. Dionyſ. Petavius diſſ. Eccleſiaſtic. p. 179. ſeq. Latinus Latinius tom. 1. Epiſt. p.

318.

318.325.ſq Emmanuel Schelſtratenus ad Concil. Antiochen. p 289. & Natalis Alex. Hiſtoriæ Eccleſ. tom. 8. p. 176. ſq. edit. in fol. De *Presbyteriſſis* ſive viduis & matronis ætate provectis qvibus negotia qvædam externa pauperesq; & ægroti ab Eccleſia curandi committebantur, πρεσβύτιδας vocat Apoſtolus Tit. II 3. nonnulli etiam πρεσβυτερίδας) vide Svicerum in πρεσβύτις, Samuelem Baſnage Annal. tom. 1. p. 452. Coteler. ad conſtitut. Apoſtol. III. 9. Wolfgangum Gundlingium aliosqve viros doctos ad Can. XI. Laodicen. ubi Presbyteræ ſive ut Iſidorus Mercator appellat *matriculariæ* conſtitui prohibentur, & Matthias Zimmermannus Superintendens Miſenenſis libro ſingulari de Presbyteris & Presbyteriſſis, Annæberg. 1681. 4. inprimis à p. 48. ubi Presbyterorum etiam uxores Presbyteras dictas obſervat, & pag. 78. ubi de Presbyterarum abrogatione, & qvomodo à diaconiſſis, qvæ ſæpe erant virgines, differrent.

XIV. De Diaconis conſuli poterunt B. D. Caſp. Ziegleri liber de Diaconis & Diaconiſſis Veteris Eccleſiæ Witeb. 1678. 4. Morinus part. 3. Exerc. 9. De ſacris Ord. & Jo. Pearſonii lectiones ad Acta Apoſtolorum p. 53. ſq. Sam. Baſnage ad A. 35. n. 8.--13. & Menardus p. 287. ſeq. ad Gregorii M. Sacramentarium. Campegius Vitringa in Synagoga Vetere lib. 3. c. 21. 22. 23. ubi miniſtros Synagogarum Judaicarum confert cum Diaconis Eccleſiæ Chriſtianæ, qvemadmodum præfectos Synagogarum cum Presbyteris & Præpoſitis Chriſtianis. Diaconos ſeptem memorant Acta Apoſtolorum cap. 6. Sic Romæ VII. Diaconos fuiſſe teſtatur Sozomenus lib. VII. 19. adde Edmundum Martene lib. 1. de antiqvis Eccleſiæ ritibus p. 328. ſq. Qvem numerum Henr. Dodwellus in libro Anglice edito de uno Sacerdoti & uno altari cap. 12. repetit à VII. Angelis Apocalypſ. I. 12. Ætas Diaconorum debebat eſſe annorum 25. ut probat Allatius p. 37. ſq. de ætate Ordinum. De diaconiſſis qvæ ante annum 40. ætatis non adſciſcebantur, agunt viri docti ad celebrem Epiſtolam Plinii, tum idem Zieglerus libro de Diaconis cap. ult. Cangius ad Alexiadem Annæ Comnenæ p. 416. 421. Pompejus Sarnelli in Baſilicographia cap. 17. Beveregius ad Canon. XV. Chalcedonenſ. Juſtellus ad Can. XIX. Nicænum, Morinus part. 3. Exerc. 10. de ſacris Ordinat. Basnage ad A. C. 35. n. 14. ſq. qvi illis qvoqve manus impoſitas num. 17. obſervat, contra Baronium: Cotelerius tom. 1. Patrum Apoſtol. p. 274. 287. Allatius in conſenſu orientalis & occidentalis Eccleſiæ p. 675. Mentio etiam in Syrorum ordinationibus apud Morinum

 p. 502.

p. 502. Sororem Auguſtini, *præpoſitam ancillarum DEI* vocat Poſſidius in Auguſtini vita cap. 76. De virginibus Eccleſiaſticis (qvæ à Monialibus diſtinctæ) vide Valeſium ad Sozomeni VIII, 23.

XV. Præter Epiſcopos, Presbyteros & Diaconos ſuccedente tempore, atqve Religione Chriſtiana latius latiusqve propagata & invaleſcente, longe plures Ordines Eccleſiaſtici in uſu eſſe cœperunt, atqve in ſingulis etiam illorum trium plures excogitati gradus atqve prærogativæ titulorum, primis temporibus ignoratæ. Henricus Noris diſſ. de qvinta Synodo p. 76. qvatuor ordines Epiſcoporum introductos obſervat, unum qvidem eorum qvi uni urbi vel Parochiæ præeſſent: Alterum *Metropolitanorum* * qvi uni provinciæ: tertium *Avtocephalos Archiepiſcopos* ſive *primates Exarchos* ** qvi aliqvot provinciis eſſent præpoſiti, & deniqve *Patriarchas* qvi plurium diœceſeon præſulatum tenerent. Dum nempe civilem provinciarum diſtinctionem ſeqvuta eſt in plerisqve hierarchiæ etiam Eccleſiaſticæ ratio, hinc metropoleos Antiſtes prærogativam & jura nactus præ Epiſcopis per diœceſin illam cujus metropolitanus erat, ſedem obtinentibus. Confer Jac. Uſſerii librum de Epiſcoporum & Metropolitanorum origine, Londini 1687. 8. Launojum parte VIII. Epiſt. 12. Beveregium lib. II. Codicis canonum vindicati cap. 5. Emanuelem à Schelſtrate diſſ. de auctoritate Patriarchali & Metropolitana adverſus Stillingfleetum, Rom. 1687. 4. Marcum Anton. de Dominis lib. 3. de Republica Eccleſiaſtica c. 2. & 5. & Gebh. Theodori Meieri politiam Eccleſiæ primitivæ ad politiam civilem formatam, Helmſt. 1676. Ob ſimilem cauſam factum, ut qvi in aula Imperatoris vel Regis præeſſet ſacris, (*archicapellanos* vocavit ſeqvior ætas) præferretur omnibus regni Epiſcopis, Archiepiſcopis & Metropolitanis, ut notatum Baluzio ad Lupum p. 450. 473. qvi pag. 442. docet munus illud qvandoqve datum obeundum tantummodo ad certum tempus, qvi vero illud gereret, eum non modo Eccleſiaſtica dijudicaſſe, ſed alicubi civilibus etiam negotiis in palatio interfuiſſe. Vide pag. 384. Cæterum Johanni Morino aſſentiri non dubito, qvi libro I. Eccleſiaſticar. exercitationum, exercitatione 15. à Patriarchis ex antiqvo Eccleſiæ uſu diverſos ponit magnæ alicujus & plurium provinciarum ἐπαρχίας metropolitas, ſive ut H. Noris diſſ. de Sy-

* De *ſuffraganeorum Metropolitanorum* Baluzius p. 421. ſq. ad Lupum Ferrarienſem.

** De *Exarchis* Jo. Morinus p. 250. ſq. Operis de ſacris Ordinatt. De aliis Eccleſiis qvæ præter primarias qvinqve ſedes, Patriarcharum titulo uſæ ſunt, vide Allatium lib. I. de Conſenſu utriusqve Eccleſiæ c. 25.

Synodo V. p. 76. vocat, *Exarchos primates*, qvales in Africa *Senes* dictos obſervat Sirmondus tom. 2. Opp. p.838. Arabibus & aliis orientalibus *Catholicos*. Beveregius p. 216. ad magnam Synodicum. In primariis deinde diœceſibus Epiſcopi metropolitani interjecto tempore vel *archimetropolitani* (vide Baluzium ad Lupum Ferrarienſem p. 415.) vel uſitatiore vocabulo *Patriarchæ* dicti ſunt, qvorum celeberrimi fuere in Oriente qvidem Hieroſolymitanus, Antiochenus, Alexandrinus, Conſtantinopolitanus & in occidente Romanus. A Theophane primus Patriarcha CPolitanus appellatur Anatolius in coronatione Marciani Imp. pag. 89. Primus Patriarcharum Chriſtianorum meminit Socrates lib. V. cap. 8. Nam in Vopiſci qvidem Saturnino cap. 8. *ipſe ille* (lege cum Iſ. Voſſio *Hillel*) *Patriarcha*, & apud Marcellum Empiricum cap. 23. *Gamalielus Patriarcha* Judæorum intelligitur. Qvinqve Patriarchatus Eccleſiæ Chriſtianæ primum ſtabiliti in Canone 36. concilii CPolitani in Trullo habiti, A. C. 680. qvi adeo Patriarchæ, plures etiam ſub ſe diœceſes, plures Metropolitanos & Archiepiſcopos habere cœperunt, inde Patriarchæ titulus tributus qvandoqve etiam Archi-Epiſcopis, ut notavit Allatius de conſenſu p. 436. Confer qvæ de Aqvilejenſi Patriarcha H. Noris diſſ. de V. Synodo c. 10. p. 89 & qvæ de Patriarcharum ac Primatum origine ac juribus, Beveregius & alii viri docti ad Canon. VI. Nicænum & ad Canonem I. Conſtantinopolitanum: Jo. Seldenus ad Eutychii origines Alexandrinas p. 3. ſq. & Marcus Antonius de Dominis lib. 3 cap. 15. De ritu creandi Patriarchas apud Græcos, Allatius contra Creyghtonum p. 725. ſq.

XVI. Neqve vero Patriarchis his qvinqve, nedum uni Romano tota ſubjecta fuit Eccleſia, ſed ut Eduardus Brerewoodus in veteri Eccleſiæ gubernatione patriarchali * probatum dedit, tempore Concilii Nicæni & poſt plures manſere Eccleſiæ nulli ex Patriarchis ſubjectæ, transmarinæ præſertim, ut Africanæ, qvarum primas fuit Carthaginienſis Epiſcopus, & Patriarchico jure in VI. provincias Diœceſeos ſuæ uſus. Similiter Britannica Eccleſia nulli externæ ſubdita jurisdictioni, ſed primatem ſuum habuit Epiſcopum Eboracenſem, qvod argumentum tractavit etiam Jo. Barneſius de Eccleſiæ Britannicæ libertate & exemptione à Romano patriarchatu, & Eduardus Stillingfleetus ** in Originibus Britannicis.

* Subjicitur Jacobi Uſſerii opuſculis de origine Epiſcoporum & Metropolitanorum, & de Aſia proconſulari, Lond. 1687. & Brem. 1701. 8.

** Stillingfleeto Emanuel à Schelſtrate oppoſuit diſſertationem de auctoritate Patriarchali & Metropolitica, Rom. 1687. 4.

nicis. Qvod porro Cardinalis Perronius in Perronianis p. 232. omnes Patriarchas vicarios eſſe Pontificis affirmat, & hoc jactat ſe unum obſervaſſe, merito illi relinqvitur tanqvam commentum nulla dignum fide, nullo argumento ſaltim veriſimili confirmandum. Ita qvas Pontifex Romanus jam à tot ſæculis ſibi arrogat ſuper omnes Eccleſias atqve Epiſcopos prærogativas, auctoritatem poteſtatemqve, per prima à Chriſto nato ſecula toti Eccleſiæ ignotas fuiſſe, à multis jam eſt oſtenſum non Proteſtantibus modo, ut Davide Blondello de primatu in Eccleſia, qvod opus Gallice prodiit Genev. 1641. fol. ſed & ex ipſa etiam Eccleſia Romana, præcipue à Gallis, inter alios ab iis qvi Canonem ſextum Concilii Nicæni illuſtrarunt, & adverſus primatum, ſive ut Paulus Venetus apud Claudium Sarravium † non abſurde vocavit, *Totatum* (Salmaſius *ſuprematum*) Papæ Romani, ſcripſerunt non minus candide qvam ſolide atqve erudite. Olim electioni Pontificis adfuere & electionis decreto ſubſcripſerunt *univerſus clerus, Optimates & univerſa militaris præſentia & cuncta generalitas populi Romani.* Vide librum diurnum à Jo. Garnerio cum notis editum p. 12. 13. 16. 20. 23. 32. &c. A ſolis Cardinalibus inconſulto reliqvo Clero & Pop. Rom. primus Senis A. 1059. Papa electus eſt Nicolaus II. Poſtea jus illud confirmarunt Alexander III. Gregorius X. & Clemens V. Confer Papebrochium in propylæo ad Acta Sanctor. Maji p. *196. qvi etiam exhibet varia Acta Electionis ut Urbani VI. Ao. 1378. p. *95. ſq. Nicolai V. A. 1447. p. *121. 125. Calliſti III. A. 1455. p. *127. nec minus hiſtorias Conclavium Julii II. & ſeqventium, & hiſtoriam interpontificiorum. Pontificis Romani titulos & elogia perſeqvuntur Theoph. Raynaudus tom. 10. Opp. Abrahamus Bzovius &c.

De Cardinalibus †† præter ſcriptores Lipenio notatos videndus liber Gallicus de origine Cardinalium, ante paucos annos excuſus (traitè de l'Origine des Cardinaux du St. Siege) Wagenſeilius libro de educatione Principis, Germanice edito p. 177. ſq. Speelmannus in Gloſſario & Rev. Jo. Franciſcus Buddeus in libro de origine Cardinalitiæ dignitatis, qvi recenſetur in Actis Erud. A. 1693. p. 206. ſq. Pridem longe pauciores & XXIV. tantummodo fuere, nomenqve habent exinde, qvod olim

† P. 210. Epiſt. editionis primæ.

†† Græcis dicuntur καρδηνάριοι, καρδηνάλιοι, χαλδηνάριοι, vide Nili διάλεξιν à Salmaſio editam, Cangii gloſſar. Cotelerii monumenta Eccleſ. Græcæ p. 674. & Allatium contra Creyghtonum p. 36. Latinis *in cardine conſtituti, cardinati, incardinati, cardinarii:* Lindebrog. p. 1388. ad Codicem Legum antiqvarum.

olim præcipui Presbyteri cujusqve Parochiæ Cardinales appellarentur: vide M. Anton. de Dominis L. IV. c. 5. qvemadmodum *Protopapam* pro Archi-Presbytero dictum notavit Morinus f. 223. de ſacris Ordinatt. Hodie ex inſtituto Sixti V. Cardinales numero 70. ſunt, ex qvibus 6. ſunt Cardinales * Epiſcopi, Presbyteri 50. Cardinales Diaconi 14. qvi poſtremi Cardinalatu relicto ſecularem vitam repetere & connubio ſe jungere poſſunt. Vide librum Gallicum Tableau de la Cour de Rome p. 229. ſq. Exſtat & Dominici Veneti, Epiſcopi Torcellani de Cardinalium legitima creatione liber ad Calcem Marci Ant. de Dominis tomo 1. operis de republica eccleſiaſtica. Pontifex qvidem cum Cardinalem creat, hiſce verbis utitur: *Creamus te ſocium Regibus, ſuperiorem Ducibus & Fratrem noſtrum.* Recens vero creatum cæteris ſiſtens Cardinalibus, *Habetis*, inqvit, *Fratrem.* Ornat eosdem ** ex inſtituto Urbani VIII. ab A. 1630. *Eminentiſſimi* titulus, qvi olim Præfecti Prætorio fuit notante Salmaſio p. 155. de primatu Papæ, & Seldeno de titulis honorum II. p. 668. ſed & *Eminentia dignitatis* jampridem tributa Epiſcopis, ut obſervat Baluzius p. 462. ad Lupum Ferrarienſem. De Cardinali Decano vide librum Tableau de la Cour de Rome pag. 234. & B. D. Mayeri diſſertationem ante paucos annos editam Kiloniæ, cujus etiam notus eſt liber de electione Pontificis Romani per Cardinales fieri ſolita, ut Cerimoniale Romanum & Hiſtorias Conclavium à pluribus vulgatas prætermittam. De officio & poteſtate Cardinalis Camerarii, diſſertatio Italice edita Didaci Agvirre, JCti & in Collegio Sapientiæ primarii Romæ Doctoris laudatur in Memoriis literariis Trevoltinis A. 1705. p. 1814. Scriptores alios de Cardinalibus diligenter recenſuit Caſpar Sagittarius in introduct. ad Hiſt. Eccleſ. cap. 31. p. 771. ſq. uti Scriptores de Pontificibus Romanis cap. 25. ſq. p. 650. ſq. & ex ipſis qvi Romanæ Eccleſiæ addicti ſunt, Ludovicus Jacobus à S. Carolo in Bibliotheca Pontificia. De officialibus Pontificiis & Congregationibus atqve Tribunalibus Curiæ Pontificiæ Romanæ, conſuli poſſunt Cardinalis Joh. Baptiſtæ de Luca relatio Curiæ Romanæ Colon. 1683. 4. & Hunoldi Plettenbergii S. J. notitia Congregationum & tribunalium Curiæ Romanæ. Hildeſii 1693. 8.

XVII. De *Archi Presbyteris, Archi-Diaconis, Oeconomis & defenſoribus Eccleſiarum* Morinus de Ordinatt. parte 3. Exerc. 16. De *Archidiaconis*



* In inſcriptionibus literarum tamen Cardinales Epiſcopi vel Archi-Epiſcopi, non ſolent Epiſcopatuum titulis appellari. Vide Latinum Latinium tom. 1. Epiſt. pag. 203. ſq.

** Vide Clariſſ. Becmanni notitiam dignitatt. illuſtrium diſſert. XVII. cap. 1.

*nis* ſingillatim Sirmondus tom. 1. Opp. p. 967. Andreas Sauſſæus de Myſticis Galliæ Scriptoribus p. 108. ſq. & Paſchaſius Qveſnellus in notis ad Leonem M. pag. 883. & 894. qvi Presbyteris prælatos interdum etiam fuiſſe obſervat p. 887. Nonnulla arrogata illorum jura ad examen revocat Joh. Baptiſta Thiers diſſertatione *de l'Etole*, & altera, *de la depouille des Curés*. De Archidiaconorum in veteri Eccleſia officiis & auctoritate exſtat etiam diatriba Witebergæ pridem vulgata à Rev. D. Georg. Henrico Gœzio, Præſule hodie Lubecenſi. De *Subdiaconis* & qvatuor minoribus * Ordinibus apud Latinos, & ubi ſerius illi obtinuerunt apud Græcos, videndus Morinus libro laudato part. 3. Exerc. 11. 12. 13. 14. Hypodiaconorum jam meminit Cyprianus Epiſtola VIII. & Cornelius Romanus apud Euſebium L. VI. Hiſt. c. 43. nec hac in parte fides deroganda videtur libro Pontificali Damaſi, qvi Subdiaconorum inſtitutionem refert ad Fabianum Pontificem, defunctum A. C. 250. nam in primi & ſecundi ſæculi ſcriptoribus nullam eorum mentionem occurrere lubens aſſentior Sam. Baſnagio ad A. C. 35. num. 20. De illorum officiis vide præter Morinum, notas Menardi ad ſacramentarium Gregorii M. p. 280. ſq. & Beveregium ad Canonem X. Antiochen.

XVIII. *Lectorum* qvoqve munus ex Judaica Eccleſia in Chriſtianam derivatum ſatis antiqvum eſſe ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, Tertulliano, Cypriano aliisqve monumentis conſtat. Vide Beveregium loco jam laudato & lib. 2. Codicis Can. vindicati c. 2. § 4. Menardum p. 274. ſq. Wilh. Erneſtum Tentzelium diſſert. de ritu lectionum ſacrarum, & D. Jo. Andream Schmidium, in diſſertationibus de Lectoribus: qvanqvam diſtinctum ordinem *Anagnoſtarum* fuiſſe in Eccleſia primis ſtatim temporibus, non æqve certum eſſe videtur, cum Diaconi & Presbyteri, qvin Epiſcopi etiam ſacræ Scripturæ capita in cœtibus Chriſtianorum prælegiſſe reperiantur. Vide Menardum pag. 288. Apud Judæos qvoqve olim Sabbatis lectores ſeptem in Synagogis erant, non ſtati tamen ſed qvoscunqve ad hoc munus idoneos *Chaſan* evocaret. Vide Franciſcum Burmannum parte 2. Exerc. p. 50. & Jac. Rhenferdum de decem otioſis Synagogæ p. 258. ſq. Poſtea vero obtinuit ut ſolus Chaſan officio lectoris perfungatur. Id. p. 276. Fuerunt & ἑρμηνευταὶ qvi lectiones ſacras vel etiam homilias in notam linguam ignarorum gratia inter-

* Abbo Floriacenſis in Apologetico p. 397. *Clericorum Ordo tribus gradibus ſpecialiter diſtinguitur, Diaconorum, Presbyterorum & Epiſcoporum: nam omnes qui ſunt inferioris gradus, per abuſionem Clerici vocantur.*

interpretarentur, qvod & ipſum à Judæis Chriſtiani acceperunt. Vide Epiphanium tom. I. p. 1105. Porro Lectores iidem etiam erant *Pſaltæ*, unde *Pſaltanagnoſtæ* dicuntur in Novellis Juſtiniani Imp. ut notatum Valeſio ad Sozomeni VIII. 24.

XIX. Eodem Conſtitutionum Apoſtolicarum loco * ubi Lectorum mentio fit, lib. 2. c. 25. memorantur etiam Cantores & Oſtiarii, ubi hæc annotat doctiſſimus Cotelerius: Qvo poſt Apoſtolos tempore minores Ordines, Diaconatu inferiores cœperint in Eccleſia inſtitui, *adeo obſcuritate involvitur, ut nulla poſſit certa conjectura deprehendi atque explicari.* Aperte qvidem S. Ignatius, qvi initio ſecundi ſæculi ſcripſit, agnoſcit ſolummodo tres majores gradus, Epiſcopatum, Presbyteratum, Diaconatum. *Primus vero, quod ſciam,* Lectores *nominat Tertullianus libro de præſcriptione hæreticorum cap.* 41. Hypodiaconi *autem*, Exorciſtæ *&* Acoluthi *non comparent ante Cyprianicas Epiſtolas* 24. 28. 78. 79. 80. 16. 55. *& Epiſtolam Cornelii Papæ ad Fabium Antiochenum in Euſebio lib. VI. cap.* 43. *quæ etiam* Oſtiarios *adjungit. Sed è media ætate nihil clari affertur. Augetque difficultatem, tum quod credi debeat quasdam Eccleſias hac in diſciplina præiviſſe aliis exemplo ſuo, tum quod in Diaconis, ſoleant clerici minoris loci comprehendi, ut Optatus multo poſt introductionem Clericorum Diaconis ſuppoſitorum, poſtquam poſuiſſet lib.* 1. *pag.* 39. *lib.* 2. *pag.* 53. *Eccleſiæ membra*, Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos, Miniſtros & Laicos *ſeu* turbam fidelium, *eodem lib.* 2. *pag.* 59. *ſubjungit:* Cum ſint, ſicut ſupra dixi, qvatuor genera capitum in Eccleſia, Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum & Fidelium, *pro quibus enumerantur quinque ordines Eccleſiæ apud Hieronymum in Eſaiæ caput* 19. Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, Fideles & Catechumeni. *Itaque dubium remanet, an hic & ſimiles Conſtitutionum loci, à primo earum editore, vel ab earum*



* Licet Conſtitutiones illas Clementis vel Apoſtolicas minime eſſe, eruditi conſentiunt, ſub initia tamen qvarti ſæculi eſſe Clementi ſuppoſitas, colliges ex Euſebii Hiſt. ubi ait χθὲς καὶ πρώην, hoc eſt nuper admodum opera prolixa ſub Clementis nomine venditata eſſe, III. 38 Hiſt. Neqve cum hac ſententia pugnant qvæ γνησιότητι illius operis opponunt viri doctiſſimi.

** Locus eſt inſignis p. 244. ubi Cornelius teſtatur Romæ tum fuiſſe πρεσβυτέρους 46. Διακόνους 7. ὑποδιακόνους 7. ἀκολούθους 42. ἐπορκιστὰς καὶ ἀναγνώστας ἅμα πυλωροῖς 52 Viduas cum ægrotis ſuper 1500. Romanus Martyr ſub Diocletiano, fuerat in Eccleſia Cæſareenſi Diaconus & ἐπορκιστής. id. de Martyribus Palæſtinæ c. 3. pag. 320. Plurium ordinum Eccleſiaſticorum meminit & Pſeudo-Ignatius Epiſtola ad Antiochenos extrema, & Epiphanius expoſitione fidei c. 21.

*interpolatore profecti ſint. Omiſi parvæ auctoritatis Librum de Romanis Pontificibus. Is in Hygino habet :* Hic Clerum compoſuit, & diſtribuit gradus. *Et in Victore :* Hic fecit ſeqventes * Cleros.

De *Cantoribus* qvi & κανονικοὶ ψάλται, vide Menardum ad Gregorii ſacramentarium p. 61. 62. ſeq. & D. Joh. Andreæ Schmidii diſſ. de Cantoribus Eccleſiæ, Beveregium ad Can. 15. Laodicen.

De *Oſtiariis*, θυρωροῖς, cuſtodibus & conſervatoribus ædium ſacrarum, Menardus p. 272. Svareſius ad S. Nili opuſcula pag. 669. ſq. Cangius gloſſario in *manſionarius*, παραμονάριος. Etiam *Sacrarii cuſtodem* Pſalmiſtæ jungit Ambroſius lib. 1. de officiis c. 44. ubi vide notas tom. 2. editionis præclaræ, qvam Monachis Benedictinis debemus, p. 69.

De *Acoluthis* ** Menardus p. 279. Caveus in primitivo Chriſtianiſmo p. 235. Cangius gloſſar. in *Acolytus* & *ceroferarii.*

De *Exorciſtis* ἐπορκισταῖς viri docti ad Canonem 24. Laodiceni & 10. Antiocheni Concilii : Menardus pag. 277. ad Gregorium, Eſpencæus p. 158. ſq. Opp qvi etiam de adjuratione Dæmonum p. 160. ſq. rerumqve inanimatarum p. 163. Lindebrogius p. 1396. ſq. ad Codicem Legum antiqvarum, & Franciſcus Baltuſius S. I. in reſponſione ſecunda ad Hiſtoriam Oraculorum Fontenellianam, edita Gallice pag. 188. Vide etiam Sam. Baſnagii Annales ad A. C. 54. num. 10. ſq. atqve Jo. Felli notas ad Cyprianum p. 4. ubi de eo, qvod *Catechetarum* ſimul munere functi in Eccleſia fuerunt. Euſebius VIII. 6. Hiſt. p. 298. in perſecutione Diocletiani ait repletos fuiſſe carceres Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, Lectoribus & Exorciſtis. Multa de exorciſmis Judæorum & Chriſtianorum Antonius van Dalen diſſ. de divinationibus Idololatricis Judæorum, digna accuratiore examine.

De *Foſſariis* ſive *Copiatis* (κοπιῶντες in Pſeudo Ignatii Epiſtola ad Antiochenos) qvi ſepulturas curabant defunctorum, vide Epiphanium expoſit. Fidei §. 21. Codicem Theodoſ. lib. XVI. tit. 2. lege 15. & auctorem de ſeptem Ordinibus Eccleſiæ, inter S. Hieronymi Opera, ubi ita enumerantur : Epiſcopi, Presbyteri ſive Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi, lectores, oſtiarii, & foſſarii.

XX. Ho-

* Codices qvidam legunt *frequentes*, male. Nam *ſequentes cleri* ſunt Acoluthi.

** Antiqvis Græcis ἀκόλουθοι, pueri à pedibus, comiticuſtodes miniſtri, pagen, lacay &c. ut notavit Jac. Duportus ad Theophraſti characteres p. 385. & Lindenbrogius gloſſario ad Codicem Legum antiqvarum.

XX. Hodie *ſeptem ordines* agnoſcit Eccleſia Romana, ſed aliter ac Græca illos computat, ſic nempe: Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Acoluthos, Exorciſtas, Lectores & Oſtiarios, de qvibus omnibus vide Pontificale Romanum, Iſidori origines lib. 7. cap. 12. Stephanum Echienſem de ſacramento Altaris tom. 20. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 1872. ſq. Honorium in gemma animæ lib. 1. c. 174. ſq id p. 1069. ſq & M. Antonium de Dominis II. 4. & 9. Græci autem Epiſcoporum loco prætermittunt Acoluthos, atqve ordines ſeptem ita numerant: Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Lectores, Exorciſtas & Oſtiarios. Vide Metrophanis Critopuli confeſſionem, p. 109. A Syris novem Ordines Hierarchiæ Eccleſiaſticæ ſtatui, ad exemplum totidem ſcilicet ordinum Angelicorum, notat Morinus de ſacris Ordinationibus pag. 498. Cæterum de univerſa illa, qvam hactenus perſtrinxi, Hierarchiæ Eccleſiaſticæ ratione Ordinibusqve ſingulis præter Morinum hunc, aliosqve à me jam laudatos conſuli poſſunt Stanislaus Hoſius pag. 165 ſq. Opp. Bellarminus libro de Clericis tom. 2. controverſ. Hadrianus Sarravia libris de diverſis Miniſterii gradibus Lond. 1590. 4. Anglice, & 1611. fol. Latine. Claudius Eſpencæus libro 1. digreſſionum in Epiſtolam 1. ad Timotheum: Ludovicus Cellotius S. I. libris X. de Hierarchia & Hierarchis, Rothomag. 1641. fol. & in horis ſubceſivis Pariſ. 1648. 4 ſive vindiciæ illius operis adverſus Franciſcum Hallierium, cujus de Hierarchia Eccleſiaſtica libri IV. Pariſ. 1646. fol. Joannes Dartis de Ordinibus & dignitatibus Eccleſiaſticis, adverſus Salmaſium de primatu Papæ, ibid. 1648. 4. præcipue vero Lud. Thomaſſinus in opere de diſciplina Eccеſiaſtica, tribus Voluminibus in fol. edito ibid. Gallice 1679.--1684. ubi fuſe & diligenter de ſingulorum Ordinum origine, conditione, juribus & officiis diſſerit. His addi poſſunt è Reformatis Gisb. Voetius parte 2. politiæ Eccleſiaſticæ, Frid. Spanhemius tom. 2. Opp. p. 1193. ſq. Jo. Chriſtophorus Becmannus notitia dignitatum illuſtrium diſſ. XV. ſeq. E noſtratibus Caſpar Calvœrius tom. II. ritualis Eccleſ. Joh. Bartholdus Niemeierus & Adamus Rechenbergius diſſ. de titulis & gradibus Eccleſiaſticis: Jo. Mich. Heineccius deſcriptione Eccleſiæ Græcæ, Germanice edita, parte III. cap. 1. &c.

XXI. Ut alicui munus ſacrum publice obire liceat, reqviritur in Eccleſia Chriſtiana electio, & *μήνυμα* ſive vocatio ab iis qvi jus habent: tum ordinatio & *χειροτονία* & Conſecratio, qvæ fit à Sacerdotibus. Non-

nunqvam debet etiam accedere confirmatio ſive ἐπικύρωσις ac βεβαίωσις Principis ac poteſtatis ſupremæ, ſi hoc ſibi ille reſervavit. De *electione per ſortem*, à qvâ ipſum Clericorum nomen petitum eſt, vide interpretes ad Actor. I. 26. Thomaſſinum de diſciplina Eccleſiaſtica II. 14. Tiraqvellum de jure primogenitorum pag. 136. ſq. Svicerum in κλῆρος, notas Benedictinor. ad Ambroſium tom. 1. p. 1273. Stephanum le Moyne notis ad Varia ſacra p. 586. & Martinum Mauritium libro de ſortitione veterum Hebræorum, Baſil. 1692. 8. Electio primo facta ab ſolis Apoſtolis per Spiritum S. motis & agitatis: poſt illud tempus Clerus una cum Laicis, atqve adeo tota Eccleſia ad electionem concurrit, ut ex veteris Eccleſiæ uſu demonſtravit Blondellus libro de Epiſcopis p. 197. & 379.-- 549. Ac populi qvidem conſenſum in Epiſcoporum electionibus reqviri ſolitum, in Oriente qvidem usqve ad Concilium Nicænum ſecundum A. C. 787. Can. 3. vel ſaltim Synodum Octavam A. C. 871. Can. 22. in Occidente autem hoc viguiſſe usqve ad extremum ſæculi duodecimi, notat Petrus de Marca VI. 2. operis de concordia Sacerdotii & Imperii, licet canone 13. Laodiceno, & conſtitutione Juſtiniani Imp. diu jam antea vilis plebecula ab hoc negotio excluſa erat, qvod ſæpe juris illius occaſione graviter peccaſſet, id. VIII. 6. Perperam tamen idem illuſtris ſcriptor jus Regii vel Principalis conſenſus VIII. 2. ex reqviſito illo Laicorum ſive populi conſenſu derivat, cum id potius nitatur poteſtate Principali & Majeſtate qva pollet in regno ſuo, vel Principatu, in qvo eſt Eccleſia illa particularis, cui Sacerdotes præficiendi ſunt. Itaqꝫ rectius Grotius jus Patronatus (κτητορικὸν δίκαιον vocant recentiores Græci) Regio jure niti diſputat, cap. 12. de Imperio ſummarum Poteſtatum circa ſacra. De more porro & jure electionis pro diverſis locis & temporibus in Eccleſia diverſo, apud eundem Marcam, Baluziumqve in notis & in Iſaaci Haberti ἀρχιερατικῷ pag. 435. ſq. (ubi ſingillatim de Eccleſia Græca) & apud Morinum ac Thomaſſinum fuſe diſputata videri poſſunt, qvibus jungenda Matthiæ Flacii *demonſtratio quod electio Præſulum & Epiſcoporum non ad Eccleſiaſticos ſolum ſed & ad Laicos, ut vocant, pertineat, quodque bi hoc jure electionis inde usque à Chriſti temporibus per annos 1300. uſi ſunt,* ſubjectus editioni Catalogi teſtium Veritatis, Francof. 1666. 4.

XXII. De conſecratione & unctione Sacerdotum apud Judæos videndi Interpretes ad Exod. XXIX. & Levit. VIII. atqve Fortunatus Schacchus in Myrotheciis ſuis, ſive libris ſacrorum eleochryſmatum. De manuum impoſitione & ordinatione Rabbinorum, Judæis antiqvo

uſu

recepta, Joh. Morinus in opere præclaro de ſacramento Ordinationis, Pariſ. 1655. & Bruxell. 1686. fol. parte 3. Exerc. VII. cap. 4. p 141. ſq. Idem in eodem Volumine de ritibus Ordinationis per omnes ætates Eccleſiæ Chriſtianæ in Oriente & Occidente freqventatis diſputat diligentiſſime, & parte 2. multos rituales libros Latinos, Græcos, Syriacos promit, qvibus addendæ formulæ Ordinationum qvas exhibet Edmundus Martene lib. 1. de antiqvis Eccleſiæ ritibus parte 2. p. 337. ſq. & jungendum laudati Haberti ἀρχιερατικὸν, ad Græcæ Eccleſiæ mores cognoſcendos Pariſ. 1643. fol. ut ad Latinæ Pontificale Romanum, atqve B. D. Mayeri muſeum Miniſtri Eccleſiæ part. 1. p. 140. ſq. Extat & Franciſci Hallierii de ſacris electionibus & ordinationibus opus Pariſ. 1636. fol. Illud non omittendum, qvod ſæculo adhuc XIII. & XIV. non ordinati ſunt niſi ad certam Eccleſiam, ut haud diffitetur Natalis Alexander tom. 7. Hiſt. Eccleſ. pag. 222. edit. in fol. & qvod bis ordinari prohibitum, de qvo Beveregius ad Canonem Apoſtolicum LXVIII.

XXIII. De beneficiis & reditibus Eccleſiaſticis, qvi initio poſt communionem bonorum * de qva Actor. II. 44. fuere ex oblationibus & Eleemoſynis fidelium, deinde à Conſtantini M. ætate ex certis fundationibus, legatis atqve donationibus ad Eccleſias certas pertinentibus, ex decimis item, atqve aliis ejusmodi dotibus ac conſtitutionibus, videndus liber Italice plus ſimplici vice editus atqve Latinè etiam verſus à Carolo Caffa, atqve ſub *Pauli Sarpii* Veneti nomine vulgatus Jenæ 1681. 12. *de materiis beneficiariis ſeu beneficiis Eccleſiaſticis*: qvamqvam non eſt Pauli illius, ſcripta Tridentini Concilii Hiſtoria celeberrimi, ſed amici ejus *M. Fulgentii* Brixienſis, Monachi Servitæ, Sarpio in multis ſimilis, cujus etiam vitam ſcripſit. Vide Rich. Simonis Epiſtolas ſelectas parte 3. Epiſt. 7. pag. 103. qvi ipſe Simon ſub nomine *Hieronymi à Coſta* librum edidit ejusdem argumenti Gallice, de origine & progreſſu redituum Eccleſiaſticorum, *Hiſtoire de l'origine & du progrés des revenûs Eccleſiaſtiques* 1684. 12. Ejus ſumma capita videre licet tum in Actis Eruditorum & novellis Reip. literariæ illius anni, tum in præclari viri Viti Lud. Seckendorfii Hiſtoria Lutheraniſmi lib. 1. p. 236. ſq. His utiqve præter ejusdem Rich. Simonis lib. 3. Bibl. Criticæ cap. 32. & 33. & *Theoph. Raynaudum* tomo XII. Operum, jungendum vaſtum atqve eruditum opus *Ludovici Tho-*

* Illa bonorum communio apud primos Chriſtianos fuit liberalis potius rerum neceſſariarum communicatio, qvam qvod nemo qvicqvam proprii habuerit. Vide Salmaſium libro de uſuris p. 655. ſq.

*Thomaſſini* in Oratorio Gallicano Presbyteri, poſt binas Gallicas editiones ab auctore verſum Latine, editumqve Pariſ. 1688. fol. tribus Voluminibus, in qvo de beneficiorum Eccleſiaſticorum origine, variis generibus, adminiſtratione per Epiſcopos, Oeconomos, Defenſores, & multivario abuſu copioſe diſſeritur. *Arnoldi Corvini à Belderen* de perſonis & beneficiis Eccleſiaſticis, Francof. 1708. 4. *Melchioris Paſtoris* de beneficiis Eccleſiaſticis & de bonis Eccleſiæ temporalibus acqvirendis & conſervandis, Toloſ. 1712. fol. D. *Caſparis Ziegleri* τȣ̃ μακαρίτȣ de dote Eccleſiæ ejusqve juribus & privilegiis liber prodiit Witeberg. 1676. 4. De ſacrilegio Laico, ſive bonis Eccleſiaſticis per Laicos uſurpatis, *Joh. Fileſacus* in Variis Opuſculis, Pariſ. 1614. 8. diatriba ultima. De beneficiis Eccleſiæ non in luxum, ſed poſt Clericorum honeſtam ſuſtentationem in alendos pauperes impendendis, *Jo. Baptiſtæ Thiers* advocatus pauperum de qvo libro videndus Elias du Pin tom. 18. p. 275.

XXIV. Qvanqvam *Monachos*, anteqvam ſacris Ordinibus initiati ſint, Laicos appellant tum Synodi tum Patres, ut notavit H. Noris ſomnio XXVIII. Franciſci Macedo, & M. Antonius de Dominis II. 12. de Rep. Eccleſ. tamen à Gervaſio in vita S. Martini præter rem ſcriptum eſt eos à Cleri functionibus & Eccleſiaſticis dignitatibus excluſos fuiſſe, qvod facile refellit P. Badierius Monachus Benedictinus in libro Gallice edito de ſanctitate ſtatus Monaſtici Pariſ. A. 1700. Clericis etiam præferuntur Monachi ab Abbone Floriacenſi in Apologetico p. 397. *Clericorum ordo inter Laicos & Monachos medius, quantum eſt ſuperior inferiore, tantum inferior ſuperiore.* Mox p. 398. notat ex Monachis Clericos ordinari, & ex Clericis Monachos fieri. Non ab re igitur fuerit de illis etiam hoc loco pauca qvædam ſubjungere. Ac per tria qvidem prima à Chriſto nato ſæcula nullos Monachos in Eccleſia Chriſtiana fuiſſe non diffitetur Elias du Pin in Biblioth. Scriptorum Eccleſ. in Append. ad tom. 6. p. 25. Apoſtolorum certe temporibus ne veſtigium qvidem fuiſſe Monaſticæ vitæ affirmat S. Chryſoſtomus Homil. 25. in Epiſt. ad Hebræos. Qvanqvam enim Philo Therapevtas tanqvam genus qvoddam Monachorum videtur deſcribere, tamen ex eo ipſo Philoni non de Chriſtianis ſed de Judæis Eſſenis eſſe ſermonem viri docti colligunt: Vide Epiſtolas Gallice Pariſ. 1612. de Therapevtis Philonis editas p. 150. ſeq. 262. ſeq. Et qvanqvam Marcion Hæreticus ab Epiphanio in Hæreſi Marcionitarum, μονάζων appellatur, hinc tamen Monachos primo jam ſæculi ſecundi qvadrante in Eccleſia fuiſſe nolim colligere cum Thoma Milleſio in no-

tis

tis ad Cyrillum Hieroſolymitanum pag. 60. qvoniam vocabulo illo tantum ſolitaria vita * Marcionis notari potuit. Qvarto autem poſt natum Chriſtum Sæculo jam freqventes Monachi eſſe cœperunt, qvi ducti ſanctimonia *Pauli Thebani*, Eremitarum primi, qvi circa A. 251. deſertum intravit anno ætatis vix decimoqvinto, tum *S. Antonii*, cujus vitam Athanaſius ſcripſit qviqve vitam Monaſticam amplexus eſt circa A. 270. vel S. Amunis ſive Ammonis primi conditoris cœnobii in monte Nitriæ circa A. C. 304. horum exemplo vitam ſectati ſunt vel *Anachoretarum* (qvi etiam Celliotæ, Eremitæ, ἐρημικοὶ, Aſcetæ, Einſiedeler/ ἔγκλειστοι, ** *incluſi*, de qvibus Sirmondus ad Godfridi Vindocinenſis IV. 48. Epiſt. tom. 3. Opp. p. 835.) vel *Cœnobitarum* ſive *Synoditarum* & in commune viventium in aliqvo Monaſterio. Ne dicam de *Sarabaitis* ſive *Remboth* qvi bini vel trini ſuo arbitratu vivebant, de qvibus Hieronymus Epiſt. 22. ad Euſtachium; Et de *Stylitis* à Simeone Stylita, medio ſæculo V. de qvo Allatius lib. de Simeonibus &c. Vide de variis gradibus Aſcetarum, μοναζόντων, Monachorum, Eremitarum Svareſium ad S. Nili Opera p. 680. ſq. Joſephum Bringhamum in Originibus ſive Antiqvitatibus Eccleſiaſticis Anglice editis, Volumine tertio, libro ſeptimo, Lond. 1711. 8. ubi etiam de Virginibus & Viduis Eccleſiæ Chriſtianæ, & D. Salomonem Deylingium in diſſ. de Aſcetis Veterum, ſubjecta parti tertiæ Obſervationum ſacrarum p. 441. ſq. Ab illo tempore non tantum numerus Monachorum & Monialium auctus eſt mirum in modum, ſed etiam diverſæ *regulæ*, diverſa inſtituta ac genera vitæ Monaſticæ in Oriente & Occidente excogitata. Vide Codicem regularum editum à *Luca Holſtenio* Rom. 1661. 4. diſtributumq; in partes tres, qvarum priore habes regulas Monachorum Orientis, S. Antonii Abbatis, S. Iſaiæ Abbatis, SS. Patrum Serapionis, Macarii, Paphnutii & alterius Macarii Abbatis Nitrienſis (qvam ediderat Petrus Roverius S. I.) S. Pachomii, S. Orieſii, Incerti & S. Baſilii: in parte ſecunda regulas Monachorum Occidentis, S. Benedicti Abbatis Caſinenſis, Incerti, SS. Pauli & Stephani Abbatum, S. Cæſarii Arelatenſis, S. Aurelii Arelatenſis, S. Ferreoli Ucetienſis, S. Columbani Abbatis,



* Sic μοναχῶν vocabulo uſus Symmachus Pſalm. LXVIII. 6. δίδωσι μοναχοῖς οἰκεῖν οἰκίαν, ubi ſeptuaginta interpretes: κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴκῳ, al. μονοζώους.

** Ex Bonifacii VIII. decreto Monachis ac Monialibus monaſterio ſine graviſſima cauſſa egredi vetitum, qvod usqve qvaqve obſervatum etiamnum obſervari optat Joh. Baptiſta Thiers, libro *de la clôture des religieuſes*, A. 1681.

tis, Monaſterii Turnatenſis, S. Iſidori Hiſpalenſis, S. Fructuoſi Braccarenſis, Regulam Magiſtri, & Grimlaici regulam ſolitariorum. Parte tertia regulas Virginibus obſervandas S. Auguſtini, S. Cæſarii & Aureliani Arelatenſium, S. Donati Veſontini, alterius cujusdam Patris & S. Leandri Hiſpalenſis, atqve B. Ælredi Abbatis Rievallenſis, ſubjuncta adhortationum ad Monachos & Virgines appendice. Exſtant etiam Hugonis Menardi notæ ad Concordiam regularum S. Benedicti, Abbatis Anianenſis, Pariſ. 1638. 4. Petrum qvoqve Roverium S. I. editioni Codicis regularum Monaſticarum inſudaſſe teſtatur Sirmondus tom. 4. Operum p 686. S. Hieronymi regulam Monachorum è ſcriptis ejus collectam per Lupum de Oliveto habes tomo V. Operum S. Hieronymi p. 343. edit. Jo. Marcianæi.

XXV. Cum ita pro ſuo qviqve genio & captu viverent & ſectatores ſuos haberent, non mirum plures etiam ordines Monachorum & Monialium ortos fuiſſe, qvorum numerus auctus præcipue per Seculum XIII & XIV. Illorum ſingulorum notitiam dare, integrorum voluminum opus, qvalia ſunt *Philippi Bonanni* S. I. Catalogus ordinum religioſorum, Italice & Latinè vulgatus Rom. 1706. 4. & Germanice Norimberg. 1711. 8. vel *Hermantii* (diverſi ab eo qvi vitas Athanaſii, Baſilii & aliorum condidit) Hiſtoria Ordinum religioſorum & Congregationum regularium & ſecularium Eccleſiæ, Pariſ. 1710. 12. qvatuor Voluminibus, Gallice. Novam etiam eorundem ordinum Hiſtoriam parat *Hippolytus Helyotus*, cujus Cenſura de Hermantii opere memoratur in Ephemeridibus Pariſienſibus Anni 1711. menſe Martio p. 355. edit. Amſtelodamenſis. Neſcio ſitne illud Helyoti opus, qvod recenſetur in iisdem Ephemeridibus A. 1715. p. 150. 243. Præterea Ordines Monachorum perſeqvitur Michaël Geddeſius Anglus in tractatibus Miſcellaneis patria lingua editis tom. III. diſſ. V. Lond. 1706. 8. Jampridem qvoqve & Gallice Amſt. 1688. 1695. & Germanice A. 1692. 8. Auguſtæ Vindelicor. prodiit Hiſtoria ordinum religioſorum, kurtze und gründliche Hiſtorien vom Urſprung der geiſtlichen Orden/ der Mönche und Cloſter-Jungfrauen/ nebſt beygefügter Vorſtellung der Ordens-Habite. A Bonanno ordines Monachorum referuntur CXL. & Monialium CVIII. His jungendus deniqve eſt *B. Lutherus* tom. 3. Opp. edit. Altenburg. p. 381. ſq. D. *Joachimi Hildebrandi* liber de Religioſis eorumqve Ordinibus, Helmſt. 1701. 4. Præterea de rebus & Antiqvitatibus Monaſticis videnda *Daldini Alteſerræ* Aſcetica ſive Origines Monaſticæ libris X. tum *Claudius Delleus* in Antiqvitatibus ſta-

tus

tus Monaſtici & Religioſi, editis Gallice A. 1699. *Joh. Creccelius* de origine & fundatione Ordinum Monaſticorum, Francof. 1614. 4. *Matthæi Galeni* Origines Monaſticæ, Dilingæ 1563. 4. *Proſperi Stellartii* Chronologia Monaſtica, Duaci 1627. 4. De ſtudiis Monaſticis eximius Jo. Mabillonii liber è Gallico verſus Latine etiam lucem vidit interprete Udalrico Staudigleo, Campoduni 1708. 8. qvo in opere probat Monachos perinde ut viros Eccleſiaſticos neutiqvam dedecentia aut illis indigna eſſe bonarum literarum, ſacrarum præcipue ſtudia. Sane conſtat per multa ſæcula literas alibi fere exulantes, in Monaſteriis hinc inde inveniſſe perfugium, & Monaſteria paſſim fuiſſe ſcholarum loco in qvo adoleſcentes erudirentur, (uti Hildebertus Cenomanenſis p. 285. edit. novæ ſcholares jungit clauſtralibus,) cum alios longe lateqve ſtudiorum vel odium vel certe ignoratio occupaſſet. Confer Jacobi Gœtten l. b. 2. Obſervationum cap. 4. Similiter certum eſt Monachos olim labore honeſto vel opificio vitam toleraſſe, neqve per otium conſumſiſſe qvæ alii Chriſtiani ſudore multo comparaſſent. Confer Alteſerram lib. V. Aſceticon. cap. 8. ſq. & Gundlingium ad Euſtratii delineationem Eccleſiæ Græcæ p. 21. ſq. Monachis præſunt Abbates, ſive Archimandritæ, Monialibus Abbatiſſæ. Explicatio hiſtorica cerimoniarum benedictionis Abbatiſſæ (qvales deſcribuntur in Pontificali Romano) inſerta eſt Memoriis literariis Trevoltinis A. 1708. p. 1531. ſq. auctore Claudio de Vert. id. p. 1336. Sed ad ſingula Monaſtica inſtituta deſcendere non eſt noſtri inſtituti, de qvibus poſt *Jo. Caſſianum* aliosqve, *Edmundus Martene* in præclaro opere de antiqvis Monachorum ritibus, diſtincto in libros V. editoqve Lugd. 1690. 4. atqve in Commentario Hiſtorico ad regulam S. Benedicti, eodem anno vulgato Pariſ. in 4. *Canonicorum* in Eccleſiis Cathedralibus Collegia originem debent ſeculo VII. Regulamqve primum accepere tempore Ludovici Pii Imp. ut notavit Baluzius ad Lupum Ferrarienſem p. 372. ſq. Confer M. Antonium de Dominis II. 9. & Raymundi Chaponelli Canonici Regularis S. Auguſtini & Prioris S. Eligii Hiſtoriam Canonicorum qvæ ſine nomine auctoris prodiit Gallice Pariſ. 1699. 12. & recenſetur in Actis Erud. tom. 3. ſupplementi p. 355. In eo autem qvod Chaponellus contendit Clericos & Canonicos ante ſæculum XII. nihil proprii poſſediſſe, refellitur ab Ludovico Hugone Ord. Præmonſtratenſis Monacho in Cenſura Hiſtoriæ Canonicorum, *Critique de l'Hiſtoire des Chanoines*, Luxemburg. 1700. 8. Omitto alia qvæ videri poſſunt apud Caſparem Thurmannum in Bibliotheca Canonicorum.

Halæ Magdeburg. 1700. 4. De *Ordinibus equeſtribus* ſive Cruciatis & religioſis, ſive ſecularibus atqve militaribus videndi Scriptores laudati in Actis Eruditorum tom. 2. ſupplementi p. 498. & 502. & à Chriſtiano Gryphio τῷ μακαρίτῃ in limine libri editi Germanice Ao. 1709. 8. kurtzer Entwurff der geiſt- und weltlichen Ritter-Orden / qvibus addendi Hermantius ſupra memoratus in Hiſtoria Ordinum militarium, Rothomagi A. 1678. 8. & eorundem ordinum deſcriptio * lingua Slavonica ſive Ruſſica, additis (ad Belgicæ editionis exemplum **, qvam A. 1697. 8. Amſtelodami dedit Adrianus Schœnbeckius) iconibus in æs inciſis inſignium, veſtium & ornamentorum, qvibus Eqvites Ordinum CXIII. utuntur. Ægidius Andreas de la Roqve in libro de origine nominum & cognominum, Gallice vulgato Pariſ. 1681. 12. Petrus Lagerloef in diſqviſitione de Ordinibus Eqveſtribus, Holmiæ 1696. Philippus Reinhardus Vitriarius de Eqvitibus & Ordinibus Eqveſtribus. Lugd. Batav. 1707. Joh. Chriſtophorus Becmannus in notitia dignitatum illuſtrium diſſ. XIX. ſeq. Vincentius Coronelli Tomo XIX. Lexici vægrandis univerſalis, edi pridem cœpti Venetiis lingva Italica, ubi ſub voce *Cavaglieri* comparet non ſine auctario Bernardi Juſtiniani, Veneti, Hiſtoria Chronologica Ordinum Eqveſtrium, edita in lucem Venet. 1670. atqve auctior 1692. fol. Idem, qvem paullo ante laudabam, *Philippus Bonanni*, S. J. etiam Ordinum Eqveſtrium centum & qvinqvaginta imagines atqve deſcriptionem Clementi XI. Pontifici Maximo obtulit, Romæ Ao. 1713.

* Acta Erud. Tom. 3. ſupplem. pag. 534. & A. 1714. pag. 487.

** Titulus Belgicæ editionis eſt: *Hiſtorie van alle Ridderlyke en Krygs-Orders, haar Dragten, Wapen, en Zintecken, in t' Koper geſneden door Adrian Schoonebeck.*

CAP. XIV.

# CAPUT XIV.

## Scriptores de Republica ac Magiſtratibus Hebræorum, Græcorum, & Romanorum.

*De Republica Hebræorum.* 1. *Synedrio magno.* 2. *Jure Regio.* 3. *Æchmalotarchis &c.* 4. *De Politia Ægyptiorum.* 5. *Græcorum Respublicæ.* 6. *Athenienſium & Lacedæmoniorum.* 7. *De Corpore Achaico & Ætolico.* 8. *De Rep. & Magiſtratibus Romanorum.* 9. 10. 11. 12. *Inauguratio, Inſignia, tituli.* 13. *Ordines in Rep. Nobilitas, jus Civitatis &c.* 14. *Notitia Dignitatum utriusque Imperii.* 15. *De Rebuspublicis commentitiis.* 16.

I.

Hebræorum Rempublicam ſingulari qvadam regiminis forma, qvam *Theocratiam* vocat Joſephus lib. 2. contra Apionem, p. 1071. adminiſtratam fuiſſe, tempore Moyſis, Joſuæ & Judicum, anteqvam in externæ Monarchiæ formam ſub Saulo mutaretur, oſtendit D. *Adamus Rechenbergius* in diſſ. de ficta Hebræorum ante Regem Saulem Monarchia civili, Lipſiæ 1687. tom. 1. diſſ. Hiſtorico-politic. pag. 336 ſq. contra *Seldenum* II. 2. de Synedr. & *Adr. Houytinum*, qvi ante Saulis tempora Monarchiam in Republica Judaica obtinuiſſe ſingulari libello probare conatus eſt, Lugd. Batav. 1685. 12. impugnato etiam à *Sam. Puffendorffio* in appendice ad Librum de habitu religionis Chriſtianæ. Cum hac Theocratia non niſi temere aliqvis contulerit Διονρατείαν Athenienſium, aut Remp. Panarenſem & univerſorum Panchajæ inſulæ incolarum, cauſas majoris momenti ad Sacerdotes referentem, de qva Diodorus Siculus V. p. 220. 221. vel qvod Julius Cæſar apud Dionem Caſſium recuſat Diadema, mittitqve in Capitolium, dictitans qvod Jupiter ſolus ſit Romanorum Rex. Cæterum de Theocratia Judaica agentes præterea conſuli poſſunt Jo. Wandalinus lib. 3. de jure Regio cap. 2. ſq. & qvæ præter Jo. Marshamum p. 226. ſq. Canonis chronici, & Johannem Spencerum lib. 1. de legibus Hebræorum p. 174. ſq.

Herm. Witſius oratione de Theocratia Iſraëlitarum, qvæ in ejus Miſcellaneis & ante Th. Godwini Moyſen & Aaronem, Latinè in Belgio & Bremæ recuſum exſtat. Melchior item Leydeckerus de Rep. Hebr. lib. V. cap. 1. Joh. Jacobus Schudt Prolegomenis ad Vitam Jephthæ, & auctor diſſertationis de Theocratia Iſraëlis, * editæ, ut probet Chriſtum ſemper Principem Gentis Judaicæ peculiariter fuiſſe ab exitu ex Ægypto usqve ad deſtructionem templi ſecundi. Judæorum populum in Ægypto atqve Ægyptiorum tyrannide liberatum adéo ſtupidum & incultum haud fuiſſe, uti à viris qvibusdam doctis arguitur, declarat Edmundus Dickinſon in phyſica veteri & vera cap. XIX. & D. Salomo Deylingius Oratione de Iſraëlitarum ingenio, ad calcem partis 1. Obſervationum ſacrarum, Lipſ. 1708. 4. De adoleſcentia Reipublicæ Iſraëlitarum ſub temporibus Judicum, hisqve proximis, exſtat D. *Guſtavi Georgii Zeltneri* liber editus Norimbergæ 1696. 8. ad 1. Regg. VI. & Act. XIII. 20. & *Dan. Guil. Molleri* de XII. Judicibus exercitatio, Altdorf. 1709. Præterea notiſſimi ſunt de Republica Hebræorum libri præclare ſcripti à Cornelio Bonaventura Bertramo, Carolo Sigonio, Jo. Stephano Menochio, aliisqꝫ. *Bertrami* Liber de Republ. Hebræorum, Theodoro Bezæ inſcriptus, lucem adſpexit primum Genevæ 1574. 8. deinde notis illuſtratus à *Conſtantino l' Empereur* Lugd. Batav. 1641. ab eoqve tempore cum hujus viri docti notis recuſus inter Criticos ſacros Anglos, Londini primum deinde Amſtelodami, tum Francofurti vulgatos, tomo VIII. *Caroli Sigonii* libri III. de Republ. Hebræorum lucem primo adſpexerunt Bononiæ 1582. 4. deinde ſæpius prelis iterum ſubjecti tum ſeorſim, tum aliis juncti ſcriptis ab eodem Sigonio compoſitis. Deniqve cum notis ſive collectaneis *Jo. Nicolai* Helmſt. 1685. 4. iisqve longe auctioribus Lugd. Batav. 1701. 4. *Johannis* qvoqve *Braunii* viri Clariſſ. notas ineditas in Sigonium memorari video in Actis Erudit. A. 1702. p. 64. *Petri Cunæi* libri III. de Rep. Hebræorum Lugd. Bat. 1632. & ſæpe poſtea excuſi, Criticisqve Anglis itidem inſerti ſunt, hinc in Belgicam linguam converſi, ſuppletiqve ac continuati à *H. W. Gœrée* Amſt. 1685. & in Gallicam 1705. 8. 3. Vol. Nec minus Latine iterum editi cum notis *Johannis Nicolai*, Lugd. Batav. 1703. 4. *Menochii* opus de Republica Hebræorum, omnis generis antiqvitates Hebraicas ſimul attingens, prodiit Pariſiis 1618. fol. *Herm. Conringii* de Republica Hebræorum diſſertatio Helmſt. dii ſeparatim primum, deinde cum ejus libro de Numis Hebraicis edita & noviſſime à Thoma

* Journal literaire, Tom. 3. p. 473. Hagæ Comit. A. 1714. 8.

Thoma Crenio inſerta faſciculo 2. opuſculorum ad hiſtoriam & philologiam ſpectantium. *Joach. Lud. Reimeri* de Republica Hebræorum Libellus perbrevis vulgatus Hafniæ 1657. 12. *Jo Georgii Wendii* diſſertationes octo de eodem argumento, Thorun. 1697. 4. *Edonis Hilderici*, Friſii, Oratio de Politia & Hierarchia populi Judaici, Altdorfii edita. *Melchioris Leydeckeri* Theologi Trajectini libri XII. de Rep. Hebræorum, Ultraj. 1704. fol. atqve de vario Reip. Hebræorum ſtatu libri IX. Amſt. 1710. fol. *Joh.* qvoqve *Conradi Danhaueri* Politia Hebræa per varias ætates ſuccincte deſcripta huc ſpectat, poſt Auctorem jam pridem defunctum à Rev. D. Jo. Andr. Schmidio vulgata Helmſt. 1700. 4. & pridem commendata à Wilhelmo Erneſto Tenzelio in dialogis vernaculis A. 1690. p. 369. *Sebaſt. Caſtalionis* Reſpublica Judaica ex Joſepho excerpta & ſeparatim edita eſt Helmſt. 1616. 8. & nuper adjecta noviſſimæ editioni verſionis Latinæ Bibliorum Caſtalionis Lipſ. 1697. fol. D. *Jo. Wandalini* de Jure regio opus in 3. libros diſtinctum & Hafniæ editum 1663. 1664. 1667. 4. liber tertius præcipue hoc loco non prætereundus, in qvo de Republica Hebræorum qvalis præſertim ſub Regibus fuit, fuſe agitur. Videnda etiam *Antonii Probi* diſſ. de Monarchia regni Iſraëlis à Tho. Crenio ſubjuncta elenchis Judaicis Chriſtoph. Helvici, recuſis Lugd. Bat. 1702. 8. qvibus addes Jo. Franciſci Buddei introductionem in Philoſophiam Hebræorum p. 400. ſq. & Jo. Seldenum lib. 1. de Synedriis capite ultimo. *Georgii Wendii* de Rep. Hebræorum disqviſitiones Theologico-politicas octo, Gedani 1696. & 1697. 4. qvarum *prima* eſt de regimine Patriarchico, *ſecunda* de regimine Nimrodico, *tertia* de regimine Hegemonico: *quarta* de regimine Heroico, *quinta* de regimine Monarchico, *ſexta* de regimine dubio in Ægypto, *ſeptima* de regimine dubio in captivitate & poſt captivitatem Aſſyriaco-Babylonicam: & *octava* de regimine ablato, ſive de anarchia Judæorum hodierna. Notitiam ſuam Reipublicæ Hebræorum, ſed adhuc ineditam memorat Philippus Jacobus Hartmannus in libro de rebus geſtis Chriſtianorum ſub Apoſtolis p. 60. Nicolaus qvoqve Hertius, JCtus præclarus Gieſſenſis ſuperiore anno extinctus editioni paravit tractatum de Rep. Hebræorum poſt captivitatem Babylonicam, qvi fato ejus inopino interceptus eſt.

II. De LXX. Senioribus per Moyſem conſtitutis videndi interpretes ad Exod. XXIV. Bertramus cap. 5. 6. de Republ. Hebraica. Conſtantinus l'Empereur in notis ad c. XI. Bertrami, ubi Synedrium Eccleſiaſticum ex Scribis & Sacerdotibus conſtans, à Synedrio politico Senio-

rum

rum populi probe diſtinguendum monet. Confer interpretes ad Num. XI. 14. Actorum V. 21. Chiliarchis, Centurionibus, Pentecontarchis & Decurionibus, qvi à Moſe conſtituti memorantur Exod XIIX. 25. Deut. I. 15. Joſephus III. 4. Antiqv. addit Myriarchos, Pentecoſiarchos, Triacontarchos, Icoſiarchos. Sed de univerſo hoc argumento circa Synedria & præfecturas juridicas veterum Hebræorum, extat opus eruditiſſimum *Jo. Seldeni*, qvod in III. libros diſtributum (poſtremo libro per fata auctoris qvi A. 1654. obiit, imperfecto relicto) primo in lucem editum eſt Londini 1644. 4. tribus volum. & uno volumine recuſum Amſteld. 1679. 4. Francof. 1697. 4. Præterea videndus *Joh. Coccejus* ad titulum Thalmudicum Sanhedrin, ſive de Synedrio, editum ſeorſim primum, ſub nomine *Johannis Koch Amſt.* 1629. 4. deinde inter opera Cocceji jam triplici vice junctim edita tomo VII. & inter tractatus Miſchnicos à Gvielmo Surenhuſio illuſtratos cujus videnda etiam præfatio ad tomum IV. Rich. Montacutius in apparatu ad origines Eccleſiaſticas p. 236. ſeq. (Analect. p. 228. ſq.) Petrus de Marca lib. 2. cap. 5. de concordia Sacerdotii & Imperii &c. tum Rieſchius, Jo. Friſchmuthus, Jo. Erneſtus Bornitius, Freislebenius, D. Henrici & Joh. Vorſtius in diſſertationibus de Synedriis Hebræorum: D. Jo. Benedictus Carpzovius in notis ad Schikardi jus regium Hebræorum p. 9. ſq. ubi inter alia ejusdem Schikardi opus de Synedriis morte præventum dolet, Johannes qvoqve Henricus Otto hiſtoriæ Doctorum Miſchnicorum, Oxon. 1673. 12. & Amſt. 1698. 8. editæ adjunxit recenſionem Præſidum & vicePræſidum Synedrii M. Conſeſſum Synedrii in ſigmatis, ſive hemicycli formam, ita ut Principis locus eſſet in medio, & collegarum reliqvorum à dextra ac ſiniſtra ejus, ex Rabbinorum ſententia deſcribit Joh. Saubertus in palæſtra diſſertationum p. 287. 288. Eqvidem parum digna eſſe fide qvæ de continuatione Synedrii Moſaici ejusqve per omne tempus ſub Judicibus Regibus & ſub templo ſecundo auctoritate traduntur, idqve inſtauratum demum videri temporibus Seleucidarum contendit V. C. *Jo. Clericus* in diſſertatione de LXXII. virorum in Rep. populi Hebræi Synedrio, qvam Commentario in librum Eſtheræ ſubjunxit: Et pridem in eandem ſententiam plura diſputaverat in judiciis Theologorum Hollandiæ de Hiſt. Critica V. T. Epiſtola X. eorumqve judiciorum defenſione Epiſt. V. Videri tamen etiam poſſunt qvæ adverſus Clericum ſcripſit Richardus Simon. De minoribus judiciis Judæorum annotant nonnulla interpretes eruditi ad Matth. V. 22. Seniores populi ſive Senatores Synedrii M. à Senioribus

bus Urbium diſtinctos obſervat præter Conſtantinum l'Empereur ſupra laudatum Grotius ad Matth. V. p. 83. ad Matth. XXVI. 47. & Lucæ XIX. ult. De *Phylarchis* apud Judæos videndi interpretes ad librum Numerorum cap. I. Grotius & Hammondus ad Matth. XIX. 28. De *Principibus familiarum* agit etiam Jo. Seldenus in libro de ſucceſſione apud Hebræos in bona defunctorum, qvi poſt editionem Londinenſem 1636. fol. prodiit Lugd. Bat. 1636. 8. & Francof. ad Oderam 1673. 4.

III. Cum Iſraëlitæ aliorum populorum orientalium exemplo Regem à DEO flagitaſſent, Samuel Propheta jubetur iis proponere *Miſchpat hammelech*, jus regis, ſive ut Scaliger Epiſt. XV. transfert *modum Regis* 1. Samuel. IIX. 11. ſq. Utrum enim eo in loco deſcribatur jus Regis, qvale illud voluerit & probaverit DEus O. M. an potius modus agendi, qvo inclementius & incircumſcripta poteſtate uti ſolebant Reges pleriqve orientis, & qvalem adeo imitaturi etiam eſſent Reges Iſraëlis, fuſe & magna animorum contentione diſputatur à variis ſcriptoribus. Poſteriorem ſententiam ſcopo Samuelis, ut videtur, congruentiorem amplectuntur Joſephus, tum Maimonides, Abarbanel & alii Judæi: è Chriſtianis Clemens Alexandrinus, Cyprianus, Gregorius M. Sulpitius Severus, Beda aliiqve qvam plurimi, allegati à Joh. Wandalino lib. 1. de jure regio cap. 2. Leydeckerus de Rep. Hebr. p. 432. Gisb. Voëtius Tom. IV. diſſert. ſelect. p. 214. Joh. Miltonus in defenſione populi Anglicani contra Salmaſium, Algernonius Sidneyus de regimine, (qvi liber ex Anglico Gallice ante paucos annos verſus prodiit) & Monarchomachi communiter. Prior ſententia præplacet non modo Machiavelliſtis univerſis, ſed etiam aliis præclaris viris & Scripturæ interpretibus. Vide Joh. Wandalinum lib. 1. de Jure Regio c. III ſq. & ab eo laudatos, qvibus addes Sam. Pufendorfium in analectis politicis p. 68 ſq. D. Carpzovium τὸν μακαρίτην in limine notarum ad *Guil. Schickardum* de jure Regio ex ſacris literis & Scriptoribus Hebraicis illuſtrato, editoqve primum Tubing. 1621. 4. & cum Carpzovii notis recuſo Lipſ. 1674. 4. In hanc ſententiam multis qvoqve diſputat Claudius Salmaſius in defenſione regia toties recuſa. Vide & D. Calovii Biblia illuſtrata ad 1. Sam. VIII. Marshami Canonem Chronicum p. 238. ſq. De Regibus Hebræorum eorumqve juribus, *Maimonidis* librum latine à ſe verſum ſeparatim cum notis edidit Melchior Leydeckerus 8vo. atqve iterum inſeruit lib. VII. de Rep. Hebr. cap. 4. p. 232. ſq. & cap. 13. pag. 485. ſq. Vide ſis etiam Joh. Friſchmuthi diſſ. de Rege eligendo & deponendo. Jenæ 1653. 4.

Judicum à Regibus differentiam ſuccinćte explicare inſtituit Bailletus in Vitis Sanćtorum Vet. Teſt. ubi Judicum vitas expoſiturus negat eos perinde ut Reges potuiſſe novas ferre leges, nova imponere tributa, Nec ſceptrum geſtaſſe nec diadema, neqve cinćtos fuiſſe ſatellitio cuſtodibusqve corporis. Neqve unćtione ſacra fuiſſe inauguratos, neqve hæreditariam dignitatem ad filios transmiſiſſe, neqve abſoluto uſos imperio in populum, ſed Exercitum duxiſſe & libertatem populi adverſus hoſtes aſſeruiſſe, juraqve ei dixiſſe. Primus poſt liberationem à captivitate Babylonica A. CCCCXXXI. diadema ſibi impoſuit Ariſtobulus Joannis Maccabæi filius teſte Joſepho lib. 1. de bello Judaico cap 3. Ariſtocratia reſtituta à Gabinio eſt, qvi judicia ſive Synodos qvinqve populo præfecit Id. lib. 1. cap. 6. De fori ſive judiciorum ratione in portis, erudita Joh. Danielis Jacobi diſſertatio lucem vidit Lipſiæ A. 1714.

IV. De *Æchmalotarchis*, *Ethnarchisq;* Judæorum. de *Patriarchis* & *Primatibus* qvi poſt captivitatem fuere, conſules Samuelem Petitum lib. II. Var. Lećtionum c. X. & lib III. Var. obſervationum c. 3. Jacobum Godofredum ad codicem Theodoſianum de Judæis & cœlicolis, Grotium cap 10. de imperio ſummarum poteſtatum circa ſacra p. 272. Jac. Rhenferdum diſſert. de Arabarcha vel Ethnarcha Judæorum, Franeqv. 1702. & qvos laudavi capite ſuperiore.

Judæis *Catholici* (קתוליקין) vocantur generales vicarii Pontificis maximi ſub Sagane, ut è Maimonide præter alios obſervatum Thoma Reneſio eſt Epiſt. ad Vorſtium p. 12. Adde Mishnam Surenhuſii tom. 2. p. 193. Qva ratione etiam Chriſtianis in Aſia & Africa Primates qvidam Catholicorum nomine veniunt. Vide W. E. Tentzelii dialogos vernaculos A. 1691. p. 296. ſq. ubi de Catholico Muſulenſi & Babylonico, & Cangium in gloſſario, voce *Catholicus*. Sed & generales procuratores ſive rationales redituum Imperatoris, dićtos fuiſſe Catholicos notant Petavius ad Epiſt 8. Juliani, & Pearſonius ad Symbolum Apoſt. p. 610. Sed ut ad Hebræos redeam, de *ſcribis Politicis* mentio occurrit Aćtorum XIX. 35 cui loco addes ubi lubebit Marshamum pag. 36. Canonis Chronici, Druſium ad 1. Maccab. V. 42. Ezech. Spanhemium Epiſtola ſecunda ad Andream Morellum, Joh. Lometerum parte Dierum genialium diſſ. 9. & Antonium van Dale diſſ. V. de antiqvitatibus ex marmoribus illuſtratis pag 425.

V. De

V. De Ægyptiorum Politia agunt Herodotus, Strabo XVII. libro, Diodorus Siculus: atqve è recentioribus Athanaſius Kircherus T. I. Oedipi Ægyptiaci. Marshamus, Witſius, & in Hiſt. univerſali Boſſvetus &c. Jucundum etiam Viri Clariſſ. Joh. Braunii ſomnium de Delta Ægyptiaco lib 5. ſelector. ſacror. Exerc. 4. qvo Ægyptum cum Belgio, Peluſium cum Amſtelodamo confert. Tota Ægyptus olim tributa in inferiorem, ſuperiorem & mediam, ſingulæ harum iterum in nomos ſive provincias decem. Confer Philippum Bertherium, libro I. πιθανῶν, cap. 4. Regum immanes opes ac potentia, Urbium & incolarum incredibilis plane numerus traditur. Et Theocritus Ptolemæo Philadelpho adhuc ait ſubeſſe civitates 33353. Idyll. XVII. v. 82. Plures qvam ter mille civitates ſua etiamnum ætate agnoſcit Diodorus Siculus lib. I. p 27. antea non pauciores duodeviginti millibus extitiſſe profeſſus. Incolas 3000000. antea 7000000. Thebæ metropolis longitudine fuit octoginta ſtadiorum. Ptolemæo Avletæ, attritis ac defectis jam pridem regni viribus annuatim redibant talenta 12500. teſte apud Strabonem p. 798. Cicerone. De ſynedriis & judiciis Ægyptiorum exſtat liber Joannis Nicolai, Lugd. Bat. 1706. 8.—Hiſtoriam Regum Ægypti poſt Alexandrum M. qvemadmodum Syriæ * qvoqve, ex numis & aliis veteribus monumentis egregie illuſtravit V. C. Joannes Vaillant, Amſt. 1701. fol. Primorum & antiqviſſimorum minus exploratæ res ſunt, uti ſucceſſio temporum incerta.

VI. Reſpublicas centum & duodeſexaginta, deſcripſerat Ariſtoteles, ut eſt apud Laertium & Anonymum Menagii de vita Philoſophi, ſive ut Grævius Præfat. theſauri Antiqv. Roman. tom. I. neſcio qvo è ſcriptore, centum & octoginta: ſive ut Ammonius deniqve ſeu Philoponus in Ariſtotelis vita, ducentas & qvinqvaginta qvinqve, Græcorum maxime, tum etiam Barbarorum, qvo in opere peculiariter dixerat de iis qvæ Monarchico & qvæ Democratico atqve Ariſtocratico Imperio uterentur. In Arabica illius operis verſione qvæ memoratur ab Herbeloto in Bibl. Orientali, de CXXIV. Civitatibus mentionem fieri affirmat ſcriptor Arabs Hagi Kalfah. Vulgaverat illas Rerump deſcriptiones atqve de illarum conſtitutione cenſuras Ariſtoteles ante libros Politicorum, Ethicorumqve, ſive de civili & morali doctrina. Qvod illuſtre opus

 au-

* Ejus Hiſtoria Regum Syriæ ad fidem numiſmatum accommodata prodiit Pariſ. 1681. 4.

auctori ipſi in extremo Nicomacheorum laudatum, temporum injuria ſive librariorum negligentia intercidiſſe vehementer dolendum eſt, nec deſiderium illud levatur perpaucis fragmentis qvæ undecunqve collegit Iſ. Caſaubonus, & recentioribus Ariſtotelis editionibus ſubnexuerunt editores. Nomina Rerumpublicarum ab illo celebratarum hæc LXXXIV. reperio: *Abydenorum*, *Achivorum*, *Acarnanum*, *Adramytteno-rum*, *Æginenſium*, *Ætolorum*, *Alydenſium*, *Ambraciotarum*, *Amphipolitano-rum*, *Antiſſæorum*, *Apolloniatarum*, *Arcadum*, *Argivorum*, *Athenienſium*: *Bottiæorum*, *Byzantiorum*, *Carum*, *Carthaginenſium*, *Catanæorum*, *Ceorum*, *Chalcidenſium in Italia*, *Chalcidenſium in Thracia*, *Chiorum*, *Cianenſium*, *Clazomeniorum*, *Cnidiorum*, *Colophoniorum*, *Coorum*, *Corcyræorum*, *Corinthiorum*, *Crotoniatarum*, *Cretenſium*, *Cythniorum*, *Cypriorum*, *Cyrenæorum*, *Deliorum*, *Delphicorum*, *Eleorum*, *Epidamnenſium*, *Epirotarum*, *Erythrienſium*, *Euboënſium*, *Geloorum*, *Gilenſium*, *Heracleonitarum*, *Heræenſium*, *Heſtiæenſium*, *Himeræenſium*, *Japygum*, *Iſtrenſium*, *Lacedæmoniorum*, *Lariſſæorum*, *Leontinorum*, *Leucadiorum*, *Locrenſium*, *Lyciorum*, *Mantinenſium*, *Maſſaliotarum*, *Megarenſium*, *Melienſium*, *Methonenſium*, *Mileſiorum*, *Moloſſorum*, *Mytilenæorum*, *Naxiorum*, *Notienſium*, *Opuntiorum*, *Oræenſium*, *Orchomeniorum*, *Pariorum*, *Pelleniorum*, *Phocenſium*, *Rheginenſium*, *Rhodiorum*, *Samiorum*, *Samothracum*, *Sicyoniorum*, *Sybaritarum*, *Syracuſanorum*, *Tarantinorum*, *Tegeatarum*, *Tenediorum*, *Tyrrhenorum*, *Træzeniorum*. Scripſerat de Rebuspublicis etiam *Critias* de qvo Caſaubonus ad Athenæum XI. 3. nec minus *Dicæarchus*, vide qvæ viri docti ad Ciceronem II. 2. Epiſt. ad Atticum. Qvæ de Græcorum politiis ad calcem Nicolai Cragii de republica Lacedæmoniorum, & ad calcem Variar. Æliani hiſtoriarum in antiqvis editionibus leguntur ſub nomine *Heraclidæ* Pontici, non respublicas integras deſcribunt, ſed ſingulos qvosdam ritus vel mores rerumpublicarum qvarundam adnotant. Ejusdem generis ſunt, qvæ ſub *Nicol. Damaſceni* nomine de rebuspublicis leguntur, & ex Stobæi ſermone 42. ſunt excerpta, atqve ab Daniele Heinſio ſubjecta præclaræ editioni Politicorum Ariſtotelis, & recuſa tomo VI. theſauri antiqvitatt. Gronoviani. Inter recentiores *Bartholomæus Keckermannus* in Syſtemate Syſtematum tom. III. poſt corpus politicum exhibet exercitationes qvatuor 1.) de principatu ſ. Monarchia *Perſarum* (de qva diligentiſſime Barnabas Briſſonius) 2.) de ſexaginta Rebusp. priſcis, in qva non qvidem juſtæ harum deſcriptiones, ſed de ſingulis earundem unus alterve mos vel lex una alterave memorata Ariſtoteli, Heraclidi, Nic. Damaſceno, à

Ke-

Keckermanno Politicis animadverſionibus illuſtrata: 3.) de Rep. *Athenienſi*, & 4.) de *Spartana* paullo diligentior tractatio. Poſt hunc *Ubbo Emmius* tom 3. Græciæ Veteris, ſeorſim pluribus vicibus editæ & tom. IV. theſauri Gronoviani recuſæ deſcripſit reſpublicas *Athenienſium*, *Lacedæmoniorum*, *Carthaginienſium*, *Cretenſium*, *Argivorum*, *Thebanorum*, *Corinthiorum*, *Syracuſanorum*, *Corcyreorum*, *Samiorum*: *Chiorum*, *Rhodiorum*, *Achæorum*, *Ætolorum*, *Acarnanum*, *Epiri*, *Maſſilienſium*, & *Locrenſium*. De Republica *Carthaginienſi* collegit nonnulla in Carthagine ſua Chriſtophorus Hendreich, Francof. ad Oderam 1664. 8. De Athenienſium Republica libri IV. *Caroli Sigonii* cum libro ejusdem de rebus Athenienſium ac Lacedæmoniorum Chronologice digeſto prodierunt juncti aliis qvibusdam Sigonii ſcriptis, Hanov. 1611. fol. & recuſi ſunt in tom. V. Antiqvitatum Græcarum, ubi etiam occurrit *Guilielm. Poſtellus* de Republica & magiſtratibus Athenienſium, *Antonii Thyſii* de Republ. Athenienſi diſſ. politica, & *Achaia* vetus *Martini Schockii* qva ejus ſitus, antiqvitates, Respublica, Reges, Tyranni, leges & bella deſcribuntur. Idem Gronovius tom. IV. recudi fecit *Joh. Meurſii* de tribubus & pagis Atticæ librum cum luculentis *Jac. Sponii* ex ejus itinerario ſupplementis, Meurſii regnum Atticum ſive de Regibus Athenienſibus, & Archontes *Athenienſes Auctoris ſupplementa qvædam ad hos libros ex ejus chirographo in præfatione ad illum tomum à Gronovio exhibentur. In tomo V. ejusdem theſauri recuſi exſtant Meurſii Piſiſtratus ſive de regno Piſiſtrati liber auctior, & liber de Regno Laconico. *Nicolai Cragii* Ripenſis de Republica *Lacedæmoniorum* libri IV. pereruditi poſt editionem Genev. 1593. 4. & Lugd. Bat. 1670. 8. auctiores atqve emendatiores, Joannisqve Meurſii libri totidem Miſcellaneorum Laconicorum, qvibus Cragius paſſim ſuppletur vel confirmatur. Cæterum falli eos qvi non Cragium ſed Cujacium librorum illorum auctorem faciunt, oſtendit Henr. Ernſtius in Obſervationibus l. 2. c. 27. Deniqve in eodem tomo V. habes Meurſii fortunam Atticam ſive tractatum brevem de fatis Reip. Athenienſis, ex chirographo auctoris locupletatum. In T. VI. theſauri Gronoviani occurrit *Joſephi Laurentii* disqviſitio de Rebuspublicis, Suffragiis, Conciliis, accuſationibus & tormentis veterum, ex Polymathia ejus excerpta. *Leonh.* vero *Aretini*

Ppp 3

* Inter Archontes novem Athenis unus tantum erat ἐπώνυμος ſive cujus nomen eo anno annotabatur in faſtis, ut docet præter alios Philo lib. de Abrahamo p. 275. Confer Veterem Inſcriptionem in Montfauconi palæographia pag. 149. & Antonium van Dale Antiqvitatt. è marmoribus p. 203. ſq. Archontes Eponymos ordine Alphabetico exhibui ſupra pag. 209.

*tini* rerum Græcarum liber ad Angelum Acciajolum; qvi in eodem tom. obvius eſt, præcipuarum Græciæ civitatum caſus ruinas & mirificas converſiones, complectitur. Habentur etiam tomo VI. theſauri Gronoviani *Joachimi Stephani* de jurisdictione veterum Græcorum ex ejus libro de jurisdictione Judæorum, Græcorum, Romanorum & Eccleſiaſticorum, Francof. 1604. 8. & *Joachimi Perionii* de magiſtratibus Græcorum Romanorumqve libri 3. editi pridem Pariſ. 1560. 4. At Perſei Stoici (qvi apud Athenæum corrupte Sæus) opus de Rep. Lacedæmonorum intercidit, de qvo Jo. Jonſius p. 11. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſophicæ. Sed poſt Cragium, Meurſium, Keckermannum, & Ubbonem Emmium (ne de veteribus dicam Plutarcho & Xenophonte) de *Rep. Lacedæmoniorum* videndus etiam *Guilleterius* in Lacedæmone veteri & nova, Gallice edita: uti de Athenis harumqve fortuna idem Gvilleterius Franciſcusqve Fanellus, ut omittam diatribam qvam de Rep. Laconica, Witebergæ vulgavit Henricus Theophilus Schneiderus, perpaucis conſtantem foliis. *Wilhelmum Boſſardum* de Magiſtratibus * *Athenienſium* qvem laudat D. Jo. Conradus Dietericus in Antiqvitatibus Biblicis V. T. p. 569. & *Antonii Montecatini* Veterum Rerumpublicarum antiqva fragmenta, cum ejus Commentario ad Platonem de Rep. & Legibus, Ferrariæ 1595. fol. edita haud vidi. *Poſtelli* vero librum ejus argumenti etiam cum notulis ſuis recudi curavit Jo. Frid. Hekelius, Lipſ. 1691. 8. De Prytanibus Græcorum agit Ezech. Spanhemius in tractatu qvem Clariſſ. Grævius tomo V. theſauri ſui inſeruit. Antonius item van Dale in diſſ. ad antiqvitates ex marmoribus illuſtrandas editis, ubi etiam de Agonothetis, Principibus Sacrorum, & ſimilibus. Apud eundem & Joh. Schildium opere mox laudando, tum etiam Andream Morellum in ſpecimine rei nummariæ p. 27. ſq. & Jo. Valentem in Numiſmatibus Græcis Imperatorum p. 221. ſq. plura videri poſſunt de Κοινῷ ſive variis communitatibus urbium Græciæ, Aſiæqve.

VIII. De corpore fœderato *Achæorum* ex Polybio & aliis agit *Jo. Schildius* Libro ſecundo de Coalitione populorum ac Rerumpublicarum pag. 101. ſq. & *Martinus Schoockius* in Achaja vetere tom. 5. theſauri Antiqvitatum Græcarum, qvi cap. 24. fœdus Achaicum confert cum Belgio fœderato. Uti cum eodem corpore formam Reipublicæ noſtræ Romano

* De δοκιμασίᾳ Magiſtratuum apud Athenienſes ſive probatione vitæ eorum, morumqve vide Bœckleri diſſ. T. 2. p. 942. ſq. ad Lyſiæ Orat. 15. & 30. De officiis diverſorum diverſis Svidas in ἡγεμονία.

no Germanicæ compararunt *Jacobus Godofredus*, *Hermannus Conringius* & alii, præſertim *Jo. Ludovicus Praſchius* in aſſertione reipublicæ Achaicæ, ejusdemqve cum Germanica comparatione, Ratisbonæ 1686. 4. de qvo libro vide ſis Acta Erud. Lipſienſ. Anno 1687. p. 99. De Corpore *Ætolorum* idem Schildius, p. 130. ſq. cujus libri III. de coalitione populorum ac Rerump. prodierunt Hagæ Comitis 1661. 4.

IX. De Magiſtratibus Urbis Romæ dum in libertate civitas fuit, *Jani Guilielmi* libellus poſt editionem Roſtochienſem Anni 1557. 8. recuſus eſt plus ſimplici vice in Petri Scriverii Republica Romana. *Johannis Kirchmanni* opus non paucis conſtans foliis de Magiſtratibus Romanorum adhuc ἀνέκδοτον vidi in Bibl. Gudiana, cujus ἀπόγραφον etiam eſt apud Cl. amicum noſtrum Michaëlem Richey Hamburgenſem, Gymnaſii Stadenſis Rectorem præclare meritum. Alioqvi de magiſtratibus Romanorum præter *Perionium* ſupra laudatum noti ſunt *Andreas Dominicus Floccus*, cui libellum ſub falſo *Lucii Feneſtellæ* nomine ſæpius editum recte reſtituit Ægidius Witſius Brugenſis Antw. 1561. 8. licet *Jacobo Bornagio* illum Robortellus tribuere maluerat. Tum *Julius San Severinus*, *Pomponii Læti* nomine notior, & *Henricus Bebelius* Argent. 1513. 4. qvi cum Flocco, Læto & *Volaterrani* iis qvæ lib. 29. Commentar. Urbanorum de hoc argumento ſcripſit, legitur ad calcem Antiqvitatum Rom. Philippi Caroli: *Andreas Alciatus* de Magiſtratibus civilibusqve & militaribus officiis, tom. IV. Operum: *Petrus Faber* ICtus itidem doctiſſimus, cujus tractatus de Magiſtratibus Romanorum (Conſulibus maxime) legitur ad calcem lib. 1. Semeſtrium: *Petrus Poiſſon* de veteribus & novis Magiſtratibus & dignitatibus Populi Rom. Gallicè, Pariſ. 1583. 8. *Claudius Prævotius* de Magiſtratibus Pop. Romani, Lauſannæ 1579. 8. *Joannes Pyrrhus*, cujus libri III. de Magiſtratibus Romanis exſtant in Oceano Juris, ſive tractatu tractatuum Venet. 1584. fol. tomo I. *Georgius Vavchopius*, Scotus, Rom. 1595. *Scipio Gentilis* in libro de jure publico Pop. Romani, Altdorf. 1662. 8. diſſ. 1. de qvo libro vide ſis Clariſſ. Struvii Bibliothecam Antiqvam tomo 1. p. 405. *Franciſcus Hotomannus* tomo tertio Operum & tom. 2. theſauri Græviani: ut ſcriptores generales Antiqvitatum & Reip. Romanæ prætercam, *Onufrium Panvinium* tom. I. Grævii, *Wolfgangum Lazium*, aliosqve: nec non libellum ex *Juſti Lipſii* ſcriptis de Magiſtratibus Romanis collectum, qvi in Antonii Thyſii Roma illuſtrata, & Petri Scriverii Rep. Romana plus ſemel prodiit.

X. Re-

X. *Regum* Albanorum & Æneadarum Dynaſtiam & ſucceſſionem ante Romulum, illuſtrat Carolus Neapolis ad Ovidii faſtos pag. 159. & Theodorus Rycqvius de Adventu Æneæ in Italiam p. 453. A Regibus Romanis provocationi locum fuiſſe ad populum, Cicero Livius lib. 1. cap. 26. & Seneca Epiſt. 108 dubitare nos non ſinunt, licet hoc negat Scipio Gentilis libro jam laudato, diſſ. 1. §. 3. & Joh. Henricus Bœclerus de Roma ſub VII. Regibus Romanorum, tom. 2. diſſ. p. 494. Ad Politicas rationes Romanæ ſub Regibus infantiæ intelligendas faciunt qvoqve inprimis Nic. Machiavelli libri III. diſſertationum ad librum primum T. Livii, Italica primum lingva ab auctore ſcriptæ, & deinde in Latina etiam Gallicaqve lingva ſæpius editæ. Rationes *Reip. Romanæ* compendio perſpicere licet ex libro ſæpius recuſo, & tironibus inprimis commendando Petri Joſephi Cantelii, S. J. Selectas qvæſtiones de Romana Rep. Magiſtratibus, Legibus & judiciis Romanis illuſtravit M. Antonius Ferratius libris tribus Epiſtolarum, vulgatis Patavii 1699. 8.

Conſpectum pleniorem ſingulorum *Magiſtratuum* Romanorum, majorum minorumqve, ordinariorum & extraordinariorum exhibet Onufrius Panvinius lib. 1. de Civitate Romana cap. 56. tomo 1. theſauri Græviani. De *Conſulibus* qvi ab A. Urbis 244. poſt exactos Reges annui creari cœpti ſunt bini, & qvorum eadem pæne poteſtas qvæ Regum, videndus inprimis Petrus Faber ad calcem libri 1. Semeſtrium. Singularis eorum prærogativa, ut qvemadmodum Athenis ab Archonte, ita Romæ à Conſulibus anni nominarentur: qvod factum etiam ſub Imperatoribus eſt usqve ad Annum Chriſti 541. (Urbis 1292.) ex qvo Imperatorum annis tempora ſignata ſunt, Juſtiniano ita jubente, ſvaſu ut volunt Triboniani. Atqve ex qvo Conſulatus à Juſtiniano abrogatus eſt, ſemel nec pluries proceſſiſſe Imperatores notavit Cangius ad Chronicon Paſchale p. 606. Uti vero Athenis Archontes qvidam non erant ἐπώνυμοι, ita Romæ Conſules medio ſuffecti anno in faſtis non nominabantur. Ita primo ſtatim anno poſt ejectum Tarqvinium, qvinqve fuere Conſules, uno abeunte in voluntarium exilium, altero occiſo, tertio morbi vi hauſto, ſed à duobus primis tantum Bruto & Collatino annus nominatur. Non mediocres vero inde in veteri Hiſtoria & Chronologia conſtituenda tenebræ, dum ſcriptores modo Ordinariorum tantum & ἐπωνύμων rationem habeat, modo etiam ſuffectorum. Vide Reineſii Epiſtolas ad Rupertum p. 48. 445. ſq. Conſules ſuffecti vocantur etiam *ſuffragatores* apud Sponium p. 115. Miſcell. Conſules, Dictatores, Cenſoresqve

tem-

temporum ordine expoſuit *Bartholomæus Marlianus*, Rom 1560. fol. Accuratius *Stephanus Vinandus Pighius* in Annalibus Magiſtratuum & Provinciarum S. P. Q. R. Antwerp. 1615. fol. & tom. XI. Græv. nec non *Onufrius Panvinius* in libris V. Faſtorum à Romulo Rege usqve ad Imp Carolum V. ſubjecta Appendice in qva faſti Imperatorum & Conſulum Ordinariorum, à Cæſare Dictatore usqve ad Juſtinianum Auguſtum, M. Verrii Flacci Conſularia & Triumphalia fragmenta, atqve Chronica *Caſſiodori, Proſperi, Incerti* auctoris & *Marcellini Comitis*, Venet. 1558. fol. & Heidelbergæ apud Commelin. 1588. fol. Exſtant & faſti Conſulares ac triumphorum actorum à Romulo usqve ad Imp. Tiberium illuſtrati commentario *Caroli Sigonii*, Venet. 1556. fol. Alios faſtos Conſulares usqve ad Annum Urbis 1107. ex Codice MS. Bibl. Cæſareæ vulgavit *Henricus Noris* ad calcem libri de anno & Epochis Syro-Macedonum Lipſiæ 1696. 4. Eosdem cum Noriſii diſſ. ad illos faſtos & illius Epiſtola Conſulari, in qva ex antiqvis Inſcriptionibus & aliis monumentis Onufrius* ſubinde caſtigatur, habes etiam in tomo XI. theſauri Græviani. Non omitendi etiam faſti Liviani *Eliæ Conſtantini Trewenſchræder* ab Urbe condita ad annum Urbis 742. Gedani 1675. 4. & qvæ de Conſulum ſucceſſione conſtituenda & ſerie ac nominibus & prænominibus accurate exponendis monuerunt *Antonius Pagi* in diſſ. Hypatica ſive de Conſulibus Cæſareis Lugd. 1682. 4. *Baronius*, idem Pagi & *Samuel Basnage* in Annalibus, *Tillemontius* in Hiſtoria Imperatorum, *Henricus Dodwellus* in Chronologia Dionyſii Halicarnaſſei, ut faſtos ab Ægidio Bucherio, & cum Chronico Paſchali à Cangio editos, Jo. Cuſpinianum alioſqve prætergeam. Nam de *Theodori Janſonii Almeloveenii* Faſtis Conſularibus duplicibus, ſerie temporum & ordine Alphabeti digeſtis inſtituto utiliſſimo, Amſtel 1705. 8. jam memini ſupra cap. VII. qvales dedit etiam *Benjamin Hederichius* Witeberg. 1713. 8. ſed annis Urbis conditæ non adſcriptis. *Chriſtoph. Adami Ruperti* faſti Conſulares, qvorum in Reineſii Epiſtolis ad eum ſcriptis p. 663. mentio, non viderunt lucem. De diptychis eburneis qvibus Conſulum nomina aureis inſcribebantur literis, vide Proſperum in peroratione libri de promiſſionibus DEI, Sirmondum ad Sidonii VIII. Epiſt. 6. & Henricum Noris de Synodo V. cap. 5. p. 23. Faſtos ejusmodi ὑπατάρια vocat Chronicon Paſchale p. 381. De Conſulibus honorariis & Codicillaribus, καλουμένοις μόνον, qvales ſub Imperatoribus fuere, ornamentis & prærogativis aucti Conſularibus, ſine munere ac poteſtate, vide A.

Qq q Pagi

* Onufrium in prænominibus addendis ſæpius hallucinari, notavit etiam Sirmondus Tom. 1. Opp. pag. 856.

Pagi diſſ. Hypaticam p. 70. ſq. De poteſtate & regio Imperio Conſulum (qvorum ambo ad A. U. 388. Patricii, deinde alter è plebe Liv. VI. 42. Plutarch. Camillo p. 151.) vide & qvæ viri docti ad Livium IV. 2. & 3. Begerus ad Florum pag. 87. Alexander ab Alexandro III. 3. Onufrius commentario ad lib. 1. faſtor. pag. 57. ſq. Petrus Joſephus Cantelius de Rep. Romana pag. 248. &c.

XI. *Præfectos Urbis* Romæ & CPoleos usqve ad A. C. 478. faſtis ſuis Conſularibus ſubjunxit laudatus *Almeloveniius*, cum qvo conferendus *Felix Contelorius*, Protonotarius Apoſtolicus libro de præfecto Urbis, Rom. 1631. fol. qvi & ipſe ſeriem præfectorum Urbis Romæ addidit, eamqve usqve ad A. C. 1630. produxit. De officio Præfecti Urbis, præcipue ſub Imperatoribus, vide etiam Procopium hiſtoriæ arcanæ cap. 20. Sirmondum tom. 1. Opp. p. 866. &c.

De τιμηταῖς ſive *Cenſoribus* populi Romani (qvos binos ab A. U. C. 311 primum creatos fuiſſe conſtat) eorumqve qvinqvennali per luſtri ſpatium durante poteſtate videndi Onufrius ad lib. 1 faſtor. pag. 87. ſeq. Jac Perizonii diſſertatio Lugd. Bat. 1697. 4. edita, qvæ recenſetur in Ephemeridibus Pariſienſibus A. 1698. pag. 497. De iisdem Cenſoribus agunt Alexander ab Alexandro III. 13. H. Dodwellus pag. 627. prælect. Cambden. Georg Eberlinus & alii ad Titulum Pandectarum de Origine Juris, Petrus Ærodius in Pandectis rerum judicatarum, & Chriſtianus Thomaſius in diſſert. de Cenſura morum cap. 2. Magiſtratus fuit præcipuæ auctoritatis, ut notavit Plutarchus in Flaminio pag. 379. & in Camillo p. 129. 135. Marcius Cenſorinus bis ea dignitate functus, inde lex ipſo ſvaſore lata, ne cuiqvam illam plus qvam ſemel capere liceret. id. Coriolano, ſub init. (p. 214. A.) In Coloniis, Cenſorum officium obibant *Quinquennales*, ut obſervatum Henrico Noris diſſ. 1. Cenotaph. Piſan. cap 5. Pompejo & Cæſari non Cenſoris titulus ſed *præfecti morum* placuit. Vide Pitiſcum ad Sveton. Cæſ. cap. 76. Præfecti morum apud Carthaginienſes meminit Nepos in Hamilcare cap. 3.

*Primos* ſive *principes Senatus* refert Onufrius libro V. faſtorum p. 96 & in Commentario ad faſtos p. 336. qvæ illorum dignitas, vide Salmaſium de primatu Papæ p. 26. Videndus etiam Ciceronis Conſul, Senator, Senatusqve Romanus, auctore Bellendeno, Pariſ. 1612. 8.

De *Senatu* Romano, ſenatorumqve diverſo pro diverſis temporibus

ribus numero, conventibus, poteſtate, officiis & cenſu videndus *Pauli Manutii* liber Venet. 1581. 4. Colon. 1582. 8. & *Joh. Sarii Zamoſcii* libri II. Venet. 1563. 4. Argentor. 1608. 8. Ambos Manutium & Zamoſcium habes etiam tomo I. theſauri Græviani. His addi poſſunt *M. Antonius Majoragius* de Senatu Rom. Mediolan. 1516. 4. *Georgius Vavchopius* in laudato ſupra de Magiſtratibus Populi Romani opere, Auctor libri in Ephemeridibus Pariſienſibus A. 1702. part. 2. p. 218. recenſiti editiqve Gallice Pariſ. 1702. 12. ſub titulo *le Senat Romain*. Diſſertatio de eodem argumento inſerta Memoriis Trivultinis Anni 1703. menſe Junio p. 425. & Petrus Danetius in Dictionario Antiqvitatum Græco-Rom. pag. 733--736. De relatione & ſententia in Senatu dicenda conſules Alexandrum ab Alex. IV. 11. Joh. Frid. Gronovium lib. 1. Obſervationum cap. 22. & Octavium Ferrarium lib. 1. electorum cap. 10. Aliis manus porrigentibus, aliis pedibus in ſententias euntibus, plerisqve verbo conſentientibus, conditum eſt Senatusconſultum. Vopiſcus Aureliano cap. 20. Confer Laurentium Vallam libro IV. contra Barthol. Facium pag. 710. ubi illuſtrat illud Qvintiliani in Declamat. *pedibus manibus ivimus in ſententiam neceſſitatis*. De iis qvæ Senatus in religione decerneret, vel ad Pontifices rejiceret, vide Jac. Gutherium lib. 1. de jure Pontificio cap. 33. ſeq. tomo V. theſauri Græviani. De patriciis, conſcriptis, aſcitis Senatoribus conſule notas Jo. Dujatii ad Livium lib. V. cap. 12. Plures ex eqveſtri ordine lectos notavit etiam Joſephus XIX. 1. pag. 652. De civibus Romanis injuſſu populi agere non poterat Senatus, ut docet Livius XXVI. 33. ubi Plebiſcitum: *Quod Senatus juratus maxima pars cenſeat qui aſſidetis, id volumus cenſemusque*. Legatis externorum Principum Gentiumqve Senatus dari ſolitus extra urbem in ædibus Martis vel Bellonæ. Vide Dausqvejum ad Silium p. 274. De *Conſilio Sapientum* qvod in variis Italiæ urbibus fuit veluti Senatus qvidam inferioribus ſæculis, videndus Felix Oſius tom. 3 theſauri Antiqvitatum Italiæ Græviani p. 1040. ſq.

De *Prætoribus* qvi jus dicebant videndi Interpretes Pomponii in titulo Digeſtorum de Origine Juris, Livius VII 1. Alexander ab Alexandro II. 15. Wolfg. Lazius de Rep. Romana libro 2. & Gerardus Noodt de imperio & jurisdictione, libro 1.

De *Tribunis plebis* eorumqve annua poteſtate videndus idem Alexander lib. 1. cap. 3. & ibi Tiraqvellus. Sicut Legem de provocatione ab omnibus Magiſtratibus ad populum tulit Valerius Publicola Conſul, de

qva vide notas ad Aurelium Victorem p. 91. edit. Clariſſimi Pitiſci, ita ab omnibus Magiſtratibus (excepto Dictatore) etiam ad tribunos erat provocatio, qvæ tamen non longius valebat ab Urbe mille paſſuum, teſte Livio III. 20. Qvamvis vero à Dictatore provocare non licebat, qvam rem maximi momenti notat Plutarchus in Camillo p. 137. tamen idem in Antonio p. 919. docet etiam ſub Dictatore ſacroſanctam cæteroqvi fuiſſe tribunorum poteſtatem. De auctoritate tribunorum adverſus Pontifices adeundus Gutherius II. 10. ſq. de jure Pontificio tom. V. Græv. Uno autem tribuno plebis vetante, reliqvi perferre nihil poterant, ut iterum docet Plutarchus in Graccho p. 828. A Tribuno fas erat Conſulem, nedum alios in carcerem mitti, ut eodem auctore conſtat p. 831. unde δημαρχίαν ἀναίρεσιν ὑπατείας vocat Coriolanus apud eundem p. 221. Fuerunt tribuni duo primum ab A. U. 261. tum qvinqve, id. p. 216. deniqve decem. (Liv. III. 30.) Ex eodem Plutarcho p. 829. 831. novimus XVIII. tribuum (qvæ in univerſum fuere XXXV.) ſuffragiis potuiſſe tribuno abrogari Magiſtratum, qvod tamen ante Ti. Gracchum nunqvam factum fuit. Porro falli eundem Plutarchum, qvando Tribunos Plebis Magiſtratibus accenſendos negavit, qvod prætexta non uterentur, docuit Jo. Rualdus in obſervationibus ad illum ſcriptorem p. 128. ſq. Poteſtatem eorum à Sylla ſublatam mox iterum reſtituit Pompejus. Plutarch. Pompejo p. 629. 630. De Tribunis plebis è Senatu lectis Lipſius II. 13 electorum, Voſſius ad Velleji lib. 2. cap. III. & H. Dodwellus prælect. 12. Cambden. & 19. ubi etiam de tribunatu Cæſarum, Auguſtorumqve. Vide & A. Pagi Criticam Baronianam tom. 1. p. 104.

De *Quæſtoribus* (qvi primus Magiſtratuum gradus obiri legitime poterat anno ætatis XXV.) Idem Alexander agit II. 2. & Franckenſteinius in diſſert. de ærario populi Romani p. 668. ſeq. in Syntagmate Græviano: Scaliger ad Feſtum in *Quæſtor*, ubi etiam de qvæſtoribus parricidii, qvi capitales res qværere poterant. Et Lipſius ad Taciti XI. Annalium, ubi etiam de conſtitutis in eorum locum ab Auguſto prætoribus ærarii, de qvibus vide ad Alexandrum II. 15. Confer & Procopium Hiſtoriæ arcanæ c. 20. p. 59.

De *Ædilibus* ſive ἀγορανόμοις & ἀστυνόμοις Romanorum, viri docti ad Pomponium de Origine juris & Tiraqvellus ad Alexandrum ab Alexandro libro IV. cap. 4. Lipſius ad Senecam de Vita beata cap. 7. Caſp. Zieglerus de edicto ædilitio p. 773. ſqq. diſſertationum ſelectarum.

Jo.

Jo. Auguſti Olearii diſſ. de Ædilibus Romanorum, Lipſiæ edita A. 1692. & Everardi Ottonis libro erudito de Ædilibus Coloniarum & Municipiorum, Francof 1713. 8. qvo in libro pleniorem inſuper Ædilium qva plebejorum qva Curulium Hiſtoriam promittit, unà cum uberiore tituli Digeſtorum de edicto Ædilitio explanatione.

De *viginti viris* qvibus majores in Senatu honores patebunt, triumviris capitalibus, triumviris monetalibus, qvatuorviris viarum curandarum, & decemviris qvos judiciis centumviralibus præfectos memorat Dio LIV. p. 540. vide Jo. Maſſonum in Ovidii vita p. 56. ſq. qvi vigeſimo jam ætatis anno vigintiviratum datum obſervat.

XII. Inter Magiſtratus majores extra ordinem conſtitutos ſummus erat *Dictator*, de qvo Alexander ab Alex. lib. 1. cap. 6. & diſſertatio Q. Septimi Florentis Rivini præſide D. Jo. Oleario, Lipſ. 1669. Creabatur extra ordinem piandæ magnæ religionis, vel gravis tumultus compeſcendi aut belli gerendi cauſa, unde ἀυτοκράτορα πολέμων vocat Diodorus Siculus XIX. p. 713. Dictus olim *Magiſter populi* teſte Feſto in optima Lex. & Seneca Epiſt. 108. Et vere Magiſter non populi modò ſed etiam Conſulum omniumqve Magiſtratuum, ac ſine provocatione fuit, tribunorum tamen poteſtas ſub eo etiam ſacroſancta, ut jam ex Plutarcho notavi, & Sacerdotes ſacrificiorum cauſa ipſum ſi Roma abeſſet in urbem revocare poterant, ut idem Plutarchus docet in Fabio p. 176. De primo dictatore omnia incerta, ut fatetur Livius II. 18. ad Annum Urbis 253. Camillus qvinqvies dictator, & qvi qvatuor vicibus triumphavit, Conſul tamen nunqvam fuit. Plutarch. in ejus vita f. 129. neqve fuit ante Camillum Dictator ullus ultra ſex menſes id. f. 144. F. Nec Dictatori licebat eqvo vehi populi injuſſu. Liv. XXIII. 14. & Plutarch. Fabio 175. Conſulem ipſi ſine lictoribus faſcibusqve oportebat occurrere, & ipſe procedebat cum XXIV. faſcibus. id. p. 176. Magiſtrum eqvitum ipſe dicebat, qvam poterat indicti cauſa in carcerem mittere & ſupplicio afficere p. 179. Bis tamen factum ut Dictatoris & Magiſtri eqvitum auctoritas æqvaretur. Id. Antonio p. 919. Non à populo autem nec Senatu, ſed à Conſule vel Prætore ſive Stratego Dictator dicebatur ſive eligebatur. Qvod ſi Conſules de dictatore creando diſſiderent, plebiſcito res definiebatur. Plutarchus Marcello p. 312.

De *Decemviris* Legum ferendarum, qvi itidem ſine provocatione

 ne

ne erant, ſed poſt biennium abrogati ſunt, vide Livium III. 32. Dionyſium Halic. lib. X. ſq. & Onufrium ad faſtos Anni Urbis 303.

Omitto alios Magiſtratus ſingillatim commemorare, de qvibus laudati §. IX. ſcriptores conſuli poſſunt. De *Præſidibus Provinciarum* & qvi illis adjuncti erant, videndus Onufrius in Imperio Romano & Carolus Sigonius libro ſecundo de jure Provinciarum, ille primo, hic ſecundo tomo theſauri Græviani: & Bergierius lib. IV. de viis Imperii Romani cap. 17. & 28. tomo X. Græv. De *Duumviris Coloniarum* Ædilibus, Qvæſtoribus, Decurionibus Henricus Noriſius Cenotoph. Piſan. diſſ. 1. c. 3. qvi etiam de Coloniarum Patronis videndus diſſ. 2. cap. 7. Magiſtratus municipales Græcis ſcriptoribus dicuntur ἄρχοντες & στρατηγοὶ ut notavit Valeſius ad Ammiani lib. 31.

XIII. De inauguratione & unctione Regum Hebræorum præter Schickardum in jure Regio, fuſe & ex inſtituto agit Fortunatus Scacchus in Myrothecio præcipue tertio, & Balthaſar Scheidius de oleo unctionis ſacro ex Hebræorum Antiqvitatibus, Argentorat. 4. Nec Prophetarum, qva Prophetarum ſed Sacerdotum hoc fuiſſe officium, ex aliarum Gentium uſu probat c. 49. & 50. Oleumqve ſacrum cujus effuſione operto capite inaugurati ſunt, diverſum fuiſſe ab eo qvo conſecrati ſunt Sacerdotes. id. cap. 47. ſq. Apud Perſas perinde ut apud Romanos inaugurationem factam ſolenni ritu in templo, id. cap. 31. De Chriſtianorum Principum inauguratione & coronatione Jac. Goar ad Euchologium p. 294. ſq. Gretſerus III. 12. ad Codinum, Menardus ad Sacramentarium Gregorii M. & Joh. Morinus p. 243. de ſacris Ordinatt. ubi morem ungendi Reges apud Græcos Imperatores ſerius receptum obſervat. De coronatione Imperatorum Græcorum Jo. Cantacuzenus lib. 1. c. 41. & ex illo Codinus c. 17. de officiis aulæ CPol. De ritu gentium qvarundam Principem recens creatum ſcuto imponendi atqve ita ſublimem ferendi, Frid. Lindebrogius ad Pauli Diaconi Hiſtoriam Longobard. & ad Ammiani XX. 4. Multa etiam de inaugurationibus Principum, recentioris præſertim ætatis Jo. Chriſtoph. Becmannus in Notitia dignitatum illuſtrium diſſ. V. & VI. cui junge ſi placet D. Jo. Franciſci Buddei diſſ. de eo qvod decet circa ſolennia Principum, Halæ Sax. 1712. 8. ſubjectam ejus commentationi de Concordia Religionis Chriſtianæ ſtatusqve Civilis. De variis *inveſtituræ* modis ritibusqve Cangius in gloſſario.

Qvod ad tempus ineundi apud Romanos Magiſtratus attinet, in illo

illo valde pro diverſis temporibus variatum, ut docet Martinus Lipenius in ſtrenarum Hiſtoria, tomo 12. theſauri Græv. pag. 429. Tribuni plebis inibant Magiſtratum die decimo Decembris, H. Dodwellus prælect. Cambden. p. 428. Qvæſtores Nonis Decembris, id p. 385. & Ez. Spanhemius pag 706. de uſu & præſtantia numiſmatum: Vel etiam die XXII. Januarii. Dodwellus p. 387. Tempus qvo Regnum & Conſulatus vacabat Romæ, à Livio & aliis vocatur *interregnum*. Græci ut Plutarchus appellant μεσοβασιλείαν & Interregem μεσοβασιλέα. Sic Baronius vocat *Interpontificium* tempus qvo vacat ſedes Epiſcopi Romani. De adoratione ſacræ purpuræ Philippus Rubenius libro 2. electorum, capite 30.

Inſignia Regum, Principum, Magiſtratuumqve etiam paucis attingenda, & de Coronis qvidem ac ſceptro aliisqve ejusmodi conſulendus Seldenus in Titulis honorum cap. 8. Joh. Chriſtoph. Beckmannus in notitia dignitatum illuſtrium diſſ VII. & VIII. ubi etiam de ritibus cultus Principum ac venerationis: Jo. Henr. Bœclerus p. 187. ſq. tom. 1. diſſertat. Jo. Georgius Rœſerus diſſ. de ſceptris Principum, Francof ad Viadrum 1690. De ſolio ſive throno, Pineda III. 5 de rebus Salomonis, Scacchus Myrothec. III. 64. ſq. p. 1138. ſq. De Diademate Regum Hebræorum agit Scacchus in Myrothecio tertio cap. 38. ſq. Fuit autem diadema faſcia qvædam alba, qva caput vel pileus circumdabatur, interdum pura interdum gemmata: vide Jo. Braunium lib. 2. de veſtibus Hebræorum, cap. IV. § 8. Alexandrum ab Alexandro lib, 1. cap. 28. Carol. Paſchalium lib. 9. de coronis cap. 3. Joh. Pierium Valerianum lib. 41. Hieroglyphicon, cap. 3. Solerium (ſive qvi ſub hoc nomine latet Theophilum Raynaudum) libro de pileo §. 9. Martinum Schmeizel Coronâ Transſilvanum erudita Commentatione de coronis tam antiqvis qvam noſtræ ætatis Jen. 1712. 4. p. 139. ſq. & qvæ viri docti notant ad Gellium V. 6. De cidari apud Perſas videndus Briſſonius libris de regno Perſarum & Pitiſcus ad Curtium. Prætereo qvæ de aliis Coronis & diverſo coronarum, tum etiam ſertorum uſu collegerunt Anton. Thyleſius libro de Coronis, Gvil. Stuckius III. 16. Antiqv. Convival. Jo. Andreæ Boſii στεφανοφορία ſ. de Coronarum geſtatione Jenæ 1669. 4. & Carolus Paſchalius qvi præ cæteris hoc argumentum per decem libros illuſtrandum ſumſit Pariſ. 1610. 4. & Lugd. Bat. 1671. 8. qvanqvam Ampliſſ. Cuperus ad apotheoſin Homeri p. 218. eum late qvidem de hoc argumento, ſed non accurate ſcripſiſſe atqve cum judicio ubiqve fere legendum eſſe

affir-

affirmat, tum Gatakerus p. 265. Adverſariorum notat πολυμαθεςάτον hunc operis coronarii auctorem in vocabula Hebraica inqvirere, linguæ forſan minus ſcientem, prorſus neglexiſſe. Poſt Paſchalium commemorandus venit Jo. Meurſii Fil. liber de Corona, Soræ 1643. 4. & Hafniæ 1671 8. cum Caji Riccii diaſcepſi de coronatione Regia ejusqve rituum rationibus. De coronis aureis qvæ libera Rep. victoribus mittebantur in honorem triumphi, & de auro coronario ab Imperatoribus ſubinde indulto, vide Henr. Valeſium ad Ammiani XXV. 4. De laurea Bandurius ad Antiqvitates CPol. p 477. De coronis militaribus civica, obſidionali, murali, caſtrenſi ſive vallari, navali & exploratoria qvibus donabantur qvi bene rem in bello geſſerunt, vide Alexandrum ab Alex. IV. 18. & ibi Tiraqvell. atqve Stewechium ad Vegetii lib. 2. Joachimus Johannes Maderus Vir doctus & de Antiqvitatis ſtudiis inſigniter meritus in libro ſuo de Coronis ſacris pariter & profanis, qvi Helmſtadii prius 1660. in 4. excuſus & tomo VIII. antiqvit. Romanarum Græviani theſauri inſertus eſt, prolixe etiam agit de Coronis nuptiarum, qvæ Judæis etiam uſitatæ ut notum ex Eſaiæ LXI, 10. tum à Chriſtianis primum qvidem propter Ethnicorum ſuperſtitiones rejectæ, poſtea tamen itidem admiſſæ ut notavit Sirmondus ad Sidonii lib. 1. Epiſt. 5. tomo 1. p 852. De corona Civica, Lambecius II. de Bibl. Vindob. pag. 729. De Corona Poëtarum Mapheus Vegius IV. 1. de educat. liberorum tomo 26. Bibl. PP. p. 658. ſq. Frid. Rappoltus ſingulari diſſ. Paſchalius libro de Coronis pag. 60. & p. 317--329. D. Henelius in otio Vratislavienſi cap. 13. Obſervatores Hallenſes tom. VI. obſ. 7. & Michaël Piccartus Oratione XI. qvæ eſt de commiſſionibus & coronatione veterum Poëtarum.

Diademate uti voluit Caligula teſte Svet. cap. 22. at primus uſus eſt inter Impp. domi Heliogabalus, publice Aurelianus. Vide Tillemont. Hiſt. Imperatorum tomo 3. p. 531. ſq. Diademate uſos etiam ſupremos militiæ duces dubitat Begerus I. theſauri Brandenburgenſis pag. 288. adde p 293. De triplici Corona Imperatoris Romani, Germanica, Lombardica atqve Romana extat Joach. Felleri τοῦ μακαρίτου diſſ. A. 1662. Lipſiæ edita, cui adde qvæ de ferrea corona V. C. Ludovicus Antonius Muratorius tomo 2. anecdoton Bibliothecæ Ambroſianæ A. 1698 & Bzovius ad A. 1431. p. 19. num. 49. &c. De triplici Corona Pontificis Romani B. D. Mayerus libro de electione Pontificis Romani, & Rev. D. Henricus Pippingius in diſſ de corona illa Lipſiæ vulgata & in ejus diſſertationibus juvenilibus recuſa. Vide etiam, ſi placet, Theoph. Raynau-

naudum de corona & mitra triplici Papæ, tomo X. Operum, & D. Joh. Wolfg. Jægeri Hiſt. Eccleſ. ſæculi 17. Decade 1. p. 150. ſeq. Cæterum Choiſio in Hiſtoria Philippi Valeſii & Johannis Galliæ Regum, Gallice edita lib. 1. §. 11. recte obſervatum eſt, a Johanne XXII. primum coronam Paparum fuiſſe triplicatam, cum veteres Pontifices mitra Phrygiæ fere ſimili uſi fuiſſent, Hormiſda datam ſibi à Clodoveo Galliæ R. coronam auream primus geſtaſſet, & Bonifacius octavus eam duplicaſſet, ſæculare non minus qvam Eccleſiaſticum ſive ſpirituale jus atq; imperium ſuum indicaturus.

De Prælatione faſcium, ſecuris, ignis, aliorumqve ejusmodi conſulendus Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 27. J. C. Becmannus diſſ. VIII. Notitiæ dignitatt. illuſtrium, & D. Frid. Rappoltus diſſ. de inſignibus principatus ac Poteſtatis qvo etiam referenda eſt prælatio Crucis, Epiſcopi & Pontifici fieri ſolita. Formam faſcium ſellarumqve curulium qvæ utraqve ab Hetruſcis Romani acceperunt teſte Diodoro Siculo V. p. 219. ex veteribus numis exhibent Grævius & Begerus ad Flori lib. 1. cap. 5. De igne Auguſtis prælato, Andreæ Chriſtiani Eſchenbachii diſſ. p. 519. ſq. & Paulus Voëtius ad Herodianum p. 114. 198. ſq. De tæda Imperatoribus & Patriarchis prægeſtari ſolita, Cangius Gloſſar. in Δλάμβελον. Aqvila prælata Clearcho. Juſtin. XVI. 5. Ignis prælatus Regibus Perſarum, Lipſ. excurſu 1. ad Taciti Annales. Angeli Roccæ Commentarius de SS. Chriſti corpore Pontificibus iter facientibus præferendo Rom. 1599. & Auguſtini Molari Fivizanenſis Ord. S. Auguſtini de ritu SS. Crucis Rom. Pontifici præferendæ Commentarius Rom. 1592.

De *Titulis* Honorum Opus Jo. Seldeni ex editione tertia Anglica Anni 1672. Latine verſum eſt à Simone Johanne Arnoldi, Antiſtite præfecturæ Sonnenbergenſis, Francof. 1696. 4. Cui jungendum Joh. Chriſtophori Becmanni ſyntagma Dignitatum Illuſtrium Civilium, Sacrarum, Eqveſtrium, ibid. & eodem anno excuſum. Morhofius diſſ. de divinitate Principum, D. Adami Rechenbergii diſſ. de titulorum indole & natura part. I. diſſ. Hiſtorico-polit. pag. 134. ſq. Feltmannus de titulis honorum, Antonius Matthæus de Nobilitate &c. De ambitu antiqvo & hodierno liber Meuteti Ketwig, excuſus Bremæ 1695. 8.

XIV. Pauli Manutii liber de Civitate Romana poſt editionem Romanam 1585. 4. exſtat tomo I. Miſcellaneorum Gaudentii Roberti, & tomo I. theſauri Græviani, in qvo tomo occurrit etiam Onufrii Panvinii

opus præclarum, de Civitate, Imperio & Republica Romana, ex editione recognita Pariſ. 1588. 8. nec non Caroli Sigonii libri eruditi de antiqvo jure civium Romanorum, & provinciarum. Ut ab eodem Manutio prolixius demonſtratum eſt, ſub Romulo * primum populus diviſus fuit in Tribus tres, qvarum ſingulæ mille peditum & centum eqvitum erant, diviſæ iterum in Curias 10. qvarum ſingulæ in decurias diviſæ conſtabant ex 100. peditibus & eqvitibus 10. His præerant Tribuni, Curiones & Decuriones. Poſtea cum Sabinis civitas data eſſet, eædem tres tribus, qvas Romulus inſtituerat, & Rhamnenſium, Tatientium, & Lucerum nomine appellaverat, ſervatæ ſunt, ſed ita ut ſingulæ jam eſſent peditum bis mille, eqvitum ducentorum. Sub Tullo Hoſtilio 300. eqvitibus, tribus ac millibus peditum; ſub Tarqvinio Priſco eqvitibus ſexcentis, & ſexies mille pedibus unaqvæq; Tribus conſtitit. Sub Servio Tullio ſex Tribus introductæ ſunt, primi & ſecundi Rhamnenſes, primi & ſecundi Tatientes, primi & ſecundi Luceres. Ab eo tempore Tribuum numerus auctus in undeviceſimum, ita ut 4. Urbanæ eſſent Palatina, Eſqvilina, Suburbana & Collina, & 15. ruſticæ ſ. eorum, qvi agros poſſidebant. Poſt ejectos Reges aliæ 16. tribus additæ, ut ſimul eſſent 35. Ante pulſos Reges totus Populus diſtingvebatur in Patricios & Plebejos, ex Patriciis alii erat Senatores (ducenti primum à Romulo lecti, novis aliis centum, qvi minorum gentium appellabantur, à Tarqvinio Priſco adſcitis, teſte Aurelio Victore cap. 6.) alii Eqvites, alii Patricii ſimpliciter ſic dicti. Ad illos ſpectabat, ſacra adminiſtrare, Magiſtratus & judicia exercere, publicis de rebus deliberare & ſimilia. Plebejorum erat colere agros, pecus alere, qvæſtuarias artes & opificia exercere, qvod poſtremum an civium fuerit diſputat Octavius Ferrarius pag. 539. ſq. & freqventer memorata in veteribus collegiorum opificum mentio dubitare nos haud ſinit. Poſt pulſos Reges, patriciorum ordinis paullatim minus ſemper habita ratio, ita ut Eqvites, ac Senatores qvoqve, qvin etiam Conſules ex plebe creari poſſent, præter Senatores vero & eqvites, omnes eſſent plebeji. Hinc Manilius lib. V.

*Utque per ingentem populus deſcribitur Urbem*
*Præcipuum Patres retinent, & proximum Equeſter*
*Ordo locum, populumque Equiti, populoque ſubire*
*Vulgus iners videas, etiam ſine nomine turbam.*

De Patriciorum origine & jure, libri III. Joannis Jacobi Draconis, editi

* Vide Rupertum ad Florum p. 117.

editi Baſil. 1627. 4. aliarum etiam gentium ſimilem diſtinctionem conferunt cum Romana: uti de Patriciis Germanicis exſtat diatriba Joachimi Meieri, Gotting. 1698. 4. De ordine eqveſtri Veterum Romanorum, diſſertatio Chriſtiani Wilhelmi Eybenii cum patris Huldrici Eybenii ſcriptis prodiit Argentorat. 1708. fol. Videndus etiam Tiraqvellus ad Alexandrum ab Alex. II, 29. & opere eximio de Nobilitate. De collegiis atqve ἑταιρίαις Artificum Opificumqve, Rupertus ad Florum pag. 118.

De jure Romano ſ. civitatis Romanæ, qvo aditus patebat ad officia publica Urbis, vel ſine vel cum jure ſuffragii in electione Magiſtratuum: de jure Latii, Qviritium, Italico, ſive immunitate tributorum tam capitis qvam ſoli (Valeſ. ad Sozomeni VII, 2.) Provinciarum, Coloniæ, Municipii, Præfecturæ, Fœderatæ Civitatis, & Fori, compendio bene diſſerit Petrus Joſephus Cantelius S. I. in libello de Republica Romana p. 208. ſq. H. Dodwellus p. 194. ſq. prælect. Cambden. Pluribus hoc argumentum perſecuti ſunt, Onuphrius de Imperio Romano, cap. 5. ſq. Alexander ab Alex. IV, 10. & ibi Tiraqvellus, Wolfgangus Lazius de Rep. Romana, Carolus Sigonius de antiqvo jure provinciarum, Nicol. Bergierius lib. 4. de viis Imperii Romani cap. 7. ſq. & Henr. Chriſt. Henninius in notis ad Bergierium Latinè à ſe redditum p. 742. & noviſſime illuſtris Vir Ezech. Spanhemius in exercitationibus duabus ad Legem Antonini Caracallæ, (qva univerſis ille Imperio Romano ſubjectis civitatem conceſſit teſte Triboniano lege 17. D. de ſtatu hominum) qvæ tom. XI. Antiqvitatum Romanarum, primum in lucem editæ, ac deinde ſub titulo *Orbis Romani* Londini 1703. 4. longe locupletiores recuſæ ſunt. Vide & Seldenum II. de Synedriis pag. 62. ſq. & Tillemontium in Hiſtoria Imperatorum, vita Caracallæ, tomo 3. Artic. 8. *Coloniæ* qvadruplicis generis erant qvoad immunitatem, aliis remittebatur tributum capitis, aliis ſolum immune erat (ut Coloniis juris Italici) aliis utrumqve, aliæ deniqve erant Coloniæ ſalvis tributis, qvibus neutra remittebantur: confer Sam. Petitum II, 4. Obſ. Colonias Romanas LIII. ordine temporis qvo deductæ ſunt, refert Sigonius ad Livii XXVII. 9. Plures ordine Alphabetico Mich. Antonius Baudrand & ex eo Jac. Hofmannus in Lexico, voce Colonia. De Coloniarum ratione erudite M. Velſerus libro IV. rerum Auguſtanarum. De reverentia Coloniarum erga urbem matrem, Rupertus p. 98. ad Florum, qvi & de utilitate earum videndus p. 102. ſq. In numis Coloniæ plebejæ aratro, militares ſigno militari com-

muniter denotantur. Qvæ aratrum & ſigna jungunt, indicant primam deductionem è civibus, ſupplementum è veteranis militibus fuiſſe, ut notat Raph. Fabrettus ad Columnam Trajanam p. 10. ſq. De Coloniis *militaribus* qvæ militibus veteranis dabantur à Sylla primum, deinde à Cæſare & aliis (unde Coloniæ *Julianæ*) vide H. Noris Cenotaph. Piſan. diſſ. 1. cap. 22. *Præfecturæ* nullos habebant ipſi Magiſtratus, ſed jus ibi dicebatur à Præfecto Roma miſſo. Vide Feſtum in *præfectura*. Talis poſt expugnationem Capua, de qva Livius XXVII. 16. *Municipia* ſuis moribus legibusqve vivebant ut notum vel è Gellii XVI. 12. De ritu depalandi atqve aratro pomœria novæ Civitatis condendæ determinandi, Philippus Rubenius in electis, libro & capite primo.

Ex provinciis, qvænam conſulares, proconſulares, præſidiales, prætoriæ. Vide qvæ notant Lipſius ad Tacitum, Alexander ab Alexandro lib. 2. genialium dierum cap. 27. Wolfg. Lazius in Commentario de Republica Romana, inprimis vero Onufrius & Sigonius in libris qvos modo laudavi.

XV. De Variis Magiſtratibus officiisqve in aula Imperatorum & Provinciis Imperii cum Orientis tum Occidentis, per Media ac ſeqviora ſecula, adire licet Notitiam Dignitatum utriusqve Imperii commentario Gvidonis Pancirolli illuſtratam, de cujus editionibus variis dixi in Bibliotheca Latina lib. IV. cap. 5. §. 6. Tum notitiam dignitatum ſive adminiſtrationum tam civilium qvam militarium in Partibus Orientis & Occidentis, qvam ad illuſtrationem Codicis Theodoſiani confecit Jacobus Godofredus tom. VI. poſt pag. 312. His addendus idem Godofredus in Commentariis ad eundem Codicem Theodoſianum, Valeſius ad Ammianum Marcellinum, Reineſius ad Inſcriptiones Veteres, Jac. Gutherius in præclaro opere tribus libris diſtincto de officiis Domus Auguſtæ publicæ ac privatæ Pariſ. 1628. 4. & Lipſiæ in 8. Georg. Codinus de officiis & officialibus Curiæ & Eccleſiæ Conſtantinop. cum notis Franc. Junii, Jac. Gretſeri & Jac. Goari: Jo. Meurſius in gloſſario, & Cangius in gloſſario utroqve Mediæ Latinitatis & Græcitatis &c.

XVI. Claudam hoc Caput brevi recenſione plerarumqve Rerumpublicarum commentitiarum, qvæ ſive à Veteribus ſive à Recentioribus excogitatæ ſunt, & pro ingenio ipſorum ita deſcriptæ, uti optari fortaſſis qvædam ex parte, aliæ ne optari qvidem, ſperari certe non poſſunt,

ſunt, & nusqvam gentium reperiuntur. Perſecutus eſt hoc argumentum etiam Georgius Paſchius ὁ μακαρίτης diatriba de fictis Rebusp. edita Kiloniæ 1704. & C. V. Carolus Arndius in Bibliotheca Politica Heraldica Roſtoch. 1705. 8. p. 400. ſq. Notiſſima è Veteribus eſt Respublica *Platonis*, cujus Politia decem deſcripta libris etiamnum exſtat, licet qvæ Zeno Stoicus contra ſcripſerat, & qvæ Cicero libris VI. de Republica ex Platone magnam partem expreſſerat, jam pridem interciderunt. Ad Platonem reſpicit Livius XXVI. 22. *Non equidem, ſi qua ſit Sapientum Civitas, quam docti fingunt magis quam norunt.* Ex recentioribus *Thomæ Mori* Utopia huc pertinet, libris duobus pulcherrimum Reipublicæ ſtatum exponens, & à Gvil Burneto in Anglicum, à Joh. Blondo & Barthol. Anello in Gallicum ſermonem verſa, lectuqve jucunda,* etſi vocabulum *Utopiæ* male Græcum videtur Ivoni Villiomaro ſive Joſ. Scaligero X. 9. ad locos Rob. Titii & Rich. Simoni III. 14. Epiſt. ſelect pag. 86. pro qvo *Udepotiam* dixit Gvil. Budæus. Huic ſuccenturiatur alterius Angli *Baconis Verulamii* Nova Atlantis, **qvæ non modo Anglice & Latine ſæpius excuſa eſt, ſed & 1702. Gallice translata, & cum ab Auctore imperfecta relicta eſſet, continuata ab Interprete, Pariſ. 12. *Joſua* qvoqve *Glanvillius*, pariter Anglus, Baconis exemplo rempublicam finxit, & cum Atlantide Anglice edidit, qvam appellavit Antifanaticam. Satis etiam ſuperqve nota eſt Civitas Solis *Thomæ Campanellæ*, ut Terram Auſtralem *Mercurii Britannici*, ſive librum Alberici Gentilis cui titulus Mundus alter & idem, *Joh. Biſſelii* Icariam, & Utopiam *Jac. Bidermanni*: *Caſparis Stiblini* Eudæmonenſium Rempublicam, Melchiorisqve Inchoferi ſub *Lucii Cornelii Europæi* nomine editam Monarchiam Solipſorum, Jeſuitas Satyrice perſtringentem: & Rempublicam ſub Monarchia qvadam univerſali Chriſtianam, cujus ſummas lineas ducit in Memoriis ſuis Sullius, prætercam. Ingenioſiſſime vero conficta eſt exceptis qvibusdam locis in qvibus parũ Chriſtiane nonnulla tradere & per cuniculos petere ſanctiſſimas de miraculis narrationes videtur *Hiſtoria Severambium*, qvæ



* Nomina peregrina qvædam in hoc Mori ſcripto occurrentia illuſtrat G.I. Voſſius Epiſtola 548. ad Sam. Sorbierium.

** Deſinit illa in deſcriptione Collegii Salomonei, ſive operum ſex dierum, inveſtigandis naturæ miraculis atqve in uſus humanos promovendis: Cui geminum commentum de ſodalitatibus Fratrum Roſeæ Crucis, de qvibus Morhofius lib. 1. Polyhiſtor. cap. 3. Reip. Literariæ feſtiva deſcriptio occurrit in Vignolii Marvillii Miſcellaneis Hiſtorico literar. editis Gallice Tom. 2. pag. 61. ſq.

Gallice, Anglice, Germanice & Belgice exſtat, atqve ita ſcripta eſt ab auctore, ſive illuſtris Sidneyus ille ſit, ſive Allaſius, ſive Veiraſius * deniqve, ut lector incautus facile crediturus ſit veram ſe hiſtoriam legere. Non eſt cum hac lucubratione conferenda, qvanqvam & ipſa hinc inde ingenium atqve acumen Auctoris demonſtrans, Hiſtoria terræ Auſtralis, Gallice ſcripta à *Jac. Sadeuro* ſive qvi ſub illo nomine latet, *Gabr. Foignio*, ex Franciſcano, ac Germanice etiam edita Dresdæ 1703. 12. ſub titulo neu-entdecktes Südland. De qvo libro Clariſſ. Bælius in Lexico ubi de Sadero diſſerit, videri poteſt. Tum alius qvi exſtat ſub titulo *Idêe d' un regne doux & heureux, ou relation du Voyage du Prince de Montbernud dans l' Isle de Naudely* 1703. 12. Qvi recenſetur in Novellis Reip. literariæ menſe Sept. Anni 1704. pag. 334. & Detlevi Cluveri Hiſtoriſche Anmerckungen A. 1706. p. 222. ſq. Reſp. Babinenſium ** ſive ſtultorum, cujus deſcriptionem habes apud *Stanislaum Sarnicium* Annali VIII. de rebus geſtis Polon. & Lithuanor. p. 395. *Jani Nicii Erythræi* Eudemiæ libri X. A. 1645. 8. editi, & *Jacobi Harringtoni* Oceana, de qvo ingenioſo libro Acta Eruditorum A. 1705. p. 45. ſq. Alteriusqve Angli *Nova Hieroſolyma*, Clariſſ. Paſchio p. 20. memorata. Hiſce ex Germanis noſtris addentur confictæ ejusmodi Respublicæ Platonicæ tres, qvarum prima Latine ſcripta eſt à *Magno Daniele Omeiſio*, Profeſſ. Altdorfino τῷ μακαρίτῃ, ſub titulo Inſulæ fortunatæ, de qvo libro adeundus V. C. Joh. Georg. Eckartus in excerptis menſtruis Januar. 1702. pag. 76. Reliqvi duo Germanice ſcripti ſunt, atqve unus ex illis, inſcribitur, neſcio qvo Auctore, Ophiriſcher Staat/ de qvo idem Eckartus pag. 18. alter, die allerglückſeligſte und vollkommenſte Regierung/ Auctore Cordeſio à Verimund, ſive Treuhertz von Wahrmund / ſub qvo nomine perſonato latet *Jacobus Dornkrell ab Eberherz*, edita Harmonia Biblica & aliis Scriptis non ignotus, atqve Ao. 1704. defunctus.

* Jo. Clericus Tom. XXV. Bibl. ſelectæ p. 402. *Mr. Hermann attribue l' Hiſtoire de Sevarambes à un nommé* d' Allais. *Ce livre à été compoſe originairement en François par un Provençal, nommé* Veiras, *que feu Mr. Locke avoit connu particulierement, & enſuite il a été traduit en diverſes langues. L' auteur avoit mis au titre*, traduit de l' Anglois, *pour de paiſer les lecteurs ; fineſſe que Mr. Bayle a imité depuis dans ſon Commentaire Philoſophique.* adde T. XXVI. p. 460. 461.

** Vide Chriſtoph. Hartknochium de Rep. Polonica lib. 1. c. 2. p. 86. ſq. & D. Sam. Schelvigii Biblioſophiſtas Gedanenſes p. 88. ſq.

# CAPUT XV.

## Scriptores de Legibus, Comitiis, Judiciis, Pœnis; Servisqve Hebræorum, Græcorum, Romanorumqve: Et de Sanctionibus & Judiciis Chriſtianorum Canonicis atqve Synodicis.

*De Septem Præceptis Noachi.* 1. *Legibus Moſaicis.* 2. 3. 4. 5. *Legumlatores Gentium.* 6. *Leges Atticæ & Laconicæ, ibid. Ægyptiorum.* 7. *Romanorum.* 8. *Conventus & Comitia.* 9. *Judicia Hebræorum.* 10. *Græcorum.* 11. *Romanorum.* 12. *Chriſtianorum Concilia & Canones Eccleſiaſtici.* 13. *Pœnæ Hebræorum.* 14. *Græcorum, Romanorum & aliarum Gentium.* 15. *De Servis & eorum manumiſſione.* 16.

I.

DE Septem præceptis qvæ *Noacho* data eſſe perhibent & à proſelytis etiam domicilii obſervari volunt Judæi, copioſe atqve erudite egit Jo. Seldenus in opere de jure Naturæ & gentium ſecundum diſciplinam Hebræorum, Lond. 1640. fol. Argent. 1665. 4. Witeb. 1698. 4. qvod juſtos veluti commentarios in illa exhibet: brevius Melchior Leydeckerus de Rep. Hebræor. p. 28. aliiqve in Codice Pſeudipographo Vet. Teſtamenti p. 269. à me allegati.

II. Leges *Moſaicas* exponunt interpretes Pentateuchi, tum Philo Judæus, in plerisqve ſcriptis; & Eduardus Bernhardus ad Joſephi Librum III & IV. Antiqvitatt. Judaicarum: ne de Talmudicis jam dicam, per traditiones ſuas Legibus Moſaicis dubium plusne lucis an tenebrarum & dubiorum afferentibus. Diſtinguuntur Leges Moſis in Morales, Forenſes ſive Civiles & Cerimoniales ſeu Leviticas. Ad Moralium illuſtrationem faciunt innumeri Scriptores Morales atqve Catechetici, qvos recenſere ab inſtituto noſtro eſt alienum. Ad Forenſes Leges Moſaicas illuſtrandas non prætereundi, qvi easdem cum Legibus aliarum gentium contulerunt, ut fecit Auctor collationis Legum Moſaicarum & Romanarum, à Petro Pithœo editus, ſive Licinius Rufinus ſive junior aliqvis J. C. Chriſtianus, aut ſi Marqvardum Freherum libri I. πα-

ρεργων.

ἐέργων juris cap. 9. audimus, Judæus, qvi cum videret laborare ſectam ſuam invidia, qvod diſciplina jureqve à Romanis diverſo uti noſceretur, amoliri eam ſtudens, demonſtravit non usqve adeo multum Legibus Judaicis & Romanis inter ſe disconvenire, atqve adeo ex patriis ſuis Legibus fluxiſſe Romanas. Vide ſi juvat qvæ de hac collatione dixi in Bibliotheca Latina lib. IV. cap. 9. ubi etiam plures recentes ſcriptores ejusdem argumenti laudo, qvibus addendus Lælius Mancinus de triplicis Juris collatione ac conſenſu. Patav. 1648. fol.

III. Qvod ad Leges Cerimoniales Moſaicas attinet, earum Originem ab Ægyptiis repetunt Angli duo eruditi Joh. Spencerus in Opere de Legibus Hebræorum Ritualibus, Cantabrigiæ primum 1685. in fol. & deinde 1686. 4. Hagæ Comitis & Lipſiæ 1705. in 4. recuſo, & Joh. Marshamus in Chronico Canone. Lond. 1672. fol. Lipſiæ 1676. 4. & Amſtel. 1698. 4. Iidem præter typicum reſpectum ad Chriſtum (ad qvem omnia antiqvi Fœderis ſacrificia collineabant teſte Scriptore ſacro Epiſtolæ ad Hebræos) alias plerumqve rationes ad Ethnica ſacra Ægyptiorum vitanda vel imitanda pertinentes urgent, impugnati, ne interpretes Levitici & aliorum Moyſis librorum ſcriptoresqve de ſacrificiis & typis ſacris, ſupra laudatos jam memorem, ab Hermanno Witſio in Ægyptiacis Amſt. 1683. 1696. 4. Claudio Fraſſenio Lib. 1. disqviſitt. Biblicarum cap. 4. ſq. Natali Alexandro in ætate 4. Teſtamenti Veteris, Johanne van der Weyen in variis ſacris, Ludovico Ferrando in Parte I. obſervationum de Religione Chriſtiana Gallice editarum, à Jac. Triglandio in diſſ. de Origine & Cauſis ritum Moſaicorum, Lugd. Bat. 1702. 4. & à Joh Friderico Weidlero diſſ. de corruptis Legum Hebræarum rationibus apud ipſos Hebræos (Maimonidem præcipue) deprehenſis. Witeb. 1713. Qvod Lex Cerimonialis poſt adventum Chriſti ceſſare debuerit adeoqve à Chriſtianis recte fuerit abrogata, oſtendunt præter Juſtinum Martyrem, & alios Veteres Robertus Groſſeteſt, Epiſcopus Lincolnienſis circa A. C. 1240. clarus in libro de Ceſſatione Legalium, cujus vix tertia pars edita eſt Lond. 1658 8. Jacobus Altingius in Schilo libro 5. cap. 4. usqve ad 10. Wagenſeilius in Telis igneis Satanæ p. 544. ſq. Philippus à Limborch in collatione cum erudito Judæo Iſaaco Orobio Hiſpano, p. 372. ſq. & Iſaacus Jaqvelotus in diſſ. de Meſſia, Gallice editis p. 250. ſq.

IV. Leges univerſas Moſaicas in certas claſſes titulosqve digeſſit & ex toto Pentateucho excerpſit Theodorus Beza, cujus Liber & ſeorſim

ſeorſim & inter opera ejus excuſus eſt: tum Melchior Leydeckerus de Rep. Hebræorum libro V. Judæi numerare ſolent præcepta Legis per Moſen data 613. Ex qvibus 248. * affirmativa, reſpondentia numero membrorum hominis: & 365. negativa reſpondentia numero dierum ſolis, vel ut alii, venarum hominis, qvod tamen explodit Mottanus Vayerus Tomo XII. operum p. 258. ſq. Univerſa hæc præcepta 613. ajunt Davidem Pſalm. XV. redegiſſe ad Præcepta undecim: Eſaiam c. XXXIII. 15. ad præcepta ſex: Micham VI. 8. ad tria: Eſaiam iterum LVI. 1. ad duo, Amoſum deniqve V. 6. & Habacucum II. 4. ad unum. Vide Cartwrigthum in Mellificio Hebraico lib. 1. cap. 4. Coccejum ad codicem Maccoth, p. 435. Grotium ad libros de veritate Religionis p. 224. & ad Evangelia p. 377. Præcepta illa 613. illuſtravit è Judæis R. David Vidal, de qvo clariſſimus Wolfius p. 296. præclaræ ſuæ Bibliothecæ Hebraicæ: Hebraicè & Latine poſt Sebaſt. Munſterum edidit Jo. Leusdenius ad calcem Philologi Hebræi primæ editionis. Latinè Joſua Arndius in Manuali LL. Moſaicarum, Johannes à Lent in Theologia Judaica, Simon Epiſcopius lib. 3. Inſtitutionum Theologicarum & Leydeckerus V. 10. de Rep. Hebræor. Anglice Johannes Owenus in Epiſtolam ad Hebræos Tom. I. Exercitatione XX. p. 275. ſq.

V. Non prætereundus etiam Conſtantini l'Empereur de legibus Hebræorum forenſibus liber, ſive commentarius ad Tractatum Talmudicum Bava Kama. Lugd. Bat. 1637. 4. & in opere Miſchnico Surenhuſiano tomo IV. Tractatum Talmudicum הוריות *de ſtatutis* Latine vertit Chriſtianus Ludovici, Lipſiæ 1696. 1712. 4. Jo. Henr. Hottingeri Jus Hebræorum ſive Nomotheſia Moſaica Tiguri 1656. 4. cui addes Nehemiam Grew, Anglum in Coſmologia ſacra lib. 4. cap. 8. ubi agit de rationabilitate, reſpectu & uſu Legum Moſaicarum. Omitta ſcripta Judæorum, R. Aaronis, R. Eliæ Byzantini, R. Elieſeris Mimetz, R. Elieſeris ben Nathan &c.

VI. Legumlatores Gentium celebres longe plurimos referre me memini libro II. Bibl. Græcæ cap. 14. De Legibus Atticis agunt *Pandulphus Pratejus* in jurisprudentia veteri Draconis & Solonis cum Romano jure Legum Regiarum ac Decemviralium (ſive legibus XII. Tabularum) diligenter collata Lugd. 1559. 8. de qvo Libro vide ſis obſervationes ſelectas

Sss

* *Quotque hominis ſunt membra, dies quot computat annus*
*Tot præcepta dedit* - - - - Gilb. Gaulmin.

lectas Hallenſium tomo I. p. 83. ſq. Egregius qvoqve eſt *Samuelis Petiti* ad Leges Atticas commentarius Pariſ. 1635. fol. (non 1651. ut excuſum in Bibl. mea Græca p. 526. nec 1653 ut in G.Beyeri ſpecimine III. auctorum Juridicorum pag. 48. ubi etiam præter rem ut opinor traditur hoc opus recuſum A. 1642. 4.) editus, ex qvo Potterus lib. I. c. 26. Archæol. Atticæ Leges Atticas in octo libros diſtinctas Græce & Latine deſcriptas integras exhibet. Tomo 12. theſauri Gronoviani p. 127--194. *Jo. Meurſii* Solon, ſive Liber de Solone ejusqve Legibus Hafniæ 1632. 4. & Themis Attica, ſeu libri 2. de Legibus Atticis Ultraject. 1685. 4. etſi in his paſſim etiam fictæ in Rhetorum Græcorum declamationibus leges afferuntur, à qvo diligenter ſibi & recte cavit Petitus. Recuſa ſunt hæc Meurſii ſcripta, una cum ejus libro de Senatu Areopagitico Lugd. Bat. 1624. 4. primum vulgato, tom. V. theſauri Gronoviani. *Joſephi Scaligeri* collectionem legum Atticarum ineditam occurrere in Bibliotheca Academiæ Leidenſis teſtatur Salmaſius p. 272. Epiſtolarum, & uſum ſe eadem teſtatur Grotius Epiſt. 357. Ejusdem *Salmaſii* obſervationes ad jus Atticum & Romanum adverſus *Deſiderii Heraldi* obſervationes Pariſiis editas, lucem adſpexêre Lugd. Bat. 1645. 8. *Pandulfus* qvoqve *Prateju* ante mihi commemoratus ad calcem librorum de jurisprudentia media Lugd. 1561. 8. ſubjunxit XII. Leges Solonis qvas in priore Commentario prætermiſerat. Prætereo *Valentini Wilh. Forſteri* additamenta ad Solonis Leges Latine verſas Witeb. 1616. 8. *Godofredi Schmidii* diſſ. de Solone Legislatore Lipſ. 1688. 4. atqve *Chriſtiani Woldenbergii* principia Juris Romani Roſtoch. 1688. 4. qvi etiam recudi curavit *Philippi Melanchthonis* Collationem actionum forenſium Atticarum & Romanarum præcipuarum, qvæ ſeorſim prodierat Witeb. 1546. 8. *Antonii Thyſii* deniqve collationem legum Atticarum & Romanarum, recuſam eodem tomo V. theſauri Gronoviani. Non mediocriter etiam jus Atticum illuſtrant Harpocration in Lexico Rhetorum, & Philippus Jacobus Mauſſacus, atqve Henr. Valeſius in eruditis ad Harpocrationem obſervationibus.

*Plato* Athenienſis ab Arcadibus, Cyrenæis & Thebanis rogatus, leges ferre illis noluit. Vide Menagium ad Diog. Laërtium p. 148. b. nihil tamen celebrius ejus duplici opere de Republica libris X. & de Legibus libris XII, itemqve Epinomide. Atqve à profanis qvidem ſcriptoribus paſſim laudibus fertur in cœlum, ab Euſebio autem & Theodorito & aliis Chriſtianis propter varias Leges improbabiles reprehenditur. Præcipue vitio ipſi datum eſt qvod communionem uxorum haud eſt deteſta-

teſta-

teſtatus, qvo nomine in Socratem Platonemqve invehitur præter alios Salvianus lib. 7. de providentia p. 257. Chryſoſtomus homil. 1 in Johannem p. 11. & in Acta p. 482. ut alios in præſenti omittam. Qvi Platonem excuſant; ajunt eum hoc neutiqvam cenſuiſſe admittendum in *γενοσηκύιαις πόλεσι*, qvales ſunt ipſo etiam judice qvæ ſunt fueruntqve univerſæ, ſed in ideali ſua Rep. Confer Alcinoum cap. 33. & ſcriptores laudatos à me lib. 3. Bibl. Græcæ c. 1. *Ariſtotelis* τὰ ἐκ τῶν νόμων Πλάτωνος, ſive tribus (ut Laërtius V. 22.) ſive duobus libris opus conſtitit (ut Anonymus à Menagio editus in Ariſtotelis vitâ) jam pridem interciderunt, perinde ut *Theophraſti* libri qvibus Græcorum barbararumqve leges teſte Cicerone deſcripſerat. De legibus Lacedæmoniorum latis à Lycurgo videndus Nicolaus Cragius libro III. de Rep. Lacedæm. Tomo V. Gronov. & qvæ pridem notavi lib. 2. Bibl. Græcæ cap. 14. ubi & de Legibus Charondæ, Zaleuci, Zamolxis & aliorum.

VII. Legumlatores & Leges Ægyptiorum, perſeqvitur Diodorus Siculus lib. 1. hiſtor. cui ex recentioribus addendi ſunt Kircherus T. 1. Oedipi Ægypt. p. 113. ſq. Marshamus, Spencerus, Witſius libris ſupra laudatis, & Johannes Nicolai tractatu de Synedrio Ægyptiorum, illorumqve Legibus inſignioribus, Lugd. Bat. 1706. 8. Joh. qvoqve Ludovicus Praſchius deſignavit collectionem Legum Ægyptiacarum, eamqve Argentorati ſub Bœcleri præſidio in argumentum diſputationis publicæ propoſuit, unde inter Bœclerianas diſſertationes legitur tom. 2. p. 665. ſq. Argentor. 1710. 4.

VIII. De Legibus Romanorum, Regiis, Decemviralibus, Tribunitiis, nec non de SCtis, Edictis, atqve Imperatorum Legibus ac reſcriptis ſcriptores laudavi lib. IV. Bibl. Latinæ c. 9. ubi etiam de reſponſis Prudentum, Jurisconſultis antiqvis & omni juris Romani Hiſtoria. Pro ſeveritate Legum Decemviralium ſive XII. tabularum pulchra Apologia apud Gellium XX. 1. relata legitur ex ore Sexti Cæcilii. Plebiſcita ſine auctoritate Senatus non habebant vim Legis, ut præter alios notat Plutarchus, Coriolano p. 227. De more Leges tabulis inſcriptas vel lapidibus inſculptas in porticibus Eccleſiarum proponendi, Frid. Lindenbrogius ad Codicem Legum antiqvarum p. 1426.

IX. Conventus populi, & Comitia calata ſive indicta apud Romanos fuere vel *Curiata*, vel *Centuriata* vel *Tributa*. In *Curiatis* ſuffragia

ſerebant qvi in urbe habebant domicilium, adeoqve adſcripti eſſent uni è triginta curiis qvas Romulus inſtituit, & omnis deinde ætas ſervavit. In *Centuriatis* auctoritate Senatus convocatis ſuffragia ferebat populus omnis civium, ſive in urbe ſive extra urbem habitantium & in claſſes deſcriptorum, per claſſium Centurias à Servio Tullio inſtitutas: in *tributis* deniqve etiam convocatis ſine Senatus auctoritate idem omnis populus diviſus in tribus XXXV. Centuriam pro tribu ac viciſſim tribum pro Centuria aliqvando ponit Livius, notante Gronovio ad Lib. 26. 18. ubi de *confuſo ſuffragio.* Græci ita diſtingvunt: *ὐ κατὰ λόχυς ἀλλὰ κατὰ φυλὰς γίνεσθαι τὴν ψηφοφορίαν, ſuffragia ferri non centuriatim ſed tributim,* Plutarch. Coriolano fol. 223. De univerſa illa Comitiorum ratione præter *Onufrium* libro de Civitate Rom. c. 6. 53. & 69. tomo 1. theſauri Græv. videndus inprimis eruditus vir *Nicolaus Gruchius,* cujus libri III. de Comitiis Romanorum omne punctum tulerunt, prodieruntqve Pariſ. 1555. fol. Venet. 1559. 8. & una cum ſcriptis *Caroli Sigonii* Hanov 1604. fol. ad cujus binas reprehenſiones, & diſputationem de binis Magiſtratuum Romanorum comitiis & Lege Curiata reſponſiones ejusdem Gruchii, Pariſ. 1565. 1567. 8. ſeorſim editæ, & recuſæ ſunt una cum libris de Comitiis, tomo I. Antiqvitatum Romanarum Grævii. Conferendæ etiam *Latini Latinii* ad Gruchium obſervationes pag. 30. ſq. Bibliothecæ profanæ & qvæ poſt Gruchium ſcripſit *Otto Aicher* libris tribus de Comitiis Romanorum, Salisburg. 1678. 12. qvibus & qvartum de Comitiis * Imperii Romano Germanici ſubjunxit. Exſtat & *Pauli Manutii* de hoc argumento libellus Bonon. 1585. 4. & tomo I. theſauri Græv. nec non *Pauli Merulæ* commentatio de Comitiis Romanorum qvæ Lugd. Bat. 1675. 12. & inter ejus poſtuma ſcripta prodiit Lugd. 1684. 4. *Bartholomæi Beverini* de Romanorum Comitiis, una cum ejus de ponderibus & menſuris ſyntagmate, Lipſiæ 1714. 8. ut omittam Alexandrum ab Alex. Genialium dierum lib. IV. cap. 3. De Comitiis tributis ante Centuriata habitis, qvibus Candidati Senatus populo commendarentur, multa diſputat Nic. Abramus S. I. in Commentar. ad orationem Ciceronis pro Milone cap. 9. ſed qvæ nullius pretii eſſe notat Grævius p. 828. ſuæ editionis. De Eccleſiis ſive Conventibus publicis Athenienſium Petitus ad Leges Atticas p. 234. ſq. & Joh. Potterus Archæol. Attic. lib. 1. cap. 17.

X. De Hebræorum Judiciis præter ea qvæ ſuperius cap. XIV. §. 2.

* De his Limnæus IX. 1. Swederus part. 1. cap. 30. & alii ſcriptores juris publici, ac ſingularibus ſcriptis Arumæus, Conringius, Bernh. Bertramus aliiqve.

§. 2. dixi, conſulendus Philonis liber de Judice ſeorſim editus, cum Conradi Rittershuſii orationibus 2. de judiciis Francof. 1602. & Tho. Godwynus in Moſe & Aarone libro V. Qvare aſſeſſores Synedrii vocentur Crethi & Plethi, disqvirunt Talmudici in Berachot cap. 1. pag. 22. edit. Clariſſimi Edzardi. Confer D. Joh. Henrici Carpzovii atqve Henrici Opitii τȣ̃ μακαρίτȣ diſſertationes de Crethi & Plethi, ac Scacchi Myrothecium III. 15. ſq.

XI. De ſupremo Græciæ tribunali *Amphyctionico* Thermopylis celebrari ſolito à Pylagoris f. judicibus nomine civitatum Græciæ delegatis & bis per annum convenientibus, videndus Strabo IX. p. 420. & è recentibus Seldenus ad Marmora Oxonienſia pag. 122. ſq. editionis Prideauſii, præterea Bœcleri, Hackiiqve diſſertationes, tum Jo. Potterus lib. 1. c. 16. Archæol. tom. XI. Eraſmi Vindingii Hellen p. 301. ſq. tomo XI. Gronov. & Antonius van Dale in antiqvitatibus ex marmoribus illuſtratis diſſertatione ſexta. De judicio & Senatu Athenienſium *Areopagitico* qvi jam à Cecrope inſtitutus, ut notat Syncellus p. 153. & in tenebris jus dicebat teſte Luciano tom. 1. p. 553. agit Meurſius libro ſingulari, recuſo tomo V. Antiqvit. Gronov. Seldenus II. 4. de Synedr. p. 136. ſq. Lydiatus ad Marmora Oxon II. p. 108. ſq. Sam. Petitus ad Leges Attic. p. 241 ſq. Marshamus Canone Chron. pag. 650. ſq. Andreas Dinnerus tractatu de Areopago Norimb. 1622. 4. Joh. Schedii diſſert. Witeb. 1677. 4. Jo. Mich. Dilherri, Jen. 1640. 4. Pfeifferi Antiqv. Gr. p 271. ſq. Potterus lib. 1. Archæol. cap. 19 à qvo etiam alia fora & judicia Athenienſium, & actiones tam publicæ qvam privatæ exponuntur. Deciſionum Areopagiticarum ſylvulam collegit Marqvardus Freherus, Francof. ad Oderam 1672. 4. & tomo V. theſauri Gronov. Duo autem in Areopago Concilia, unum è qvingentis qvi annuatim deligebantur, & perpetuum alterum, vide Apoſtolium VII. 80. Proverb. De Palladio judicio idem VII. 42 de Amphyctionibus III. 4. De publicis & privatis judiciis atqve actionibus apud Athenienſes conſulendi Rhetores Græci & qvæ Viri docti ad Harpocrationem, Johannes item Potterus Archæol. Attic. lib. 1. cap. 23. ſq. De Lacedæmoniis qvi nullos patronos cauſarum admittebant, Cragius IV. 7. ſq.

XII. De Judiciis Romanorum exſtant libri III. Caroli Sigonii, recuſi Hanov. 1609. fol. & tom. II. Antiqvitatum Romanarum. In eodem tomo occurrunt Sibrandi Tetardi Siccamæ libri duo de judiciis cen-

tumviralibus pridem edita Francof. 1596. 8. Franciſci vero Polleti Duacenſis J.C. hiſtoria fori Romani cum auctario Phil. Broidæi Arienſis, ejus generi, lucem aſpexit Francof 1676. 8. & qvæcunqve ad hoc argumentum ſpectant non incurioſe perſeqvitur, cui addenda ſunt, qvæ obſervavit Pet. Ærodius, in libro de publicorum judiciorum ordine, & in Pandectis rerum judicatarum, tum Caſp. Zieglerus Wittebergenſis qvondam Academiæ decus, in ſua Dicaſtice & Rabuliſticâ. Jo. Georgii Grævii prælectiones de judiciorum Romanorum ordine, qvas edi optat Jo. Philippus Slevogtus in erudita diſſ. de in jus vocatione antiqva & nova Jenæ 1705. 4. nec dum, qvod dolendum, viderunt lucem. Sententiæ in judiciis ferebantur vel voce vel diſceſſione vel ſublatâ manu. Vide Lipſium ad Senecam de vita beata cap. 2. Juretum ad Symmach. lib. 2. Epiſt. 36. De formulis ſententias ferendi idem Lipſius ad Senecæ c. 3. Latina lingva ſola in judiciis Romanis adhibita, ut notat Valerius Max. lib. 2. c. 2. §. 2. De jure extraordinario Pancirollus III. 30. Var. Lectionum &c. De more teſtes per aures trahendi, Frid. Lindenbrogius ad Codicem Legum antiqvarum p. 1360. ſq.

XIII. De primis Chriſtianis Judicia Ethnicorum Magiſtratuum ex conſilio Pauli Apoſtoli fugientibus videantur Interpretes ad 1. Cor. VI. & Jo. Seldenus lib. 2. de Synedriis Ebræorum cap. 7. Judices itaqꝫ Chriſtianorum erant Epiſcopi, norma ſive regula judiciorum Eccleſiaſticorum ſacræ literæ, æqvitas naturalis & deinde Canones atqve Concilia. Canonum collectio antiqviſſima eſt, qvæ vulgo ſub Canonum Apoſtolicorum nomine fertur, & conſtitutiones apoſtolicæ, ut vocantur vulgatæ ſub nomine Clementis Romani. Alias Canonum collectiones editionesqve Conciliorum & Scriptores Juris Græco Romani ex inſtituto recenſui libro ſexto Bibliothecæ Græcæ. Porro Concilia de Eccleſiaſticis Synodis recte dici, adverſus Polletum probat Georgius Henricus Urſinus Obſervationum Philologicarum capite qvarto.

XIV. Apud Hebræos qvatuor in uſu fuiſſe ſuppliciorum capitalium * genera feruntur, vivicrematio, lapidatio, ſtrangulatio & pœna gladii, qvam putabant eſſe turpiſſimam. Confer Joh. Seldenum de jure naturæ & gentium p. 857. & lib. 2. de Synedr. cap. 13. D. Carpzovium ad

* Non ademtum fuiſſe Judæis tempore Chriſti jus omne ſuppliciorum capitalium, docent Otto in Lexico Rabb. p. 634. Salomo Deylingius II. 33. Obſ. ſacrarum, & alii qvos laudavi ad Codicem Apocryphum Novi Teſt. p. 245.

ad Schickardi jus Regium Hebr. p. 259. ſq. Joh. Hoornbeckium in Miſcell. Sacris cap. XV. p 384 ſq. Matth. Zimmerm. in Analectis p. 405. ſq. Petrum Jurieu in Hiſtoria Critica pag. 389. H. Kippingium Exerc. 1. de Cruce & B. D. Mayeri diſſ. ſelectas Kilonienſes p. 245. ſq. ubi ſingillatim agit de lapidatione Stephani & p. 275. obſervat lapidatos poſtqvam hoc ſupplicium ſuſtinuiſſent, deinceps fuiſſe etiam ſuſpenſos, non ex collo qvidem, ſed ex utroqve brachio, qva de re Rev. qvoqve Daſſovii diſſ. conſulenda eſt edita Witteb. 1694. de ſuſpendio hominis lapidibus obruti. Su plicium crucis apud Judæos in uſu fuiſſe contendunt Baronius & qvidam alii, etiam D. Georgius Mœbius ὁ μακαρίτης ſingulari diſſ. ſed negant rectius cum Scaligero Caſaubonus exercit. 16. ad Baronium cap. 77. H. Kipping. Exerc. 2. de cruce aliiqve. De pœna excidii, Codex Talmudicus כריתות Tomo V. edit. Surenhuſianæ p. 236. De Flagellatione * ſive fuſtigatione apud Judæos agit Campegius Vitringa in Archi-Synagogo cap. 16. ſq. Jo. Wulferus ad tractatum Talmudicum Shekalim, p. 120 ſq. Matthias Zimmermannus p. 407. ſq. Analect. & interpretes ad Deut. XXV. 3. & 2. Cor. XI. 24. ubi Apoſtolus teſtatur ſe accepiſſe plagas undeqvadraginta, triplici nimirum flagello plagas tredecim, qvem numerum hodieqve apud Judæos obſervari docet exemplum Urielis Acoſtæ, qvi totidem ſe à Judæis plagas propter Apoſtaſiam ſuam accepiſſe refert in vita ſua, qvam Limborchius edidit ad calcem colloqvii ſui cum erudito Judæo p. 350. Ex illis 39. plagis, qvas Joſephus IV. 8. Antiqvitatt. & Talmudici in Tractatu Maccoth ſive de pœnis qvem Coccejus illuſtravit tomo 7. Opp. & tom. 4. Mishnæ Surenhuſianæ pag. 269. ſq. & 288. numero rotundo 40. ex loco Deuteronomii vocant, plagæ 13 infliguntur ſuper humerum dextrum, totidem ſuper humerum ſiniſtrum, & totidem infra humeros, ut præter alios notat Jo. Morinus de Sacramento pœnitentiæ pag. 231. Deturbationem de Saxo etiam apud Judæos uſitatam notat Juſt. Rycqvius libro de Capitolio c 4. Pœnam exilii niſi in alium Judææ locum & in aſylum lex non ſtatuit, qvia in ſolo populo Judaico DEus ſanctius colebatur, omnibus aliis populis per idololatriam corruptis, unde, qvod ſcite obſervat Tho. Aqvinas, ſi qvis à populo illo univerſo fuiſſet excluſus, data fuiſſet ei occaſio idololatriæ. De excommunicatione duplici apud Judæos, parva (Niddui ſive Schamma-

tha)

* De Cruciariis (apud Romanos) anteqvam in crucem tollerentur ad columnam flagellatis vide Grotium & alios interpretes ad Matth. XXVII. 19 & 26. Kippingium Exerc. V. de Cruce, Tillemontium Tomo 1. memor. Hiſt. Eccleſ. p. 64. Pearſonium ad Symbolum Apoſtoli p. 359. ſq. edit. Latinæ & Gretſerum lib. 1. de cruce cap. 10. & 84.

tha) & magna cum exſecratione (Cherem) vide Petrum Jurieu in Hiſtoria Critica p. 392. ſq. Buxtorfium in Lexico Talmudico vocibus שמתא & נדוי, חרם, Seldenum de jure Nat. IV. 8. & de Synedriis I. 7. Joh. Colerum in vita Spinoſæ p. 21.--56. ſed & Sam. Baſnage ad Baron. tomo 2. p. 476. ſq. ubi negat *ἀνάθεμα* de excommunicatione eſſe intelligendum, rejicitqve *κατάθεμα* Juſtini qv. 121. ad Orthodox. porro docet excommunicationem apud Judæos fuiſſe excluſionem forenſem à juribus Societatis civilis, non à templo nec paſchate. De excommunicatione Chriſtianorum id. p. 480. ſq. Vide & Grotium ad Luc. VI. 22. & ſcriptores de pœnitentia Eccleſiaſtica, ſupra cap. 11. allegatos. De excommunicatione apud Judæos ad ſonum tubarum, Eiſenmengerus in detecto Judaiſmo Tom. 1. p. 118. ſq. De devotione & excommunicatione apud Ethnicos Balthaſar Bonifacius lib. IX. Hiſtoriæ ludicræ c. 22.

XV. De pœnis & ſuppliciis apud Græcos & alias gentes videndus Alexander ab Alexandro lib. 3. cap. 5. & 20. Albericus Gentilis III. 18. lectionum ad jus Civile ſpectantium & II. 9. ubi ſingillatim de pœna ignis. Lacedæmonios neminem interdiu ſupplicio afficere ſolitos, ſed tantum de nocte plectere damnatos ad mortem tradit Herodotus IV. 146. De pœnis & remunerationibus apud Athenienſes agit Potterus lib. 1. cap. 25. Archæol. Attic. apud Lacedæmonios Cragius IV. 9. & 10. Horrenda qvædam ſupplicia Perſarum refert Plutarchus Artaxerxe pag. 1018. 1019. & 1021. confer Briſſonium lib. 2. pag. 325. ſq. De Perſarum *σκαφεύσει* ſive *σκαφισμῷ* Cangius p. 9. ad Zonaram. De excoriatione apud illos uſitata, Petrus Pantinus ad librum ſecundum Baſilii Seleucienſis de vita S. Theclæ. De arca mucronibus undiqve præfixa, cui Regulum reſectis palpebris impoſuere Carthaginienſes, Claudius Dausqvejus ad Silium p. 276. De Tormentis ſive qvæſtionibus veterum Joſephi Laurentii diatriba recuſa eſt tomo VI. Antiqvitatum Græcarum, ex ejus Polymathiæ lib. 3. cap. 10. Varia pœnarum & tormentorum genera recenſet etiam Iſidorus Hiſpalenſis lib. 5. Originum cap. 27. De circumductione in ludibrium ore frenato capiſtratoqve, vel etiam ſupino, ac retortis cervicibus Zimmermannus p. 462. ſq. Analect. ex Joh. Frid. Gronovii & Gisb. Cuperi Obſervationibus. De culei pœna Tho. Crenius part. XI. animadverſ. p. 247. ſq. De Cynophoria ſive Canis portatione ignominioſa, Joh. Henrici Meibomii ad Johannem Marqvardum Epiſtola, ex edit. Helmſtad. 1661. 4. ſubjecta Cynographiæ Chriſtiani Franciſci Paullini: & recuſa in faſciculo tertio collectionis variorum librorum

rum, qvam H. A. Grosſchuſio debemus, p. 467. ſq. Jo. Henelius in Otio Uratislavienſi cap. 18. Rittershuſius ad Guntheri Ligurin. V. 194. De hominibus ſtigmate & cauterio notatis Potterus Archæol. Attic. lib. 1. c. 10. p. 54. ſq. Joh. Mœbii diſſ. Lipſ. 1687. & idem Henelius in Otio Uratislav. c. 16. ſq. De lapidatione Perizonius ad Æliani Varias Hiſt. V. 19. Neqve omittendum qvod uti bonos floribus, ita lapidibus petitos malos poëtas notat Caſaubonus p. 431. ad Athenæum: De Exilii pœna agit Nicolaus Antonius lib. 2. de jure Exulum cap. 4. & 14. ubi ſingillatim de *Oſtraciſmo, cujus Auctor Athenis Theſeus. Vide Meurſium in Theſeo c. 29. Adr. Junium lib. V. cap. 18. Animadverſ. Jac. Thomaſii diſſ. de Oſtraciſmo habitam Lipſiæ 1659. inqve Obſerv. Hallenſ. IX. 3. recuſam, Perizonium p. 741. ad Ælian. & Sam. Petitum ad Leges Atticas p. 366. ſq. De ſtigmatiſmo ſacro & profano Theoph. Raynaudus tomo 13. Operum. De ſtigmatis militum Grotius ad Galat. VI. 17. & Apocal. XIII. 16. Jacobus Lydius ſyntagmate ſacro de re militari Hebræorum &c. De ſtigmatis ſervorum Ramireſius ad Martial. II. 29. Lipſius in electis II. 15. Benedictini ad S. Ambroſium tom. 2. pag. 1189. Barthius Adverſarior. XLIII. 25. Joſephus Laurentius polymathiæ p. 22. &c. De ſtigmatis idololatricis Jo. Spencerus II. 14. de legibus Hebræorum.

De pœnis Romanorum & exemptione Civium à certis pœnis per legem Porciam, agit Scipio Gentilis diſſ. qvarta de jure publico Populi Rom. *Sed & judicatos retro in partes ſecari à creditoribus leges erant: conſenſu tamen publico crudelitas poſtea eraſa eſt.* Tertull. cap. 4. Apologet. De Tunica moleſta apud Romanos aliqvo tempore uſitata videndi interpretes ad Juvenal. Satyr. IV. 155. & VIII. 235. Lipſ. ad Tacit. XV. Annalium, Voſſius lib. 4. cap. 92. de idololatriâ. H. Kippingius p. 162. ſq. de Cruce, Stephanus le Moyne in notis ad varia ſacra p. 1041. ſq. Iſaacus Voſſius ad Catullum p. 41. ſq. & Gatakerus in Adverſariis p. 452. De decollatione, defoſſione vivi in ſcrobem & nece per injectam cratem, Octav. Ferrarius lib. 2. elector. c. 7. De crurifragio ſervorum, & de καταποντισμῷ agunt viri docti ad Svetonii Auguſtum cap. 67. De rotæ pœna Adr. Junius III. 12. Animadverſ. De Crucis ſupplicio (qvo in Servos præcipuè animadvertebant Romani, ſed & aliæ gentes qvamplurimæ uſæ ſunt, ita ut apud Indos qvoqve illud receptum doceat Mauſſacus ad Plutarchum de Fluminibus p. 70. & apud

 Perſas

* Oſtraciſmus erat honeſtum potentiorum exilium Athenis per decem annos. Plutarch. Nicia p. 530. Similis apud Syracuſanos Petaliſmus, de qvo Diodorus Sic. Tom. 2. p. 65. De Thebanorum more haud diſſimili Plutarch. de genio Socratis p. 578.

Perſas H. Kippingius p. 161. ſq. à qvibus poſt mortem demum in crucem actos obſervat, perinde ut ab Ægyptiis, Chaldæis &c. Videndi J. Lipſius libris 3. de Cruce, Henr. Kippingius de Cruce & cruciariis Brem. 1671. 12. Jac. Boſius in libris VI. de Cruce triumphante & glorioſa Antw. 1617. fol. Joſ. Scaliger. ad Euſeb. Salmaſius tribus ad Tho. Bartholinum Epiſtolis de Cruce, una cum hujus libro de latere Chriſti aperto, Lugd. Bat. 1646. 12. Jacobus Gretſerus libris qvinqve de ſanctaCruce, Ingolſtad. 1607. 4. tribus Vol. atqve unico Volumine Pariſ. 1616. fol. aliiqve. Idem Lipſius & Gretſerus lib. 1. cap. 60. obſervat à Conſtantino Imperatore hoc ſupplicium in honorem Chriſti fuiſſe abrogatum. De triplici capitis diminutione apud Romanos, Boëthius 2. in Topica Cic. p. 781. De amputatione naſi, labiorum &c. Felix Oſius in Grævii theſauro Antiqvitatum Italiæ tom. 3. p. 1120. De pœna plumbalis cædendi reos, Baronius ad Martyrolog. Romanum 6. Junii. De ſupplicio qvo afficiendi eqvis diſtrahebantur, Rupertus p. 96. ad Florum. De Eqvuleo videndus Octavius Ferrarius lib. 1. Elector. cap. 5. Carolus Sigonius de judiciis III. 17. & liber eruditus Hieronymi Magii, Anglarienſis, qvi cum notis Godofr. Jungermanni editus eſt Amſtelod. 1664. 12. In eodem volumine habentur etiam excerpta ex libro præclaro Antonii Gallonii, de SS. Martyrum cruciatibus cap. 3. qvi Italico primum idiomate lucem adſpexit Romæ 1591. 4. deinde Latine recuſus 1594. 4. Colon. 1602. 8. Pariſ. 1659. & Amſtel. 1667. 12. De variis SS. Martyrum tormentis & cruciatibus qvæ in Actis illorum paſſim memorantur, præter Gallonium videndus Cerda Adverſar. ſacr. c. CXXVIII. & B. Bebelius Sec. IV. T. 2. p. 1041. ſq. De compede, fidiculis & ungulis agit idem Ferrarius lib. 1. elector. c. 6. ubi notat cataſtam, qvam cum eqvuleo Sigonius confundit, nihil aliud fuiſſe qvam pegma ferale. Varia genera tormentorum enumerat Syneſius Epiſt. 58. p. 201. Nazianzenus 1. in Julian. p. 89. &c. De nexu & addictione, oppignoratione & venditione venditorum qvi ſolvendo non eſſent, multa Salmaſius lib. de modo uſurarum c. 17. 18. 19. qvi etiam de nervo, compedibus, columbari, cuſpo, cippo, numella &c. p. 812. ſq. Idem docet diſſectionem corporis debitoris licet permiſſam lege, tamen uſu receptam nunqvam fuiſſe p. 809. 820. 826. Qvomodo Exul à Relegato apud Romanos differret, docet Ovidius lib. V. Triſtium elegia XI. Nimirum exuli opes & jus civitatis adimebantur, relegatus patriis tantum juſſus abeſſe focis, ut idem Poëta canit. Confer Alex. ab Alexandro III. 20. & 23. ubi de publicatione bonorum. De pœnis & ignominiis mili-

militaribus apud Græcos Potterus Archæol. Græc. p. 504. & 534. Apud Romanos Lipſius lib. V. de militia Romana cap. 18. Alexander ab Alexandro lib. 2. Genialium dierum cap. 13. Franciſcus Robertellus tomo X. theſauri Græviani p. 1482. ſq. præcipue vero V. C. Gerardus Sichtermannus in erudita diſſertatione Philologica & Juridica de pœnis militaribus Romanorum, Amſterd. 1708. 8. Vide etiam Matthiæ Zimmermanni florilegium in voce *Vitis*. Neqve vero fas erat milites ſupplicio afficere anteqvam illis demeretur Zona militaris, ut præter alios docet Cæſarius qvæſt. 78. p. 214. Morem canendi claſſicum anteqvam capitis ſententia diceretur, obſervavit Lipſius ad Taciti Annal. II. 22. De more traducendi reos cum voce præconis, κηρύκων προαγόντων ut loqviturZonaras XIII. 15. vide Cujacium VII. 6. Obſervatt. & Dionyſ. Gothofredum ad lib. 13. §. 6. D. de jurejurando. De Decimatione & uſu ſortionis, ut metus ad omnes, pœna ad paucos perveniret, adi Plutarchum Antonio p. 934. Ciceronem pro Cluentio tom. 3. editionis Grævianæ pag. 208. Carcerem Romæ primus ædificavit Ancus Martius teſte Livio & Aurel. Victore. Celebres ita Siculorum Latomiæ, Plutarch. Nicia f. 541. 542. κεάδας Lacedæmoniorum, pro qvo male Δεκάδα legitur ap. Plutarchum p. 803. F. in Agide. Meſſeniorum Theſaurus ſubterraneus. Plutarch. Philopœmene p. 367. Carthaginienſium ἀγκών, Procop. lib. 1. de bello Vandalico c. 20. Athenienſium barathrum, & ἀναγκαῖον, ἀνάκαιον, Svid. Perſarum Φρȣρίον λήθης, *carcer oblivionis*, in qvem conjectorum nulla amplius debebat mentio fieri, Procopius lib. 1. de bello Perſico cap. 5. & Theophylactus Simocatta lib. 3. cap. 5. qvi ſcribit recte appellari poſſe δυσμενείας Τέμενος *malevolentiæ fanum*. CPolitani palatii Φρȣρὰ ἐλεφαντίνη, cujus meminit Joh. Cinnamus lib. 6. p. 173. alia χαλκή, de qva Bandurius ad Antiqvitates CPolitanas pag. 472. Confer qvæ de ergaſtulis Lipſius II. 15. electorum, Antonius Bombardinus de carceribus Veterum, Patav. 1713. De pœnis Servorum vide Plutarchum Coriolano f. 225. Laurent. Pignorium libro de Servis, Tiraqvellum ad Alexandrum ab Alex. III. 20. &c. De pœnis Coqvorum, Petavium ad orationes Themiſtii p. 512. De pœnis & caſtigationibus diſcipulorum & adoleſcentum in Scholis eundem Petav. p. 511. & Ludov. Creſollium in Theatro Rhetorum lib. 5. cap. 6. & ſq. tom. X. Gronov.

Præ cæteris univerſum hoc argumentum de pœnis & variis earum apud varias gentes generibus apprime illuſtravit Jacobus Dœplerus, Conſiliarius Schwarzburgicus in opere bipartito edito Germanice Son-

 derhuſæ

derhuſæ A. 1693. & 1697. 4. qvod inſcripſit *theatrum pœnarum, ſuppliciorum & executionum Criminalium*, Schauplatz der Leibes- und Lebens-Straffen. Idem parte 1. cap. 1. prolixe etiam agit de judiciis variis præſertim Germaniæ, de qvibus etiam notus Juſti Georgii Schottelii liber de ſingularibus & antiqvis in Germania juribus & obſervatis Francof. 1671. 8. De Germanorum pœnis & multis pecuniariis conferendum Chriſtophori Lehmanni Chronicon Spirenſe II. 28. ſq. Suppliciorum plerorumqve & tormentorum icones ære deſcriptas exhibet liber memoratus in * Muſeo Minervæ Venetæ tom. 1. p. 150. *Il teatro della crudelta prat-ticata nelli piu ſeveri tormenti del Mondo, che dalla crocifiſſione di Gieſu Chriſto ſino al giorno preſente ſi videro. Aperto in cento e quatro figure intagliate in rame, e delineate dell inventione di Giovanni Luychen, Olandeſe.*

XVI. De ſervis apud Judæos è Maimonide & aliis agit Jac. Altingius diſſ. ſexta Philologica, Heptade VII. tomo 5. Opp. pag. 222. ſeq. ubi de perfoſſione aurium, & 237. ſq. ubi de ſervorum proſelytiſmo & libertinis. Jo. Georgius Abicht Exercitatione de ſervorum Hebræorum acqviſitione & ſervitiis Lipſ. 1704. Vide & Surenhuſii opus Mishnicum tomo 3. p. 360. 362. Wulſerum ad Shekalim p. 24. & B. Qvenſtadii Antiqvitates Eccleſiaſticas pag. 915. De ſervis Athenienſium diligenter diſſerit Jo. Potterus lib. 1. Archæol. Attic. cap. 9. tom 12. Gronov. De Lacedæmoniorum ſervis Crugius lib. 1. cap. 11. & Meurſius II. 6. Miſc. Lacon. tomo 5. Gronov. De ſervis publicis ac privatis Cretenſium idem Meurſius in Creta lib. III. cap. 14. De ſervis Romanorum Philippus Ludovicus Hannekenius diſſ. 2. de cura domeſtica Romanorum Gieſſæ 1669. 4. aliiqve mox memorandi. Nam ut de miniſtris atqve apparitoribus Magiſtratuum & Sacerdotum apud Romanos, nonnihil prius addam, miniſtri *Magiſtratuum* erant Scribæ, Accenſi, Præcones, Lictores, *Viatores* de qvibus Ampliſſ. Cuperus in Harpocrate pag. 176. ſq. Janitores, Statores de qvibus Gvilelmius cap. 30. de Magiſtrat. Rom. Carnifices, Diribitores, Rogatores, Cuſtodes, Nomenclatores, Excubitores. Stipatores, Calatores, Diviſores & Apparitores Bruttiani, de qvibus vide Onuphrii Panvinii de Civitate Romana cap. 56. & 66. Sigonium de antiqvo jure civium Romanorum cap. 15. & 9. ubi de Scribis. Lipſium lib 1. Electorum cap. 22. ſq. ubi ſingillatim de Lictoribus multa, de qvibus etiam Voſſius Etymologico, Alexander ab Alex. lib. 1. cap.

* Galleria di Minerva.

cap. 27. & Reineſius in Epiſt. ad Hofmannum p. 554. ſq. Janus Gvilelmius de Magiſtratibus Romanorum cap. 29. ſq. & P. Faber lib. 2. ſemeſtrium pag. 326. ſq. Wolfg. Lazius 2. de Rep. Rom. pag. 291. ſq. & Bulengerus de Imperio Rom. III. 36. Andr. Chriſtiani Eſchenbachii diſſ. de ſcribis veterum Romanorum Jen. 1687. & tomo 2. ſyntagm. diſſ. A. 1700. 8. atqve in Eſchenbachii diſſ. Academicis V. Norimb. 1705. 8. Miniſtri *Sacerdotum* populi Romani Camilli & Camillæ, Flaminii & Flaminiæ, Æditimi ſive Æditui: ſcribæ publici Pontificum; à commentariis XV. virum ſacris faciundis, adjutores Haruſpicum, Calatores Sacerdotiorum (confer Begeri ſpicileg. p. 107.) Tibicines, qvi Sacris publicis præſto erant, Tubicines, Pullarii, Popæ, Victimarii, Lictor Flaminius, Flaminis dialis, Præcia ſive Præclamitator, Lictores ſex virginum Veſtalium, Præfica, Deſignator, & Veſpa ſive Veſpillo. Vide Onuphrium de Civitate Romana cap. 42. & 45. Cæterum de omni ſervorum apud Romanos præſertim genere eorumqve officiis egregius exſtat liber Laurentii Pignorii de ſervis, pulcherrimarum rerum plenus nec ſimplici vice editus ut Auguſtæ Vindel. 1613. Patav. 1656. & 1693. 4. in qva poſtrema editione acceſſit liber ejusdem Pignorii ſymbolicarum Epiſtolarum excuſus pridem Patav. 1629. 8. In editione libri de ſervis Amſtelodamenſi 1672. 12. ſubjicitur Titus Popma de operis ſervorum ex edit. Antwerp 1606. 8. ut prætercam, qvæ de Servis ex Veterum lectione notata ſunt à Alexandro ab Alex. III. 25. Salmaſio de modo uſurarum c. 19. p. 870. ſq. Gvaltero Donaldſono in Oeconomica ſua, & Joſepho Laurentio lib. 1. Polymathiæ diſſ. IX. ſq. Exſtat etiam in Bibl. Johannea hujus Urbis Hamburgenſi apparatus non contemnendus de hoc argumento magna cum induſtria collectus à Frid. Lindenbrogio, haud indignus forte qvi digeratur & in lucem edatur. De janitoribus veterum ſive de miniſtris ad fores ut appellat Lampridius in Alexandro Severo, conſules Caſp. Sagittarium lib. de januis veterum cap. 16. De Oſtiariorum Palatii & Eccleſiæ Officiis qvæ non inter vilia aut abjecta rejicienda ſed magnis dignitatibus adſcribenda ſunt, vide Cangii gloſſarium & Begeri ſpicilegium Antiqvitatis pag. 80. Apud eundem Begerum p. 83. memoratur Tiberii Cæſaris Pediſeqvus primianus pag. 103. atrienſes, arcellarii, & arcarii ſervi p. 112. 113. De more pedes venalium mancipiorum creta notandi vide Dalechampium ad Plin. 35. 17. unde perſpicuum eſt cap. 18. non legendum cum codice Pintiani *ocreatis pedibus*, ſed *cretatis*. De ſervis ad menſam miniſtrantibus Stuckius Antiqvit. Convival. II. 20. ſq.

20. ſq. pag. 202. ſq. III. 3. p. 286. de invitantibus idem II. 3. de ſervorum victu ac diæta. Idem I. 22. *Dotales* ſervi & *recepticii* vocantur qvi in mariti poteſtate non erant, ſed uxori peculiares, qvippe excepti cum pecunia qvam illa pro libitu tractabat, nec dati doti. Vide qvæ ad Gellium XVII. 6. & Plauti Aſinariam Act. 1. ſcen. 1. verſ. 72. Manumiſſionis Servorum non unus ritus fuit: manumittebantur enim per alapam * & in circulum actionem, per adhibitionem ad menſam &c. Vide Wilhelmum à Loon, libris 4. de Manumiſſione Servorum apud Romanos, Utraj. 1685. 12. Cotelerium tomo I. Patrum Apoſtolicorum pag. 105. Phædrum P. Burmanni pag. 111. ſq. Mich. Piccartum Oratione XII. Thom. Crenium tom. 1. animadverſionum Hiſtorico-Philologicarum, p. 84. ſq. Sub initium Conſulatus ſolenne ſervos manumittere, ut notat Sirmondus pag. 193. ad Sidonium, qvi pag. 72. ſeq. ad Ennodium etiam videndus de manumiſſione in Eccleſia apud Epiſcopum facta, & de more frangendi tabulas ſervitutis Tomo I. Operum pag. 334. ſeq. Confer de formulis manumiſſionis Petrum Franciſcum Chifletium in qvatuor opuſculis pag. 230. ſeq. & de eo qvod licuit ſervo pecuniâ ſe ex ſervitute ſua redimere, Frid. Lindebrogius ad Codicem legum antiqvarum pag. 1464. De manumiſſione per denarii excuſſionem id. pag. 1387. & de manumiſſione in Eccleſia pag. 1432. Ad locum Tertull. lib. V. cap. 4. contra Marcion. *alienos enim ſervos nec Galba manumiſit* vide Latinium Tomo 1. Epiſt. pag. 298. Præter libertatem juſtam, plenam, legitimam ac ſolennem qvæ vindicatione, cenſu, teſtamento dabatur de qva triplici ratione videndus Boëthius 1. ad Topica Cic. pag. 271. fuit etiam non juſta qvæ inter amicos, in convivio vel per Epiſtolam. Vide qvæ ad Senecam de Vita beata cap. 24. Ita Manumiſſi qvidam non plene ſed conditione operarum vel cenſus annui. Vide Cangium in *capitales*. Libertos ſive manumiſſos ingratos fas erat à Dominis ſuis iterum addici in ſervitutem, unde S. Ambroſius cap. 3. de Jacobo & vita beata Tomo 1. pag. 448. *Ita libertatem accepiſti, ut meminiſſe manumiſſoris tui debeas, ut patrono tuo noveris legitimum obſequium deferendum, ne ab ingrato revocetur libertas.* Adde Gothofredum ad Cod. Theodoſ. II. 22. IV. 11. De more, qvo certis diebus feſtis qvotannis domini ſervis miniſtrarunt adeundus Martinus Delrio in Comment. ad Senecam Tragicum pag. 25. Alexander ab Alexandro lib. 2. cap. 22. Dierum Genial. tom. I. edit. cum notis variorum pag. 462.

* Vide Libanium Tom. 2. pag. 250.

462. ſq. Non niſi ſervos Romæ, initio Medicinam exercuiſſe, negat contra Robortellum argumentis non inficiandis Caſaubonus ad Svetonii Cæſar. cap. IV. Drelincurtius in Apologia Medica (ubi & de eo qvod non ſexcentis annis Roma exſulaverint) & Sponius Miſc. pag. 144. ſeq. De ſervis terræ, ὁμοδούλοις τῷ ἀγρῷ, Valeſius ad Sozom. IX. 17. De Masnadis aliisqve Servis apud Longobardos V. C. Juſtus Fontanini in libro edito Italice Venet. 1698. 4. qvi recenſentur in Actis Eruditorum Tomo 3. ſupplementi p. 282. De Servis veterum Germanorum Phil. Cluverius lib. I. Antiqvæ Germaniæ cap. 15. pag. 98. ſeq. Varia eorum genera refert Lindebrogius ad Codicem Legum Antiqvarum pag. 1477. *Scale*, ſervus, id. pag. 1348. De ſervis apud Germanos medii ævi nonnulla præclara monet diſſertatio Joh. Nicolai Hertii τοῦ μακαρίτου de hominibus propriis, * qvæ recenſetur in obſervationibus Hallenſibus Tomo IV. pag. 195. ſq. Vide & Cangii Gloſſarium in *barſcalcus*. Præcipue commendandus Joachimus Potgieſerus, Tremonienſis in libris tribus de conditione ſervorum apud Germanos tam veteri qvam novo, Colon. 1707. 8. De ſervorum conjugiis, Joach. Vadiani ad Joh. Zwickium Epiſtola, ad calcem ſcriptorum rerum Alemannicarum Goldaſti, tomo III. De Manumiſſione ſervorum apud Germanos, præter eundem Potgieſerum libro tertio, videndus Chriſtianus Thomaſius notis ad Inſtitutiones pag. 19. & Goldaſtus ad paræneticos veteres pag. 433. ſq. qvi p. 437. ſingularem hac de re tractatum promittit. Formulas manumiſſionis apud Anglo Saxones vide in Hickeſii diſſ Epiſtolar. pag. 14. 23. In Africa fuit δούλων πόλις in qva unicus ingenuus Dianæ ſacerdos. Vide Schottum ad proverbia pag. 296. De feſto ſervorum Heſych. in σακαία.

* De his etiam fuſe in C. H. S. Theatro Servitutum, edito Germanice Norimbergæ A. 1709. 4. Cæterum falli Joannem Bodinum, qvi lib. I. de Rep. capite 5. ſcripſit omnem ſervitutem inter Chriſtianos ſublatam fuiſſe A. C. 1215. docet Chriſtianus Thomaſius ad Inſtitutiones, pag. 14.

CAP. XVI.

# CAPUT XVI.

## Scriptores de reditibus, cenſu, decimis, primitiis, vectigalibus, ærario, ſalariis, immunitate, teſtamentis, nundinis, auctionibus, numis, uſura, abaco, menſuris ac ponderibus.

*De ærario & reditibus Regum Iſraëlis.* 1. *De Decimis ac Primitiis apud Judæos & alias Gentes.* 2. *De reditibus & vectigalibus Græcorum, Perſarum &c.* 3. *De Romanorum vectigalibus, ærario, cenſu, & rationariis Imperatorum.* 4. *De immunitate, largitionibus, ſalariis.* 5. *De teſtamentis.* 6. *De nundinis auctionibus, tabulis novis &c.* 7. *De numis veterum.* 8. *Hebræorum & aliorum Orientalium.* 9. *Græcorum.* 10. *Romanorum.* 11. *Germanorum, Gallorum &c.* 12. *Hiſtoriæ numiſmaticæ.* 13. *Siglæ in numis & antiquis Inſcriptionibus.* 14. *De Abaco.* 15. *Uſuris.* 16. *Menſuris & ponderibus.* 17.

### I.

DE Ærario & reditibus Regum Iſraëlis magnum eſt apud Judaicos & Chriſtianos ſcriptores ſilentium, præter pauca illa, qvæ notavit Villalpandus ad Ezechielem tom. 2. parte 2. pag. 509. ſq. qvi reditus Regis Salomonis annuos computat 57876. talenta Attica (adde p. 553.) eaqve confert cum reditibus Regum Aſſyriorum, Perſarum, Græcorum, Romanorum: Bertramus cap. 15. de republica Hebræorum pag. 271. ſq. editionis Conſtantini l'Empereur & Schickardus de Jure regio pag. 211. ſq. & 275. ſeq. editionis Carpzov. & 269. ubi de Decimis * Regi tribuendis. Vide etiam ſis Interpretes ad IV. Re-

* Apud alias etiam Gentes morem illum Decimarum civilium principibus pendendarum receptum fuiſſe docent Plutarchus in qvæſtionibus Romanis ubi de decimis Herculi datis pag. 238. Julius Pollux p. 6. Svidas in Μόξος & è recentibus Seldenus ad marmora Oxon. p. 45. Huetius Alnetanis qvæſt. p. 323. Bulengerus de Vectigalibus c. 8. Tomo VIII. Græv. pag. 846. ſq. & Paganinus Gaudentius de ſæculi Juſtinianei moribus p. 30. 32. Ac nuper admodum Regi Chriſtianiſſimo Decimas hujusmodi loco omnium aliorum tributorum exigere ſvaſit, cui tot munitiſſima caſtella debet Francia, Sebaſtianus de Vauban in libro *projet d'une dixme Royale* Anno 1707. 12.

IV. Regum XVIII. 15. & XX. 13. 17. De ſacro ærario per annuam ſicli, menſe Adar offerendi, ſolutionem augeri & conſervari ſolitio, adi Talmudicos in tractatu Seckalim qvem illuſtravit Joh. Saubertus, Altdorf. 1680. 4. atqve Seldenum lib. IV. de Jure Nat. & Gentium cap. 5. & lib. 3. de Synedriis c. 10.

II. Sacerdotes alebantur ex ſacrificiis, decimis, primitiisqve. Ac de *decimis* qvidem videbis interpretes ad Num. XVIII. 21. Tob I. 6. De decimis ſecundis ad Deut. XIV. 24. Tob. I. 7. & Eduardum Bernhardum p. 287. ad Joſephum, Mishnam Surenhuſianam tom. 2. pag. 108. De decimis tertiis deniqve interpretes Deut XIV. 28. XXVI. 12. Tob. I. 8. Spectant ad hoc argumentum Codices Talmudici דמאי *de re dubia* tomo 1. edit. Surenhuſ. pag. 76. מעשרות p. 245. מַעֲשֵׂר שֵׁנִי p. 263. & ערלה pag. 306. de arborum præputiis. Joſephi Scaligeri diſſ. de Decimis inter ejus opuſcula D. Auguſtus Varenius in ſuo trifolio, Sixtinus Amama ad calcem Antibarbari Biblici & poſt Druſium in loca Joſuæ, Judicum & Samuelis. D. Carpzov. ad Schickardi jus Regium Hebr. p. 270. ſq. Jo. Seldenus opere * Anglice edito de Decimis, Lond. 1618. 4. cujus tria primora capita latine à ſe verſa Jo. Clericus V. C. ſubjunxit commentario ſuo jam bis edito in Pentateuchum. His addendus Jo. Conradus Hottingerus dignus Johannis Henrici nepos, cujus Commentarius Philologicus ſive Exercitationes X. de Decimis Judæorum cum Epiſtola doctiſſimi Viri Hadr. Relandi anno 1712. prodierunt Lugduni Batav. in 4. Similiter in veteri Eccleſia Chriſtiana Clericis Decimæ datæ, vel loco illarum liberæ oblationes tanqvam decimæ, ut loqvitur S. Cyprianus Epiſtola 1. Confer M. Antonium de Dominis IX. 2. Cotelerium ad Conſtitut. Apoſtol. II 35. & Petrum de Marca IV. 10. de Concordia Sacerdotii & Imperii, & VI. 12. ubi de eo, qvo jure Decimas redituum Eccleſiaſticorum ſibi arroget Epiſcopus Romanus. Ac jure divino decimas Eccleſiaſticis deberi adverſus Seldenum pugnant Rich. Montacutius in Decatevticis, ſive diatribis upon the firſt part of the late Hiſtory of ti thes. Lond. 1621. 4. & Apparatu ad Origines Eccleſ. p. 254. & tom. 2. Originum pag. 210. Jacobus Semple libro de ſacrilegiis, Georgius Carletonus Ciceſtrienſis Epiſcopus & Cornelius Burgeſius aliiqve ſcriptores Angli de Decimis. Richardus præcipue Tillesley animadverſionibus ad Seldeni Hiſtoriam decimarum Anglice editis Lond. 1621. 4. qvibus



* Titulus Operis eſt: *Hiſtory of ty thes, that is the practice of payment of them, the poſitive lawes made for them, the opinions touching the right of them.*

præmiſſus eſt Catalogus LXXII. ſcriptorum qvi ante A. C. 1215. fuerunt, & jus Divinum decimarum agnoſcunt. Decimas ſolvere etiam plus ſimplici vice in Alcorano jubet Muhamedes. De Decimis apud Gentes perſolutis vide Spencerum III. 10. de legibus Hebræorum.

De *primitiis* frugum, fructuumqve & primogenitis apud Judæos in Templo offerendis, laudatus Varenius in trifolio ſacro, Roſt. 1646. 4. Buxtorfius Lexico Rabbinico p. 2650. ſq. Scriptores memorati ſupra p. 313. ubi de feſto meſſis: Talmudici in tractatibus בכורים & בכורות T. 1. edit. Surenhuſ. p. 320. & tomo 5. p. 155. è qvibus priorem etiam cum verſione magis perſpicua & notis ſuis edidit Vir Clariſſ. Chriſtianus Ludovici 1696. & Lipſ. 1712. 4. Interpretes ad Exod. XXIII. 19. XXXIV. 19 26. Levit. XIX. 23. XXIII. 10. Num. XV. 20. Tob. I. 6. &c. Sic primitias etiam in Eccleſia Chriſtiana veteri offerre mos, de qvo vide Beveregium ad Can. IV. Apoſtolicum & in Codice Canonum Vindicato p. 191. ſq Goarum ad Euchologium p. 656. Novarini ſchediaſmata ſacro profana lib. V. cap. 13. Petrum Caniſium de decimis, primitiis, oblationibus, Ingolſtad. 1609. 8. Similem Ægyptiorum, Græcorum, Romanorum aliarumqve Gentium uſum obſervarunt Grotius ad Exod. XXIII. 19. Spencerus III. 9. de legibus Hebræorum, Lindenbrogius ad Cenſorinum p. 6. ſq. Meurſius in Græcia feriata p. 117. ubi de primitiis Veſtæ oblatis, & Tho. Crenius in Muſeo Philologico Hiſtorico p. 8. ſq. &c.

De beneficiis & reditibus Eccleſiaſticis ſcriptores laudavi ſupra p. 462. cap. 13 §. 23. qvibus addenda qvæ ſupplementi loco ad librum de hoc argumento ſub Hieronymi Acoſta nomine editum notavit Rich. Simon tomo 3. Bibl. Criticæ cap. 32. ſq.

III. Antiqviſſimis temporibus dona oblata Regibus, ut narrat Herodotus III. 89. Primus Darius Hyſtaſpis Perſarum Rex tributa ſtata impoſuit, unde dictus κάπηλος. Ejus reditus annui 14560. talenta De Græcorum aliarumqve Gentium cenſu, reditibus, vectigalibus, tributis agunt Chriſtophorus Beſoldus, Caſp. Klockius & Jacobus Bornitius in libris de Ærario & Gregorius Tholoſanus in Syntagmate Juris univerſi lib. 3. etſi operæ pretium eſſet hoc argumentum qvod ad celebriora Regna & Reſp. Græciæ & Aſiæ attinet, diligentius & ex inſtituto à viro aliqvo erudito pertractari. De Athenienſibus tamen vide Potterum lib. 1. Archæol. c. 14. ſq. de Lacedæmoniis Cragium IV. 1. ſq. Apud Perſas hoc peculiare, qvod & hodie etiam ab illis obſervari notat Jo. Chardinus

tomo

tomo VI. deſcript. Perſiæ cap. 7. ut certis regionibus injunctum eſſet per certam partem anni Regem ejusqve aulam vel exercitum alere, aut certum genus rerum neceſſariarum aut ad commoditatem vel luxum etiam & ſplendorem facientium ſuppeditare, ut ex Herodoto & Strabone notat Briſſonius lib. 1. de regno Perſar. p. 163. Ita Reginis in ſingulas mundi muliebris partes integrarum provinciarum vectigalia addicta fuiſſe è Platonis Alcibiade 1. notavit Muretus XV. 10. Var. lectionum. In Regium fiſcum illata fuiſſe Herodotus ſcribit talenta annua 14560. Juſtinus 30000. Chardinus tomo 6. p. 147. ait Regi Perſiæ qvotannis redire tricies & bis millena millia librarum Gallicarum: Adamus Olearius octies millena thalerorum millia, qvorum ſinguli tres valent libras Gallicanas.

IV. De reditibus, ærario*, fiſco & vectigalibus veteris Romæ videtur Onuphrius Panvinius in Imperio Romano c. 22. Tom. 1. Theſ. Græviani p. 441. ſq. Jul. Cæſ. Bulengerus lib. 9. de Imperio Romano (Tomo 8. antiq. Roman.) & qvæ libro tertio habet de ærario, fiſcoqve. Ejusdem Bulengeri liber de tributis ac vectigalibus populi Romani prodiit Toloſæ 1612. 8. & ſubjectus eſt utriqve editioni tractatus Chriſtophori Beſoldi de Ærario publico, Tubingæ 1618. & auctius Francof. 1620. 4. His addendus Nicolaus Bergierius lib. 1. de publicis imperii Romani viis T. X. Græv. lib. 1. ſect. 12. & ſeq. & ſectione 21. ubi de pecuniâ manubiali. Chriſtianus Fridericus Franckenſtein, Profeſſor Lipſienſis in Obſervationibus de Ærario, qvæ ſeorſim primum editæ Lipſiæ, deinde curante Jo. Georgio Grævio recuſæ Ultrajecti 1701. 4. in Syntagmate variarum diſſ. pag. 632. ſeq. Alexander ab Alexandro Genial. Dier. lib. & cap. 2. ubi etiam de Qvæſtoribus eorumqve ſcribis & in eorum locum ab Auguſto conſtitutis Prætoribus Ærarii, de qvibus Lipſ. ad Tacit. lib. 13. Annal. De vectigalibus Veteris Romæ præter Pancirolli obſervationes III. 31. Variarum lectionum exſtat etiam eximius liber C. V. Petri Burmanni, editus Trajecti ad Rhen. 1694. 12., de qvo conſulenda Acta Eruditorum 1695. pag. 178. ſeq. De vectigali ſalinario Pitiſcus ad Aurel. Victorem pag. 64. & 185. De Vectigali meretricio ſive chryſargyro Bandurius ad Antiqvitates CPolitanas p. 644. Jo. Henelius in otio Vratislavienſi cap. 50. Salmaſius ad



* Paulum Manutium, qvi triplex ærarium fingit, unum triumphale de ſpoliis & manubiis, ſanctius alterum, in qvo aurum viceſimarium, & tertium in qvo annuæ vectigalium penſiones repoſitæ fuerint, refellit Philippus Rubenius lib. 1. electorum cap. 24.

ad Jus Atticum pag. 259. ſeq. Alexandriæ etiam Aſtrologi pendebant βλακεννόμιον qvaſi vectigal ſtultorum, qvod à ſtultis conſulerentur, ut refert Apoſtolius V. 65. Proverb. De Veſpaſiani Imp. Vectigali urinario, qvod Fullones pro colligenda, in poſitis per angiportus amphoris, urinâ, ad poliendas, incretandas, durandas & purgandas veſtes ſolvere jubebantur vide qvæ viri Docti ad Sveton. in Caligula cap. 40. Veſpaſ. cap. 23. Henelius in otio Vratislav. cap. 32. Cæſar Zarottus in Medica Martialis tractatione Venet. 1657. 4. cap. 24. Bernardus Ramazzinus de morbis artificum cap. 15. & Henninius ad Bergierium tomo X. antiqvitatt. Romanarum pag. 648. ubi & plures de ſordidis vectigalibus diſputantes laudantur, Caſpar Klockius de Ærario lib. 2. cap. 147. Hermannus Latherus de cenſu lib. 1. cap. 5. num. 24. Jac. Cujacius lib. 10. obſervationum cap. 7. & lib. 22. cap. 34. & Chriſtoph. Colerus cap. 14. Parergon Juris. Vectigal in ipſis ſpeciebus ſolvendum cujus in Codice Theodoſ. mentio occurrit, intelligẽs de rebus ipſis, v. g. ligno, frumento, lapidibus, non eorum pretio. De Ærario militari, qvod Auguſtus inſtituit, diſputat Franckenſteinius diatriba laudata p. 644. De fiſco Pontificum, Jacobus Gutherius II. 12. de jure Pontificio, tomo V. Græv. De Ærario ſacro & privato principis idem Franckenſteinius pag. 664. De theſauris Principis per provincias, eorumqve præpoſitis Theſaurenſibus, Nicol. Bergierius lib. 4. cap. 24. Qvid ſit inter Ærarios vel in Cæritum Tabulas referri, diſces ab eodem Franckenſteinio pag. 633. ſeq. qvi pag. 604. etiam agit de arca ſive banco publico, privatorum opes publica fide continente. Non pauca etiam de hiſce argumentis præclare obſervata ſunt D. Caſp. Zieglero lib 2. de Juribus Majeſtatis. De reditibus & vectigalibus Pontificis Romani agitur in libello ab Elzeviriis plus ſimplici vice in minori forma excuſo, ſub titulo, Respublica Romana pag 523. ſeq. & in libro Gallice edito, *Tableau de Rome*.

De *Cenſu* Romanorum, vide ſcriptores de Cenſoribus, laudatos ſupra cap. 14. p. 479. & B. Phil. Lud. Hannekenium diſſ. 4. de cura domeſtica Romanor. pag. 157. ſeq Numerum hominum à Servii Tullii temporibus Romæ durante libera Rep. in cenſum relatorum ordine exponit Iſ. Voſſius cap 6. de magnitudine Romæ veteris. De luſtri condendi ritu A. Pagi ad A. C. 14. num. 5. Orphani antea immunes, à Camillo cenſore ὑποτελεῖς facti ſunt. Plutarch. Camillo fol. 129.

De rationario Auguſti ſive breviario Imperii ejusqve reditibus vide

vide qvæ viri docti ad Svetonium Auguſt. cap. 28. Rupertum ad Florum p. 117. Lambecium lib. 2 Commentar. de Bibl. Vindob. pag. 72. eiqve laudatos Jac. Gutherium lib 1. de officiis domus Auguſtæ cap. 2. Bulengerum de Imperio Romano II. 12. hisqve adde duplex rationarium, qvod Græcè & Latinè ediderunt Benedictini in Analectis Græcis Pariſ. 1668. 4. pag. 321. & V. C. Jac. Gronovius ad calcem librorum parentis ſui de ſeſtertiis Lugd. B. 1691. 4. Utrumqve autem breviarium ſive rationarium recentius videtur, neqve prius ex illis Cæſari Octavio Auguſto recte tribuitur, qvoniam freqvens hic eſt Græculorum error, qvorumcunqve Auguſtorum ſive Imperatorum res & inſtituta ad Auguſtum referre atqve inde magnas nugas ſuperaddere. Conf. de Imperii rationario Salmaſ. pag. 808. ad Solinum. editionis Pariſ. & Jac. Godofredum ad Codicem Theodoſianum tomo 2. pag. 481.

De Græcorum Romanorumqve veterum, uti Gallorum qvoqve recentium variis inſtitutis ad promovendam abundantiam rerum neceſſariarum, freqventandamque cum fructu præter agriculturam opificia ac commercia, videndum opus qvod Gallice edidit M. de la Mare Pariſ. 1710. fol. ſub titulo *traité de la Police.*

V. De immunitate Sacerdotum à tributis *apud Ægyptios* Grotius & Clericus ad Geneſ. XLVII. 22. 26. ad qvem locum notatur in Jo. Damaſceni parallelis tomo 2. pag. 779. σκόπει ὅπως καὶ πρὸ νόμου ἀφορολόγητα ἐτύγχανε τὰ προσόντα τοῖς ἱερεῦσι, καὶ τοῦτο ἐν ἐθνικοῖς. *Vide qvod etiam ante Legem immunia fuerunt bona Sacerdotum, atqve hoc inter Ethnicos.* Idem apud Hebræos & alios populos obtinuit. Confer Bellarminum de Clericis cap. XIX & Wulferum ad Shekalim p. 28. 29. ubi de eo, num ſacerdotes immunes ab offerendo ſiclo. De immunitate Sacerdotum *apud Romanos* vide Gutherium lib. 1. de jure Pontificio cap. 28. T. V. Græv. pag. 56. De Chriſtianis res nota, & multis ſancita legibus, multis ſcriptis aſſerta qvorum pars laudatur in Bibliotheca Juridica Lipenii pag. 422. De immunitate Clericorum a variis functionibus Conſtantini M. lex apud Euſebium X. 7. Hiſt. Eccleſ. Vide etiam B. D. Jo. Sluterum de Miniſtrorum Auguſtanæ Confeſſ. Ordine, Hamburg 1650. 12. cap. 4. De immunitate Doctorum, Profeſſorumqve Conringius in Antiqvitatibus Academ. pag. 112. ſeq. 351. ſeq. Jo. Chriſtianus Itterus libro de gradibus Academicis cap. 11. 12. Nicolai Borbonii Opuſcula p. 233. ſeq. &c.

De Largitionibus frumentariis * Romanorum, viſcerationibus aliisqve ejus generis ut panis, olei, carnis porcinæ, veſtium donationibus publicis videndi Juſtus Lipſius lib. 1. Elector. cap. 10. Vincentius Contarenus, Lipſii adverſarius, in libro de frumentariis Largitionibus Romanorum, edito Veſaliæ 1669. 12. Salmaſius ad Vopiſci Aurelian. c. 35. Vopiſcus iterum cap. 47. & ſq. De auro coronario ſive donativo qvod poſt victoriam vel in inauguratione Imperatori offerebatur, vide Scacchum III. Myrothec. cap. 37. pag. 979. ſeq. Valeſium p. 425. ad Ammian. De ſtipendiis militaribus, annona, commodis & præmiis & donis militaribus agit idem Lipſ. lib. 1. Elector. c. 2. & ad Tacit. 1. Annal. pag. 38. Lipſiumqve impugnans Contarenus libello de ſtipendio militari, qvi poſt Veſalienſem editionem recuſus eſt tomo 10. Theſ. Græv. in qvo etiam occurrit diatriba Franc. Robortelli de commodis, præmiis, & donis militaribus & Erycii Puteani ſyntagma de ſtipendio militari ap. Romanos. Videantur et am Lipſius lib. 5. de militia Romana cap. 16. Blaſius Vigenerius ad Cæſarem de Bello Gallico Gallice à ſe editum p. 448. ubi docet legionem militum illo tempore per ſingulos annos conſtitiſſe ſumma circiter 219900. thalerorum. Leonh. Portius in diſſ. qvæ exſtat T. 9. Antiqvitat. Græcarum, & Hermannus Hugo lib. 2. de militia eqveſtri cap. 6. & lib. 5. cap. 1. Qvemadmodum vero militum penſio ſive merces proprio vocabulo dicitur *obſonium* ſive *ſtipendium*, bene functis *commodum*, *donativum*, ἀριστεῖον, *emeritum*, qvandoqve etiam extorta *cænatica*, & à tribunis *ſtillaturæ*: ita ſervorum *dimenſum*, de qvo Joſephus Laurentius lib. 1. Polymathiæ diſſ. 10. Qvæ manuariam operam locantibus præbebatur pecunia dictum *manupretium* qvod locantibus operam agrariam, *pulveraticum*, qvod nautis pendebatur, *naulum*, gladiatoribus *auctoramentum*, athletis, ἆθλον, qvod hiſtrionibus *lucar*, ſive *locar*, de qvo Scaliger ad Feſtum & Lipſius aliiqve ad Tacit. 1. 77. Annalium. Judicum & executorum *ſportulæ*, δικαστικὰ, *Xenia*: ſuffragatoris *ſuffragium*, proxenetæ *proxeneticum*, φιλάνθρωπον, ἑρμηνευτικὸν, pro inſinuatione libelli ſupplicis ἐμφανιστικὸν, *inſinuativum*: Legatis præbebatur *legativum* ſive *viaticum*, πρεσβεῖον, ἐφόδιον, πορεῖον, Jac. du Portus p. 384.

ad

* De publico civibus diſtributa annuatim annona. Gloſſæ Philoxeni: *annona* παροχὴ ἐτήσιος διανομή. Svid. ἠλαῖα, μετὰ τὰς νόνας διδόμενα. *Panis civicus*, civibus, militibus *militaris*, *Oſtienſis* nautis, & *Palatinus* miniſtrantibus in aula Imperatorum. Σιτήσεις à Juſtiniano Imp. Medicis & διδασκάλοις τῶν ἐλευθερίων detractas qveritur Procopius Hiſt. arcanæ cap. 26.

ad Theophraſti characteres: qvandoqve etiam *unguentarium* ad unguenta, cujus mentio apud Plinium lib. 2. Epiſtola XI. Advocatis pro victa cauſa *palmarium*, Medicis *ſoſtrum ſoterium*, *iaterium*, præceptoribus *minerval, didactrum*, διδασκαλεῖον. De Salariis Sophiſtarum, Rhetorum, Philoſophorum & Profeſſorum apud veteres vide Lucian. tomo 1. pag 841. Marinum in vita Procli cap. 29. Juſtinum in Apologia prima pag 9. edit. Grabii, Alciatum lib. 5. Parergon. cap. 27. Joſephum Laurentium tomo X. Antiqvitatt. Græcar. pag. 1169. Caſaubonum ad Sueton. & Salmaſium ad Capitolin. Beneggeri Orationes pag. 169. Caſp. Sagittarii Otium Jenenſe, diſſ. IX. de origine ſalariorum & ſtipendiorum: Chriſtiani Wilhelmi Lœſcheri diſſ. de ſtipendio literario, Witeberg 1696. Creſollium lib. 4. theatri Rhetorum cap. 3. & ubi de didactris Sophiſtarum privatis lib. 5. cap, 3. ſq. Vide etiam Tho. Crenium lib. 7. animadverſ. p. 140. 141. Qvod nuncio pro Epiſtolis portandis reddebatur, dictum eſt *portorium*, qvod tabellario pro reparandis calceis, *calcearium*, de qvo Suetonius in Veſpaſiano cap. 8 & Nicol. Bergierius lib. 4. de viis Imper. Romani cap XI. ſic. *clavarium* ad clavos ſive calceos clavatos militares parandos, apud Tacitum lib. 3. hiſtor. cap. 50. Confer Laurentii Polymathiam diſſ. 6. lib. 1. *Veſtiarium* ad veſtes, *cibarium* ad cibos, *cerearium*, ad cereos, *vaſarium* ad vaſa, *diarium* in dies ſingulos, *hordearium* ad hordeum & frumenta. Vide Pitiſcum ad Sveton. tomo 2. p. 481. agrimenſori *pulveraticum*, commentarienſi *catenaticum*, notario vel antiqvario *ſepiaticum*: Lindebrog. p. 1373. ad Codicem legum antiqvarum. *Libertaticum* qvod libertus dabat Patrono, id. p. 1424. Indici dabatur *indicium*, fauſtum nuncium afferenti *Evangelium*, Plutarch. Demetrio p. 896. ſive Μήνυτρον, nutrici *nutricium* ſeu θρέπτρον, afferenti deſideratum aliqvid κόμιστρον, artifici ἐπίχειρα, pro rei inventæ nuncio εὕρηθρον confer Pollucem lib. VI. cap. 41. Jac. Godofredi tractatum de ſalario Genev. ex editione ſecunda longe auctiorem 1666. 4. Matthiæ Zimmermanni Analecta pag. 468. ſq. Salmuthum ad Pancirolli deperdita p. 40. & Meurſii auctarium Philologicum cap. 28. De ſportulis & erogationibus publicis ſive pecuniariis ſive frumentariis adeundus etiam Stuckius lib. 1. c. 35. Antiqv. Convival.

VI. De *Teſtamentorum* origine & probatione rituqve apud veteres erudite agit Henricus Speelmannus in * ſingulari diſſ. qvam recenſitam vide in Actis Eruditor. A. 1698. p. 445. Conſulendus etiam Potterus

* In Speelmanni Operibus poſtumis Anglice editis Oxon. 1698. fol.

rus IV. 15. Archæol. Græcæ, D. Chriſtianus Thomaſius diſſ. de origine & initiis ſucceſſionis teſtamentariæ apud Romanos, & altera de ſenſu Legis Decemviralis teſtamentariæ, Halæ 1705. Veteres formulæ teſtamentorum Græce ſcriptæ ſub nomine Andragoræ & Epicteti Grinniæ leguntur in Inſcriptionibus Gruteri p. 216. Alias videre licet apud Diogenem Laërtium in vitis Philoſ. Alias teſtamentorum formulas (latinas præſertim) exhibent Georgius Fabricius in monumentis variis antiqvis, Baſil. 1549. 8. Manutius in officia Ciceronis p. 148. ſq. edit. Grævii. Barnabas Briſſonius lib. VII. de formulis p. 674. Teſtamenta Julii Cæſaris, Auguſti & Tiberii, relata à Svetonio in horum vitis, illuſtrat Zacharias Huberus in diſſertationibus Juridico Philologicis qvinta, ſexta & ſeptima. Teſtamentum Caſtrenſe ἄγραφον memorat Plutarchus Coriolano pag. 217. De vigeſima hæreditatum videndus Petrus Burmannus cap. XI. libri de vectigalibus Romanorum. De teſtamentis Clericorum, Monachorumqve M. Antonius de Dominis IX. 12. De origine poteſtatis Eccleſiaſticæ in Teſtamenta, Seldeni liber ſcriptus Anglice: *the original of Eccleſiaſtical juriſdiction of teſtaments.* Germanis olim Teſtamenta nulla, teſte Tacito, confer Berneggerum qvæſt. 119. in librum de moribus Germanorum. De Anglo Saxonum Teſtamentis vide G. Hickeſii diſſ. Epiſtolarum p. 56. De ludicro teſtamento Grunnii Porcelli præter ſcriptores in Bibliotheca latina IV. 5. à me laudatos vide Henr. Valeſium in notis ad Ammianum Marcellinum p. 354. Legitur illud etiam in Taubmanni notis ad Culicem Virgilii p. 146. & in calce adagiorum Eraſmi aliorumqve Hanoviæ junctim editis, & apud Vavaſſorem libro de dictione ludicra p. 219. & in W. E. Tentzelii dialogis vernaculis A. 1696. p. 191. & apud Geſnerum de qvadrupedibus p. 1032. Deſcriptum primo eſt Moguntiæ à Johanne Alexandro Braſſicano, & à Georg. Fabricio poſtea correctum locis aliqvot ex antiqviſſimo exemplari invento Memmelebii in Thuringia ad Unſtrum. Exſtat & ridiculum ejusmodi teſtamentum Aſini, qvod ex veteri MS. vulgavit Lambecius tomo 3. Comment. p. 984.

De teſtamento ex aſſe, ex ſemiſſe, ex dodrante, prima cera &c. vide Alexandrum ab Alex. libro & capite primo, & ibi Tiraqvellum. Tum Interpretes ad Svetonii Cæſarem c. 83. De teſtamentorum licentia inhibita, notas Bourdelotii ad Lucian. tom. 1. p. 37. Caſaubonum ad Sveton. Auguſt. c. 50. De teſtamenti ſubſignatione vero Salmaſium in animadverſionibus ad Heraldum & Voſſium lib. 4. de Idololatria cap. 91.

VII. De

VII. De nundinis, * mercatu & cognatis argumentis adeundus Greg. Tholoſanus in Syntagmate juris lib. 25. c. 3. cujus diatriba inde recuſa eſt tomo VIII. Græv. p. 697. In eodem tomo p. 641. exſtat qvoqve Erycii Puteani de nundinis Romanis liber, nova Faſtorum veluti facula. Nono qvovis die ἀγορὰν celebrare ſolitos Romanos, teſtis etiam Plutarchus in Coriolano fol. 222. De mercibus Romam undiqve advectis agit Bergierius lib. 4. de viis Imperii Romani c. 33. tom. X. Græv. De haſtarum & auctionum origine ac ritu conſulendi Alexander ab Alex. III. 16. & Junius Rabirius cujus liber ex edit. Pariſienſi A. 1554. 4. inſertus eſt tomo V. theſauri Græviani. Nam M. A. Brunellus libro, tertium jam Gallice edito de hoc argumento Pariſ. 1704. *Nouveau traité des Criées*, hodierna auctionum jura uſumqve, in Gallia præſertim, perſeqvitur. Idem Ludovicum Poſtium aliosqve allegat. Poſtii de ſubhaſtatione liber prodiit Genuæ 1646. Genev. 1670. De more veteri qvo viri nobiles per urbem incedentes non ipſi pecunias ſecum geſtabant, ſed pediſſeqvis hoc committebant, vide Caſaubonum ad Apuleji Apologiam p. 155. De furto per lancem & licium concepto cujus apud Gellium XI. 18. XVI. 10. & apud Feſtum mentio, conſulenda Marci Tatii Alpini Epiſtola ad Wilhelmum Hungerum. Pecuniam ex rebus venditis in os & buccam colligendi mos hominum vilium & de plebe infima, ut notat Caſaubonus p. 219. ſq. ad Theophraſtum, ubi etiam ex Plauto, qvod crumenas apud Romanos collo appenſas habebant homines ejusmodi. *Tabulæ novæ* appellabantur, qvando magna creditorum injuria ſimul ſemelqꝫ omnia eatenus contracta debita expungebantur abolebanturqve ac pro ſolutis habebantur. Χρεῶν ἀποκοπὰς vocat Diodorus Siclus lib. XIX. tomo 2. p. 658. Confer Jo. Scheferi Agrippam liberatorem ſive diatribam de novis tabulis, Argentor. 1645. 12. & tom. VIII. Græv. De jure debitores ſi ſolvendo non eſſent vendendi vel in partes ſecandi, vide Salmaſium de uſuris p. 544. ſq. & Joannem Nicolai de Synedrio Ægyptior. p. 227. qvi etiam alios mores annotavit, qvibus olim cum obærato ageretur.

VIII. De numis veteribus monetæqve variis generibus, materia, pretio &c. qvamplurimos ſcriptores recenſent, Carolus Patinus in Hiſtoria numiſmatum cap. 24. Phil. Labbeus in Bibl. numaria, Rudolphus Capellus ὁ μακαρίτης in Numophylacio Luderiano, & V. C. Burchardus Gothelf Struvius in Bibliotheca Numiſmatum antiqvorum,



* In Olympiis univerſa Græcia ſolennes nundinas celebrabat, unde mercatum Olympiacum vocat Juſtinus XIII. 5.

edita Jenæ 1693. 12. Fas itaqve fuerit præſenti loco præcipuos qvosdam tantummodo indicaſſe, vel præ cæteris notandos, vel à viris iſtis præſt. n-tiſſimis omiſſos. De uſu & præſtantia Numiſmatum pulcherrimi ſunt Dialogi XI. *Antonii Auguſtini*, Hiſpanice primum ſcripti, qvibus in Latina verſione Andreæ Schotti & in Hetruſca Octaviani Sadæ duodecimus Dialogus acceſſit. Omnium etiam laudibus merito efferuntur illuſtris Viri *Ezech. Spanhemii*, de uſu & præſtantia numiſmatum præclaræ diſſertationes, qvarum editio tertia luculentiſſima & prioribus *Romana 1664. atqve Amſtelodamenſi 1671. 4. longe locupletior, Londini lucem videre cœpit A. 1705. fol. 1. Vol. Nam Volumen poſterius cui eruditiſſimus Auctor A. 1710. Londini anno ætatis 81. immortuus eſt, Belgicis, ut audio, prælis jam ſubjicitur. Ejusdem Spanhemii Epiſtolæ de nummis qvibusdam ſubjectæ ſunt editioni Lipſienſi ſpeciminis univerſæ rei numariæ antiqvæ, qvod litteratorum reipublicæ propoſuit *Andreas Morellus*, Helvetius Lipſ. 1695. 8. Idem vir doctiſſ. cum magna rei litterariæ jactura Anno 1703. Arnſtadii die decimo Aprilis denatus, paraverat opus ingens atqve præſtantiſſimum, in qvod ordine digeſta, eleganter in æs inciſa, & ſuccincte explicata conjicere voluit numiſmata omnia vetera cujuscunqve generis hactenùs cognita: qvem in finem non tantum libros in hoc genere editos, magno ſtudio evolvit atqve inqviſivit, ſed & Numophylacia & gazas Regum Principumqve Europæ perreptavit, & plures annos in illis (Regis Galliæ præcipue) inſumſit, rei antiqvariæ non minus qvam pingendi pulchre & cælandi peritus. Teſtatus eſt Morellus in laudato ſpecimine, jam ſe collegiſſe numos vicies qvinqvies mille, à qvo tempore plures adhuc, qva fuit diligentia eum indagaſſe non eſt dubitandum. Cæterum qvamqvam typographi Lipſienſis Thomæ Fritſchii ſumtibus, qvinqvaginta vel etiam plures tabulæ jam perfectæ ſunt, (vide W. E. Tenzelii Bibl. curioſ. tomo 1. pag. 508.) valde

* Dicuntur Spanhemius & Marqv. Gudius doctiſſimi ambo & Antiqvitatis peritiſſimi Romæ eodem tempore verſantes de prærogativa inſcriptionibus an numis priſcis tribuenda inter ſe contendiſſe, & Spanhemius qvidem ex numis, Gudius vero ex inſcriptionibus antiqvis plurimum utilitatis ad illuſtrandum omne genus literarum capi poſſe aſſeveraſſe. Hinc Spanhemium ſententiæ ſuæ probandæ cauſa opus illud elucubraſſe, Gudio inſcriptionibus antiqvis illuſtrandis intento, ſed priusqvam abſolveret, ſatis intercepto, cujus tamen ipſius ampla veterum Inſcriptionum συναγωγὴ, poſt obſervationes ejus in opus Gruterianum, brevi ut ſpes eſt in Belgio prodibit. Utrisqve, numis & inſcriptionibus præferendus qvandoqve ſcriptorum conſenſus, ubi in illis ignorantia vel negligentia artificum peccat, vel adulatio eorum qvi numos cudi aut inſcriptiones fieri curarunt, res Principum in majus extollit.

valde tamen eſt metuendum, ne præmaturo Autoris fato tam utilis opera maximam partem publicis uſibus intercepta ſit atqve ſubtracta. Cæterum qvi compendio nobiliſſimam hanc eruditionis partem deguſtare voluerint, eis præter *Caroli Patini* hiſtoriam numiſmatum Italica, Gallica & Latina lingva editam, præter eruditam *Eucheni Gottlieb Rinckii* lucubrationem, qvam nomine ſuo præterito edidit Lipſiæ 1701. 4. de veteris numiſmatis potentia & qvalitate, commendandus libellus Gallicè vulgatus Pariſ. 1693. 12. ſub titulo *la ſcience des Medailles*, autore, qvi nomen ſuum ſuppreſſit *P. Joberto*, Jeſuita. Eundem libellum Latine recuderunt Lipſienſes 1695. 8. interprete Chriſtiano Junckero, vide Acta Erud. A. 1694. p. 215. ſq. & 1695. p. 442. Oportuna etiam ſunt qvæ tradit Rev. *Jo. Chriſtoph. Olearius* in ſpecimine univerſæ rei numariæ ſcientificè tradendo Jenæ 1698. 8. & in libro Germanice edito: Curiöſe Müntzen-Wiſſenſchafft Jenæ 1701. 8. in qvo etiam nonnulli ſcriptores de variis argumentis indicantur, qvemadmodum & à Clariſſ. amico noſtro *Jo. Georgio Walchio* præfat. ad Bartholomæi Beverini libellum de ponderibus & menſuris. Nec prætereundi duo libelli vulgati itidem Germanice, das geöffnete Müntz-Cabinet, & Jo. Gröningii hiſtoria numiſmatum critica, qvi noviſſime in collectione Schilleriana ſub titulo der geöffnete Ritter-Platz prodierunt, in qvibus præcipue de recentioribus numiſmatibus memorabilia qvædam, & numophylaciorum hodie celebrium notitia ſuccinctè exponitur. Habes etiam in iisdem expoſitionem præcipuarum ſiglarum ſive compendiorum ſcripturæ qvæ in numis occurrunt, eorumqꝫ luſtratores morantur, tam Latinarum qvam Græcarum, Latinarum qvidem depromptam ex Patino, Græcarum vero ex Johannis Valentis (Jean Foy Vaillant) numiſmatibus Imperatorum, à Populis Romanæ ditionis Græce loqventibus percuſſis Amſtelod. 1700. fol. Præclara qvædam de veterum numis collectanea occurrunt in Franciſci Junii libro 2. de pictura Veterum c. 8. p. 110. ſq.

IX. De numis ſacris, ſive de valore & pretio monetæ varii generis cujus mentio fit in ſacris literis tum Veteris tum Novi Teſt. agunt *Arias Montanus* in Tubal-Cain, tomo VIII. Criticorum Anglorum pag. 639. ſeq. *Caſpar Waſerus* de numis & menſuris Ebræorum, & aliorum Orientalium, Tigur. 1605. 4. Heidelb. 1610. 4. & in eodem Criticorum ſacrorum Tomo, in qvo etiam occurrit *Ed. Brerewoodi* libellus de ponderibus & pretiis veterum numorum, ex editione Lond. 1614. 4. qvemadmodum in Tomo nono *Marqvardi Ferberi* de

numiſmate cenſus Matth. XXII. 19. † diſſertatio edita pridem Heidelbergæ 1699. 4. His addi poſſunt *Henr. Buntingius* de monetis & menſuris ſacræ Scripturæ, Helmſtad. 1583. 4. *Henr. Guntherus Thulemarius* de variis ſiclis & talentis Hebræorum, Francof. 1676. 12. *Jo. Conr. Dietericus* in antiqvitatibus Biblicis V. T. p. 726. ſq *Georg. Wolffgang Wedelius* Centur. 2. Decad. 1. diſſ. Medico philolog. 7. qvæ eſt de numis Novi Teſt. Villalpandus ad Ezechielem. T. 3 p. 180. & 383 ſeq. & T. 2. p. 23. *Jo. Leusdenius* in philologo Hebræo mixto diſſ. 28. ſq. & ad calcem Onomaſtici ſacri, *Jo. Harduinus* in Chronologia Vet. Teſt. pag. 603. ſq. Operum ſelector. *Brianus* deniqve *Waltonus* & *Bernhardus Lamy* in apparatu ad S. Scripturam, atqve *Eduardus* præcipue *Bernhardus* libro de menſuris ac ponderibus. Oxon. 1688. 8. De numis Orientalium, Judæorum maxime & Muhamedanorum, diatribam edidit *Jo. Henr. Hottingerus*, ad calcem libri de Cippis hebraicis. Heidelb. 1659. 12. 1662. 8. Idem p. 114. ſq. Bibliothecarii qvadripartiti nonnullos recenſet numos Hebraicos & Arabicos. De *Hebraicis* videnda *Julii Bartoloccii* Bibl. Rabbinica tomo IV. pag. 158. ſq. De *Keſita* Hebræorum interpretes ad Gen. 33. 19. Joſ. 24. 32. & Job. 42. 11. *Oligeri Nicolaidæ* diſſ. Hafn. 1691. qvi non agnum nec margaritam ſed numi genus aurei vel argentei intelligit. Atqve ex eo qvod Abimelech Abrahami conjugi dedit mille Keſeph, (LXX. δίδραχμα) Geneſ. XX. 14. colligit etiam Begerus tom. 1. theſauri Brandenburg. pag 282. jam Abrahæ temporibus uſum numiſmatum obtinuiſſe. *Hermannus* vero *Conringius* Helmſtadii A. 1675. 4. edidit paradoxa de numis Hebræorum, in qvibus contendit ſiclos omnes olim fuiſſe argenteos, tum nullum numum Hebræum, qui refert hominis imaginem, eſſe genuinum, characteres porro Aſſyriacos ſive Samaritanos non fuiſſe olim Hebræis ad civilia negotia uſurpatos, nec ante captivitatem Babylonicam * numos ſignatos fuiſſe in uſu: itaqve nullum numum Samariticis aut Hebraicis Literis inſcriptum qvi ex illa ætate jactetur eſſe bonæ notæ, aut multum vetuſtum, nec poſſe certis argumentis demonſtrari, numos Samariticis characteribus inſcriptos captivitate Babylonica antiqviores eſſe, ſed omnes Haſmonæo-

† Confer Freheri parerga III. 10. Waſerum de numis Hebr. II. 6. Lipſii admiranda II. 3. Thom. Crenii animadverſ. part. 2. p. 196. ſq. &c.

* Aliud videtur Scaccho qvem vide ſis II. 3. Mirothec. ſed Conringii ſententiam qvi ſiclos pondus argenti, non ſignatos numos fuiſſe contendit, tuetur V. C. Adr. Relandus diſſ. 1. de numis Samaritan. p. 49. ſq. Vide etiam ſis Rev. D. Salomonis Deylingii obſervationum ſacrarum partem 3. p. 176. ſq.

monæorum ſive Maccabæorum & Herodum ætate cuſos videri, neqꝫ olim in uſu fuiſſe ſiclum alium ſacrum * alium profanum, nec fidem denique mereri qvæ in jam dicto de Cippis Hebræorum Hottingeri libro leguntur. Hæc Conringii Paradoxa recuſa ſunt in faſciculo ſecundo opuſculorum, qvæ ad Hiſtoriam & Philologiam ſacram ſpectant Lugd. Bat. 1695. 8. *Otto* autem *Sperlingius* V. C. libro de numis non cuſis inter alia qvidem cum Conringio probat apud Judæos ante captivitatem Babylonicam nullum ſignati æris uſum valuiſſe, qvod ex Gen. XXIII. 16. 1. Chron. XXI. 25. & Jerem. XXXII. 9. confirmat etiam Adrianus Relandus diſſ. 1. de numis Samaritanis p. 7. & adverſus Fortunatum Scacchum II. 3. Myrothec. tuetur pag. 49. ſeq. ſed & poſt captivitatem, noſtrique Servatoris Chriſti tempore contendit rude tantum & informe argentum forfice diſſectum ac libra appenſum monetæ locum tenuiſſe, itaqꝫ ſiclos omnes recens eſſe ſuppoſitos. Qvanqvam numos cuſos fuiſſe à Judæis non ſinit nos dubitare locus 1. Maccab. XV. 5. 6. ubi Antiochus Demetrii filius Syriæ Rex cum aliis immunitatibus Simoni Pontifici Maximo permittit *ποιῆσαι κόμμα ἴδιον νόμισμα τῇ χώρᾳ αὐτοῦ.* Vocabula *μνᾶ*, *δραχμὴ* & *ὀβολὸς* Hebraicæ eſſe originis notat Jacobus Duportus ad Theophraſti characteres p. 324. Idem Sperlingius contra Conringium docet Judæos etiam auri uſum habuiſſe monetæ loco. Cæterum *Wagenſeilius* in Commentario ad tractatum Sota p. 275. contendit nullam amplius exſtare veræ antiqvitatis Hebræorum monetam, & poſt nonnulla interjecta, multis oppugnat numos referentes imaginem Abrahami, Moyſis, Davidis & Salvatoris noſtri. De numis Hebraicis *Moyſen cornutum* referentibus exſtat peculiaris diſſertatio J. B. Carpzovii. De numis *JEſu Chriſti* agit præter alios Jo. Reiskius in libro de JEſu Chriſti imaginibus. *Siclos* exhibent Kircherus tomo 2. Oedipi P. 1. pag. 98. ſeq. Waltonus in apparatu ad Biblia polyglotta, Villalpandus in apparatu ad templum Ezechielis, Waſerus II. 3. ſeq. de numis Ebræor. Ez. Spanhemius pag. 334. de uſu numiſm. Joh. Leusdenius in Philologo Hebræo mixto diſſ. 28. & alii. Vide & Rev. J. Andreæ Schmidii diſſertationem Helmſtadii ante paucos annos editam de re monetali Hebræorum. De numis Chriſti confer præterea Cangium §. 28. de numiſmatibus Imperii Romani,



* De ſiclo ſanctuarii adde qvæ Jo. Clericus & alii Interpretes ad Exod. XXX. 13. Jo. Wulferus ad tractatum Talmudicum Shekalim, Norimb. 168 . 4 Buxtorfius Lex. Talmud. p. 2 32. 206 . 2449. ſq. 2624. Andreas Beyerus in libello edito Lipſiæ 1667. 12. qvi inſcribitur: *ſiclus ſacer & regius appenſus & oſtenſus, &c.*

mani, & Antonium Auguſtinum dialogo primo de numiſmatibus §. 9. Raphael qvoqve Avellinus Italica lingva ſcripſit brevem declarationem numiſmatis Hebraici * ut ipſe qvidem putat antiqviſſimi *Davidis* & *Abrabami*, editam ſub nomine Angeli Gabrielis Anguiſciolæ: vide Bartoloccium in Bibliotheca Rabbinica tomo IV. pag. 164. & Imbonatum in Bibliotheca Ebræo-Latina pag. 212. ſeq. & 306. De numis qvos de Judæa capta vel de rebus Judaicis percuſſere Romani, conſulendus Ez. Spanhemius de uſu numiſm pag. 326. & Carolus Patinus ad Svetonii Veſpaſianum & Titum. De numis *cabaliſticis*, amuletis &c. Vide Kircheri tomo 2. Oedipi parte 2. pag. 475. 465. 480. Numos *Samaritanos* exhibit idem Kircherus tomo 2. Oedipi parte 1. pag. 88. ſeq. & 100. ſeq. Villalpandus in apparatu ad templum Ezechielis, Joh. Morinus exercitatione ſecunda Samaritana cap. 10. & Steph. Morinus in exercitationibus de Lingva primæva. D. Val. Erneſtus Lœſcherus de cauſis Ebr. lingvæ pag. 201. Vide etiam ſis Cornelii Dieterici Koch diſſertationem de numorum Hebraicorum inſcriptionibus Samaritanis, Helmſtadii editum A. 1712. Epiſtolam Jo. Harduini de tribus Toinardi numis Samaritanis; apud J. Clericum tomo 21. Bibliothecæ univerſalis parte 2. pag. 131. ſeq. & Baſnagium Bellovallium Hiſt. Operum eruditorum Febr. 1692. pag. 269. ſeq. Adriani Relandi diſſertationes tres, itemqve unam Joh. Baptiſtæ Ottii de numis Samaritanis ad Jacobum de Wilde, Amſt. 1702. & 1704. 8. Joannis item Gagnierii & laudati Relandi Epiſtolas amoebæas in Memoriis literariis Trevoltinis A. 1705. Septembri p. 1643. & Novembri p. 1997. & in Jac. Bernardi novellis Reip. literariæ A. 1705. I. pag. 653. & II. 145. ſq. Nicolai Toinardi opus de numis Samaritanis ſperare jubet Clariſſ. Montfauconus in Palæographia Græca pag. 119. 124. Cæterum Samariticos numos pleroſqve recentiores aut dubiæ admodum vetuſtatis videri, Ez. Spanhemii judicium eſt diſſ. 2. de uſu numiſmatum pag. 67. edit. Amſt. Recte tamen alibi illos minus dubiæ vetuſtatis ac fidei fatetur qvi poſt captivitatem Babylonicam cuſi extant tum argentei tum ærei maxime, qvorum aliqvos ibidem profert atqve illuſtrat pag. 66. edit. Londinenſis. Explicatio duorum numorum Samariticorum Simonis Maccabæi, Johanne Harduino auctore exſtat in Memoriis Trevoltinis A. 1712. p. 841.

Obiter

* Dichiaratione della Hebraica Medaglia detta Maghen David & Abraham, di D. Angelo Gabriele Angviſſola. Mediolan. 1617. fol. Dixi de numis illis ſuppoſititiis etiam nuper in Codice Pſeudepigrapho Veteris Teſtamenti.

Obiter in diſſ. 1. de numis Samaritanis Doctiſſimus Relandus pag. 24. agit etiam de numis *Punicis*, qvod argumentum tangunt præterea Antonius Auguſtinus dialogo VI. Ez. Spanhemius diſſ. 2. Bernardus Aldrete libro 2. Antiqvitatum Hiſpaniæ & Africæ, idiomate Hiſpanico expoſitarum: ſed accuratius Jac. Rhenferdius in periculo Phœnicio ſive literaturæ Phœniciæ ſpecimine, atqve in Epiſtolis de numis Phœniciis nobiliſſimi Barii, qvarum argumentum exponit Jo. Clericus tomo XI. Bibl. ſelectæ p. 105. ſq. Maximus numorum Punicorum numerus tabulis una & qvinqvaginta, ſed qvi explicari & illuſtrari ab Rhenferdio aliqvo deſiderant, ære deſcriptus latet in libro non ubivis obvio atqve Hiſpanice edito Cæſaraugustæ A. 1644. 4. hoc titulo: *Muſeo de las metallas deſconocidas Eſpannolas*, publica lo *D. Vincentio Joan de Laſtanoſa*, Sennor de Figarvelas, i lo dedica al Excellentiſſimo Sennor D. Bernardino Fernandez de Belaſco, Condeſtable de Caſtilla y Leon. Vide & nummos Punicos in Andreæ Morelli ſpecimine rei numariæ p. 236. 246. & Begeri theſauro Brandenburg. tomo 1. p. 302. &c.

Numiſmatis è puriſſimo auro cuſi à Rege *Perſarum* Dario meminit Herodotus IV. 166. ubi addit Aryandem Ægypti Prætorem ſimiliter ex puriſſimo argento numos cudi curaſſe. Daricos vocat Plutarchus Artaxerxe, qvi pag. 1021. & in Ageſilao pag. 604. teſtatur numos Perſicos ſagittarii imagine ſignatos fuiſſe. De ſiclis Perſicis intelligendus locus 2. Samuel. XIV. 26. Hi octo tantum obolorum Atticorum erant, ita ut totum pondus capillorum Abſolonis fuerit unciarum 31. ut notat Relandus parte 2. diſſ. Miſcell. pag. 237. qvanqvam alii verba ſacri ſcriptoris non de pondere ſed pretio comarum malunt accipere, qvod refellit Bochartus tomo 1. p. 884.

*Arabicorum* numorum magnum numerum collegerat Carolus Cato Curtius, qvem laudat Andreas Morellus in ſpecimine rei numariæ pag. 232. ubi exhibet numum Salahoddini, qvi Hieroſolymam Chriſtianis eripuit A. C. 1177. De aliis qvibusdam vide Hottingerum ad calcem libri de cippis Hebraicis & pag. 115. Bibliothecarii qvadripartiti, atqve Rud. Capellum noſtrum τὸν μακαρίτην in rarioribus Beccelerianis. De numo Arabico Conſtantini Pogonati, literis Cuficis ſcripto, diſſertatio V. C. Hadriani Relandi prodiit Amſtelod. 1705. Per *ſolidos barbarinos* intelligi numos Arabicos notavit Sirmondus ad Godfridum Vindocinenſem tomo 21. Bibl. Patrum, edit. Lugd. pag. 95. De numis Arabicis aliisqve hodie per orientem uſitatis conſulendi ſcriptores

ptores itinerariorum, inter qvos Joh. Baptiſt. Tavernerius de numis in Aſia hodie receptis diligenter egit poſt partem itinerarii ſui ſecundam. Præcipue vero votis eruditorum expoſcitur illuſtris *Jo. Sigismundi ab Haunolt*, Senatoris ultra annos qvinqvaginta * ac Præſidis Reip. Vratislavienſis theatrum monetarium orientale, in qvo veteres & recentes exponendos ſuſcepit numos. Spem ejus edendi pridem fecit B. Andr. Acoluthus in ſpecimine Alcorani pag. 6.

X. Græca numiſmata Alexandri temporibus antiqviora extant Amyntæ Regis Macedonum, Phidonis Regis Argivi aliaqve uti adverſus Jac. Baſnagium obſervat V. C. Mat. Veyſſierius la Croſe in libro Gallice edito A. 1711. entretiens ſur divers ſujets d' Hiſtoire &c. pag. 183. Ex ſcriptoribus vero qvi numos Græcos magnó numero exhibent atqve illuſtrant, memorandus inprimis Hubertus Goltzius in Theſauro rei antiqvariæ: & in Sicilia ac magna Græcia ſive libris IV. Hiſtoriæ urbium & populorum Græciæ ex antiqvis numiſmatibus reſtitutæ 1576. fol. Lud. Nonnius in Commentario ad Goltzii Græciam, Inſulas & Aſiam minorem Antw. 1644. fol. Jo. Georgii Volckameri rara magnæ Græciæ numiſmata, Noriberg. 1683. fol. & Clariſſ. Turnemini diſſertatio de numis Inſularium in Archipelago, inſerta memoriis Trevoltinis A. 1706. p. 1344. ſeq. Magnam etiam lucem numis qvamplurimis Græcis afferunt Ezech. Spanhemius in diſſertationibus de uſu & præſtantia numiſmatum, Joh. Harduinus in numis populorum & urbium antiqvis illuſtratis Paris 1684. 4. & inter Opera ſelecta Amſt. 1709. fol. in qvibus & Chronologia Veteris Teſt. ex multis Græcis numis lucem accipit & ei viciſſim mutuatur. Laurentius Begerus in Theſauro Palatino & Brandenburgico, cujus poſterioris tertium Volumen prodiit Coloniæ Marchicæ 1701. fol. tum in ſpicilegio Antiqvitatis ibid. 1692. fol. & in obſervationibus atqve conjecturis in numiſmata qvædam antiqva ſparſim in fol. & 4. editis. Atqve de numis Græcis ** Imperatorum Romanorum præclarum opus habemus V. C. Joannis Vaillant Amſt. 1700. fol. Aliud Mediobarbi, à filio Jo. Antonio Mediobarbo Birago edendum promittitur in memoriis Trevultinis

* Vide Acta Eruditor. T. V. ſupplementi pag. 180. ſq.

** Alios qvi Hiſtoriam Imperatorum è numis tradiderunt, recenſet Caſpar Sagittarius introductione ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam p. 591. ſq. De Jacobi de Strada opere MS. tomis XXXI. vide V. C. Salom. Erneſti Cypriani Catalogum MSS. Bibliothecæ Gothanæ pag. 83.

nis A. 1701. tom. 2. pag. 364. edit Amſt. Præclaras etiam in numiſmata omnis generis obſervationes debemus Petro Segvino, Jacobo Oiſelio, Giſb. Cupero, Jacobo de Wilde. Hiſtoriam Ptolemæorum Ægypti Regum Regumqve Syriæ ex numis deſcriptam dedit idem Johannes Vaillant, qvarum prior Amſt. 1701. fol. altera Pariſ. 1682. 4. prodiit. Prætereo alios, qvi apud Labbeum & Struvium videri poſſunt. Erizzum vero, Parutam aliosqve exigua vel nulla peritia literaturæ Græcæ inſtructos ad explicanda Græca numiſmata infeliciter acceſſiſſe monet Ez. Spanhemius pag. 307. de uſu numiſm. edit. Amſt. Siciliam numiſmaticam jampridem molitur Joannes Maria Amati, S. I. vide Memorias Trevoltinas A. 1705. p. 1640. De talentis Siculis, reqve numaria antiqviore, Siculorum erudita obſervat Rich. Bentlejus in diſſ. Anglice edita de Phalaridis Epiſtolis. Philippi Parutæ numiſmata Siciliæ prodiere Panormi, 1602. fol. ſed plenius opus, rariusqve obvium eſt qvod Leonhardo Auguſtino curante lucem vidit hoc titulo: *la Sicilia di Filippo Paruta, deſcritta con le Medaglie.* Rom. 1649. fol.

XI. De numiſmatibus Romanorum incredibilis Scriptorum numerus etiam diligentis hominis induſtriam fatigare poſſit. Et qvam late patuit ipſorum Imperium, tam qvoqve numi ipſorum per omnem fere orbem terrarum valuerunt. Unde Coſmas Indopleuſtes l. 2. p. 148. *ἐν τῷ νομίσματι Ρωμαίων ἐμπορεύονται πάντα τὰ ἔθνη.* Numiſmata familiarum Romanarum poſt Fulv. Urſinum Abr. Gorlæum & Carolum Patinum, Imperatorum qvoqve poſt Adolphum Occonem, Æneam Vicum, Hub. Goltzium, Jo. Triſtanum, Franciſcum Mediobarbum, Franciſcum Angelonium: nec minus Coloniarum numos pulcherrimis commentariis idem Jo. Vaillant * illuſtravit. Neqve omittenda Regum & Imperatorum numiſmata à Romulo & Julio Cæſare usqve ad Juſtinianum Auguſtum ex Cimeliarchio Caroli Ducis Croyiaci & Arſchotani cum Commentario *Alberti Rubenii* & ſubjectis ad calcem annotationibus *Laurentii Begeri.* Colon. Brandenb. 1700. f. His jungendus doctiſſimus Harduinus, licet paradoxorum ſubinde captator, in numiſmatibus ſæculi Conſtantini, atqve Hiſtoria Auguſta ex numis usqve ad Numerianum: inter opera ejus ſelecta Amſt. 1709. fol. Paulus item Pedruſius, de qvo Acta Eruditor. A. 1713. p. 294. D. Henrionis opus



* Hujus Johannis Vaillanti filius Jo. Franciſcus Foy Vaillant A. 1708. 17. Nov. defunctus cujus Diſſ. de Diis Cabiris extat. Elogium illius vide in Memoriis Trevultinis A. 1709. menſe Auguſto pag. 1393.

promiſſum Hiſtorico Chronologicum, de ratione monetæ Romanæ à primo illius uſu usqve ad CPolin captam â Turcis, memoratur in Ephemeridibus litterariis Pariſ. A. 1708. II. pag. 405. 596. ſq. Numiſmata Imperatorum CPolitanorum exhibet & illuſtrat Carolus du Freſne in familiis Byzantinis. Pariſ. 1680. fol. & V. C. Anſelmus Bandurius in Imperio Orientali, Pariſ. 1711. fol.

XII. Sarugus, cujus Geneſ. XI. 20. mentio, modum cudendi numos aureos & argenteos oſtendiſſe traditur ab Abulpharajo p. 12. De Erychthonio, Hermodice uxore Midæ, Jono Theſſal. Rege, Phidone Argivo numorum inventoribus apud Græcos, vide Begerum I. theſauri p. 279. & 282. & II. p. 527. Ærea moneta argenteam præceſſit, unde Argentinus Æſculani filius apud Auguſtinum IV. de Brandenb. C. D. c. 21. Latini primum numorum uſum referunt ad tempora Jani, ut præter alios Theodoro Cantero Variar. lect. II. 23. laudatos teſtatur Paulinus Nolanus carmine adverſus Paganos v. 71.

*Et Janum geminum veteres dixere Latini,*
*Hic quia navigio Auſonias advenit ad oras*
*Numus huic primum tali eſt excuſus honore*
*Ut pars una caput, pars ſcalperet altera navem.*

Confer Schottum ad Aurel. Victorem de origine gentis Rom. c. 3. Tertull. c. 10. Apologetici. Numam Pompilium ἀσσάρια ſive numos ligneos, coriaceos & teſtaceos congiarii loco inter populum diſtribuiſſe legas in Syncello p. 211. qvi p. 275. numum argenteum ait primum Romæ cuſum circa tempora Ptolemæi Philadelphi, qvod legitur etiam in Chronico Paſchali p. 173. ad annum U.C. 481. Ol. 126. & in Proſperi Chronico p. 695. editionis novæ. Sed hac de re conferendus inprimis Plinius XXXIII. 3. & ibi Harduinus. Aſſes librales aliis aſſibus æreis minoris ponderis apud Romanos permutari ſolitos ante bellum Punicum ſecundum, nihilominus omnes aſſes æreos dictos eſſe æs grave, reſpectu numorum argenteorum & aureorum, qvi & ipſi venerint nomine æris, ſententia eſt Viri Clariſſ. Ludolphi Kuſteri in diatribe anti-Gronoviana, qvam oppugnandam ſumſit vir & ipſe doctiſſimus Jacobus Perizonius in diſſ. de ære gravi, Lugd Bat. 1713. 12. qvi ſolum æs rude & aſſes librales nomine æris gravis veniſſe pluribus contendit argumentis. Sciagraphiam rei numariæ antiqvæ noviſſimè poſt alios dedit celeberrimus Wedelius Centuria prima exercitationum Medico-Philologicarum Decade

IX.

IX. Exerc. 10. ubi inter alia de numis *Gothicis* agit, qvod argumentum ante annos non ita multos præclare etiam illuſtravit Elias Brennerus in theſauro numorum *Sueo-Gothicorum*, Svecice & Latine edito 1691. 4. Andreæ Fontaine, Eqvitis Aurati, numiſmata *Saxonica* & Dano-Saxonica junguntur Georgii Hickeſii libris 2. antiqvæ literaturæ ſeptentrionalis Oxon. 1705. fol. qvi etiam videndus in diſſ. Epiſtolari p. 109. ſq. Notæ vero ad numos Anglo-Saxonicos ſubjectæ conſpectui operis Hickeſiani à Wottono editi Lond. 1708. 8. Operæ pretium præterea eſt videre qvæ de numis Saxonicis, *Anglo-Saxonicis*, *Hybernicis* & *Runicis* ſcripſit Nicolaus Kederus Holmienſis. Similiter de numis *Danicis* agere inſtituit Thomas Broderus Bircherodius, Hafniæ 1701. 4. De ſolidis argenteis, & aureis libris & denariis Veterum Francorum, Sirmondus tom. 4. Opp. fol. 727. ſq. Cæterum non de *Franciæ* modo ſed & aliis Numiſmatibus ſeqvioris ævi, tum in Oriente tum in Occidente, ſingulari diligentia diſſerit Carolus du Freſne ſive Cangius in Gloſſario Latino, cui adjungenda ſunt qvæ diſputat le Blanc in Hiſtoria numiſmatum Franciæ, Pariſ. 1690. 4. 1703. fol. Amſt. 1692. 4. & Gabriel Daniel in diſſ. de numiſmatibus Theodoberti primi, Regis Franciæ Orientalis & Clodovæi nepotis. Nam Jac. qvidem Biæum prætereo, in cujus *Francia Metallica* * multi falſi & ſuppoſititii numi referuntur. Claudii Bouteroue librum, recherches curieuſes des monnoyes de France, Pariſ. fol. vulgatum laudat Rich. Simon tom. 2. Bibl. ſelectæ c. 8. p. 133. Hautini ſive Altini librum eruditum de numiſmatibus ſcriptum Gallice ſub Henrico III. Galliæ Rege ſed nunqvam editum memorat Morlierius eſſais de literature tom. 1. p. 14. ſq. De numis antiqvis *Gallorum* circa Cæſaris tempora Memoriæ Trevultinæ A. 1706. artic. CLXII. p. 1976. ſq. De numiſmate Damareti qvod Damarete Gelonis uxor cudi curavit, vide Diodorum Sic. XI. pag. 256. & de ratione veteris monetæ *Siculæ*, Salmaſium de modo uſurarum capite 6. & Rich. Bentleium in Apologia Anglice edita pro diſſertatione de Epiſtolis Phalaridis. Anglicos etiam numos veteres pluribus tabulis exhibet Henricus Speelmannus ante vitam Ælfredi. De numis & re numaria veterum *Germanorum*, qvanqvam tangit qvædam Paulus Hachenbergius in Germania media, diſſertatione 10. & plures agendum in ſe ſuſceperunt ut Goldaſtus, tum Chriſtfridus, Caſparus & Paulus Sagittarii, Chriſtianus Schlegelius, W. Erneſtus Tentzelius, Jac. à Mellen,

Yyy 2 Otto

* Vide Caroli Patini iter qvod Gallice deſcripſit p. 54. ubi ſimile fert judicium de libro: *Promptuaire des medailles*.

Otto Sperlingius aliiqve viri clariſſimi, præcæteris Jo. Petrus Ludovicus in der Einleitung zu dem Deutſchen Müntz-Weſen / Halæ Sax. 1709. 8. qvi fuſe etiam diſſerit de numis bracteatis (Blech- oder hohle Müntzen / Pfannen-Müntzen.) nondum tamen aliqvid perfecti atqve abſoluti in hoc genere habemus. De numis *Ruſſorum* vide Nic. Kederum in Novis literariis maris Baltici A. 1701. p. 18. ſq. Jo. Arnoldi de Brand iter in Moſcoviam p. 417. & Petri Ambroſii Lehmanni Obſervationes Hiſtoricas Germanice editas Hamburgi A. 1705. p. 233.

XIII. E recentibus Numis hiſtoriam illuſtrare primus aggreſſus eſt Jo. Jacobus Luckius, editor ſylloges numiſmatum elegantium Sæculi XVI. Argentorat. 1620. fol. qvem deinde alii ſunt ſecuti. Vide W. Erneſtum Tentzelium in dialogis menſtruis vernaculis Anni 98. p. 625. ſq. Octaviani Stradæ Hiſtoria *Romanorum Pontificum* à S. Petro usqve ad Gregorium XIII. cum imaginibus ex veteribus marmorum monumentis picturis & monetis antiqvis, MSta exſtat in Bibl. Gothonâ. Hiſtoriam eorundem à Martino Qvinto, usqve ad innocentium XI. ex eorum numiſmatibus perſecutus eſt Claudius Molinetus, Canonicus regularis, Pariſ. 1679. f. & majore apparatu Philippus Bonanni, S. J. in numiſmatis Pontificum illuſtratis & editis Romæ 1700. f. Idem Bonannus Romæ 1697. 4. vulgaverat numiſmata Summorum Pontificum, templi Vaticani fabricam indicantia. His jungendus Jo. Vignolius in antiqvioribus Pontificum denariis, Rom. 1709. 4. Vide & numiſmata Pontificum aliorumqve Eccleſiaſticorum ex Cimeliarchio Regis Boruſſiæ edita & illuſtrata à Laur. Begero, Colon. Brandenb. 1704. fol. & inventarium pecuniæ in arca Hugonis Rogerii Cardinalis A. 1364. apud Baluzium in Actis Veteribus ad Vitas Paparum Avenionenſium pag. 762. Numerum nominis ſui primus in numis adſcripſit Leo IX. vide Papebrochium pag. 87. paralipom. ad propylæum Maji. Numorum ex argento uncialium qvos *Imperatores* Regesqve Romani recentis ætatis & *Archiduces* Auſtriæ ſignari juſſerunt, ſyllogen debemus Rev. Jacobo à Mellen. Lubec 1697. & 1698. 4. Idem qvoqve ſeriem Regum *Hungariæ* numis aureis illuſtravit, ibid. 1699. 4. *Leopoldi* glorioſæ memoriæ Imperatoris vitam ex numis parat illuſtris Ebnerus, Senator Norimbergenſis. Hiſtoriam *Belgicam* Reipublicæ confœderati Belgii ex numis illuſtratam edidit Petrus Bizotus, * Canonicus Heriſſonenſis, Pariſ. 1687. f. recuſam auctius atqve emendatius Amſt. 1689. 8. 2. vol.

Gal

* Obiit A. 1696. ætat. 66. Vide Theatrum Europæum T. XV. p. 114.

Gallice & 1690. 4. Belgice. Conf. Hiſt. des Ouvrages des Sav. 1687. Septembri pag. 1 ſq. Acta Erud. 88. p. 164. & 90. p. 537. Supplementum ad Bizotum eodem Gallico, qvo ille ſcripſit, idiomate vulgavit Oudaamus Amſtel. 1690. 8. & aliud ad huc meditatur neſcio qvis teſtatus ſe jam 250. numiſmata reperiſſe Bizoto præterita. Vide Memorias Trevultinas A. 1701. menſe Octobri pag. 731. Similiter *Saxoniam* numiſmaticam paulo ante obitum edidit W. Erneſtus Tenzelius, Dresdæ 1705. 4. qvi Brandenburgicos non paucos deſcripſit in dialogis menſtruis A. 1695. menſe Julio p. 529. ſq. De Luneburgicis rarioribus vide laudati Lehmanni Obſervationes Hiſtoricas Germanice editas Hamburgi, A. 1704. p. 219. ſq. Noviſſime Gotfridi Dewardeck introductio ad rem *Sileſiæ* numariam, lucem vidit Jauravii A. 1711. 4.

Hiſtoriam & res geſtas Regis Galliæ *Ludovici XIV.* per numiſmata celebrare luculento opere inſtituit Academia numiſmatum, A. 1663. à. Rege inſtituta. Opus illud in evectione Philippi V. ad Regnum Hiſpanicum deſinens prodiit Pariſ. 1702. fol. Charta regali & imaginibus numiſmatum 286. elegantiſſimè in æs excisis; idem deinde minori forma in 4. à Belgis & Gallice pariter ac Germanicè Badenæ A. 1705. fol. repetitum fuit. Similem in modum Hiſtoriam glorioſiſſimi nuper defuncti Angliæ Regis *Wilhelmi III.* ex numiſmatibus illuſtratum prodiiſſe conſtat, Amſt. 1692. fol. ſub nomine N. Chevalier, ut alios hujus generis libros ſilentio involvam. Theſaurus numiſmatum res inſigniores cujusqve Anni ab A. 1700. ex numis qvi ære eleganter deſcripti apponuntur illuſtrans Germanicè & Latine excudi cœpit Norimbergæ in fol. Hiſtoriſche Gedächtniß Müntzen des jetzigen Seculi, auctoribus Jo. Melchiore Kœrnlein & Joachimo Negelein. Vide Acta Eruditor. A. 1712. p. 233. & A. 1713. p. 289. & A. 1714. p. 455.

Nec defuit, qvi *Scripturam S.* etiam in numis dare aggreſſus eſt, libro Germanicè edito Jenæ 1703. 4. V. C. Chriſtianus Schlegel, Bibliothecarius & Antiqvarius Comitis illuſtriſſimi Arnſtadienſis, in qvo collegit & explicavit inſcriptiones, qvæ ex ſacris literis petitæ in numis recentibus maxime occurrunt, vel in aliis etiam monumentis reperiuntur. Hiſtoriam B. *Lutheri* & reformatorum Sacrorum, Confeſſionisqve Auguſtanæ, & Jubileorum Lutheranorum ex numiſmatis illuſtratam dedit Cl. amicus noſter Chriſtianus Junckerus, Dresdenſis, Francof. latine qvidem 1699 8. & locupletius longe, Germanice 1706. 8.

Veteres Scriptores Latinos è numis illuſtrare primus inſtituit Carolus Patinus, cujus *Svetonium* numiſmatibus illuſtratum habemus, diligentiori ſtudio V. C. Jo. Caroli Schotti ex numorum aliorumqve priſcorum monumentorum penu illuminandum. Hinc *Floro* Grævius & Begerus, *Melæ* Jac. Gronovius, *Aurelio Victori* Pitiſcus ex antiqvis numis lucem & ornamentum attulerunt. Ante hos *Julio Cæſari* atqve *T. Livio* Henricus van der Borcht, Bruxellenſis, cujus opus MS. ſervat Nobiliſſimus vir D. Zach. Conradus ab Uffenbach, Francof. ad Mœnum. De *numis bracteatis* Jo. Chriſtophori Olearii Iſagoge ad numophylacium bracteatorum, Jen. 1694. 4. & ſpicilegia Antiqvitatis, in qvibus numi bracteati Luneburgenſes, Halberſtadienſes &c. ib. 1703. 4. Davidis Hottingeri numi bracteati Tigurini, Tiguri 1702. 4. Ottonis Sperlingii de numorum bracteatorum & cavorum origine & progreſſu Epiſtola ad Rev. Jacobum à Mellen, Lubec. 1700. 4. De numis *Chemicis* ſive ex auro per artem chemicam facto compoſitis conſule Miſcellanea Academiæ naturæ curioſorum Anno I. p. 71. ſq. Oligerum Jacobæum in muſeo Danico Parte 2. ſect. 5. Sam. Reiherum in diſſ. de numis Chymicis, Wilh. Ernestum Tenzelium in dialogis vernaculis A. 1692. pag. 420. ſq. & A. 1696. pag. 911. Qvid aliæ Gentes numorum loco adhibuerint, vide Alexandrum ab Alexandro IV. 15.

XIV. De notis & Siglis ſive ſingulis literis, qvæ vel in numis vel inſcriptionibus, aliisqve antiqvis monumentis paſſim adhibentur ad voces integras ſignificandas, plures ſcriptores laudavi in Bibliotheca Latina lib. IV. cap. 6. ubi de Valerii Probi, Magnonis, Petri Diaconi, & aliorum libellis de notis.

XV. *Abaci* veteris rationem, qvo uſi ſunt calculatores, primus in lucem protulit Marcus Velſerus edita & illuſtrata forma abaci numerarii ænei antiqvi, cujus ipſi copiam fecerat Clariſſimus Medicus Adolphus Occo. Vide Velſeri opera p. 422. 819. & 842. Eandem Abaci formam à Velſero accepit Gruterus qvi magno inſcriptionum operi pag. CCXXIV. & Laur. Pignorius qvi inſeruit libro de Servis, ubi de Calculatoribus ipſi ſermo eſt, pag. 339. vide & Andream Schottum nodorum Ciceronian. lib. 2. cap. 6. Cangii Gloſſarium & florilegium Zimmermanni in Abacus.

XVI. De Judæorum in non Judæos *uſuris* adeundus Wagenſeilius

lius in telis igneis Satanæ p. 534. ſq. qvi p. 598. ſq. diſputat etiam de eo num ſecundum Deuteron. XXIII. 19. ſq. Judæis liceat Chriſtianos uſuris vexare. Conf. ejusdem Anzeigung wie zu Wege zu bringen / daß die Juden nicht mehr die Chriſten plagen mit Wuchern und Schinden / A. 1705. 8. Qvod vero eodem in loco Lex Judæos à fratre uſuram accipere prohibet, inter alia forte ideo factum, qvod iniqvum videretur ab eo uſuram expetere, qvi mercaturam non exercebat, ſed vel agro colendo, vel re pecuaria ſuſtinebat vitam. Conf. Stillingfleetum in Epiſtola ad Deiſtam p. 122. ſq. Apud Chriſtianos Clericis fœnus accipere interdictum Canone 36. Apoſtolico, Canone 10. Trullano, Canone 5. Eccleſiæ Africanæ, aliisqve. Confer Salmaſ. de Uſuris p. 633. ſq. Sirmondum tomo 1. Operum f. 861. Neqve defuerunt, qvi omnibus uſuras illicitas eſſe pronunciarent Chriſtianis. Vide Ambroſ. lib de Tobia c. 2. ſq. Nic. Cabaſilam Orat. contra fœneratóres. Si tamen per ſe nefas eſſet uſuram accipere, DEus ſane non permiſiſſet ab extraneo uſuram capere Judæos : ut omittam qvod à multis Juris naturæ ſcriptoribus demonſtratum eſt, & plerorumqve egeſtati defore prorſus creditores, ſi uſuræ tollantur : & Juſtitiæ neutiqvam adverſari, ut qvi pecunia alterius lucratur, ex parte lucri nonnihil cedat ei, cujus beneficio & periculo hoc ei commodum accedit, modo & uſura moderata ſit, & alter mercatura vel alia qvadam ratione, pecuniæ uſum in lucrum ſuum vertat. Apud veteres Græcos & Romanos ethnicos latiſſime invaluerat uſura, ita ut non deeſſent toculliones ἡμεροδανεισταὶ qvi uſuram in ſingulos dies exigebant. Vide Caſaub. p. 219. ad Theophraſt. & 214. ſq. Cæterum de toto illo uſurarum apud antiqvos negotio, videndi Budæus libro de aſſe, Sam. Petitus ad Leges Atticas p. 403. ſq. Salmaſius libro de fœnore trapezitico, libro de uſuris & lib. de modo uſurarum. Jo. Frid. Gronovius in opere de ſeſtertiis & noviſſime Gerhardus Noodt, JCtus clariſſimus Franeckeranus in libris tribus de fœnore & uſuris, Lugd. Batav. 1698. 4. & inter ejus Opera, ibid. 1713. 4. De Caroli Molinæi & Cloppenburgii libris hujus argumenti vide ſi placet Grotii judicium Epiſt. 762. ad Salmaſium, qvi Salmaſius paſſim obſervat Romanorum uſuras longe moderatiores fuiſſe uſuris Græcorum, & horum leviſſimas illorum maximis & graviſſimis fuiſſe æqvales.

*Uſura centeſima* appellabatur qvando ſingulis menſium Calendis drachma pro mina ſive centeſima pars ſortis ſolvebatur (per annum 12. pro centum.) Confer Salmaſ. c. 6. de modo uſurarum, & Beveregium ad Syno-

Synodicum M. p. 83. ſq. in notis ad Canonem 17. Concilii Nicæni. *Fœnus unciarium* Scaligero & aliis idem eſt cum uſura centeſima, licet Salmaſius, Gronovius & cum his Noodtius contendunt eo notari ſingulis menſibus ſingulas ſolutas uncias partem aſſis duodecimam, ut leviſſimo fœnore per integrum annum ex centum aſſibus unum aſſem creditor retulerit. *Fœnus trientarium* dictum eſt, qvando ſingulis trimeſtribus centeſima pars ſortis ſolvebatur (4. pro centum) vide Caſaubonum ad Lampridii Alexandrum Severum p. 923. *Uſura hemiolia* ſive ſeſcupla, qvando mutuum cum altera parte dimidia ſortis recipitur: vide Beverg. loco laudato p. 84. ſq. *Fœnus nauticum*, cum itinere abſoluto ſumma reddenda eſt una cum fœnore. *Anatociſmus* etiam hodie à JCtis appellatur, qvando uſura ſorti accedit & ex illa qvoqve fœnus repoſcitur. *Reliquatores* ſunt, qvi non integrum amplius ſed partem ſolum æris alieni & fœnoris debent. Vide Tiraqvellum & Jac. Godofredum in notis ad Alexandrum ab Alexandro tomo I. p. 47. Uſuras ſupra modum ſortis nec exigi nec deberi, legibus cautum. Vide Sirmondum tomo 1. fol. 963. &c.

XVII. Georgium Agricolam non ſatis certam rationem *menſurarum & ponderum* definiiſſe, licet multa poſt alios diligentior examinaverit & nova qvædam addiderit, monet Latinius tomo 1. Epiſt. p. 386. ubi oſtendit conſtituta pedis Romani certa menſura facile eſſe ex ea tam aridorum qvam liqvidorum menſuras certas definire atqve inde ponderum veritatem ſtatuere. De ponderibus ac menſuris Hebræorum, Græcorum & Romanorum copioſe diſputat Villalpandus tom. 3. in Ezechielem p. 433. ſq. Congii veteris figuram menſuramqve exhibet p. 501. Alios de menſuris ac ponderibus veterum qvam plurimos ſcriptores laudavit Phil. Labbeus in parte 2. Bibliothecæ numariæ, qvibus recentiores nonnullos addere liceat, ut de Hebræorum qvidem menſuris Bernhardum Lamy in apparatu ad S. Scripturam, Joh. Leusdenium in Philologo Hebræo-mixto diſſert. 29. Imbonatum in Bibliotheca Latino-Hebraica p. 349. ſq. aliosqve. Sed omnium diligentiam vicit & de menſuris atqve ponderibus non Hebræorum tantum, ſed aliarum qvoqve gentium accurate & eruditiſſime egit Eduard. Bernhardus Anglus, ante paucos annos cum ingenti literarum jactura denatus, in tabulis hujus argumenti qvæ recenſentur in Actis Eruditorum A. 1686. p. 580. & in libris III. de menſuris & ponderibus antiqvis qvi lucem adſpexere Londini 1689. 8. Ed. Bernhardo jungenda præclari Viri Jo. Caſp. Eiſenſchmidii de ponderibus & menſuris veterum Romanorum, Græcorum, Hebræorum,

rum, nec non de valore pecuniæ veteris diſqviſitio accurata, Argentorati 1708. 8. & Bartholomæi Beverini ſyntagma de ponderibus & menſuris, qvod poſt bis repetitam in Italia editionem prodiit Lipſiæ 1713. 8. cum præfatione Jo. Georgii Walchii in qva ſciagraphiam operis de re veterum numaria exhibet. De pecunia veterum Romanorum ejusqve pretio commendandus unice Joh. Frid. Gronovii exqviſitus de ſeſtertiis commentarius, ex pleniore editione Jac. Gronovii filii, Lugd. Bat. 1691. 4. Utrum Numiſmata antiqvitus loco vulgaris monetæ recepta fuerint, diſqvirit & contra Sebaſt. Erizium affirmat Ludovicus Savotus in præclaro opere de Numiſmatibus antiqvis, qvod Gallice Pariſ. 1627. 4. & Latine ex C. V. Ludolphi Neocori interpretatione prodiit tomo undecimo theſauri Græviani. Multa etiam in utramqve partem hac de re diſputata videre licet in Memoriis Trevultinis A. 1707. pag. 1085. ſq. & A. 1709. pag. 93. ſeq.

# CAPUT XVII.

## Scriptores de re militari veterum & nautica.

*Gabr. Naudæi Bibliographia militaris.* 1. *Scriptores de re militari Hebræorum.* 2. *Perſarum, Græcorum, Gothorum, Germanorum.* 3. *Præcepta militaria.* ibid. *De re militari Romanorum.* 4. *Belli indictio, ſignum pugnæ, teſſera militaris, victoriæ traditio, fœdera &c.* ibid. *De militia equeſtri.* 5. *Navali.* 6. *Pedeſtri.* 7. *Uſus Elephantorum, curruum & aliarum rerum in bello. Caſtra, acies, ductores, exercitia &c.* 8. *Vexilla, aquilæ.* 9. *Triumphi.* 10. *Stipendia, dona militaria, vacatio, miſſio, pœnæ.* 11. *Bellum an illicitum duxerint primi Chriſtiani?* 12.

I.

IN recenſendis hujus argumenti ſcriptoribus otium nobis feciſſe videtur *Gabr. Naudæus*, vir præſtantiſſimus, in cujus Syntagmate de ſtudio militari edito Romæ 1637. 4. lib. II. pag. 504. ſq. legitur prolixa notitia ſcriptorum cujuscunqve generis de arte militari & de

 illis

illis judicium, qvod ſeorſim etiam ſub titulo Bibliographiæ militaris Jenæ 1683. 12. edidit V. C. *Georg. Schubartus*, a qvo tempore recudi illud curavit & notis qvibusdam additis auxit *Thom. Crenius* in Parte III. collectionis methodorum de ſtudiis inſtituendis. Lugd. Bat. 1699. 4. Integrum tamen fuerit præcipuos qvosdam ad inſtitutum facientes noſtrum hoc loco ſeligere, & nonnullos Naudæo omiſſos, recentiores præcipuè adjungere.

II. De re militari veterum Hebræorum, præter Commentatores ad libros V. T. hiſtoricos, *Matthiam Fridericum Beckium* præcipue ad Targum Chronicorum, *Jo. Andreæ Danzii* diſſ. de Ebræorum re militari ad Devt. 20. & 21. & *Guil. Schikardum* de jure regio Hebr. cap. V. ibiqve *B. Carpzovii* notas, conſulendum Syntagma ſingulare poſtumum *Jacobi Lydii*, ejusdem qvi agonoſtica ſacra ſcripſit, editum & notis illuſtratum à *Salomone van Til*, Theologo Dordraceno, Dordraci 1698. 4. & Belgice verſum novisqve obſervationibus illuſtratum ab *Hadriano van Halen*. Roterd. 1703. 8. in qvo prolixe agitur de delectu, ordine ſive tactica, armis, acie, diſciplina & exitu belli. Confer Clariſſ. Neocori Bibliothecam novorum librorum A. 1698. p. 483. ſq. Nec prætereunda *Jacobi Turneri* Pallas Armata, ſive opus Anglice editum Lond. 1683. fol. qvo Hebræorum, Aſſyriorum, Lydorum, Græcorumqve ratio belli gerendi cum re militari Romanorum veterum & hodierno belli uſu conferuntur. *Johannis* vero *Arrowsmith* Tactica ſacra, libris III. Cantabrigiæ primum 1657. & inde Amſtelod. 1700. 4. vulgata, alieniora ſunt ab hoc inſtituto, commentarium enim eruditum practicum ſive Aſceticum moralem de milite ſpirituali pugnante, vincente & triumphante complectuntur.

III. Rei militari apud Græcos & Latinos illuſtrandæ faciunt *Joſephi Laurentii* collectanea, ſecundum literarum ordinem digeſta libro VI. Polymathiæ pag. 469. ſq. Præcepta rei militaris ſcripſerunt è Regibus priſcis & ducibus Pyrrhus, Rex Epiri, ejus filius Alexander, Iphicrates, Xenophon & alii, * ſed qvorum ſcripta, excepto Xenophontis perierunt. Ex Imperatoribus Trajanus, Hadrianus, Nicephorus, Leo ſapiens, Conſtantinus Porphyrogenitus. Ex aliis Græcis Clearchus peripateticus, Poſidonius Stoicus, Cyneas, qvi Pyrrho à Conſiliis fuit, Evangelus, Stratocles, Hermias, Pauſanias, Eupolemus, & qvo-

* Vide ſi placet qvos laudavi libro III. Bibliothecæ Græcæ capite 30. & 24.

qvorum ſcripta exſtant *Æneas*, *Polybius*, libro 6. Hiſt. *Ælianus*, *Polyænus* & *Onoſander* Platonicus & Poliorceticon ſive de urbibus obſidendis & Mechanicorum ſive de Machinis bellicis ſcriptores *Athæneus*, *Apollodorus*, *Philo*, *Bito*, *Hero* &c. è Latinis, Cato Cenſorinus, Cincius, Paternus & cujus ſtrategemata habemus *Frontinus* viri Senatorii, tum Celſus, Plinius, & qvi exſtant *Modeſtus*, & *Vegetius*, ne de aliis in præſenti dicam. De re militari Perſarum agit *Briſſonius* libro III. de Perſarum regno. De Græcorum *Jo. Philippus Pfeifferus*, eoqve diligentior *Jo. Potterus* lib. III. Antiqvitatum Græcarum. De Gothorum veterum *Matthias Prætorius* in Marte Gothico ſive tractatu de Veterum Gothorum militia, Olivæ 1691. fol. De Germanorum præter *Phil. Cluverum* lib. I. cap. 43. ad 52. & *Paulum Hachenbergium*, *Johannes Blum* de militia Romano Germanica: Marpurgi 1615. 4. De Romanorum militia, cum præcipue magna ejus gloria fuerit, & multi illam ſumſerint illuſtrandam ſtylo ſuo, pluribus deinceps dicendum. Juſtitiam bellorum Romanorum examinavit *Albericus Gentilis* libris duobus de armis Romanis, Hanov. 1599. 8.

IV. Bellum à Romanis uti à Carthaginienſibus qvoqve indictum miſſa haſta. Vide Feſtum in Bellona & haſta. Ab aliis immiſſo Gallo. Tzetza V. Chil. hiſt. 15. vel agno. Apoſtolius IV. 45. Proverb. De belli indicendi more apud alias gentes, Cangius gloſſario in *deffectio* & in notis ad Villeharduinum p. 305. Signum pugnæ à Græcis datum per πυρφόρον miſſa face vel elato ſcuto Diodor. Sic. XX. tomo 2. pag. 787. vel puniceа tunica ſuper haſtam ſublata. Plutarch. Philopœm. pag. 358. fol. poſtea per tubam. Vide Schol. & Barneſium ad Euripidis Phœniſſ. verſ. 1386. Apud Romanos ſagum purpureum pro prætorio propoſitum. Plutarch. Pompejo f. 655. & Fabio Max. f. 182. & Marcello 313. De celeuſmate vide qvæ collegit Martinus de Roa parte 2. ſingularium Scripturæ p. 541. ſq. De teſſeris militaribus, (συνθήματα vocant Græci ut Philo V. Poliorcetic. p. 93.) vide Ferrarium de acclamationibus Veterum T. 6. Græv. VI. 3. ſq. Lipſium de militia Rom. IV. 12. & V. 9. Tiraqvellum ad Alexandrum ab Alex. IV, 2. Turnebum XXX. 35. Adverſar. præcipue Jac. Philippum Thomaſinum libro de teſſeris hoſpitalitatis Amſt. 1670. 12. p. 101. ſq. qvi & alia teſſerarum genera libro illo illuſtrat, frumentariam, numariam, comitialem, theatralem, convivalem, luſoriam & negotiatoriam. Singulare genus teſſeræ militaris de qva Juſtinus III. 5. 10. Jus feciale ab Anco Martio inſtitutum memorat Aurelius Victor de viris illuſtr. c. 5. cui adde Livium

vium lib. I. c. 32. Apud Græcos traditæ victoriæ ſignum ſi per præconem corpora interfectorum ad ſepulturam poſcerentur. Juſtin. VI. 6. de aliis ſignis pacis Stephanius p. 89. ad Saxonem Gramm. De fœderibus eorumqve ritu vario & formulis, Briſſonius libro IV. de formulis populi Rom. p. 356. ſq. Lipſius ad Taciti XII. 47. Nicetas Choniates lib. XIII. pag. 444. Scacchus III. Myrothec. 58. ſq. pag. 1106. ſq. Stephanius ad Saxonem Grammat. pag. 48. De hoſtiis ad fœdera ſancienda cæſis dixi ſupra cap. XI. §. 5. Sacramenti militaris formulas exhibet Barnabas Briſſonius lib. IV. de formulis p. 339. & Frid. Lindenbrogius ad Ammiani XXI. 5. p. 39.

V. Militia omnis vel eqveſtris eſt, vel pedeſtris, vel navalis deniqve, & ſingulæ harum iterum pro temporum diverſitate ſub Republica libera, ſub Regibus vel Imperatoribus diverſam faciem apud Romanos habuerunt. De militia *equeſtri* ſingulare exſtat & præclarum opus *Hermanni Hugonis* S. J. in libros V. diſtributum. Antwerp. 1630. fol. De eqvitum delectu, recognitione, probatione, transvectione agit lib. II. cap. 1. ſq. & 5. ac *Juſtus Lipſius* lib. I. de militia Romana cap. 5. ubi etiam de eqvo publico, de qvo videndus Hugo lib. V. cap. 1. De Turmis eqvitum Lipſius lib. II. cap. 6. de eorum armis lib. III. cap. 7. unde alii dicti lancearii, ferentarii, levis armaturæ eqvites, qvi fundis & lapidibus pugnabant, cujus generis tela feruntur non tenentur. De more barbarorum projectis laqveis homines abripientium, Valeſius ad Ammiani lib. XXXI. & ad Sozom. VII. 26. Hippotoxotarum mentio apud Hirtium de bello Afr. cap. 19. De *clibanariis* ſive *cataphractis* vide qvæ viri docti ad Ammian. XVI. 16. Eutropium VI. 7. & Nazarii panegyricum cap. 22. ſq. Qvemadmodum recentioribus temporibus vocamus Arcabuſſarios, Curaſſarios, Picqvarios & Muſqvetarios eqvites, vel etiam ſpatharios. Alioqvi apud Romanos illi qvi eqvis ſtipendia faciebant alii erant Monippi ſive ſingulatores & celites alii amphippi, dimachæ ac deſultorii, de qvorum origine Livius XXVI. 4. (hodie *Dragons*) diverſi à Draconariis qvi à Dracone vexillo qvod portabant ita vocabantur, de qvibus G. Henr. Welſchius lib. de vena Medinenſi p. 84. ſeq. & Sirmondus p. 183. & 205. ad Sidonium. A Legionibus & alis, qvibus intererant, vocabantur Legionarii & alarii: vide Hugonem lib. III. cap. 5. Stipendiarii vero ſingillatim ii, qvi pluribus jam ſtipendiis meruerant. Summus dux exercitus eqveſtris dicebatur Magiſter eqvitum, cui ſuberat Optio ſive ſummus mandatorum curator,

tor. Hinc viri tribuni, præfecti turmarum, vexillarii, Draconarii, decuriones, ſubdecuriones &c. vid. Hugonem lib. 5. cap. 2. 3. 4. Apud Græcos eqvitibus præerant Hipparchi & Phylarchi. De acie eqveſtri Hugo III. 1. & 5. ſq. & IV. 1. & 5. De acie eqvitum peditatui mixtorum, idem IV. 6. De curandis eqvis & de nominibus eqveſtribus Græcis & Latinis egregia Joach. Camerarii commentatio recuſa exſtat tomo XI. Antiqvitt. Græcarum. Idem Camerarius librum Xenophontis de re eqveſtri latine tranſtulit.

VI. De militia *navali* libris IV. egit Jo. Schefferus Upſal. 1654. 4. cui operi inſerta diſſ. de varietate navium qvæ 1643. 4. prodierat & Epiſtola de triremibus veterum in Centur. 1. Epiſtolar. Medicar. Bartholini p. 310. ſq. Lilii Gregorii Gyraldi de navigiis libellus tomo I. Opp. Potterus III. 14. ſeq. Archæolog. Græc. usqve ad 22. Cragius IV. 5. de Rep. Lac. Stewechius ad librum ultimum Vegetii de re militari, Laz. Bayſius de re navali Baſil. 1537. 4. & Steph. Doleti ex ſecundo ejus commentariorum lat. Lingvæ tomo decerptus, Baiſioqve, cujus epitomator Carolus Stephanus Doletum plagii in Baiſium commiſſi accuſaverat, inſcriptus liber Lugd. 1537. 4. qvi cum Bayſio Schefferiqve diſſertatione jam laudata de Varietate navium recuſus eſt tom. XI. Antiqvit. Græcarum, qvemadmodum in tom. 12. Antiqvit. Romanorum occurrit M. Meibomii de fabrica triremium liber Amſtelodami pridem editus 1671. 4. & Conſt. Opelii ſive ejusdem ut creditur Scheferi Epiſtola Meibomio oppoſita. Vide & Jac. Palmerius Exerc. ad ſcriptores Græcos pag. 170. ſeq. Claſſis præfectus recentiori ætate vocabulo Arabico dictus Ἀμιρᾶλιος, de qvo Cangius ad Alexiadem p. 371. 372. & in Gloſſario Græco, Theodorus Douſa ad Acropolitam p. 296. Urbanus Chevræus in Chevræanis tom. 2. p. 24. ſeq. Otto Dapper in deſcriptione Americæ p. 46. Varia ad antiqvitates nauticas ſpectantia illuſtrat etiam Salmaſius ad Jus Atticum cap. 28. Bartholomæus Keckermannus in commentatione nautica tomo 3. ſyſtematis ſyſtematum p. 753. ſeq. Bartho. Moriſotus in orbe maritimo Pariſ. 1653. fol. Tho. Rivius in hiſtoria navali antiqva & Georg. Fournerius in hydrographia, Cælius deniqve Calcagnicus cujus commentatio de re Nautica, ad Gyraldum, & Joſephus Laurentius cujus diatriba duplex hujus argumenti ex polymathiæ ejus lib. 1. cap. 17. & 22. decerpta habetur etiam tomo XI. Antiqvit. Græcarum. Qvemadmodum Iſ. Voſſii de triremium & Liburnicarum conſtructione diſſ. ex variis ejus obſervationibus petita extat in tomo 12. Antiqvitat. Rom.

Neqve prætereundus Nicolai Witſenii, illuſtris Viri, liber de Architectura navali nova & antiqva, Belgice A. 1671. editus, qvem de veterum navium roſtris & aliis ornamentis diſſerentem laudat Jac. de Wilde p. 188. numiſm. A plagio in Scheferum libenter abſolvent omnes qvi honeſtiſſimam palinodiam Mollerianam ſupplemento Bibliothecæ meæ Latinæ præmiſſam legerint. Veteris triremis imago in columna celebri Trajana conſpicitur, atqve inde apud Grævium ad Florum IV. 12. aliosqve, unde apparet *ordines* vocari in triremibus majoribusqve navibus, ſeries remigum à ſummo ad imum, ita ut ſummus ordo ſit thranitarum, medius Zygitarum, tertius deniqve thalamitarum, *verſus* autem eſſe ſeries remigum æqvè alte ſedentium. Imaginem navium bellicarum roſtratarum ſive χαλκεμβόλων exhibit idem Grævius & Begerus ad Florum lib. II. cap. 2. ex columna Duillii illuſtrata à Petro Ciacconio, Rom. 1608. & tomo IV. theſauri Græv. Confer Gronovium tomo 2. Antiqv. Græcar. tabula 51. Admirandas Philopatoris & immenſam Hieronis navem in qva innumera conclavia, deliciæ, hortus, Bibliotheca vide ſis deſcriptam ab Athenæo l. 5. p. 203. ſq. Aliam qvam condi fecit Ptolemæus Philopàtor, Plutarch. Demetrio f. 910. Aliam ab Ægyptiis exſtructam, de qva Philoſtratus l. 3. c. XI. de vita Apollonii. f. 143. aliam Caligulæ de qva Sveton. c. 37. De navi miranda Æneæ, qvam Romæ vidiſſe ſe narrat, adeundus Procopius IV. 22. de bello Gothico p. 627. ſeq. qvi p. 629. etiam deſcribit duas naves ex lapide candido, unam Ulyſſis in Corcyra, alteram Agamemnonis in Caſſiopa Eubœæ tum viſendam, illam Jovi Caſio, hanc Dianæ conſecratam. Demetrii ἑκκαιδεκήρεις & πεντεκαιδεκήρεις celebrantur à Plutarcho in Demetrio pag. 897. 910. Omitto qvæ de Perſei navi ſedecim ordinum habet Eutropius lib. 4. cap. 8. De aliâ navi à trecentis remigibus agitanda Ammianus XVII. 3. Πεντηκοντήρης Mauritii Imp. refertur à Theophylacto Simocatta IV. 1. Hiſt. De prægrandi Venetorum navi cui nomen Κόσμος ſive *Mundus*, vide ſis Nicetam in Alexio Angelo Comneno III. 9. p. 347. Veteres in navibus ſuis duplici & utrinqve aptato gubernaculo uſos obſervat Lipſius ad Tacitum pag. 82. & antiqviſſimos populos auſos lonqvinqviores navigationes vel certe non minus remotas ſuſcipere qvam eos qvos ſeqvior ætas tulit, exemplis aliqvot demonſtrat Huetius in diſſ. de navigatione Salomonis. Amſt. 1698. 8. & in ſupplemento Criticorum ſacrorum edito Francofurti fol. De ratibus, qvibus maxima onera & inſanas obeliſcorum moles transportarunt veteres, diſſerunt

Kirche-

Kircherus in obeliſco Pamphilio & tomo II. Oedipi Parte II. pag. 315. ſeq. & Mich. Angelus Chauſſæus in Epiſtola de Columma Antonini Pii recens inventa Romæ in campo Martio, in Ephemeridibus literariis Pariſ. A. 1704. tom. 2. p. 540. Naves in Indico atqve Æthiopico mari reſtibus olim colligatæ non pice vel clavis, ob ferri penuriam, uſumqve à Romanis interdictum, non ob ſcopulos é magnete. Vide Procopium lib. 1. de bello Perſico c. 19. p. 58 ſeq. Naves ipſas per terram transportatas, ſi mari prohiberentur, docent Meurſius in Panathenæis p. 30. ſq. & Huetius in laudata diſſertatione, conf. Michaëlis Ducæ hiſtoriam Byzantinam p. 152. ſeq. De teſtudine navali vide Stephanum p. 89. ad Saxonem Gramm. De navibus è corio conſutis idem p. 65. ſeq. & Georgius Paſchius p. 660. invent. novantiqv. De navibus incendiariis Cangius p. 305. ad Villeharduinum, & gloſſario in *chelandria*. Secundo vento navis dicitur intra horæ ſpatium conficere poſſe octo millia paſſuum, ut obſervat Jo. Brodæus lib. 3. Miſcell. cap. 5. conf. Iſ. Voſſium in variis obſerv. pag. 127. De *paraſemo* navium, qvod in prorâ, & de *tutela*, qvæ in puppi, vide præter Grotium & alios eruditos interpretes ad Acta Apoſt. XXVIII. 11. Yvonis Viliomari ſive Joſephi Scaligeri animadverſ. ad Robertum Titium pag. 139. ſq. & ad Euſeb. p. 40. Salmaſium p. 403. ad Solinum, ubi inter alia oſtendit eandem rem qvandoqve tutelam & inſigne fuiſſe, Franciſcum Junium de pictura veterum pag. 92. edit. ſecundæ: Muretum in variis lectionibus lib. 10. cap. 19. Pet. Pithœi opuſcula in 4. edita pag. 768. Bourdelotium ad Heliodorum pag. 88. Cangium ad Alexiadem p. 377. & Bochartum in Chanaan lib. 2. cap. 3. De Germanorum veterum navigatione Cluverus lib. 1. Germaniæ antiqvæ c. 18. p. 133. ſq. Navigiorum noſtræ ætatis varia genera breviter exponit Wagenſeilius in pera librorum juvenilium tom. 2. p. 43. ſeq. De navibus Turcicis Tho. Hyde ad itinera Mundi Abraami Peritzol, p. 80. ſeq. De artificio inflatis ſuper utribus trajiciendi maria, vide ad Svetonium in Cæſare c. 57. Florum III. 5. 16. & Nicetam Choniatem in Manuele Coraneno lib. 2. c. 7. ubi de Scythis Iſtrum trajicientibus. Non diſſimile commentum hydraſpis ſingulari libro deſcripta ab inventore, Clariſſimo Wagenſeilio. Altdorf. 1690. 4.

VII. Supereſt de militia *pedeſtri* ut nonnulla ſubjungam, in qva diu maximum robur apud Romanos fuit, unde *milites* pro peditibus κατ᾽ ἐξοχὴν poni obſervat Gronovius ad Liv. 26. 19. Bœclerus ad Velléjum, &c. Alii ex illis vocabantur *primani*, *anteſignani*, *proſignani* alii

*poſt-*

*poſtſignani* vide Lipſium lib. 4. cap. 3. de militia Romana: alii *præcurſores* Liv. 26. 17. ſive *rorarii*, qvi ante gravem armaturam prodibant, ut ros ante imbrem, *γροσφομάχοι velites* ſive levis armaturæ milites tum *haſtati*, *κοντοφόροι ſagittarii*, *funditores*, *tragularii*, *balliſtarii*, *jaculatores* è Balearibus, Cretenſibus, Numidis: hinc *principes*, ac deniqve *triarii*. Conf. Lipſium lib. 2. de militia Romana cap. 1. & in analectis ad lib. 3. c. 1. *Vexillarii* legionum erant non triarii ut Salmaſius ad Vopiſcum, ſed qvibus non plena miſſio conceſſa, qviqve licet exauctorati & à legione ſejuncti erant, tamen ſub vexillis ſeorſim retinebantur in exercitu, donec deducerentur in coloniam, aut præmia acciperent. Vide Octav. Ferrarium lib. 1. c. 3. electorum. *Mirmillones* galeati & inter pugnandum ſubſidentes, poplitibusqve ſe excipientes. Id. II. 14. De *auxiliaribus* copiis, *ſociis*, *extraordinariis*, *ablectis*, *alaribus*, idem Lipſius lib. 2. cap. 7. & Jul. Cæſar Bulengerus de Imperio Romano p 372. ſq. Velitis, haſtati, principis, triarii & eqvitis iconem cum armis ſuis habes tomo 10. Antiqv. Roman. pag. 869. Diſponebantur pedites in centurias, decuriasqve, qvemadmodum eqvites in Turmas: *Globus* ſive *drungus* vocatur qvi ſeparatus ab acie vago ſuperventu incurſat inimicos, ut docet Vegetius III. 9. De *manipulis*, cohortibus, ſpiris, phalangibus, catervis videatur Wolffgangus Lazius lib. 6. de Republica Romana, Alexander ab Alex. 1. 5. Lipſius II. 2. & 4. De *Legionum* numero, ordine & nominibus agunt idem Lazius lib. 5. prolixe & diligentiſſime. Lipſius lib. II. cap. 5. Franciſcus Robortellus de Legionibus Romanorum ad locum Dionis Caſſii lib. 55. Bonon. 1559. Joh. Henr. Bœclerus de Legione Romana, Argentor. 1670. & tomo 2. diſp. p. 541. Ejus diſſ. una cum Robertello & præclaris Franciſci Patricii parallelis militaribus, qvæ Lipſius hinc inde ſecutus eſſe dicitur, Ludolphus vero Neocorus ex Italica editione Rom. 1594. fol. Latine vertit, recuſa exſtant tom. X. Antiqvitatt. Romanarum Grævii. Univerſo exercitui præerat *Imperator*, de qvo Lipſius lib. 2. c. 12. triplicem vero ſignificationem hujus vocabuli obſervat Ferrarius lib 6. de acclamationibus veterum cap. 8 tomo 6. Græv Accipitur enim vel pro Duce vel pro Victore vel pro Rege. Imperatoribus ſive ducibus tribuebantur *legati*, qvi ſingulis præerant Legionibus vide Raphaëlem Fabrettum ad columnam Trajani p. 9. Lipſium II. 11. Qvemadmodum Dictatori aderat Magiſter eqvitum conſulari poteſtate, ita ſingulis Legionibus ſub illo qvem dixi, legato erant *tribuni* militum ſive ſingularum cohortium præfecti, qvas in ſingulis Legionibus ſenas fuiſſe ob-

obſervat Lipſius II. 9. Sub præfectis erant *ducenarii*, qvi ducentis militibus præerant, vel *centuriones*, qvorum primus, qvi aqvilæ præerat vocabatur *primipilus* vide Lipſium II. 8. Sub centurionibus erant *Optiones* ſive ſubcenturiones, *Uragi* & *decuriones*, ne dicam de *manipulariis*, qvi præerant manipulo, vel de *præfectis Caſtrorum*, qvi locandis caſtris curam impendebant, vel de *quæſtoribus* & præfectis ærarii bellici: aut de *Præfectis Dendrophororum* & *fabrorum*, qvi curam habebant cædendorum lignorum ad palos faciendos, ferramentorumqve: tum de *tubicinibus*, *evocatoribus*, *medicis*, *beneficiariis*, *cornicularis*, *teſſerariis*, *circitoribus* aliisqve gregariis peditibus. Confer Svidam in ἔκτακτοι, Lazium lib. 4. de Rep. Romana & Fabrettum ad columnam Trajanam. Qvod ad *aciem* attinet ordinemqve agminis & *caſtrorum* præter ea, qvæ ad Polybii librum VI. notarunt Patricius ac Lipſius, videndus Henricus Savilis libro de Militia Romana, qvi ex Anglico verſus latine prodiit Heidelbergæ apud Commelin. A. 1601. 8. præcipue Ratbodus Hermannus Schelius ad Hyginum Gromaticum Amſt. 1660. 4. & tomo X. theſauri Græviani, in qvo præter Patricium occurrit etiam Petri Rami liber de militia Julii Cæſaris, ex edit. Francof. 1584. 8. & Salmaſii liber poſthumus de militia Romanorum, ex editione Lugd. Bat. 1657. 4. Hic pluribus oſtendit non unam eandemqve militiæ rationem ſub Republica & Cæſaribus, ſed pro temporum varietate itidem variam, longeqve diverſam obtinuiſſe: qvo nomine & Vegetium reprehenderat Lipſius, qvod ſui & ſuperioris ævi inſtituta miſcet ac confundit, & ab ea culpa nec Livium immunem eſſe docet Salmaſius. Sub Imperatoribus militia triplex, una honoratiſſima Palatina, in palatio Imperatorum: ſecunda caſtrenſis ſive armata, & tertia cohortalis, eorum qvi in officio præfectorum ac præſidum militabant. Valeſius ad Sozom. V. 4. De acie apud Græcos videnda Æneæ & Æliani Tactica virorum doctorum notis illuſtrata. De πυρφόρῳ præcedente exercitum, Raynaudus tomo 8. Opp. pag. 376.

VIII. De Elephantorum & Camelorum uſu in bello videatur Hermannus Hugo lib. 1. de militia eqveſtri cap. 5. De machinis bellicis conſulenda Athenæi Mechanici, Apollodori, Philonis, Bitonis, Heronisqve ſcripta Græce & Latine junctim edita: tum Stewechius ad Vegetium, & Felix Oſius in Grævii theſauro Antiqvitatum Italiæ tom. 3. p. 1083.--1093. De oppugnatione urbium & caſtellorum ex inſtituto agit Lipſius in poliorceticis & Petrus Ramus de militia Julii Cæſaris Parte III. tomo X. Antiqvitatt. Romanarum p. 1587. ſq. qvi de propugnatione ur-

bium & munimentorum adverſus hoſtes agit p.1596.ſq. De caſtris, præſidiis, metaturis, excubiis, vigiliis, ſtationibus, circuitione, præter Patricium & Robortellum, & Henr. Savilium adeundus liber V. Lipſii de militia Romanorum. Nec parum ad totam illam rem intelligendam conferent icones, qvæ occurrunt tomo X. Antiqvit. Rom. p.905. & 927. qvo in tomo Hygini qvoqve Gromatica occurrunt, cum luculentis commentariis Radbodi Hermanni Schelii, qvi & præterea agit de ſacramentis militum, de cuſtodia caſtrorum, de ſtipendio militari, frumento, veſte & victu militum, tributo atq; ærario, deniqve de itinere & telis legionum. De modo pugnandi ex curru diſſerit etiam Cluverius p.305. Germaniæ antiqvæ. Curruum falcatorum ſive *currodrepanorum* * (δρεπανηφόρα τέθριππα vocat Svidas) rationem præter Schefferum libro de re vehiculari veterum, Stewechium ad Vegetium, Raderum ad Curtium lib. 4. cap. 22. & Hugonem de militia eqveſtri Lib. 1. cap. 6. rectius & felicius explicavit Jac. Perizonius V. C. in Curtio adverſus Jo. Clericum vindicato pag. 163. ſq. Vide & Bonifacium XVII. 4. hiſt. ludicræ & Briſſonium de regno Perſ. III. p. 384. ſq. Cuniculos deprehendendi rationem per ſonum ærei ſcuti à fabro qvodam ærario inventam exponit Herodotus lib. IV. 200. De muricibus ferreis ſive tribulis qvos fugientes ſpargere ſolebant, ut hoſtium inſeqventium pedes læderent vide Menagium Origg. Gall. in *chauſſe trape*, & de cuniculis in *Mine*. Styli cœci (Fuß-Angel) ante caſtra conſiti memorantur à Cæſare lib. 7. de bello Gall. c. 73. Hirtio bell. Afr. cap. 31. De Strategematis Polyænus è Græcis & è Latinis Frontinus.

IX. Romulus primum manipulo fœni uſus eſt loco vexilli, unde milites ejusdem ſigni manipulares dicti ſunt, ut præter Ovidium 3. Faſtor. docet Aurelius Victor de origine gentis Rom. cap. 22. Legionis ſignum deinde Romanis fuit *aquila*, ** de qva Adr. Junius III. 2. animadverſ. Cohortis manipulorum *vexillum* vel *ſignum*, eqvitum *dracones*, conſ. Lazium lib. 7. de Rep. Romana, Lipſium lib. 4. de re militari Romanorum, cap. 3. 5. 9. ubi multa de ſignorum cultu, forma, religione; Vide & Dausqvii notas ad Silium p. 248. ſq. & 291. & eundem Lipſium in libris de cruce, ubi præcipuè de *labaro* cruciformi, qvod Conſtantinus M. inſtituit, Hugonem lib. 2. de militia eqveſtri cap. 4. Mich. Ang. Cauſeum (de la Chauſſe) Pariſienſem de ſignis militaribus, cujus diatriba habetur

tomo

* De falcatis navibus ſive falcibus navium vide Stephanium pag. 88. ſeq. ad Saxonem Grammaticum.

** Aqvila peltæ inſidens ſignum regale Perſis. Briſſon. III. p. 426.

tomo X. Antiqvit. Roman. pag. 1528. De labaro agit etiam Gretſerus tom. 1. de cruce lib. 2. Octavius Ferrarius lib. 1. c. 2. elector. & de ſignis cohortium cap. 4. Dictum labarum à labore qvod laboribus exſolvat, καμάτων λυτήριον, ſi fides Nazianzeno Orat. III. p. 75. ubi elegans vexillorum Romanorum deſcriptio qvæ ἡ διςόντε ὁμȣ̃ κὴ φρικτὸν θέαμα ipſi appellantur. Recentior ætas βάνδον dixit. Vide Cangii Gloſſar. hâc voce. De vexillariis militibus dixi ſupra p. 538. & de draconariis p. 535. Gregorius qvoqve Michaëlis in notis ad Gaffarelli curioſitates inauditas, ſingulare Syntagma de Veterum vexillis promiſit ſed qvod hactenus editum non eſt. Vide interim Tiraqvellum ad Alex. ab Alexandro IV. 2. Theodorum Hœpingium de armorum & inſignium jure c. 17. p. 833. ſeq. Joh. Michaëlem Weimichium diſſ. de vexillis & vexilliferis, Erfurt. 1710. 4. Ex ærario qvod erat in templo Saturni, poſt bellum indictum vexilla petebant Qvæſtores. Vide Livium III. 69. & ibi notam H. Valeſii, ubi & ſigna veterum Gallorum Inſubrum, & labarum ſive auriflammeum Francorum in templo ſervatum docet. De carrocio qvo pro vexillo uſi ſunt ſeqvioribus temporibus Mediolanenſes & alii Italiæ populi vide Cangii gloſſar. & Tenzelii Bibl. curioſ. tom. 1. pag. 669. qvi imaginem qvoqve ejus in æs inciſam exhibet è Grævii Theſauro Antiqvitatum Italiæ tomo 3. Adde ſi placet Petrum Lambecium in notis ad Baptiſtæ Platinæ Hiſtoriam Mantuanam p. 485. ſq. ubi ære deſcriptum videre licet carrocium Cremonenſe cum campana, & aliud Patavinum, utrumqve diverſum ab eo qvod Tentzelius exhibet. Ulrici Obrechti Academicam diſſ. 5. qvæ eſt de vexillo Imperii: & amici noſtri Franciſci von Som Hamburgenſis diſſ. de Carrocio, præſide V. C. Euchario Gotlieb Ringk habitam Altdorf. 1711. Pannoniorum vexillum σημαία μεγέθους, ἐπί τινος ἠνεμωμένη πωχέως κὴ ὑψιτενȣ̃ς ἱςȣ̃ τετράσιν ὑπὸ τρόχοις ἑλκομένȣ βοῶν ζεύγμασιν. Nicetas in Manuele Comneno V. 3. qvi & τ̃ ȣ̃ Διονυσίȣ σημαίας δίαρμα memorat. De imaginibus ſacris & reliqviis in bello circumferri ſolitis vide Cangium ad Villeharduinum p. 311. qvi etiam de carrocio & vexillo imperiali p. 309. 310. De Indorum & aliorum populorum ſignis Martinus de Roa part. 2. ſingularium S. Scripturæ. De armis militum plura capite proximo, ubi de veſtibus omnis generis. De ſtigmatis ſive notis militaribus agit Lipſius lib. 1. c. ultimo, Grotius ad Galat. VI. 17. & ad Apocalypſ. XIII. 16.

X. De *triumphis* veterum Romanorum ita egit *Jo. Barthol. Marlianus* Rom. 1549. Venet. 1555. 4. ut Romanorum triumphos ordine

chronologico recenſeret, qvod fecit etiam *Tho. Lydiatus* in ſerie ſummorum magiſtratuum & triumphorum Romanorum, ut velut notiores *Onuphrium* ad librum V. Faſtorum, *Sigonium* & *Pighium* omittam. *Onufrii* qvoqve de triumpho commentarius recuſus eſt Helmſt. cum notis *Jo. Hen. Maderi* 1675. 4. Ejusdem Onuphrii deſcriptio triumphi Romanorum ampliſſimi ex lapidum monumentis inſerta eſt tomo 9. theſauri Antiqvitatum Romanarum Græviani. *Julius* qvoqve *Cæſar Bulengerus* in tomo 2. variorum opuſculorum librum ſingularem de ſpoliis bellicis, trophæis, arcubus triumphalibus & pompa triumphi exhibet, qvi tomo XI. Antiqv. Græcarum Gronovii recuſus eſt. Illo in volumine leges etiam librum primum tom. I. Pandectarum triumphalium *Franciſci Modii*, in qvo de triumphis & ovatione veterum, maxime Romanorum agendum ſuſcepit & capite 26. exhibet faſtos triumphales ab U. C. usqve ad A. DCCLXIV. atqve cap. 27. ſq. diſſerit de arcubus, columnis, obeliſcis & pyramidibus triumphalibus. Qvemadmodum libro 2. agit de triumphis & torneamentis haſtiludiisqve eqveſtribus recentiorum. Francof. 1586. fol. Videndi præterea *Alexander ab Alexandro* lib. I. cap. 22. qvi cap. 27. diſſerit & de literis & faſcibus laureatis, navibus laureatis & vittatis: *Gvid. Pancirollus* in deperditis titulo 57. & ibi *Henr. Salmuthus*: *Joh. Nicolai* liber de triumpho editus Francof. 1697. 12. *Caſp. Sagittarii* diſſ. de triumphis Romanor. Jen. 1649. *Martini de Guichardo* noctes Grantzovianæ de triumphis antiqvis Amſt. 1661. 8. *Mich. Marolleſii* diſſertatio de triumphis Romanis ſubjicitur ejus Gallicæ verſioni proſariæ librorum Ovidii de Ponto, Pariſ. 1661. 8. pag. 480.-492. Triumphus etiam legatis conceſſus ex ſententia ejus qvi tenebat provinciam. Vide Dionem p. 382. Sub Juſtiniano Imp. Chriſtiano triumphavit Beliſarius. De triumpho Henrici I. Imperatoris vide Goldaſtum pag. 169. ſeq. ad Eginhartum. Imaginem triumphi Romani in æs inciſam exhibent Pitiſcus in Svetonii Cæſarem cap. 37. Begerus ad Flori lib. 2. c. 12. & Jacobus Lydius de re militari Hebræorum pag. 213. Triumphanti corona propter nimium pondus ſuſtinebatur à tergo (non à carnifice ut ex loco Plinii male intellecto Iſidorus) ſed à ſervo publico. Vide Ferrarium lib. I. Elect. cap. XI. De albis eqvis qvibus Camilli exemplo in triumphis uſi ſunt Romani, Rupertum ad Florum p. 110. ſeq. Triumpho minus ſolennis erat *ovatio*, qvanqvam hanc qvoqve de ſolenni triumpho qvandoqve uſurpatam obſervat Georg. Henr. Uſinus in Obſerv. Philolog. cap. 9. ubi plura de ovatione &

ejus

ejus etymo non protrita leges. De *ſpoliis opimis* Jovi Feretrio dicatis diſputat Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 14. & Jac. Perizonius in Obſerv. Hiſtoricis, qvi ex Livio aliisqve notant illa proprie dicta fuiſſe opima ſpolia, qvæ Imperator per ſe ab Imperatore, Rex à Rege, Dux à Duce retuliſſet. De *tropæis* Scacchus Myrothecio tertio cap. 23. De *arcubus triumphalibus* agit Nic. Bergierius lib. 2. de publicis viis Imperii Romani cap. 40. cujusmodi arcus in J. Cæſaris honorem excitati rudera etiamnum conſpiciuntur Rhemis, conf. Ephemerides Pariſienſ. A. 1678. p. 283. Alius Arauſione, conſtructus olim in memoriam victoriæ Marii & Catuli de Cimbris, qvam omnes Romæ exſtantes magnitudine & præſtantia vincere teſtatur Sponius in itinerario tomo 1. p. 3. Romanos ære deſcriptos habes tomo III. Grævii.

XI. De ſtipendio militari qvod per 350. fere annos nullum fuit Romanis, jam ſupra dictum eſt, cap. XVI. ſectione 5. qvemadmodum de pœnis qvoqve. cap. XV. ſectione 15. Sub Imperatoribus non annonam modo & arma de publico milites accipiebant, ſed veſtes qvoqve. Vide Lindebrogium & Valeſium ad Ammiani XXI. 6. Qvi ab hoſte ſub jugum mitti ſe permiſerant, non iterum à Romanis ſtatim admiſſi ad militiam, ſed procul à patria, procul ab opidis juſſi hibernare. Vide Livium XXVI. 1. qvi de ritu illo ignominioſo videndus III. 28. De militaribus donis Alexander ab Alex. IV. 18. & ibi Tiraqvellus. De diæta atqve victu militari veterum, cœnis victorialibus, triumphalibus, donativis, congiariis Stuckius 1. 21. Antiqv. Convival. De vacatione à militia, præclara qvædam obſervat Lipſius lib. 1. de milit. cap. 4. & ad lib. 1. Annal. Taciti pag. 36. ſeq. ubi docet miſſionem militum aliam *honeſtam* fuiſſe poſt 20. annorum ſtipendium ſi pedites, poſt 10. annorum ſi eqvites, poſt 25. ſi nautæ fuiſſent, qvales exauctorati dicebantur *veterani.* Aliam miſſionem *cauſſariam* ob vitium, defectum, morbum: aliam *gratioſam* per gratiam & ambitum, aliam deniqve *ignominioſam* ob delictum & crimen. Confer eundem Lipſium I. 5. de milit. Romana c. 19. De vacationis petitione coram cenſoribus, inſignis locus Plutarchi Pompejo p. 630. De apparatu & armatura militiæ hodiernæ, commendanda tironibus J. Chriſt. Leonhardi diſſ. Lipſ. 1711. in qva ordines & nomina officiorum aliaqve Germanice & Latine exponuntur. Bello affinia *duella,* qvæ ſuſceperunt qvidam tanto occidendi furore ut illaædituri areas qvadratas lapidibus ſignarent qvas exire niſi victo non licebat. Vide Stephanium p. 106. ad Saxonem

Grammaticum. Belli in compendium miſſi & duorum vel paucorum dimicationis eventu deciſi exempla collegit Rupertus ad Florum p. 87. ſeq. De decurſionibus militaribus Stewechius ad Vegetii II. 14. & Lindebrogius ad Ammiani XX. 4.

XII. In Græcia durantibus ludis Olympicis erat ſolennis ἐκεχειρία ſive induciarum obſervatio teſte Plutarcho in Lycurgo, ad qvem notat in animadverſionibus ad Gallicam ſuam verſionem pag. 270. Clariſſ. Dacerius, de qvo merito erubeſcere debent Chriſtiani, nullum apud hos eſſe feſtum tam ſanctum, ut illo à bello conqvieſcant. Olim qvidem non Manichæi modo, qvos oppugnat Auguſtinus XXII. 74. contra Fauſtum, & recentiori ætate hac in parte ſeqvuntur Anabaptiſtæ, Sociniani, Weigeliani, Qvackeri &c. ſed & alii Chriſtiani multi privati, præcipue è ſacro ordine, à bello prorſus abhorruere: vide Benedictinorum notas ad S. Ambroſium tomo 2. pag. 46. Wetſtenium ad Origenem contra Marcionitas pag. 27. ſeq. & Zwickeri Irenicum Irenicorum pag. 130. ſq. Sed nullus unqvam fuit Chriſtianus Princeps vel in cujus poteſtate eſſet juſtum bellum gerere, qvi bellum omne Chriſti præceptis illicitum eſſe crederet, atqve ipſe etiam Tertullianus c. 42. Apologetici ad Gentes: *navigamus* inqvit *vobiscum, & vobiscum militamus.* Atqve licitum eſſe Chriſtiano Principi ſua ſi aliter non poſſit, bello etiam ut neceſſario malo tueri, vel inde conſtat, qvod ſanctiſſima religio neutiqvam pugnat cum naturæ jure, neqꝫ ad exitium ſuorum data eſt, ut omittam argumenta alia qvæ videri poſſunt apud Grotium prolegomenis librorum de jure belli & pacis & ad Matth. V. 40. & Lucæ III. 14. & parte 2. Epiſt. 545. ſeq. Jac. Altingium tomo 1. Opp. pag. 180. Juſtellum, Chriſtianum Lupum, & Gvil. Beveregium ad canonem 12. Nicænum. Ejusdem Lupi diſſertatio extat de veteri diſciplina militiæ Chriſtianæ, de qva Elias du Pin tomo 18. Bibl. ſcriptorum Eccleſ. p. 134. Videndus etiam B. Chriſtianus Kortholtus in diſſ. de ſtudio belli ac pacis, Kil. 1689. & Heideggerus de militia Chriſtiana tomo IV. diſſ. ſelect. 4. & 5. Utinam vero Chriſtiani non omnes Ethnicorum injurias tantum vel æqvarent vel ſupergrederentur in bello etiam inter ſe, ſive temere ſuſcipiendo ſive crudeliter & cupide gerendo, qvantum debebant per ſanctiſſima Chriſti præcepta ad juſtum etiam & neceſſarium bellum cum horrore & tardiſſime accedere, & qvam celerrime fieri poteſt, ab illo iterum reſilire.

CAP. XVII.

# CAPUT XVIII.

## De Scriptoribus qvi rem veſtiariam veterum illuſtraverunt.

*Scriptores de re veſtiaria Hebræorum.* 1. *Græcorum & Romanorum,* 2. *Germanorum, Danorum &c.* 3. *Clericorum & Monachorum in Eccleſia Chriſtiana.* 4. *De tegminibus & ornamentis capitis.* 5. *De coma.* 6. *De fuco & coſmetice, ſartoribus &c.* 7. *De annulis.* 8. *De variis generibus veſtium.* 9. *De braccis, calceis &c.* 10. *Habitus lugentium.* 11. *De armis & veſtitu militari.* 12. *De inſignibus & arte Heraldica.* 13.

I.

DE re veſtiaria veterum Hebræorum, Sacerdotum præſertim habitu agunt *Didacus del Caſtillo,* in opere de ornatu & veſtibus Aaronis, ad Exodi XXVIII. Lugd. 1655. f. ut *Jo. Hieronymum Sopranem, Ariam Montanum* aliosqve prætercam. Præcipue vero diligentem operam in hoc argumento poſuit *Joh. Braunius,* * vir Clariſſ. cujus præclarum opus de veſtitu Sacerdotum Hebræorum poſt primam editionem Anni 1680. auctius lucem adſpexit Amſt. 1701. 4. In hoc præter alia lib. 1. cap. 16. egregie docet, qvalis fuerit tunica inconſutilis ſive contexta, cujus mentio fit in Hiſtoria Paſſionis Chriſti, ubi milites ſuper ea ſorte experti eſſe dicuntur, de qva tunica, præter interpretes ad Joh. XIX. & Caſaubonum ad Baron. agit etiam Octavius Ferrarius de re veſtiaria & in analectis & lib. 2. elector. cap. 1. Braunio addendi ſunt *Sheringhamus* ad Tractatum Talmudicum Joma cap. 7. p. 86. ſq. *Seldenus* lib. 2. de ſucceſſ. in pontificatum cap. 7. ſq. & lib. 3. cap. XI. de Synedrio, ubi contra Sheringhamum probat veſtium ſacrarum extra miniſterii tempus uſum nullum fuiſſe. *Jo. Prideaux* de veſtitu Aaronis, Interpretes ad Exod. XXVIII. & Leviticum, *Joh. Ligtfootus & Samuel Lee,* qvorum ſingulares de hoc argumento diatribæ exſtant, ne dicam de Iſidoro Hiſpalenſi, qvi hanc materiam paucis attingit libro undevigeſimo originum cap. 21.

* Qvi opus de veſtitu Hebræorum Braunii in Hebraicis præceptori Conſtantino l'Empereur tribuunt, eos ſine ratione hoc facere notat Rev Henricus Ludolf Benthemius in libro de ſtatu Eccleſiarum Scholarumqve Belgicarum parte 2. p. 275. ſq.

cap. 21. ſq. De tiara ſummi Pontificis *Pelletierius* diſp. de erroribus pictorum, in Memoriis Trevoltinis A. 1705. Septembri p. 1614. ſq. *Hermannus van de Wall*, Eccleſiaſtes Amſtelodamenſis diſſ. de pileis ſive tiaris Sacerdotum & Pontificum Hebræorum, ad calcem Salomonis van Till commentarii poſtumi de tabernaculo ſacro & Zoologiæ ſacræ, Dordraci 1714. 4. De mitra, ſtola, Ephod & pectorali Sacerdotis ſummi, *Jacobus Altingius* Heptade VIII. diſſ. p. 269. ſq. tomo 5. Opp. De veſtibus & ornamentis Hebræorum privatorum *Leydeckerus* XII. 8. de Rep. Hebr. De veſtibus & ornamentis Regum apud Hebræos, *Scacchus* III. Myrothec. 38.--43. De veſtibus Hebræorum fimbriatis, Interpretes ad Num. XV. 38. & *Matthæus Hillerus* in diſſ. edita Tubing. 1701. *Martinus* qvoqve *Mauritius* in præfatione ad librum de ſortibus Hebræorum teſtatus eſt ſe opus de re veſtiaria Hebræorum moliri, ſed qvod hactenus non prodiit. *Benedicti Davidis Carpzovii* diſſertatio de Pontificum Hebr. veſtitu ſacro lucem adſpexit Jenæ 1655. 4. atqve inter fratris D. Joh. Benedicti Carpzovii diſpp. Academicas p. 1637. cui addendus *Gerardus David Ziegra* in diſſ. de inauguratione & conſecratione ſacerdotum Hebræorum. Witeb. 1682. Prolixe etiam de Veſtibus ſacerdotalibus tum Hebræorum tum aliarum gentium diſputat *Caſpar Calvœr*, ritualis Eccleſiaſtici tom. II. De *arte plumaria* Hebræis nota vide Fullerum lib. 1. c. 20. Miſc. & Druſium ad difficiliora loca Exodi cap. 46. Mentio ejusdem artis etiam apud Senecam Epiſt. 90. *non avium plumæ in uſum veſtis conſeruntur.* Adde Clariſſ. Burmanni Petronium p. 268. De duodeviginti veſtium generibus qvas Sabbato exuere & induere licet, *Buxtorfius* p. 2033. Lexici Talmudici. De ſacco & cilicio, cinctura, calceis apud Hebræos, *Frid. Adolphus Lampe*, Dithmala Lippiacus, in diſſ. de Jeſaia nudo & diſcalceato ad Jeſ. XX. 2. præſide Campegio Vitringa, Franek 1703. De non deficientibus Iſraelitarum in deſerto veſtimentis, interpretes ad Deuter. VIII. 4. XXIX. 5. & Coſmas Indoplevſtes V. pag. 205. Marckius Exerc. Bibl. 14. Deylingii Obſerv. S. II. 17. De non permutando ſexus habitu ac veſtitu conſulendi interpretes ad Deuteron. XXII. 5. Wagenſeilius libro de Norimberga p. 175. ſq. Joh. Spencerus de legibus Hebr. tom. 1. p. 373. ſeq. Carolus Fridericus Pezoldus, Lipſ. 1702. & Martinus Haſſen, Witeberg. 1714. ſingularibus diſſ. Matthias Berneggerus ad Taciti Germaniam qvæſt. 89. Petrus Pantinus ad vitam Theclæ à Baſilio Seleucienſi ſcriptam p. 387. ſq. Gvil. Beveregius ad Canonem XIII. Gangrenſem pag. 186. ſq. Salmaſius ad Tertullianum de pallio, &c.

II. Qvod

II. Qvod ad rem veſtiariam Græcorum Romanorumqve attinet, primo loco nominare juvat *Joſephi Laurentii* collectanea ordine Alphabetico digeſta, qvæ ex ejus Philomathiæ opere recudi curavit Clariſſ Gronovius tomo 9. Antiqvitatum Græcarum. Egregium deinde opus eſt *Octavii Ferrarii*, cujus libri ſeptem de re veſtiaria, Romanorum maxime, ex editione Patav. 1654. 4. qvæ priore A. 1642. 8. melior & auctior eſt, habetur etiam tomo VI. theſauri Græviani. In eodem occurrunt Ferrarii illius Analecta de re veſtiaria Patav. A. 1670. pridem vulgata, qvibus impugnat ea qvæ ſcripſerat *Albertus Rubenius* Philippi filius in libris duobus de re veſtiaria: ac præcipue de lato clavo, qvi primum Grævio curante poſt auctoris fata Antwerpiæ excuſi ſunt 1665. 4. & deinde à Grævio in Tomum eundem VI. Antiqvitatum Romanarum recepti, in qvo etiam habentur *Jo. Baptiſtæ Donii* de utraqve pænula diſſertatio Pariſ. 1644. 8. & *Bartol. Bartholini* commentarius una cum *Henr. Ernſtii* Epiſtola ejusdem argumenti Hafniæ A. 1655. 8. primum editus. Vide etiam Lipſium lib. 1. elect. cap. 13. *Iſaaci Caſauboni* opus de re veſtiaria veterum qvod promiſit pag 54. Epiſtolar. & alibi variis in locis, nunqvam prodiit, licet excerpta qvædam illius ad hoc argumentum ſpectantia occurrunt in Bibliotheca Bodlejana, vide & Mericum Caſaubonum Iſaaci fil. notis ad Epictetum p. 87. *Claudius* qvoqve *Salmaſius* in notis ad Tertullianum de pallio pag. 80. ejusdem argumenti opus ſub manibus habere ſe teſtatus eſt, cujus non contemnenda ſpecimina dedit in eodem ad Tertullianum commentario paſſim, in exercitationibus Plinianis ad Solinum & alibi. Confer Grotii Epiſtolam 355. nec prætereunda ſcripta in utramqve partem edita occaſione illius in Tertullianum commentarii à Salmaſio qvidem ſub nomine *Franciſci Franci*, à Dionyſio Petavio autem ſub nomine *Antonii Kerkoëtii* Aremorici. De privato & domeſtico Romanorum veſtitu agit Phil. Lud. Hannekenius in diſſertationibus de cura domeſtica Romanorum pag. 34. ſeq. de veſtitu ſervorum pag. 83. ſq. de veſtitu infantum, puerorum, juvenum, puellarum & virginum pag. 123. ſeq. veſtibus accubitoriis & convivalibus Stuckius II. 26. Antiqv. Convival. Petronius Burmanni pag. 117. & de habitu venatorio pag. 179. De habitu & ornamentis Pontificum Gutherius 1. 29. de jure Pontificio, tom 5. Græv. p. 58. ſeq. De veſtibus nobilium, Tiraqvellus lib. de Nobilitate pag. 564. ſq. De veſtibus ſervorum Lipſius lib. 1. Elector. cap. 25. qvi etiam alia de veſtibus eodem libro cap. 13. & Cœlius Rhodiginus XVI. 10. ſq.

10. ſq. lectionum antiqvarum. *Lazarus Bayſius* de re veſtiaria, Pariſ. 1549. 4. Theodorus Zwingerus in theatro vitæ humanæ tom. 2 p. 435. ſq. Veſtium & ornamentorum muliebrium genera ordine literarum perſeqvitur idem Tiraqvellus lib. de jure connubiali p. 52. ſq. Vide & Iſidori Hiſp. Origines XIX. 30. ſq. & de *jocalibus* Petri Mulleri JCti diſſertationem. De Romanorum luxu in veſtibus prolixe diſputat Stanislaus Kobierzichius libro de luxu Romanorum tomo 8. theſauri Græviani.

III. De re veſtiaria Perſarum Briſſonius lib. II. pag. 309. ſeq. De veſtitu & cubitu veterum Germanorum, Cluverius Germaniæ antiqvæ lib. 1. cap. 16. p. 104. ſq. Ottonis Sperlingii V. C. commentatio de veſtitu vererum Danorum & alorum populorum ſeptemtrionalium inſerta eſt Novis litterariis maris Baltici & Septentrionis A. 1698. pag. 205. ſeq.

IV. Epiſcopus primorum Chriſtianorum ætate, habitu à Laicos diſtinctos haud fuiſſe obſervat *Jac. Boilavius* in Hiſtorica disqviſitione * de re veſtiaria hominis ſacri vitam communem more civili traducentis. Rothomag. 1704. 12. & Tillemontius tomo 14. memoriarum Hiſt. Eccleſiaſt. pag. 151. ubi de Cœleſtino Papa. Confer Rich. Simonis Bibl. Criticam tomo 3. pag 322. ſeq. ubi Boilavii librum laudat. Monachi etiam ad Epiſcopatum evecti habitum Monachalem neutiqvam depoſuerunt, qvod in Eccleſia Græca A. C. 869. canone conſtitutum notavit Mabillonius. De Monachorum antiqvo habitu videre licet Joannem Caſſianum libris de inſtitutis cœnobiorum, de ſacris veſtibus Honorium in gemma animæ lib. 1. cap. 198. ſq & ex recentioribus qvi Clericorum veſtes & ornamenta omnis generis per varias ætates in Eccleſiis Orientalibus & Occidentis introducta exponunt, Andream Sauſſæum in panoplia Sacerdotali ſive libris XIV. de venerando Sacerdotum habitu eorumqve multiplici munere & officio in Eccleſia DEi, Pariſ. 1653. fol. & in libris VII. de ornatu Epiſcoporum & in libris XV. de Clericorum tonſura & habitu, ibid. 1646. fol. Jo. Baptiſta Thiers libro A. 1674. edito Gallice *de l' Etole*, de ſtola. His addendi Alteſerra & alii ad librum de vitis Pontificum, Macri fratres in HieroLexico, Cangius in gloſſario utroqve, Jacobus Goar ad Euchologium Græcorum, Hugo Menardus ad Gregorii M Sacramentarium pag. 362. qvi poſt 364. ico-

* De hoc libro Elias du Pin Tom. 19. pag. 72. ſq.

iconem S. Remigii ſacris veſtibus induti exhibet. Acta Sanctorum Junii tomo 1. p. 458. ſeq. ubi de amictu Pontificali & Monachali, & propylæum ad Acta Sanctorum Maji pag. *161. & *208. ſq. ubi de pallio & aliis Pontificalibus ornamentis, & in paralipomenis p. 94. ſq. Multa etiam de pallio Pontificali laudatus Sauſſæus libro de Myſticis Galliæ ſcriptoribus, Pariſ. 1639. 4. p. 188. -- 279. Veſtes Clericorum non ſemper pullas fuiſſe notant qvoqve Benedictini ad S. Ambroſium tomo 2. pag. 25. & Jo. Caſpar Krauſe in diſſ. de colore ſacro & ſpeciatim veſtitus Sacerdotalis, Witeberg. 1707. De collaribus tum fiſtuloſis ſive tubulatis tum planis qvalibus paſſim utuntur ſacri Ordinis Viri in Eccleſiis Proteſtantium, prodiit non ita pridem diatriba erudita Urbani Godfridi Siberi. Sneebergæ 1710. 4.

V. De *Pileo* cæterisqve capitis teguminibus tam ſacri ordinis hominum qvam aliorum, liber *Anſelmi Solerii* ſive qvi ſub hoc nomine latet *Theophili Raynaudi* S. I. ſeorſim prodiit Lugd. 1655. & Amſtelod. 12. A. 1671. atqve recuſus in tomo XIII. operum Raynaudi, & tomo VI. theſauri antiqvitatum Rom. Vide & Jo. Brodæum lib. 8. miſcell. c. 17. Adr. Junium lib. 2. animadverſ. c. 6. Gvil. Stuckium II. 28. Antiqv. Convival. ubi de conſvetudine caput aperiendi: Joh. Gvil. Bergeri diſſ. de ritu operiendi capitis in ſacris, Witeb. 1703. & Eberh. Rudolphi Rothii de velamine capitis virili. Lipſium lib. de Amphitheatro cap. 19. ſq. ubi obſervat Græcos & Romanos, uti & Gallos, Germanosqve veteres plerumqve caput non texiſſe nec pileo uſos fuiſſe. De coronis, diademate & aliis imperantium inſignibus jam dixi ſupra cap. 14. De tiara κυρβασία & cidari Perſica videndus V. C. Hadr. Relandus parte 2. diſſ. Miſcell. qvi etiam de nidario capitis involucro diſſerit p. 204. De pileo phrygio Sponius Miſcell. pag. 130. & Nicaſius ad numum Pantheum pag. 63. De apicibus & galeris ſacerdotum Philippus Rubenius II. 25. electorum. De mitra Pontificali apud Chriſtianos; Edmundus Martene 1. de antiqvis ritibus p. 347. ſq.

De *inauribus* veterum ſingulari libro egit Caſp. Bartholinus Amſt. 1676. 12. qvas reſpicit etiam Plinius aurium vulnera commemorans lib. 12. ſub initium. De inauribus Hebræorum ſingillatim Rev. Daſſovius diſſ. A. 1696. ad titulum Celim de vaſis §. 11. ſq. De *annulis narium* diſputat Tho. Bartholinus cap. 19. libro de morbis biblicis. Ejusdem Tho. Bartholini de *armillis* veterum libellus exſtat, Amſt. 1676. 12.

 cui

cui addendus Fortun. Schaccus lib. 3. myrothecii cap. 41. Philippus Rubenius lib. 1. c. 38. electorum, & Petronius Clariſſimi Burmanni p. 127. ſeq. De *Torquibus* qvibus donati certaminum victores, videndi Ambroſius tomo 2. p. 268. Vegetius II. 27. Lipſius V. de militia Rom. p. 209. Atqve de hoc & alio torqvium apud veteres uſu Joh. Schefferi liber ſeorſim editus Holmiæ 1656. 8. & tomo XII. Grævii, & cum Jo. Nicolai notis Hamb. 1707. 8. Lindebrogius ad Ammiani XX. 4. ubi de torqve Draconarii, pro diademate capiti Juliani circumpoſito. Omnia tria uno verſiculo complectitur Manilius libro V.

*Perque caput ducti lapides, per colla, manusque.*

De *perſonis* & *larvis* eorumqve apud veteres uſu ac origine, præter Ageſilai Mariſcotti librum Romæ 1639. 8. & tomo ſecundo Miſcellaneorum Gaudenti Roberti, & tom. 9. theſauri Græviani impreſſum, vide Rigaltium ad Phædrum p. 411. editionis Burmannianæ, & Baylii Lexicon in *Manducus*. De *tutulis, vittisque* & redimiculis aſſurgentibus ac turritis virginum fœminarumqve (fontanges ab illuſtri fœmina * qvadam Galli appellant) agunt Viri docti ad Juvenal. VI. 501. Henricus Altanus Comes Epiſtola ad Nic. Madriſium inſerta Muſeo Minervæ Venetæ tomo 2. p. 97.---101. *ſopra i Cimieri moderni delle Donne*, Steph. Chamillardus S. I. in diſſertatione ſive Epiſtola XVI. de numiſmatibus (Gallice Pariſ. 1711. 4.) ubi de diverſis ornamentis capitis qvibus Auguſtæ ſuperbiunt in antiqvis numiſmatibus: Anſelmus Bandurius ad antiqvitates CPol. p. 497. & Joh. Nicolai libro de nimbis antiqvorum cap. ultimo. Vide & Buxtorfii Lexicon Talmudicum p. 2047. De *crinali acu* ejusqꝫ uſu apud veteres videndi Joh. Woweranus in notis ad Petronium, Salmaſius ad Solinum & Bartholinus de inauribus veterum cap. 2. De ſimulacro Veneris cum pectine, vide Codini Origines CPol. num. 28. & Svidam in Ἀφροδίτη. *Crinale ſpicum* de pectine intelligit Stephanius p. 60. ſq. ad Saxonem Grammaticum. Confer qvæ de *pectinibus* veterum aureis & eburneis Ez. Spanhemius ad Callimachum p. 563. & de *pulvere* odorato vel aureo capillis injecto, unctioneqve capillorum ne pulvis decideret, D. Conradi Tiburtius Rango libro de capillamentis c. XI. Vide etiam de τριχοβάπταις & τριχοπλάσαις Cangium ad Zonaram p. 41.

VI. Ad capitis tegumenta & veſtes qvodammodum etiam pertinent coma & capilli, circa qvorum curam, bene multi ritus mo-

resqve

* Menagius in Originibus Gallicis, vocabulo *fontange*.

resqve veterum à doctis notati ſunt. Vide Hadr. Junium de Coma tomo IV. Lampadis artium Gruterianæ, Salmaſium de Cæſarie virorum & mulierum coma Lugd. Bat. 1644. 8. Joh. Henningii Trichologiam &c. De capillamentis, adſcititiis comis, & *exuviis alieni capitis* ut Tertullianus appellat ſive περιθέτοις κόμαις præter diſſertationes B. Valentini Friderici & D. Samuelis Schelwigii, & Paſchalium de Coronis lib. I. c. V. adi laudatum D. Rangonis librum τȣ̃ μακαρίτȣ, Magdeb. 1663. 12. Daumium ad fabulas Æſopi pag. 162. ſq. Briſſonium 2. de Regno Perſarum pag. 321. qvi Perſas à Medis accepiſſe hoc obſervat ut προσθέτοις κόμαις uterentur: Pricæum ad Apuleji Mileſias p. 671. Hemſterhuſium ad Pollucem pag. 1358. Harum uſu ut univerſos Martinus Schockius Exerc. 24. ita Clericos interdicunt Andræas Sauſſæus in panoplia ſacerdotali & Joh. Baptiſta Thiers in hiſtoria capillamentorum * Gallice edita Pariſ 1690. 12. & nuper A. 1712. 12. Francofurti Germanice verſa: Sed contra diſputant Jacobus Revius in libertate Chriſtiana circa uſum capillitii defenſa, Lugd. Bat. 1647. 12. & Jo. Baptiſta Pacichellus in libello de perſonis ſ. maſcheris, capillamentis & chirothecis edito Neapoli 1693. 12. Vide etiam Obſervationes ſelectas Hallenſes VIII. 2. De galericulis & capillamentis mulierum vide qvæ viri docti ad Suetonium & noviſſime V. C. Otto Sperlingius in commentario ad numum Furiæ Sabinæ Tranqvillinæ, conjugis Gordiani III. Amſtel. 1687. 8. Apud Romanos pueri fere comati & cirrati, ſed viri depoſita cæſarie circumtonſi, deciſis hinc inde capillis qvos ab aure deſcendentes nunc vulgo nutriunt. Vide Octav. Ferrarii electa II. 13. ubi notat ſervos caput fuiſſe ſemiraſos, manumiſſos raſos. De tonſura Nazaræorum apud Hebræos præter interpretes S. Scripturæ & qvi de Nazaræis ac Rechabitis ſcripſere Spencerus III. diſſ. I. de legibus Hebræor. cap. 6. p. 66. ſq. & Rev. Daſſovius diſſ. de coma Hebræorum licita & interdicta, Witeb. 1695. in qva docet idololatricam tonſionem fuiſſe ni aures crinibus tectæ relinqverentur. De coma Prophetantium Salmaſius laudato libro. De gradibus & annulis capillorum vide notas ad Suetonii Neronem cap. 51. Genus tonſuræ, qvo anteriores capilli radebantur ap. Græcos vetuſtiſſimos, ne qvis hoſtis poſſet illos apprehendere, vocabatur *theſeis*, vide Meurſii Theſeum cap. 2. De Ægyptiorum Sacerdotibus comam radentibus memorat Artemidorus l. I. c. 23. De tonſura captivorum & lugentium vide notas ad Ovid. I. Faſtorum v. 546. Hinc apud



* De hoc libro Elias du Pin Tom. XVIII. p. 280.

apud Propertium regio tonſa pro devicta ut notat Yvo Villiomarus ſ. Joſ. Scaliger adverſus Robert. Titium c. Viciſſim præ luctu promiſſi capilli ſ. in longum demiſſi, ut notum eſt vel ex iis ſcriptoribus, qvi de funeribus & luctu ſcripſerunt. De more crinibus paſſis templa verrendi in ſupplicationibus agit Lipſius l. 2. Elector. c 6. p. 681. ſeq De diſpoſitis, effuſis vel adſtrictis comis adeundus Ez. Spanhemius in notis ad Callimachum p. 551. 660. ſeq. Cæſaries proprie de viris dicitur, coma de mulieribus, ut poſt Salmaſium & alios annotavi ad Abdiam Babylonium. De comis & tonſura Sacerdotum Ethnicorum nonnulla diſputat Saubertus libri de Sacrificiis cap. 10. Unde vero originem traxerit tonſura clericalis & monachorum etiamnum in Eccleſia Græca & Latina recepta, video Scriptores doctiſſimos in diverſa abire, alii enim à Judæis repetunt, ut Pontificii communiter, alii ab Ethnicorum Sacerdotibus Virginibusqve Veſtalibus, ut Joh. Dougthejus in analectis ad V. T. pag. 4 7. & Lindebrogius p. 1378. ad Codicem Legum antiqvarum: alii à ſervis, de qvorum raſione Pignorius & alii. Ita certe Claudius Sarravius pag. 104. Epiſtolarum editionis primæ. *Mihi*, inqvit, *ſimile vero videtur morem iſtum à ſervis manaſſe, qui etiam nunc in triremibus noſtris raſo capite conſpiciuntur, niſi quod capillorum pauxillulum iis in ſummo vertice relinquitur, vel ut Tertullianus de pallio, cultri, vertex ſolus immunis.* Utrum vero ab ipſo Chriſto & Petro hic mos Eccleſiæ traditus fuerit, ut parum veriſimiliter contendit Proſper Stellartius, cujus libri III. de coronis & tonſuris Paganorum, Judæorum & Chriſtianorum Duaci 1625. 8. lucem viderunt, an à Simone Mago * initium ſumpſerit, ut ab aliis affirmari in notis ad Abdiam à me obſervatum eſt, an Gregorio M. demum ſedente in Eccleſiam fuerit invecta, qvamadmodum contendit Salmaſius, nimis forte recentem hanc tonſuræ Clericalis & monachalis conſvetudinem faciens, alio loco eſt expoſitum Cæterum de univerſo hoc argumento videndus Caſp. Zieglerus de tonſura clericorum, Salmaſius in primatu Papæ & Epiſtola ſive libro de coma ad Colvium, Gerhardus Joh. Voſſius in Epiſtola Salmaſium, qvæ ejus libro de comâ ſubjicitur. Edmundus Martene lib. 1. parte 2. p. 294. ſeq. in ritibus Eccleſiaſt. Mabillonius præfatione ad tomum 3 Actorum ordinis Benedictini. Sacros virgines olim intonſas fuiſſe notat Valeſius ad Sozomeni V. 10. De Tonſura pœnali. qva v. g. ſagæ & malefici nonnulli afficiuntur, agit Georg. Rittershuſius lib. de jure aſylorum

cap. 10

* Vide Honorii Auguſtodunenſis gemmam animæ lib. 1. cap. 196.

cap. 10 cui addes Cotelerium tomo 2. monument. pag. 682. Cangium in *κουρεύειν* & Allatium de conſenſu Orient. & Occid. Eccleſiæ pag. 669. ubi obſervat hæreticis condemnatis barbam olim deraſam. Plura ejusmodi occurrent evolventi diſſ. G. Caſp. Kirchmaieri, *τοῦ μακαρίτου* de gloria & majeſtate barbæ. Jacob. Thomaſii diſſ. de barba Lipſ. 1671. & Pierii Valeriani declamationem pro Sacerdotum barbis, qva intercedit decreto Pontificio Sacerdotes omnes barbam deponere jubenti, editam primùm Romæ 1529. cum privilegio Clementis VII. & deinde hieroglyphicis ejus ſubjectam Francof. 1678. 4. Exempla eorum qvi tonſuram pretio redemerunt collegit Balthaſ. Bonifacius lib. 1. hiſtoriæ ludricæ cap. 7. Eqvidem de barba non radenda miniſtris Eccleſiæ, diſerte cautum legitur in conſtitutionibus qvæ Apoſtolicæ vocantur lib. 1. c. 3. & apud Epiphanium hæreſi 80. Romani veteres per 450. annos intonſi teſte apud Plinium Varrone: Scipionis Africani tempore juvenes tondebantur, viri barbam ponebant ſive *barbatoriam* ut loqvitur Petronius pag. 363. edit. Clariſſ. Burmanni, *faciebant* & totam faciem raſitabant. Vide Octav. Ferrarium II. 12. elector. Apud Græcos mos radendi barbam, Alexandri M. demum ætate invectus ut ex Chryſippo notat Athæneus XIII. p. 565. De jurejurando per barbam vide Neocori Biblioth. novor. librorum A. 1697. p. 496. Adverſus Antiochenſes Juliani barbam ridentes defendit ſe Imperator in Miſopogone, qvi etiamnum inter ejus ſcripta legitur. De pilorum evellendi ſive pilandi more adhibitis reſina aut volſella, uſtriculisqve, vide qvæ viri docti ad Martialem, Juvenalem & Plinium 29. 1. Cerda ad Tertull. de pallio c. 4. pag. 37. ſq. De feſto propter tonſæ comæ primitias Diis ex voto conſecratas Barthius ad Statium tom. 1. p. 326. Cangius diſſ. 22. ad Joinvillam & gloſſar. Græc. in *κουρόσυνα*.

Ad locum celebrem Epiſtolæ Pauli ad 1. Corinth. XI. 10. de *ἐξουσία*, qvam mulier ſuper capite habere jubetur propter Angelos, qvam plurima diſputata ſunt ab Interpretibus, qvorum nonnulli cum Jacobo Godofredo in ſingulari ad hunc locum diſſ. pro *ἐξουσία* legunt *ἐξουσίαν* & velamen interpretantur, alii pro Angelis legunt *ἀγγελίας* vel *τοὺς ἄνδρας* ut vir doctus ad Hammondum. Alii angelos de juvenibus interpretantur, ut auctor Anglus libelli qvi inſcribitur Religio Bibliopolæ pag. 12. alii de emiſſariis gentium ut V. C. Chriſtophorus Auguſtus Heumannus in diſſertatione ad h. l. Iſenaci A. 1709. edita. Sed malo aſſentiri Photio, qvi Epiſtola ducenteſima decima *ἐξουσίαν ἔχειν* expo-

nit

nit velamine veluti ſigno imperium agnoſcere viri ſub qvo eſt mulier, & Angelos proprie accipit de Spiritibus DEi miniſtris in Eccleſia DEi præſentibus, qvi pridem etiam in Paradiſo teſtes adſtiterunt, cum mulier viri poteſtati ſubjiceretur. Videri etiam poſſunt Andreas Sauſſæus de Myſticis Galliæ ſcriptoribus pag. 62. ſq. 181. ſq. D. Adamus Rechenberg in diſſertationibus ad Hiſt. Eccleſ. ſpectantibus pag 68. ſq. & Jo. Gvil. Bergerus Profeſſor Witebergenſis digniſſimus in erudita qvam ſupra laudavi diſſ. de ritu capitis in ſacris operiendi §. 51. ſq.

VII, Non modo comam variis medicaminibus tinxerunt veteres, uti Plutarchus in amatorio pag. 771. memorat *φάρμακον ᾧ τὴν κόμην αἱ γυναῖκες ἐναλειφόμεναι ποιοῦσι χρυσοειδῆ καὶ πυῤῥαν.* Confer Svidam in *Λυσικράτης* & *Λεόντιος* Sed etiam faciem *coloribus* variis & *fuco* infecerunt, partim ex more gentis partim ad luxum. Vide Davidis Theodoſii Lehmanni Orbem pictum, ſive diſſ. de gentibus pulchritudinem affectantibus per fucum & picturam, Witeb. 1711. & Gvil. Rondeletium de fucis Lugd. 1583 8. Interpretes ad Eſaiæ III. 16. Rob. Balforeum ad Cleomedem pag. 260. ſeq. Jac. Grandii diſſ. de כחל ſtibio *κολλυρίῳ* ejusqve uſu apud antiqvos in re Coſmetica; Decad. 2. Artis naturæ curioſor. Anno 6. W. Ernesti Tenzelii dialogos menſtruos Anni 1689. p. 497. ſqq. Veteres qvidem doctores Chriſtiani luxurioſam illam ac meretriciam fucatoriam ſemper ſunt deteſtati, ut patet è Clemente Alex. III. 3. pædagogi & Conſtitut. Apoſtol. lib. 1. cag. 3 & 8. Cypriano de habitu virginum, Nazianzeno Orat. XI. p. 181. aliisqve. De *Coſmetis* & *ornatricibus* viri docti ad Juvenalem, & Taubmannus ad Moſtellariam Plauti Act. 1. ſcen. 3. Ezech. Spanhemius ad Callimach. p. 547. & Chriſtianus Henricus Poſtellus in callida Junone p. 209. ſq. De more *ſyrma veſtis* trahendi vel portandum faciendi Claudius Franciſcus Menetrierius in diſſertatione Gallice edita ſur l'uſage de ſe faire porter la qveüe. Pariſ. 1704. 12. De *Gynæceo textrino*, veſtiariis, veſtiſpicibus, procuratoribus gynæceorum vide Bergierium lib. IV. de Imperii Romani viis cap. 23 tom. 10. Græv. & Henninii notas ad Bergierium pag. 766. Matth. Zimmermanni Analecta pag. 59 ſq. De *preſſoriis* & reconditoriis veſtium, Salmaſium ad Tertull de pallio, & Valeſium ad Ammianum lib. XXVIII. 4. p. 531. Tiraqvellum de jure connubiali p. 73. Apud multas gentes rari *ſartores*, ſiqvidem veſtes pleræqve à ſororibus vel uxoribus aut filiabus conficiebantur. Vide interpretes ad Actor. IX. 39. Alexandrum ab Alexandro IV. 8. tom. 1. p. 958. ſq. & ibi notam Jo. Merceri:

ceri: Freinshemium ad Curtii II. 5. 20. tum Stephanium p. 72. ad Saxonem Grammaticum. Alexander tamen Baudien Romanus A. 1647. Italica lingva edidit diatribam de antiqvitate & nobilitate ſartorum.

VIII. Operæ pretium eſt hoc loco etiam nonnulla de *annulis* qvoqve adjungere, qvod argumentum præ cæteris illuſtravit *Joh. Kirchmannus* Lubecæ ſuæ decus in libro ſingulari de annulis edito Lub. 1623. 8. Sleſwici 1657. 8. cura filii ejus cognominis anno 14. poſt auctoris fata, fœtum hunc poſtumum in lucem protrahentis. Poſt haſce doctiſſimas Kirchmanni de annulis meditationes *Franciſcum Bernardinum Ferrarium* neqve ſuas ſæculo invidere velle ſcripſit Joh. Rhodius in libro de acia p. 63. ſed hactenus qvidem Ferrario pridem defuncto nihil qvod ſciam hujus argumenti ab eo editum eſt, qvanqvam *Octavii Ferrarii* præclaræ qvædam de annulorum apud Romanos uſu obſervationes leguntur lib. 1. electorum cap. 21. Ferreis utebantur plebeji homines, milites qve manipulares & ſervi. Argenteis plebs, Aureis eqvites & Senatus. Vide JCtos ad Digeſt. lib. 40. c. 10. *De jure aureorum annulorum*, Salmaſius f. 170. ad Hiſt. Auguſt. Lipſius elector. II. 8. Joh. Mercerius lib. 1. Opinion. cap. 8. Bernartius ad III. 3. ſilv. Statii. Caſp. Barthius tomo 1. ad Statium p. 320. H. Kitſchius diſſ. de annulis aureis & Camillus Silveſter ad Juvenalis X. 165. p. 542. ſq. De luxu in annulorum multitudine vide qvæ viri docti ad Martial. XI. 60. & Valeſium ad Ammian. XXVIII. 4. p. 531. ſq. Cur manu ſiniſtra freqventius geſtari ſoliti, plures cauſas comminiſcitur Mich. Piccartus Epiſtola ad Kirchmannum, poſt Gudianas p. 255. De annulis ſignatoriis antiqvorum qvibus etiam ad * cellas, arcas & res alias qvascunqve obſignandas uſi ſunt, ſcripſit *Georg. Longus*, Mediolan. 1618 8. & Lipſ. 1709. 8. Kirchmannus cap. 5. Lipſius ad Tacitum II. Annalium, Laur. Zaccagnius V. C. in notis ad Acta Archelai cum Manete pag. 441. qvi p. 27. obſervat cera vel creta ſive luto ad obſignandum uſos veteres fuiſſe. De cera notavit etiam Voſſius lib. 4. operis de idololatria cap. 91. Præcipue vero de modo ſignandi Epiſtolas & Teſtamenta apud veteres, conſulendus Salmaſius lib. de modo uſurarum & in ſpecimine confutationis animadverſionum Deſ. Heraldi. Vide & Novarinum lib. V. ſchediaſmatum cap. 29. & de annulo qvo fons baptiſmi ſignatus, notas ad Optatum p. 9. ſq. & 12. editionis Amſtel. Annuli illi conſignatores etiam *ſigillaritii* dicuntur à Vopiſco in Aureliano c.

 50.

* Hinc Onirocritis amiſſio annuli ſignificat rerum jacturam. Vide Bullialdum in notis ad Hiſtoriam Ducæ pag. 262. & Artemidorum II. 5. V. 32.

50. qvi cap. 42. affert dictum mimi cujusdam, bonos Principes omnes in uno annulo poſſe perſcribi. De ſigillis qvorum vice interdum virgulæ ſive aſſerculi à cimicibus exeſi vel nodi nota uſurpata eſt, ut docet Seldenus ad marmora Oxonienſ. pag. 43. & ſeqventi, vide Allatium ad Antiqvitates Hetruſcas p. 39. ſq. Scaligerum cap. 11. elenchi trihæreſ. & Andream Mullerum ad Epiſtolam Moſis Mardeni pag. 24. ſq. Varia ſimulachra ſive ut ex Plinii X. 16. Epiſt. dicam *apoſphragiſmata* qvibus annuli ordinati apud veteres fuerunt, ſive Deorum, de qvibus Rycqvius c. 22. de Capitolio, ſive aliis qvibuscunqve ut in Syllæ & Pompeji annulo tria trophæa inſculpta teſtatur Xiphilinus p. 19. ſeq. videri poſſunt Clemens Alex. III. 11. pædagogi pag. 246. ſq. Franciſcus Junius de pictura Veterum II. 8. pag. 113. ſq. *Fortunius Licetus* de annulis antiqvis, Utini 1645. 4. & in Hieroglyphicis ſive ſchematibus antiqvis gemmarum annularium, Patav. 1653. fol. *Leonhardus Auguſtinus* de gemmis annulorum Franeqv. 1694. 4. cum Jac. Gronovii notis: *Abrah. Gorlæi* dactyliotheca cum præfat. Ælii Everhardi Vorſtii de origine annulorum & animadverſionibus ejusdem Gronovii. Lugd. Bat. 1695. 4. Hic Gorlæus male bis vocatur Abraham Gorcus in Aringhi Roma ſubterranea VI. 50. p. 383. qvi & ipſe ibi de annulis varia non contemnenda collegit occaſione annulorum in ſepulchris antiqvis repertorum. Præclara etiam de annulis & ſigillis obſervavit Jo. Mabillonius lib. 2. de re diplomatica, cui jungendum D. Jo. Mich Heineccii opus præclarum de veteribus Germanorum aliarumqve nationum ſigillis, Francof. 1709. fol. Vide & de annulis veterum Matthiam Zimmermannum in florilegio, Jo. Conr. Dietericum in Antiqvitatibus Biblicis V. T. ad Jerem. XXII. 24. pag. 628. ſq. Alexandrum ab Alex. II. 19. Theoph. Raynaudum tomo 7. Opp. pag. 501. ſq. Joſephi Laurentii Polymathiam lib. 1. diſſ. XI. & Martini de Roa ſingularia Scripturæ parte 2. p. 460. ſq. Georgii Thegen diſſ. de annulorum in Repub. uſu, Regiomont. 1701. Dan. Gvil. Molleri de annulo Trinitario, Altdorff. 1701. De annulo Paſtorali D. Jo Adami Schmidii diatriba, Helmſtad. 1706. De annulo pronubo, diſſ. Petri Mulleri JCti plus ſimplici vice edita. De annulis magicis agit Joh Michael in notis ad Gaffarelli curioſitates inauditas p. 267. Veterum ſophorum ſigilla & imagines ſive ſculpturæ lapidum & gemmarum ſecundum nomina Dei & conſtellationes aſtrorum, cum ſignatura planetarum conſtitutæ auctoribus Zoroaſtre, Salomone, Raphaële, Chele, Hermete, Thalete, è Joh. Trithemii MStis, A. 1612. 8. editus liber plenus commentis nugisqve

qve canoris. Joh. Macarii, Canonici Arienſis *Abraxas* ſeu *Apiſtopiſtus*, de gemmis Baſilidianis cum Abraxa Proteo Johannis Chifletii, Canonici Tornacenſis, Antwerp. 1637. 4. De annulis ex cortice ſurculi palmei, qvibus Judæi olim Alexandriæ ſeditionem moturi velut teſſera inter ſe uſi ſunt, memorat Socrates VII. 13. Hiſt. Multa etiam nec contemnenda de vario annulorum genere congeſſit Andreas Stubelius in notis ad Panegyricum dicatum ſolenni creationi Magiſtrorum, Lipſ. 1686. 4. Δακτυλιογλύφος Ciceroni 4. Academ. qv. vocatur *annularius*. Duumvir Collegii annulariorum memoratur in Veteri inſcriptione apud Begerum p. 81. ſpicilegii Antiqvitatis. Claudam brevem hanc ſcriptorum de annulis notitiam fabella Judaica, qva ajunt beatis ſingulis anteqvam paradiſum ingrediantur decem annulos ab Angelo porrigi, qvorum inſcriptiones vide ubi lubebit apud Pocockium in Miſcellaneis p. 295. ſq.

IX. De variis *togarum* generibus diſſerit Turrigius tomo 12. theſauri Græviani pag. 395. ſq. cui addendus Valerius Andreas de toga, & ſago. Lovan. 1625. 12. Hieronymi Boſſi commentarius de toga Romana, Ticini editus 1614. 4. & recuſus Amſt. 1671. 12. Albertus Rubenius II. 8. de re veſtiaria, ubi & iconiſmus ſtatuæ togatæ tomo 6. Grævii Octav. Ferrarius diſſ. de modo geſtandi togam, & Philippus Rubenius lib. 1. electorum c. 17. ubi de ſinu togæ. Idem de tunica interiore, lib. 2. c. 20. ubi iconiſmus duplex ſtatuæ tunicatæ. De clavis veſtium & mapparum, de *tunicis* ςενοσήμοις ſive *anguſticlaviis* πλατυσήμοις ſive *laticlaviis*, qvarum illæ duobus arctioribus ſegmentis purpureis per utrumqve humerum ad infimam tunicæ oram productis, hæ latiore ſegmento uno per pectus ad imam tunicam deſcendente inſignes erant, diligentiſſime & accuratiſſime agit idem Rubenius libro primo, cujus ſententiam contra Ferrarium tuetur Grævius præfat. ad tomum 6. theſauri. Vide etiam Petronium Burmanni pag. 126. & Boſſii à me jam laudati librum de ſenatorum lato clavo (qvi itidem purpureus erat ut triumphantium aureus) lucem vidit Ticini A. 1618. 4. De *trabea* ſive breviore toga ex purpura & cocco, nec non de *chlamyde* Rubenius iterum videndus, à qvo tamen qvod ad formam chlamydis attinet, diverſus abit illuſtris Cuperus in diſſertatione ſubjecta Commentario de Apotheoſi Homeri p. 137. ſq. De tunica picta ſaliari auro diſtincta & purpura, Octavius Ferrarius II. 16. electorum, de illa accipiens auream ſpiram apud Juvenalem Sat. VIII. 207. Theophilus Raynaudus de veſte ſcapulari, tomo VII. Opp. De *veſtibus literatis* ſive qvibus nomina intexta erant,

 adeun-

adeundus Joſephus Maria Svareſius in diſſ. ſingulari de hoc argumento, edita Vaſione 1652. 4. Philippus Rubenius lib. 2. electorum c. 1. Albertus Rubenius lib. 1. de veſtiaria cap. 10. Campegius Vitringa lib. 1. Obſervatt. ſacr. p. 148. illuſtrans locum ſacri Scriptoris Apocalypſ. XIX. 16. & Steph. le Moyne in Exercitatione ad Verba Jeremiæ XXIII. 6. p. 101. ſq. Luxum in veſte picta variis figuris & imaginibus etiam Evangelicas hiſtorias referentibus reprehendit S. Aſterius tomo 1. auctarii novi Combefiſiani p. 4. ſq. De veſtibus *in ligulas inciſis* Cangius gloſſario in cultellare, qvi etiam de *cyclade* & multis aliis veſtimentorum generibus videndus, uti è veteribus Pollux lib. VII. & Iſidorus lib. XIX. Originum. Stolæ *σωληνωταὶ* ſinibus freqventibus fluentes (mit Falten) Goarus ad paginam Cedreni 393. *πτέρυγες* in veſtibus, Svid. in Θετταλικῇ. De fimbriis ſive cirris veſtium ac mapparum Salmaſius ad Spartiani Pertinacem c. 8. & Petronius Clariſſ. Burmanni pag. 127. Veſtes bombycinas & linteas tam tenues ut corpus per illas pelluceret, *nebulas linteas* & *ventos textiles*, priſci ſcriptores rident ac perſtringunt paſſim. Vide præter eundem Petronium p. 274. Harduinum ad Plin. tomo 1. p. 680. & tomo 2. p. 515. & Rev. Olearium ad Philoſtratum p. 8. De *palla* Deorum, elegantiſſimus Broekhuſius ad Tibullum p. 398. De *palliis* Philoſophorum aliorumqve Salmaſius, Cerda, Pamelius & alii ad Tertulliani librum qvo reſpondet criminantibus qvod Chriſtianus factus *à toga ad pallium* deſcenderit & hoc cum illa permutaverit. Viri docti ad Gellium & Laërtium. Valeſius ad Socratem p. 85. & 90. ſq. ubi de pallio Rhetorum, Creſollius III. 16. theatri Rhetorum, tom. X. Gronov. Alexander Arnoldus Pagenſtecherus diſſertatione qvinta ſylloges diſſertationum, Bremæ 1713. 12. & B. D. Hector Godfrid Maſius diſſ. de pallio Pauli. Pallia Philoſophorum pleraqve fuſca fuiſſe ex Cyrilli Lexico obſervavit Valeſius p. 147. ad Sozomenum. De utraqve pænula, Joh. Baptiſtæ Donii diſſertatio poſt editionem Pariſ. 1644. 8. recuſa tomo VI. theſauri Græviani.

De nolarum uſu in veſtibus vide Cangii gloſſarium in *κωδῶνι*, W. Erneſtum Tentzelium in ſupplemento Hiſt. Gothanæ, & Obſervationes Hallenſes Germanice editas tomo 1. pag. 413. ſeq. è qvo more lux verbis cantici ſacri Petri Dreſdenſis: da die Schellen klingen in Regis curia. De *ſubſtratione veſtium* liber Jo. Nicolai, Gieſſæ prodiit A. 1701. 12. cui adde Martium de Roa II. 7. ſq. ſingularium Scripturæ, Barthium III. 2. Adverſar. Interpretes ad 2. Reg. IX. 13. Matth. XXI. 8.

X. Pe-

X. *Periſcelides* veterum exponit Antonius Bynæus libro I. de calceis Hebræorum cap. 8. De recenti ordine eqvitum illuſtrium aureæ periſcelidis præter alios conſulendus Jo. Chriſtoph. Beckmannus in notitia ſive Syntagmate dignitatum illuſtrium. De *Zonis* in qvibus numos portabant & *Cingulis* Iſidorus lib. 19. Origg. cap. 33. Zimmermannus pag. 818. florilegii, Interpretes Matth. X. 9. Apocalypſ. I. 13. Albertus Voigtius Miſcellan. Bibl. pag. 175. ſeq. Stuckius Antiqvitat. Convival. II. 29. & viri docti ad Plautum, Gellium XV. 12. & Phædrum IV. 21. Meurſius ad Aſtrampſychum pag. 149. Jamblichus cap. 27. vitæ Pythag. De *chirothecis* veterum Zimmermannus in analectis pag. 55. ſeq. & Joh. Nicolai libro ſingulari de chirothecarum uſu & abuſu, Gieſſæ 1702. 12. De *baculis* veterum dicturum ſe promiſit Caſaubonus ad Theophraſti Characteres p. 191. ubi mentio baculorum Laconicorum, de qvibus Meurſius II. 17. Miſc. Lacon. De *crepidis* veterum diatribam Ottonis Sperlingii Hafniæ 1699. editam, recudi curavit Clariſſ. Gronovius tomo IX. Theſauri Antiqvitatum Græcarum. Vide etiam Svidam in περίβολα & Vignolium Marvillium tomo I. Miſcellan. p. 209. De *ocreis* Valtrinus III. 12. & Lipſius lib. 3. de militia Romana cap. 7. & Arcerius ad Æliani tactica pag. 107. Sabinos ſiniſtro, Romanos dextro pede ocreatos in bello fuiſſe, notat Dausqvejus ad Silium p. 353. De *Braccis* Caſaubonus ad Svetonii Auguſtum cap. 82. Pitiſcus ad Svetonii Cæſarem 80. 83. 3. Clericus ad Exod. XXVIII. 42. Voſſius in Etymologico, Tiraqvellus ad Alexandrum ab Alexandro lib. V. cap. 18. Jo. Braunius de veſtitu Hebræorum lib. 2. cap. 1. Braccarum vero uſum Hebræis, Græcis ac Romanis incognitum fuiſſe docet Octavius Ferrarius II. 2. electorum, ubi inter alia oſtendit *ſubligacula* fuiſſe pannum qvo pudenda velabant ephebi cum nudi in campo Martio exercerentur. Idem II. 9. contra Voſſium in Etymolog. oſtendit *facinus majoris abollæ* nihil aliud eſſe niſi facinus Philoſophi qvi palliati incedebant, abollam enim eſſe pallium, ἀναβολήν. De *calceis* Hebræorum duobus libris egit Antonius Bynæus, qvi poſt primam editionem Anni 1684. 12. auctiores prodierunt Dordraci 1695. 4. Græcas enim & Latinas Antiqvitates circa calceos illuſtrarunt Benedictus Balduinus, (ſutoris filius nec ſutoriæ ipſe imperitus ſed qvi patrem in conficiendis calceis juvit) cujus calceus antiqvus & myſticus lucem adſpexit Pariſiis 1615. 8. & Amſtel. 1677. 12. cum Julii Nigroni libro de caliga ſive calceamento militari veterum, Alber. Rubenii diatriba de calceo ſenatorio, & excerptis Sal-

 maſii

maſii de calceo ex ejus commentario ad Tertulliani de pallio librum. Noviſſime cum Obſervationibus ſuis librum Balduini & Nigroni recudendum curavit, cui majora res literaria debebit Jo. Fridericus Nilant, Lugd. Bat. 1711. 12. De calceis purpureis Imperatorum Cangius ad Villeharduinum p. 307. ſeq. De gemmis clavisqve calceorum Philippus Rubenus II. 14. electorum Ὑποδήματα & σανδάλια Matthæi X. 10. atq; aliis Novi Teſt. locis unum idemqve eſſe, (adverſus Salmaſii ſententiam qvi ea diſtingvit p. 355. ad Tertullianum de pallio) docet Thomas Reineſius Epiſtola ad Joh. Chriſtfridum Sagittarium, qvæ legitur in Frid. Gotthardi Gotteri elogiis clavorum Altenburgenſium, Jenæ 1713. 8. p. 74. ſeq. Varia qvoqve calceorum genera commemorat Galenus IV. in Hippocr. περὶ ἄρθρων tomo 5. pag. 644. Iſidor. Hiſpalenſ. lib. 19. Origg. cap. 34. Biſciola tomo 2. horarum ſubſec. lib. 17. c. 21. De *puniceo* ſive *mulleo* calceo Voſſ. lib. 4. de idololatria c. 5. & qvæ viri docti ad hæc Vopiſci cap. 49. Aureliano: *calceos mulleos & aereos & altos & hederacios viris omnibus tulit, & mulieribus reliquit.* De *Phæcaſia* genere calceamenti Græcanici Lipſius ad Senecam lib. 7. de beneficiis c. 21. & ad Epiſtol. 113. De lunatis calceis qvibus fas uti patritiis, Barthius ad Statium tomo 1. pag. 450. Perſas altis calceis uſos recte ex Strabone annotavit Zaccagnius ad Acta Archelai à ſe edita §. 12. ubi Manes ſive Manichæus hæreticus dicitur uſus calceamenti genere, qvod qvadriſolea appellari ſolent. De ſolea vide ſis Sirmondum p. 189. ſq. ad Sidon. De ſparteis ſandaliis mentio apud Socratem VII. 36. *Monocrepis*, qvale genus calceamenti ſit diſces ex Junio de pictura pag. 25. & Th. Munkeri mythographis tomo 1. pag. 30. in notis ad Hyginum. De *excalceatione* D. Georgius Calixtus & alii ad Exod. III. 5. Jo. Fabricius de CacoZelia Gentilium tom. 2. diſſ. B. Dilherri pag. 228. Zimmermannus in analectis pag. 65. ſeq. & Caſpar Sagittarius in diſſ. de nudipedalibus veterum, qvæ recuſa eſt in Syntagmate 1. Diſputat. Philolog. Amſtel. 8. Agit autem *capite I.* de nudipedalibus promiſcuis in itinere vel alibi qvæ defectu aut ſtudio fieri ſolebat: *Capite II.* de nudipalibus religioſis, de qvibus videndi etiam Interpretes ad Exod. XXX. 18. & Bynæus de calceis Hebræorum lib. 2. cap. 7. & ſq. *Capite III.* idem Sagittarius agit de nudipedalibus lugentium ac pœnitentium & *Capite IV.* deniqve de nudipedalibus levirorum, de qvibus Talmudici tractatu יבמות de leviratu tomo 3. Surenhuſii pag. 1. & Interpretes ad Deut. XXV. 5. & librum Ruthæ IV. 7. De modo inducendi vel deponendi cal-

calceos, præcipue ad Menſam, vide Gvil. Stuckium Antiqvitatum Convivalium II. 27. pag. 227. ſeq.

De primo homine nudo condito, de gentibus itidem qvibus nudis incedere mos, de Adamianis hæreticis nuditatem affectantibus, de Philoſophis Gymnoſophiſtis &c. vide diſſertationem Rev. D. Jo. Schmidii de nuditate hominum in triplici ſtatu, integritatis, lapſus & poſt reſurrectionem, Lipſ. 1706. Jo. Gotlieb Hardtii binas de nuditate exercitationes ibid. 1684. & Pauli Henr. Tillemanni de eo qvod juſtum eſt circa nuditatem Jen. 1692. Dicuntur etiam qvandoqve nudi qvi ſuperiore veſte modo carent, ut notatum in Ampliſſ. Cuperi obſervationibus p. 36. & à Borremanſio de poëtis & Prophetis pag. 119. De Platonis lege nuditatem in Rep. ſua ſvadente Jo. Baptiſta Criſpus de Philoſophis cautè legendis p. 411. ſq. & qvi Philoſophum excuſat Beſſarion IV. 5. contra calumniatorem Platonis. De ſtolis beatorum, Rev. D. Samuelis Schelwigii diatriba exſtat in lucem edita Gedani 1692.

XI. De more ſcindendi veſtes in luctu & indignatione vide interpretes ad Num. XIV. 6. Joſ. VII. 6. Judic XI. 35. Matth. XXVI 6. &c. Æſchylum Perſis v. 1065. Cerdam & alios ad Æneid. V. 685. XII. 602. Pullæ veſtis uſus in luctu Athenis jam periclis tempore, ut docet Plutarchus de laude ſui pag. 543. Carthaginienſes luctu publico nigris pannis mœnia Urbis ſuæ circumdabant teſte Diodoro Sic. lib. XIX. tom. 2. pag. 740. De Romanorum lugubri habitu, in mœrore publico præſertim, conſulendus Henricus Noris ad Cenotaphia Piſana diſſ. 3 c. 2. Nigris veſtibus in luctu uſi etiam Chriſtiani vide Aſterii homiliam 1. in tomo 1. auctarii novi Combefiſ. pag. 92. licet improbante Cypriano, de qvo Franciſcus Pithœus in Pithœanis p. 5. De veſtibus ſepulchralibus B. Jo. Frid. Mayeri diſſ. Gryphiswald. 1706. Confer etiam ſcriptores de luctu, infra capite ultimo à me laudatos.

XII. De veſtibus militaribus & armis pauca qvædam ſubjungenda reſtant. Ac de *ſcutorum* qvidem forma qvæ Hebræis in uſu fuit conſulenda Theodori Daſſovii diſſertatio ad titulum Celim §. 2. ſeq. Witeb. 1696. De gerro Scythico ſcuto præter græcos Lexicographos & interpretes Feſti conſule Scholia græca ad Lucianum tomo 2. pag. 32. Gerræ Perſarum etiam ſcuta è viminibus contexta ut notat Adr. Relandus parte 2. diſſ. Miſc. p. 186. De decumana, ſcuti majoris genere vide

qvæ

qvæ viri docti ad Hirtium de bello Afr. cap. 29. & Feſtum. De *Parma clypeo*, *ſcuto*, *pelta*, *cetra*, (qvæ Afrorum fuit) & *ancili* aliisqve ſcutorum generibus agunt Aldus Manutius in qvæſitis per Epiſtolam tomo IV. lampadis artium Gruterianæ p. 304. ſq. Frid. Taubmannus ad culicem Virgilii p 106. Lipſius l. 3. de militia Romana c. 1. & 2. & in analectis ad idem opus; Petr. Petitus lib. de mazonibus cap. 25. & 26. ubi ſingillatim de pelta. Mat Zimmermannus in analectis pag. 556. ſeq. Herm. Hugo lib. 2. de militia eqveſtri cap. 4. Henr. Dodwellus in diſſ. poſtuma de parma eqveſtri Woodwardiana, Oxon. 1713. 8. ubi etiam de aliis qvibusdam ornamentis veſtibusqve militaribus veterum Romanorum. Fortunatus Schachus lib. 3. myrothecii cap. 19. ſeq. qvi cap. 15. ſeq. fuſe agit de Cerethæis & Pheletæis, qvos milites & ſtipatores Regis Davidis à cetris & peltis ita dictos contendit, qvaſi cetratos & peltatos dixeris. Confer D. Joh. Ben. Carpzovii & H. Opitii diſſ. de his Davidis ſatellitibus. De clypeis extat & diſſ. Joſ. Waſſii Angli, cui addendus Tobias Gutberletus libro de ſaliis, cap. 12. ſeq. ubi de forma anciliorum qvæ ſaltantes Martis Sacerdotes circumgeſtabant: Jo. Danielis Rami erudita diſſ. de Ancilibus Romanorum Hafn 1706. Ez. Spanhemius pag. 167. ad Callimachum, qvi de clypeorum forma & appellatione, totoqve eorum diſcrimine alibi accurate egiſſe ſe teſtatur. De Clypeorum aureorum uſu idem Scacchus III. 22. Clypea votiva in templis ſuſpenſa &c. Salmaſ. ad Trebellii Pollionem, Sponius p. 152. ſq. Miſc. ubi exhibet & illuſtrat clypeum votivum Scipionis Africani & p. 154. plura depromit è numis. γωρυτός τόξυ θήκη, pharetra ſagittarum, ſagma ſcuti, Sirmond. p. 239. ad Sidon. Scuta ex plurimis ſibi ſuperimpoſitis laminis ſive pellibus confecta obſervat Grævius p. 86. ſq. in lectionibus ad Heſiodum. An tota ærea in uſu fuerint disqvirit Arcerius in notis ad Æliani Tactica p. 132. Inſulam Cyprum ſcuto Gallico ſimilem eſſe affirmat Hyginus fab. 276. De ſcutis θυρεοῖς oblongis Gallicis in acutum deſinentibus Cangius ad Alexiadem p. 396. Idem de ſcutis per naves diſpoſitis, ut pone illa milites tutiores pugnarent, p. 283. ſq. ad Villeharduinum. Præ cæteris vero omnibus de omni genere ſcutorum conſulendus Henr. Speelmannus in Aſpidologia, Lond. 1654. fol. cum Nicolai Uptoni libro de ſtudio militari, & Jo. à Bado aureo tractatu de armis, notisqve Ed. Biſſei. In clypeis imagines & inſignia pingi mos antiqviſſimus, de qvo Rigaltius ad paginam 7. Tertulliani. Clypeus cum inſcripto voto apud G. Hickeſium diſſ. Epiſtolar. pag. 187. ſq. Sum-

Summum dedecus habitum, ſi qvis ſcutum abjeciſſet, de qvo Lindebrogius ad Codicem Legum antiqvarum p. 1476. & ego notis ad Sexti Empirici Pyrrhonias Inſtitutiones lib. 3. ſect. 216. De *galea*, *lorica*, & aliis ſimilibus eorumqve inſignibus agit Alexander ab Alexandro lib. 1. genial. dierum cap. 20. Lipſius lib. 3. de militia Romana c. 1. & 5. & 6. De *loricis* textis Caſaub. ad Sveton. Gallam cap. 19. & Joh. Clericus ad Exod. XXVIII. 32. De cultrovenatorio, ſpatha, machæra, Rhodius p. 45. ad Scribonium ſq. & Burmannus pag. 179. ad Petron. ubi & clypeorum gladiatoriorum effigies. De *ſago*, *lacerna*, *pænula*, *armilauſa* Philippus Rubenius II. 12. electorum. De *paludamento* Imperatoris Lipſius lib. 2. de militia Rom. dialogo 12. De *telis*, *haſtis*, *gladiis*, *pilo*, Gellius lib. 10. c. 25. & ad eum locum Prouſtius aliiqve interpretes, Turnebus lib. 19. adverſ. cap. 32. Scaliger ad Varronem & Feſtum, Brodæus lib. 6. miſcell. cap. 26. Lipſius lib. 3. & in analectis ad lib. 5. cap. 4. de militia Romana, & in electis lib. 1. cap. 7. De *bipenni*, cujus figuram exhibet πέλεκυς Simmiæ, vide Barthium ad Statium tom. 2. p. 566. ſq. Petrum Petitum de Amazonibus c. 32. Petronium Burmanni p. 627. & Joh. Carolum Schottum in nova explicatione apotheoſeos Homeri p. 50. *bisacutam* vocat Gvilielmus Brito II. 305. Paterniaci apud Helvetios monſtratur ephippium cum *ſtapede*, (Steig-Biegel) qvo uſus ſit Julius Cæſar. Sed veteribus uſum ſtapedis ignotum fuiſſe contendit Carolus Patinus in itinere ſuo Gallice deſcripto p. 269. ſq. Vide tamen Voſſium lib. 1. de vitiis ſermonis c. 7. De *equis cataphractis* præter Lipſium lib. 3. cap. 7. de militia Romana, Hermannus Hugo lib. 2. de militia eqveſtri cap. 3. De levi & gravi armatura idem Hugo lib. 2. cap. 4. De *arcus Scythici* figura, cujus ap. varios ſcriptores mentio, poſt Scaligerum & Valeſium diſputat Huetius in notis ad Manilium p. 57. adde Scalig. ad Euſeb. ubi de Græcis literis & qvidem de Sigmate, Valeſium ad Amm. Marcellinum p. 315. & confer arcus figuram apud Ez. Spanhemium p. 277. ad Callimachum, aliasqve apud Perizonium ad Ælianum pag. 736. *Sicæ* figuram inqvirit Barthius in adverſ. p. 2634. ſq. & Lipſius ad lib. 3. cap. 3. de militia Romana, ubi de *pugione*. *Pili* formam ex Rubenio & Lambecio exhibet Grævius ad Flori I. 18. apud qvem *dolabræ* imaginem qvoqve habes ex columna Trajana, ad Flori IV. 10. Gladio accinctum ire per publicum non licebat niſi militibus, vide ad Svetonii Auguſt. c. 26. & Petronium Burmanni p. 407. De ritu arma in ſacris geſtandi vel deponendi, vide Calvœri rituale tom. 1. p. 691. & Rev. Ottonis Kegelii diſſ. de gladio de-

ponendo ad baptiſmum Helmſt. 1709. &c. De more arma geſtandi vel deponendi inter epulas Gvil. Stuckius II. 29. 232. ſq. & II. 34. p. 252. Antiqvitat. Convivalium. De qvinqve modis jaculandi & arcum tenendi Valeſius ad Ammiani XXV. 1. De uſu tela veneno ſaturandi Freinshemius ad Curtii IX 8. 20. & Raph. Fabrettus ad columnam Trajanam p. 13. De *cæſtibus* qvibus uſi pugiles, Ald. Manutius in qvæſitis per Epiſtolam tomo IV. lampadis Gruterianæ p 312. ſq. & Stephanius ad Saxonem Grammaticum p. 84. ſq. Sed de univerſa pugilum & gladiatorum armatura videndi Petr. Faber & Hieronymus Mercurialis in athleticis atqve gymaſticis, & Lipſius in libris duobus ſermonum ſaturnalium. De rude qvo donati gladiatores emeriti, conſules Camillum Silveſtrum ad Juvenalem p. 346.

XIII Varia acceptio vocabuli armorum movet me ut hoc loco etiam de inſignibus & arte Heraldica nonnihil ſubjungam. Atqve antiqviſſimum qvidem illum eſſe morem ſcuta inſigni aliqvo notandi, multis veterum locis clariſſime patet. Ita Plutarchus in vita Alcibiadis pag. 198. tanqvam ſingulare notat eum in ſcuto ſuo habuiſſe *ὐδὲν ἐπίσημον τῶν πατρίων, ἀλλ' ἔρωτα κεραυνοφόρον,* Idem in extremo libri de ſolertia animalium pag 985. ex Steſichoro refert inſigne ſcuti Ulyſſis fuiſſe delphinum. Confer Cerdam & alios ad illa Æneidos VII 657.

*- - - clypeoque inſigne paternum*
*Centum angues - - - -*

Tiraqvellum de nobilitate p. 65. ſq. Ulyſſem Aldrovandum Ornithologiæ lib. 1. p. 45. ſq. & lib. 2. p. 96. ſq. Stephanium ad Saxonem Grammaticum p. 102. & Acta Sanctorum Junii tom. 2. p. 562. Attamen nondum conſtare affirmat Arnoldus Buchellius Epiſtola ad Petrum Scriverium, inter inſignium Virorum Epiſtolas editas à V. C. Jan. Gvil. Meelio p. 128. ante annum à Chriſto nato milleſimum hereditaria obtinuiſſe familiarum inſignia, qvorum originem Caſanovanus in Originibus Gallicis *repetit à ſeculi decimi extremo, ſive temporibus Hugonis Capeti Galliæ Regis, ſub qvo feuda hereditaria eſſe cœperunt & expeditiones cruciatæ in Palæſtinam ſuſcipi, qvod etiam probatur Stephano Baluzio in Hiſtoria Genealogica Principum Aruerniæ. Vide & Silve-

* Vide illas in *Armes & Herauld.* De tempore autem qvo Torneamenta ſive Ludi eqveſtres freqventari cœperunt, Sæculo X. poſt Chriſtum natum, vide Memorias Trevoltinas A. 1706. p. 1597. ſq.

Silveſtrum de Petra Sancta S. I. de teſſeris gentilitiis Rom. 1638. fol. Inter Pontifices primum Bonifacium VIII.* inſignibus uſum eſſe obſervatum eſt. Inſignia urbium, γνωρίσματα τῶν πολεων vocat Procopius lib. 4. Gothicor. Atqve de ejusmodi inſigni Caſaubonus in Caſaubonianis p. 141. accipit, qvod Imperator Hadrianus ſuper Æliæ portam juſſit Suis fœtæ poni ſimulacrum, teſte Euſebio in Chronico Baron. ad A. C. 137. Catalogum plerorumqve omnium ſcriptorum, qvi de Arte Heraldica Latine, Gallice, Italice, Anglice ſcripſerunt, Oxoniæ A. 1674. 4. vulgavit Agora qvidam, cui etiam præter illos qvos memorant Carolus Arndius in Bibl. Politico Heraldica Roſtoch. 1705. 8. vulgata, multi ab illo præcipue tempore editi adjungi poſſunt, ſed cum inſtitutum meum alio mè vocet, hic capiti præſenti finem impono.

* Menagiana Tomo 2. pag. 202.

# CAPUT XIX.

## De conviviis & re cibaria veterum.

*Scriptores generales de hoc argumento.* 1. *De modo accumbendi ad menſam vel aſſidendi.* 2. *De cœnaculis, menſis, lectis, poculis, patinis &c.* 3. *De tempore cibi capiendi.* 4. *De variis potus generibus.* 5. *De cibis omnis generis.* 6. *De abſtinentia, frugalitate & luxu.* 7. *De variis ad menſam ritibus & de diribitoribus aliisque qui ad menſam operam ſuam conferebant.* 8. *Sacra menſæ & hoſpitii.* 9.

I.

AD convivia veterum & univerſam rem cibariam rectius intelligendam faciunt inprimis *Joſephi Laurentii* collectanea convivalia, ſecundum ordinem literarum digeſta lib. 6. Polymathiæ pag. 464. ſq. *Guilelmi Stuckii* præſtantiſſimum opus † antiqvitatum convivalium, qvod Tiguri primum 1582. in fol. & noviſſime apud Batavos inter Stuckii opera Lugd. Bat. 1695. lucem adſpexit, fol. *Andreas* qvoqve *Baccius* non prætereundus in opere haud usqve



† Laudat Lipſius Centur. 1. Miſc. Epiſt. 65. Vide etiam II. 26.

qvaqve obvio de vinis, creviſiis ac conviviis antiqvorum Rom. 1586. fol. libris VII. qvorum *primo* agit de naturali vinorum hiſtoria, vinearum & vinorum cultu, cura, aſſervatione: *libro* 2. de vinorum facultatibus & differentiis: *tertio*, de uſu & effectibus vinorum. *Libro quarto* de conviviis, qvo inter alia pag. 196. explicat Virgilianam deſcriptionem convivii Didonis, qvæ occurrit Lib. I. Æneidos & pag. 202. ſq. Homerum à Virgilio in deſcriptione convivii ſuperatum eſſe contendit. Hic liber qvartus longe auctior & in V. libros diſtributus poſtea ſeparatim à Baccio editus eſt, & recuſus tomo IX. Antiqvitatum Græcarum Gronovii. Cæterum univerſi illius qvod primum dixi, operis Bacciani *liber V. & VI.* agit de vinis Italiæ, *liber VII.* deniqve de vinis extra Italiam, & p. 352. ſq. de cereviſiis & aliis potibus factitiis. *Julii Cæſaris Bulengeri* libros IV. de conviviis qvi primum prodiere Lugd. 1627. 8. recuſos invenies tomo 12. Antiqvitatt. Roman. Grævii, in qvo etiam pag. 133. occurrunt *Erycii Puteani* reliqviæ convivii priſci, qvi libellus lucem prius adſpexerat Mediolani 1594. 4. & in ejus Amœnitatibus primo loco legitur ſub titulo genialium ſermonum. Lovanii 1615. 8. His addendi Potterus IV. 16. 20. Archæol. Tiraqvellus ad Alex. ab Alex. V. 21. & Phil. Lud. Hannekenius de cura domeſtica Rom. pag. 72. ſq. *Jani Cornarii* de conviviorum veterum Græcorum ritibus, moribus, ac ſermonibus, cum ejus libello de amoris præſtantia, & de Platonis ac Xenophontis diſſenſione prodiit Baſ. 1548. 8. & à Gronovio deinde inſertus tomo 9. Antiqvitatt. Græcarum, in qvo etiam exſtat *Joſephus Laurentius* de prandio & cœna veterum, & *Hieron. Mercurialis* de potionibus & eduliis antiqvorum, & *Daucbei* diſſertatio de Conviviis veterum, inſerta Memoriis Trevoltinis A. 1706. p. 480. ſeq. *Ludovici Nonii* vero Medici Antwerpienſis diæteticon poſt primam editionem Anni 1633. longe locupletius lucem adſpexit Antwerp. 1645. 4. & non indiligenter agit IV. libris de univerſa re cibaria antiqvorum, merito hinc laudatum à Vignolio Marvillio in limine Tomi primi miſcellaneorum literariorum & hiſtoricorum Gallice editorum. Ejusdem Nonii Ichthyophagia ſive de piſcium eſu commentarius lucem vidit Antwerp. 1616. 8. & Jo. Erici Oſtermanni de Vett. Romanor. convivandi ritibus Witeb. 1649. *Johannis* qvoqve *Manelphi* cœna Romana ſive Urbana victus ratio huc ſpectat edita Rom. 1650. & ex antiqvis *Apicii Cœlii* Latini ſcriptoris de opſoniis & condimentis ſive arte coqvinaria libri decem, & curioſiſſimum opus Naucratitæ Grammatici Græci *Athenæi*, qvod ſub dipnoſophi-

ſophiſticon nomine notum eſt, & Latine verſum à Natali Comite, melius longe etſi non usqve qvaqve feliciter à Jacobo Dalechampio, deniqve eruditiſſimo Iſ. Caſauboni commentario illuſtratum. Ex hoc Athenæo *Stephanus Niger* derivavit Muſonium ſuum ſive opus de nimio vitæ luxu atqve nimia opſoniorum appetentia. Baſil. 1532. 4. & tomo VIII. theſauri Gronov. De ſacris epulis peracto ſacrificio fieri ſolitis præter Stuckium videndus *Jac. Gutberius* IV. 23. de jure veteri Pontificio tomo 5. Græv. & *Rudolphus Cudworthus* in libro edito Anglice, de genuina notione S. Cœnæ Dominicæ. Lond. 1642. 4. & 1676. fol. *Spencerus* III. 1. de legibus Hebr. cap. 7. De conviviis in ſacrorum religioſorum ac ſcholaſticorum munerum ſuſceptione; *Stuckius* lib. 1. c. 18. Antiqvitatum Convivalium: & cap. 20. ubi de epulis inauguralibus Magiſtratuum Principumqve. De victu & conviviis veterum Germanorum videndus Philippus Cluverius Germaniæ Antiqvæ lib. 1. c. 17. pag. 121. ſq. De veterum Hebræorum cibis & conviviis Leydeckerus XII. 7. de Rep. Hebr. Auguſtinus Calmetus diſſ. 3. præmiſſa commentario ad Eccleſiaſticum, Pariſ. 1714. 4. & ex Judæis R. Bechai in libro *Schulchan Arba* de qvo Collega & amicus noſter clariſſimus Jo. Chriſtophorus Wolfius in Bibl. Hebraica p. 233. Cæterum ſacra res, menſa hoſpitalis qva de re Andreas Dounæus notis ad S. Chryſoſtomum tom. 8. p. 356. De precibus & benedictione ad menſam Qvintilianus declamatione 301. *adiſti menſam; adqvam cum venire cœpimus, Deos invocamus.* Plura Lindebrogius ad Codicem Legum antiqvarum p. 1363. & Gretſerus de benedictionibus lib. 1. cap. 13. De lectione ſuper menſam, Theophilus Raynaudus tomo 13. Opp.

II. Apud vetuſtiſſimas gentes & antiqviſſimis temporibus non minus ſedendi mos ad menſam obtinuit, qvam accumbendi. Vide Interpretes ad Geneſ. XLIII, 33. 1. Samuel. XX. 25. Grotium ad Matth. XXVI. 20. & ad 1. Corinth. VIII. 10. Henricum. Hammondum ad Matth. IIX. 11. Stuckium II. 34. antiqv. Convival. Bonifacium in Hiſtoria ludrica lib. 7. cap. 26. B. Sebaſt. Schmidium de Paſchate p. 98. ſq. p. 221, 237, 238, 242. & 409. Sviceri theſaurum & Cangium in ἀκȣ́βιτον & ἀκȣμβίζειν. Propriam obſervationem in Herculis ſacris notat Macrobius III. 6. Saturnal. epulari ſedentes. De ſtatione in agno Paſchali edendo præter Interpretes ad Exod. XII. 11. & Matth. XXVI, 20. videndus Franciſcus Burmannus Parte II. Exerc. p. 383. ſq. Non ſemper tamen illam obtinuiſſe, ſed accubitum qvoqve deinceps tanqvam

 ſignum

ſignum ſecuræ libertatis, poſt Joſuæ tempora adhibitum eſſe, multi ſentiunt: confer Scaligerum de emendatione temporum p. 570. edit. ultimæ. Apud antiqviſſimos Græcos, ut ex Homero conſtat, non accumbebant in tricliniis, ſed in δίφροις, θρόνοις, κλισμοῖς ſive ſellis ad menſam inſidebant, ut notavit Ez. Spanhemius ad Juliani Cæſaris pag. 11. & 300. & ad Callimachum pag. 229. ſeq. Apud Romanos militibus in uſu fuit ſtantibus cibum capere. Vide Valeſium ad Ammianum Marcellinum XXV. 4. pag. 423. edit Pariſienſis in Fol. Cæteri teſte Varrone, Servio, Iſidoro, primum aſſederunt menſæ, poſtea devicta Græcia accubuerunt, luxuriæ ita magis litantes. Adde Octavii Rubei memorias Brixianas Italice editas pag. 10. ſeq. edit. ſecundæ A. 1693. 4 & Joſephum Laurentium lib. 1. Polymathiæ diſſ. 8. Exſtat & erudita Rev. Theodori Daſſovii diſſ. de accubitu veterum Hebræorum ad agnum Paſchalem Witteb. 1698. 4. Cæterum de modo & ordine accumbendi apud Veteres, de forma menſarum & trium lectorum, unde *triclinio* nomen, introductiqve in eorum locum Stibadii, qvod in modum *Sigmatis* ſemirotundi excurrebat, videndus Salmaſius ad Solinum pag. 1255. (886. edit. Ultrajectinæ) & ad Hiſtoriam Auguſtam tomo 1. pag 832. ſeq. Imagines veteres apud Lambecium lib. 2. pag. 1009. lib. 3. comment. de Bibliotheca Vindobonenſi poſt pag. 10. & lib. 4. pag. 309. ſeq. & Dan. Neſſelium in epitome Lambecii Parte I. pag. 88. Hier. Mercurialem in arte Gymnaſtica lib. 1. cap. 11. Pet. Aringhum Romæ ſubterraneæ IV. 14. VI. 27. tomo 2. pag. 36. & 313. Sirmondum tomo 4. Opp. pag. 665. Vitruvium Jo. Laëtii ad VI. 5. fol. 116. ſeq. Ciacconium de triclinio, & Fulvium Urſinum in appendice ad Ciacconium: Rom. 1588. 8. & Amſt. 1689. 12. Pignorium lib. de ſervis pag. 194. & 156. Balduinum de calceo pag. 260. Nigronum de caliga pag. 81. vide etiam Lipſium Centur. I. Miſcell. Epiſt. 65. Villalpandum ad Ezechielem tom. 1. p. 290. Camillum Silveſtrum ad Juvenalis Sat. 2. verſ. 120. Colomeſii obſervationes ſacras ad Johann. XIII. 23. Baccium de vinis p. 146. ſq. Octavium Ferrarium II. 4 electorum, ubi Jacobi Sirmondi ſententiam notis ad Sidonium expoſitam expendit. Ephemerides Gallicas Pariſienſes anni 1694. pag. 588. Svidam in σκιμαλίσω, Weitzium ad Copam pag. 31.

III. Triclinium, cœnaculum, diætam (ſive Zætam, ut alii vocant) deſcribunt jam laudati Ciacconius & F. Urſinus, itemqve Hieronymus Mercurialis, qvibus addes Joh. Bapt. Caſalium de tricliniis, con-

conviviis, hoſpitalitate & teſſeris, (de qvibus * etiam præclare ſcripſit Jacobus Philippus Thomaſinus) Joſephi item Laurentii collectanea de conviviis, hoſpitalitate, teſſeris, & ſtrenis, qvæ ex ejus Polymathia, ut Caſalii ex ipſius opere de ritibus veterum decerpta leguntur in tom. 9. Antiqvitatum Græcarum Gronovii. De menſis, lecticis, lectis, & poculis veterum poſt Stuckium Antiqv. Conviv. II. 16. ſq. & 34. qvatuor diſſ. egit Vir Clariſſ. Theodorus Janſonius ab Almelooveen, qvæ prodierunt Harderovici A. 1701. 4. De lectis & lecticis Johannes Alſtorphius qvas ſub Amelovecnio defenſitaverat diſſertationes in libri modum auctas edidit Amſt. 1704. 12. De menſis conferenda ſunt qvæ præclare notat Octavius Ferrarius II. 9. & maxime 17. electorum, qvi c. 18. agit etiam de repoſitoriis ciborum apud veteres uſitatis. De lectis idem cap. 26. ubi de capite aſelli coronato poſito in fronte lectorum tricliniarium. De lecticis etiam nonnulla Scacchus III. Myrothec. c. 28. ſq. De lectis, ſellis curulibus, cathedris ſedilibusqve veterum θρόνοις, κλισμοῖς, δίφροις Athenæus V. pag. 192. Lipſius electis lib. 1. cap. 17. & 19. Valerius Chimentellius opere de honore biſellii, qvod ex edit. Bononienſi A. 1666. 4. recuſum exſtat tomo VII. theſauri Græviani. Idem Chimentellus Johannis Baptiſtæ Donii ineditam de ſcabellis diatriben commemorat, de qvibus agit etiam Aldus Manutius tomo 4. lampadis artium Gruterianæ pag. 300. qvemadmodum de lectulis cœnatoriis eorumqve ſtragulis ac culcitis Baccius in opere de vinis pag. 137. ſeq. & Sigonius ad Livium 39. 6. Caſauboni affectus de veterum lectis & ſtragula veſte commentarius lucem nunqvam vidit, in qvo auctor doctiſſimus teſtatur ſe pluribus egiſſe de χαμευνίᾳ & σκληροκοιτίᾳ, notis ad Capitolini Antoninum tomo 1. p. 293. De menſis delphicis, monopodiis, abacisqve ex qvibus vina miniſtrabantur, vide qvæ notant viri docti ad Alexandrum ab Alexandro lib. 1. c. 19. & Philippus Rubenius lib. 1. elector. cap. 34. De menſa Solis (offene Taffel) apud Æthiopes, ad qvam accedere cuilibet fas erat & epulari, Herodotus III. 18. & G. Nicolaus Kriegk in ſingulari diſſ. Jenæ 1703. De Ahasveri Regis Perſarum pretioſis lectis ſtragulisqve agunt interpretes ad Eſther. I. 6. Qvod autem eodem loco pavimentum ſmaragdino & Pario lapide ſtratum fuiſſe legitur, hinc Muſivorum Operum Originem è Perſia repetit Johannes Ciampinus in Parte I. veterum monumentorum cap. 10. De more in roſis ſive pulvillis roſa fartis cubandi J. F. Gronovius

* Vide ſupra cap. XVII. 4.

vius ad Senecam de vita beata cap. XI. De vaſis cibariis, vinariis, poculis, Pancirollus I. 58 ſq. Var. lect. De cornuum uſu pro poculis Joſephi Lanzani diſſ. inſerta Muſeo Minervæ Venetæ tomo 2. p. 385. ſq. ubi de more pocula præbendi.

IV. Perſas ſemel tantum per diem, idqve ſub cœnæ tempus cibum capere ſolitos, docet Stanleius ad Æſchylum pag. 767. qvanqvam Ammiano teſte XXIII. ult. p. 383. ed. Pariſ. *Perſæ*, (de longe juniore ætate loqvitur) *quando volunt, cibum capiunt, venter illis ſolarium eſt.* Sauromatas tertio qvoqve die cibum capientes memorat Plinius Hiſt. naturalis lib 7. cap. 2. Gellius IX. 4. Græci uno die ſæpius comedebant & Romani qvoqve, vide Nonii diæteticon p. 13. ſq. ubi morem illum freqventius modico cibo utendi longe ſalubriorem eſſe contendit qvam ſi qvis ſemel graviore cibo ſeſe ingurgitet. Romani antiqviſſimi fere ſemel de die cibum ſumſerunt, ut oſtendit Joh. Rualdus ad Plutarch. pag. 139. ſed poſtea & ipſi ſæpius una die cibo uſi ſunt. Confer Octavium Ferrarium II. 23. electorum. Mercurialem IV. 17. Var. lect. & II. 21. Stuckium lib. 1. cap. 11. ſq. & Joſeph. Laurentium c. 19 Polymathiæ libro 4. Hinc nomina jentaculum, prandium, merenda, cœna, comeſſatio. Vide Voſſii etymolog. in his vocibus: Joh. Bonam p. 454. Operum. Baccium lib. 4. p. 130. ſq. & è veteribus Plutarchum lib. 8. ſympoſiacon cap. 6. Intempeſtiva convivia ſunt ultra tempus vel in noctem protracta, ut idem Ferrarius loco laudato docet. De antecœnio priſcis uſitato propomateqve ſive promulſide Laurentius lib. 1. Polymathiæ diſſ. 7. de prandio diſſ. 8. Impomenta veteribus, Feſto teſte, dicta qvæ poſt cœnam menſis imponebantur. In Italia & Sicilia bis per diem cibo impleri ſolitos homines Platonis teſtimonio conſtat Epiſt. 7. ad Dionis amicos, qvi mos etiam apud Judæos & plurimas alias gentes obtinuit, ita tamen ut apud Hebræos, Græcos & Romanos legitimum ac præcipuum eſſet cibi tempus *cœna*. De more portiones ciborum æqvales convivis diſtribuendi, unde ipſum *juris* vocabulum pro æqvo uſurpari cœpit, vide Svidam in δαιτή & δαιτρός. Partes convivis dabantur pro illorum dignitate vel voluntate Convivatoris præſtantiores aut duplæ vel qvadruplæ. Vide Joh. Henrici Maji, filii, obſervationes ſacras lib. 2. p. 36. ſq.

V. *Dapes* proprie dicebantur Deorum, *epulæ* vero hominum, ut docet Georgius Henr. Urſinus in obſervatt. Philologicis cap. 6. Vulgatus qvoqve mos fuit Diis in cœna libare, de qvo Baccius p. 192. De Vinis

nis ejusqve uſu & abuſu Adriani Turnebi liber recuſus exſtat ad calcem libri Meibomiani de cereviſiis, & tom. 9. Antiqvitatt. Græc. Gronovii. Præter Baccium, Noniumqve & alios medicos hoc argumentum tractantes, in præſenti tantum notabo Vina antiqva Conſulum nominibus adſcriptis commendata, ut notat Barthius tom. 1. ad Statium p. 398. Vinum etiam fumariis ſuperpoſitum fumoqve reconditum, ut ita exſiccatum & cruditatibus liberatum, firmius fieret & per plures annos integrum permaneret, qvod fumoſum falernum dicitur Tibullo lib. 2. elegia 1. Meminit etiam Horatius, ad qvem conferes ubi lubebit Lambinum tomo 1. pag. 242. & tomo 2. pag. 184. ubi de uvis fumo duratis, Baccium lib. 1. de naturali vinorum hiſtoria cap. 16. Crenium lib. 10. animadverſ. pag. 58. ſq. Mercurialem in Variis lect. qvi & alia de vinorum uſu apud veteres, eorum refrigeratione, percolatione &c. præclara annotavit, & lib. 1. cap. 15. agit de Pithœgiis ſive vinaliis feſtis. Videndus etiam Remb. Dodonæus in Hiſtoria vitis viniqve, & de ſacccatis vinis Rhodius ad Scribonium p. 196. ſq. De vino capparino Buxtorfius Lex. Talmudic. p. 2098 Vini aduſti ſive ſpiritus vini repertor Raimundus Lullus. *Siceram* Hebræo ſermone vocarunt μέθυσμα qvodcunqve ſive potionem qvæ inebriare poteſt, ut notat Methodius apud Photium Cod. 237. licet Andreas Schottus Iſidorum, Heſychium, Zonaramqve ſecutus, verba: μετὰ τὸν οἶνον τὸν ἐξ ἀμπέλων ambigue vertit: *Sicera eſt quicquid extra vinum è vite expreſſum inebriat.* Sane Hieronymus Epiſt. 2. docet ea voce comprehendi omnem potionem qvæ inebriare poteſt, itaqve non tantum hydromeli, Oenomeli, cereviſiarum omne genus, vinum expreſſum ex aliarum arborum fructibus, pomorum, pirorum & palmarum, * ſed & vinum expreſſum ex uvis, licet hoc exceptum velit Meibomius lib. de cereviſia cap. 3 & veteres qvidam hoc facere videantur, ut Nazianzenus Orat. 14. p. 230. ἐκ ἀπὸ σικέρας ἐδ' ἀπὸ οἴνε. Adde Crodogandi regulam Canonicorum à Luca Dacherio tomo 1. ſpicilegii editam cap 62. Interpretes ad Levit. X. 19. Luc. 1. 15. Abrah. Scultetum lib. 1. exercitationum Evangelicarum cap. 16. Menagii Orig. Gallicas in *cidre.* Leydeckeri de Rep. Hebr. tomo 1. p. 677. Stuckium III. 9. Antiqv. Conviv. De *dadra* notæ ad Auſonii Epigr 85. & 86. De *celia* Boxhornius Epiſt p 292 ſq. Adrianus Junius II. 12. animadverſ. Lindebrog. ad Ammian 26 8. pag. 63. ſeq. μελίτιον potus è qvercu. Plutarch. Coriolano f. 214. *Coelia* Gre-

Eeee

* Secundum Theophilum Antiochenum initio allegor. in Lucam, proprie *ſicera eſt ſuccus dactyli.* Confer Clariſſ. Relandum parte 2. diſſ. Miſcell. pag. 301.

Gregorii Tur. *Decocta* Neronis Vide Cerdam p. 427. Adverſar. S. De cerevisiæ uſu & unde ita dicta, qvæ Ægyptiorum Zythus, זיתוס in Mishna tomo 2. p. 142. Hiſpanorum celia ſive ceria, aliis curmi, cedrelea, brythum, biera, hala (hodie Suecis Oely) Sabaja (Panno-niorum vide Valeſ. ad Ammian. 26. 8.) camum, ſidra &c. Vide Adrianum Junium hiſtoriæ Batavæ cap 15. Voſſium de vitiis ſermonis latini p. 7. & in Etymologico, Chriſtoph. Colerum c. 10. Parergon, Martin. Schoockium & Baccium de cerevisiis antiqvorum ſupra jam laudatum, Remberti Doonæi Epiſtolas, frugum hiſtoriæ ſubjunctas Antwerp. 1552. 8. Jo. Henr. Meibomii librum de cerevisiis potibusqve & ebriaminibus extra vinum aliis, editum Helmſt. 1666. 1671. 1688. 4. Lindenbrogii & Cangii gloſſaria in *cerevisia.* Menagii origines Gallicas, in vocabulo *biere* & *cervoise*: Georg. Caſp. Kirchmaieri diſſ. de Vett. Celtarum Celia, Oelia & Zytho. Witeb. 1695. De calidæ potu veteribus freqventato & in deliciis habito videbis Lipſium in electis lib. 1. cap. 4. Freinshemii libellum ſingularem de hoc argumento Argentorat 1636. 8. & tomo IX. Gronov. & Octavium Ferrarium I. 12. elector. ſeq. ubi refellit Mercurialem qvi I 8. Variar. veteres calida uſos negaverat. Agit ibidem Mercurialis de more veterum vina & aqvam refrigerandi, & cap. 7. de vino per muſtum vel lixivium vel tortivum recentato. & II. 13. de condituris vinorum. adde Stuckium III. 6. ſq. Antiqv. Convival. & Vincentium Butium de potu calido frigido & temperato, Rom. 1635. & T. XII. Græv. De potu frigidæ & intrito (Kalteſchale) D. Wilhelmi Huldrici Waldſchmidii, Medici Kilon. diſſertatio, A. 1712.

VI. De variis *panum* generibus agit Henricus Nicolai tractatu de pane, Dantiſci 1651. 4. Joſephus Qvercetanus in Diætetico Polyhiſtorico, Joh. Sigismundus Elsholtius in Diætetico Germanice edito Berolin. 1682. 4. pag. 94. ſeq. Bonifacius lib. 9. hiſtoriæ ludicræ cap. 5. ſq. Joachimus Strupp in Sitopotiamatechnica ſive de modo panem & potum ex variis rebus præparandi Francof. 1574. 4. Georg. Gotlieb Pitſchmannus in libro Germanice edito Lipſ. 1700. 8. de ſimila ſive farina ſimiliari, qvæ in Sileſiæ loco qvodam è terra enata fuerat, pag. 23. ſq. 67. ſeq. & 103. De pane cinericio & modo eum præparandi Bochartus tomo 1. hieroz. p. 326. ſq. De pane biſcocto Henelius c. 45. otii Uratislav. & Barthius 35. 19. Adverſariorum. De qvadra panis ſive more panes qvadrifida decuſſatos inciſione coqvendi ut hodieqve fit in durioribus panibus rotundis apud Svecos, vide Weitzium ad Moretum pag. 93. ſq. Panis ſubcinericii prunis & cineribus cooperti & cru-

cibus

cibus ſignati ita ut per qvadras qvatuorpartiti viderentur, meminit Gregorius M. lib. 1. Dialog. cap. 11. Artopta ſive artocopus apud Juvenalem Sat. 5. panis nomen eſt non ſervi. Vide Octav. Ferrarium II. 10. elect. De ritu panem frangendi Grotius ad Actor. XXVII. 35. De *piſtoribus* † & *panariis* Wowerius ad Minutium Felicem pag. 19. Bartholinus de medicis poëtis pag. 56. ſq. Pignorius in libro de ſervis & Raph. Fabrettus ad columnam Trajanam. *Marcipanes.* à Marco Apicio dicti ut notat Bonifacius lib. 9. cap. 5. hiſtoriæ ludicræ. *Literis Marzæpanis* reſpondere i.e. claris ac perſpicuis verbis tanqvam literis uncialibus qvales ad bellaria fiunt ex ſaccharo & polenta. Papebroch p. * 41. II. Propylæi ad Acta Sanctor. Maji. *Moretum* genus edulii è caſeo lacte & herbis olentibus qvo ruſtici olim utebantur, deſcribitur ſingulari carmine Septimii Sereni, qvod inter Catalecta Virgilii legitur, & à Scaligero, Lindebrogio & Weitzio illuſtratum eſt. *Maccaroni*, ſimile propemodum genus cibi eſt è caſeo, butyro, farina compaginata efformatum, & Athenæo jam memoratum, de qvo Menagius in Origg. Gallicis, ubi notat Maccarones Gallicos optime ſapere, Italicos eſſe inſipidiſſimos, unde apud eos homines rudes & inſipidos vocant maccarones, qvemadmodum etiam verſus ludicri ac rudes ad riſum movendum elaborati vocantur maccaronici, de qvibus Naudæus in dialogo, cui titulus Maſcurat, & qvi id genus ſcribendi improbat Vavaſſor in libro eleganti de ludicra dictione. De *Oglia poderida* (vulgo olopaderie) agit Baccius pag. 165. de vinis. Bellaria ſaccharo condita Itali nominant *confetti* atqve inde Græci qvoqve recentiores κȣφέτα, & κονφέττο, ut docet Cangius in gloſſario. De *paccimadio*, qvod mazæ genus eſt, idem Cangius in gloſſario utroqve. De *butyro* exſtat ſingularis tractatus Martini Schoockii Ao. 1664. 12. cui addes Barthium LIII. 14. Adverſariorum. Idem Schoockius libellum de *caſei averſatione* ſubjecit. *Calypſones* (Mandel-Torten) ab inventrice Calypſone ſic dicti, cujus mentio apud Homerum in Odyſſea. De *farciminum* variis generibus adeundus Geſnerus in opere de animalibus qvadrupedibus p. 1031. De *buccellato* Henelius c. 45. Otii Uratislavienſis. De Creophagia ſive *carnis* eſu etiam ante diluvium licito, contra Grotium ad Geneſ. IV. 3. & Curcellæum de eſu ſanguinis inter Chriſtianos, diſputat Heideggerus in libertate Chriſtianorum à lege cibaria veterum de ſanguine & ſuffocato, & ſingulari diſſ. Joh. Andreas

Eeee 2 Dan-

* Recentem uſum & rationes artis piſtoriæ noſtra ætate, qvam diligentiſſime expoſuit auctor libri Norimbergæ A. 1713. 8. editi, ſub titulo Alexii Sinceri wohl-beſtehender Becker.

Danzius Jen. 1709 De carne porcina Judæis prohibita Grotius ad Matth. VIII. 31. Similiter illis multorum aliorum animalium carne veſci interdictum, ſed apud alias gentes nihil tale, itaqve carnis etiam caninæ, aſininæ, camelinæ uſum pro cibo obtinuiſſe notat Mercurialis Var. lect. II. 5. Abſtinentia à piſcibus antiqvitus religioſior multis viſa, non Ægyptiis modo ſed etiam aliis. Vide Voſſium IV. 23. & 51. de Idololatria. *Olim veſci piſcibus*, inqvit Eraſmus libro VI. Apophthegmatum, *pro deliciis habebatur, dicebanturque Opſophagi. Nunc ea res magna eſt ſanctimonia.* De Harengis ſeu Halecibus num antiqvis noti in cibum, disqvirit Martinus Schoockius ſingulari de illis diatriba. De cibis militaribus Romanorum aliorumqve Simon Majolus in Colloqviis Canicularibus p 549. ſq. 714. edit. in fol. Panes φοινικικοὺς ſive ex palmis & carnes ſuſpenſas, in vini fæce compoſitas, ſed & ſale conditas aliaqve in uſum, obſidionis tempore recondere ſuadet Philo libro V. poliorceticon p. 86. De ſalis uſu apud veteres, Jo. Langius II. 32. Epiſt. medicinal. nam Ægyptios qvidem illo abſtinuiſſe teſtatur Plutarchus VIII. 8. ſympoſ. De panis & ſalis uſu in fœderibus Stuckius lib. 1. c. 30. de ſymbolis ſeu erano & collatione in conviviis idem I. 34. & Caſaubonus ad Theophraſti characteres.

VII. Convivatorne an convivæ gratias agere debeant, extat elegans diſceptatio Poggii Florentini. De structoribus, ſciſſoribus, carptoribus, diribitoribus, infertoribus, chironomis vide qvæ Viri docti ad Juvenal. V. 121. Petronium Clariſſ. Burmanni p. 153. ſq. Pignorius de ſervis, Popma de operis ſervorum, Stuckius Antiqvit. Convival III 3. De paraſitis idem II. 4. De anagnoſtis ad menſam, ſermonibus, lectionibus convivalibus, gryphis & qvæſtionibus proponi inter pocula, & conſultationibus ſuſcipi ſolitis idem Stuckius III. 17. 18 19. Exempla eruditorum conviviorum è veteribus nobis dant Plato, Xenophon, Plutarchus in qvæſtionibus Sympoſiacis, Athenæus in Dipnoſophiſtis, Macrobius in libris Saturnalium qvi in multis Plutarchum expreſſit. De pueris miniſtrantibus ad menſam, erudita diſſertatio inſerta eſt Memoriis Trevoltinis A. 1709. menſe Novembri pag. 1921. ſq. Confer Nazianzenum Orat. XVI. p. 249. ubi etiam videas follibus eos ventum excitaſſe ſuper capita convivarum, *ὑπὲρ κεφαλαῖς ἄνεμον ταῖς ῥιπίσι σοφιζομένους.*

VIII. De luxu Græcorum Stephanus Niger jam ſupra mihi memoratus

moratus

moratus, tomo VIII. Gronov. De Romanorum luxu in menſa & veſtibus Lipſius IV. 9. de magnitudine Romana, Joh. Meurſii Roma luxurians Lugd Bat. 1605. 4. & auctior Haſniæ 1631. 4. & tom. VIII. Græv. Georgius Hackewill erudito opere Anglice edito Lond. 1635. f. cui titulus: Apologia pro potentia providentiaqve DEI. Hic libro IV. agit de Romanorum guloſitate, pag. 407. -- 439. uti de luxu in ædificiis ac ſupellectile pag 441. -- 461. in ornatu & veſtibus pag. 461. ſq. Pluribus etiam eodem libro perſeqvitur Romanorum crudelitatem pag 371. ſeq. avaritiam p. 397. arrogantiam p. 480. adulationem p. 477. & ingrati animi vitium p 483. Nec tantum ſaporum odorumqve ſed colorum etiam varietate & miſtura delicias olim in cibis captaſſe helluones, notat S. Nilus narratione 3. pag. 31. ſq. edit. Poſſini. Auri pulvere conſperſas dapes obſervat Stephanius ad Saxonem Grammaticum p. 70. ſq. E fiſtulis & fonticulis imber veluti qvidam odoratus ungventi, & vini ſparſus de qvo Joſephi Lanzoni, Medici Ferrarienſis Epiſtola *circa l' uſo antico delle fontane nelli conviti è nei Teatri*, tom. 3. Muſei Minervæ Venetæ p. 86. ſq. Confer qvæ de ungventorum uſu in cibis & conviviis Stuckius III. 15. Antiqvitat. Convivalium, & de Gallorum luxu Sirmondus tom. I. Opp. p 843. Extant tamen etiam exempla frugalitatis antiqvæ, de qvibus Valerius Max II. 5. 5. & Alexander ab Alex. genialium dierum III. 11.

IX. De benedictione & precibus ad menſam Jac. Gretſerus lib. I. de benedictionibus cap. 13. qvi cap. 14. morem propinandi & bibendi in ſalutem atq; ſanitatem alterius nihil aliud eſſe ait qvam benedictionem ejusmodi, petitionemqve benedictionis cujus etiam meminit Nazianzenus Orat. III. p. 85. ψυχροφόρῳ κύλικι χριστὸν ἐπιπεῖν μετὰ τ σφραγῖδος, ἄνω βλέψαντας, *ad aquæ poculum ſublatis in altum oculis Chriſtum addito crucis ſigno appellare.* Ut mos invaluerit bibenti acclamandi ζήσειας, *vivas*, S. Nilus lib. 2. Epiſt. 311. inde ait accidiſſe, qvod multi merum intemperantius bibentes mortem ſubito oppetierint. Confer de illo more Frid. Fornerium l. 3. de temulentia & ebrietate c. 16. Stuckium III. 10. ſq. & 13. ſq Ferrarium VII. 13. de acclamationibus veterum, Ritterhuſium ſacrar. lectionum IV. 6. & Petitum de Nepenthe Homerico, &c. De ſacro jure menſæ atqve hoſpitii apud veteres vide Stephanium ad Saxonem Grammaticum p. 41. 102. ſq. Joh Schilteri τ μακαρίτου diſſ. & Rev. D. Jo. Franciſci Buddei Theologiam Moralem pag. 704.

# CAPUT XX.

## De Nuptiis, Puerperio, Natalitiis, Familiis & Nominibus.

*Qui de nuptiarum ritibus univerſe ſcripſerunt.* 1. *De dote.* 2. *Sponſaliis, benedictione, proclamatione.* 3. *Num poteſtati Eccleſiaſticæ apud Chriſtianos ſubjectum ſit matrimonium.* 4. *De variis ritibus nuptialibus.* 5. *De gradibus prohibitis.* 6. *Divortiis.* 7. *Abſtinentia conjugum.* 8. *Cœlibatu.* 9. *Secundis nuptiis.* 10. *Polygamia.* 11. *Natalitiis, Puerperio, nutricibus, &c.* 12. *De cura virginum & adoleſcentium.* 13. *De Genealogiis & familiis.* 14. *Genera cognationis & adoptio.* 15. *Nomina Hebræorum.* 16. *Græcorum.* 17. *Romanorum &c.* 18.

I.

DE ſponſalibus, nuptiis ac divortiis Hebræorum præ cæteris diligenter & accurate egit *Joh. Seldenus* libro V. de jure Nat. & in uxore Hebraica & *Joh. Buxtorfius* in exercit. de ſponſalibus & divortiis Hebræorum, & in Lexico Talmudico voce קדש ubi de deſponſatione &c. Spectant & huc Tractatus Talmudicus *Kiduſchin* de ſponſalibus, tomo 3. p. 359. *Cetuboth* * ſive de dote litterisq; matrimonialibus tomo 3. Surenhuſianæ edit. p. 56. & alii qvidam Codices eodem volumine comprehenſi. Videndus qvoqve *Auguſtinus Calmet*, Benedictinus Monachus in diſſ. de ſponſalibus nuptiisqve Hebræorum adjuncta ejus commentario in Canticum Canticorum, Pariſ. 1713. 4. De ritibus variis ad fœminas, ſingillatim menſtruatas pertinentibus, Abraham ben Dior in libro בעלי הנפש & R. Benjamin Meardono, de qvo doctiſſimus Wolfius noſter p. 245. Bibl. Hebraicæ. De Chuppa Hebræorum, ſub qva ſponſus cum ſponſa ſolenni ritu à ſacerdote Hebræo jungitur, videndæ D. Joh. Benedicti Carpzovii diſputationes Academicæ pag. 411. ſq. qvi exinde putat illuſtrari illud ἐπισκιάζειν apud S. Lucam I. 35. De primogenitorum redemtione apud Hebræos, Rittangelius ad calcem libri de ritibus Paſchalibus. Græcas & Romanas Anti-

* Hunc tractatum Talmudicum de contractibus matrimonialibus etiam ſeparatim cum Latina verſione ſua edidit M. J. F. Fauſt, Argentoratenſis, Baſil 1599. 4.

Antiqvitates nuptiales breviter alphabetico ordine complexus eſt *Joſephus Laurentius* lib. 6. Polymath. pag. 481. ſeq. Ejusdem libellus de ſponſalibus & nuptiis antiqvorum, qvi tomo VIII. Antiqvit. Græcarum Gronov. exſtat, petitus eſt ex ejusdem polymathiæ lib. 3. Synopſi 8. qvemadmodum *Jo. Bapt. Caſalii* de ritu nuptiarum ac de jure connubiali veterum, qvæ in eodem volumine occurrit, decerpta eſt ex ejusdem Caſalii opere de ritibus veterum. De Græcorum nuptiis agit Potterus IV. 11. Archæol. De Romanorum B. Phil. Lud. Hannekenius diſſ. 1. de cura domeſtica Romanorum. *Barnabæ Briſſonii* liber eruditus de ritibus nuptiarum recuſus eſt in tomo VIII. Grævii. Præterea idem argumentum tractarunt *Anton.* & *Franciſcus Hottomannus*, * *Albericus Gentilis*, præcipue *Andreas Tiraquellus* in opere de jure connubiali, & qvi in tomo IX. Oceani Juris ſive tractatus tractatuum exſtant, in qvo etiam Briſſonius jam laudatus, qvibus addes *Henrici Browveri* JCti Leidenſis de jure Connubiorum libros duos, qvod præclarum opus cum præfatione Petri Burmanni recuſum eſt Delphis 1714. 4. *Antonium Gvibertum Coſtanum*, cujus librum de ſponſalibus, matrimoniis & dotibus refert Clariſſ. Struvius in Bibl. Antiqva tomo 1. pag. 186. Alexandrum ab Alexandro lib. 2. Genial. dierum cap. 5. Bonifacium lib. 1. hiſt. ludricæ cap. 63. Caſalium de urbis Romæ ſplendore p. 293. *Caſpar* qvoqve *Sagittarius* in libro poſtumo de excerptis adornandis teſtatur ſe poſt Briſſonium & alios viros doctos meſſe ipſa majus ſpicilegium de ritibus veterum nuptialibus collegiſſe, qvod num lucem viſurum ſit dicere neqveo. Prolixe etiam de ritibus nuptialibus omnis generis & gentium variarum diſputat *Caſpar Calvoer* libro primo ritualis Eccleſiaſtici & *Frid. Julius Rottmannus* in rituali nupturientium, Germanice edito Bremæ 1715. 8. De Nuptiis veterum Chriſtianorum liber *Joach. Hildebrandi* lucem vidit Helmſtad. 1656. 1661. 1702. 4. Conſulendus etiam *Johannes Fileſacus* in uxore juſta, Pariſ. 1630 8. & lib. 2. electorum p. 271. ſeq. De ſponſalibus nuptiisqve Imperatorum, Regum, Principum, earumqve variis ſolennibus videndæ Franciſci Modii Pandectæ triumphales tom. 1. lib. 5.

II. De *dote*, dotalibus, paraphernis, receptitiis, ſive morgenatica ut recentiores vocarunt, vide Joſiam Mercerum ad Ariſtæneti Epi-

* Briſſonii de veteri ritu connubiorum, Antonii Hotomanni de veteri nuptiarum ritu, & Franciſci Hotomanni de ſponſalibus, de ritu nuptiarum & Matrimoniorum & de ſpuriis ac legitimatione, junctim edita Lugd. Bat. 1641. 12.

Epiſtolas pag. 214. Alciatum lib. 1. Parergon. cap. 2. Perizonium in Triade diſſ. pag. 113. ſeq. Frid. Spanhemium in hiſtoria Jobi cap. 15. Salmaſium de modo uſurarum c. 4. p. 138. ſeq Lindebrogium ad Leges antiqvas p. 1391. ubi dotem à ſponſo non ſponſa datam obſervat: Juſtum Fontanini in Vindiciis Antiqvorum diplomatum pag. 254. Cerdam, cap. 131. Adverſar. Langbænium in notis ad Longinum pag. 35. Allatium de Georgiis pag. 374 Cotelerium tomo 3. monumentorum Eccleſiæ Græcæ pag. 657. Ἀνακάλυπτρα Diodoro Sic. V. pag. 286. ἀνακαλυπτήρια Scholiaſti Euripidis Oreſte verſ. 294. De ὀπτηρίοις ſive donis qvæ ἀνακαλυπτηρίοις data, tertio à nuptiis die, Ez. Spanhemius p. 180. ad Callimachum. Apud Hebræos qvidem uxori dotem afferebat maritus, vide interpretes ad Geneſ. XXIX. 19. & XXXIV. 12. qvod etiam apud veteres Germanos obtinuiſſe Tacitus autor eſt, confer Bernegger. qv. 93. ad Tacitum. Aliæ gentes ut Japones hodieqve, ne imperioſas uxores nanciſcerentur, ſimiliter à dote abſtinuerunt, ut notat Mottanus Vayerus tomo 13. Opp. pag. 274. Singulare eſt qvod Herodotus narrat qvandam veluti fœminarum auctionem qvotannis factam eſſe apud Babylonios, ita ut ex formoſarum pretio deformes dotarentur, vide l. 1. cap. 196. & ſimilia apud Melam lib. 2. cap. 2. Ælianum lib. 4. c. 1. Var. Hiſt. Berneggerum ad Juſtin. XVIII. 8. 4. Freinshem. ad Florum III. 9. 12. Lacones nuptias contracturi cum virginibus in obſcura qvadam domo includebantur, & qvam qvisqve cepiſſet, indotatam abducebat. Confer Meurſium Miſc. Lacon. lib. 2. cap. 3. Adyrmachidæ Libyæ populi virgines nupturas Regi ſuo exhibebant ſi vellet ea uſuro. Herodot. IV. 168. Gallorum veterum nuptiæ *per ſolidum & denarium*, cujus effigiem habes apud Edmundum Martene lib. 1 parte 2. de antiqvis Eccleſiæ ritibus p. 607. ubi etiam de annulo pronubo.

III. De *ſponſalibus* apud Græcos, eorumqve cerimoniis, tum paranymphis & domiducis J. Philippus Pfeifferus in Antiqvit. Græcis p. 615. ſeq. De confarreatione apud Romanos præter Briſſonium, conſules Lipſium ad Taciti IV. Annâl. 16. Indorum γαμικὸν χεῖσμα memorat Philoſtratus III. 1. De uſu & coëmptione, Boethius ad Topica Ciceronis lib. 2. pag. 779. jus connubii id. p. 783. Apud Chriſtianos ſemper nuptias præceſſit Hierologia ſive *benedictio Sacerdotalis*, ut docet Tob. Pfannerus lib. 2. Obſervat. Eccleſiaſticarum c. 7. Adeoqve Tertullianus de pudicitia c. 4. teſtatur occultas conjunctiones & non prius apud Eccleſiam profeſſas, juxta mœchiam & fornicationem periclitari.

Apud

Apud Hebræos pariter & alias gentes ejusmodi ſolennis ac ſacra confarreatio in uſu fuit. Confer Tertullianum II. 9. ad uxorem, Benedictinos ad Ambroſium tomo 2. p. 844. Grotium ad Matth. XXV. 1. Henr. Chriſt. Hochmanni tractatum de hoc argumento, qvi recenſetur in Novellis Reipubl. Literariæ A. 1686. pag. 775. prodiitqve Altdorfi 1685. 4. Petri Mulleri JCti & D. Samuelis Schelwigii de antiqvitate & B. Chriſt. Kortholti de neceſſitate conſecrationis nuptialis, Kil. 1690. Gretſerum de benedictionibus lib. 2. cap. 43. Joh. Dougthejum in analectis ſacris ad Malachiæ II. 14. Plures ordines ſive formulas veteres benedicendi Nuptias ſubjunxit Edmundus Martene ad calcem partis ſecundæ libri 1. de antiqvis Eccleſiæ ritibus. Etiam ſponſis apud Græcos mos ſacra facere atqve θύειν προτέλεια ut loqvitur Plutarchus in narrationibus amatoriis p. 772. Confer qvæ de ſacris ante nuptias fieri ſolitis Potterus Archæolog. Græc. p. 609 & Jo. Boivinus p. 785. ad Niceph. Gregoram, ubi habes θύειν τὰ ἀνακαλυπτήρια. De proxenetis (Freywerbern) qvi etiam προμνήστορες, προμνώμενοι, auſpices nuptiarum, (not. ad Chryſoſt. tom. 8. edit. Savil. p. 327. eorumqve præmiis vide qvæ viri docti ad Digeſta lib. 50. tit. 14. de proxeneticis. Ritus *proclamationis* ante nuptias recentior eſt, & qvandoqve propter certas cauſas omittitur, qva de re vide B. Joh. Mullerum in defenſione Lutheri defenſi cap. 6. & D. Luderum Menkenium in exercitatione de omiſſa proclamatione Sacerdotali, edita Lipſiæ A. 1703. Communiter primum receptus hic mos in Occidente videtur poſt Concilium Lateranenſe undecimum (A. C. 1215.) cujus capite 51. * Innocentius III. ſtatuit, ut cum matrimonia fuerint contrahenda in Eccleſiis, per presbyteros id publice proponatur, competenti termino præfinito, ut intra illum qvi voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponat, & ipſi presbyteri nihilominus inveſtigent utrum aliqvod impedimentum obſiſtat: cumqve interea apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendam, contractus expreſſe interdicatur, donec qvod fieri debeat ſuper eo manifeſtis conſtiterit documentis. De validitate conjugii per benedictionem Sacerdotis depoſiti conſummati, disqvirit D. Chriſtianus Thomaſius ſingulari diſſert. edita Lipſ. 1689.

IV. Legibus civilibus, non poteſtati Eccleſiaſticæ ſubjacere matrimonium contendit & ex antiqvitate confirmare conatur Marcus



* Allegatur in decretalibus lib. IV. tit. 3. cap. 3. de clandeſtinis deſponſat. Male qvidam citant Concilium Lateranenſe Ao. 1039.

Anton. de Dominis lib. 5. de Republ. Eccl. cap. 11. & poſt Henneqvinum Jo. Launojus, in libro, qvi inſcribitur regia in matrimonium poteſtas, ſive de jure ſecularium Principum Chriſtianorum in ſanciendis impedimentis matrimonium dirimentibus, Pariſ. 1675. impugnatus à Dominico Galeſio in tractatu cui titulus: Eccleſiaſtica in matrimonium poteſtas. Launojus amicis ſuis ſæpe teſtatus eſt librum illum ſe ſcripſiſſe invitum & contra animi ſententiam juſſu ſuperiorum, ut refert Ancillonius in Miſcell. criticis tom. 2. p. 330. Galeſio tamen oppoſuit librum, qvi inſcribitur: Contentorum in Galeſii Eccleſiaſtica in matrimonium poteſtate erratorum index, Pariſ. 1677. 4. Mediam ſententiam defenſitavit Jo. Gerbaſius Theologus Sorbonicus in tractatu irenico Gallice edito de poteſtate Eccleſiæ & Principum in impedimenta matrimonii, cum praxi impedimentorum, hodieqve valentium. ibid. 1690. 4. Ab illo tempore, ſententia Launoji defenſitata etiam à Jacobo Boileau. Vide Eliam du Pin tom. 19. pag. 68. ſq.

V. De muneribus, qvibus donati ſunt recens nupti ſive neogami, vide Buxtorfii Lexicon Rabbin. pag. 2537. Heſychium & Apoſtolii proverb. ἐπαύλια & Joh. Philippi Pfeifferi antiqvitates Græcas p. 633. Ædem publicam nuptiis celebrandis deſtinatam Græci vocabant trinymphon ſive nymphæum, qvæ vox occurrit etiam apud Malalam in chronico pag. 314. De Epithalamiis, hymenæis, thalaſſione, verſibus feſcenninis, vide qvæ viri docti ad Catullum & Jani Gvilelmii Veriſimilia II. 19. Briſſonium de formulis lib. VIII. 719. ſeq. Pfeifferi Antiqvitates Græcas pag. 633. 639. Theodorum Prodromum in amarantho p. 458. Apud Romanos & alias gentes ſponſæ obnuptæ, iisqve prælatæ faces. Vide Petronium Clariſſ. Burmanni pag. 87. 88. & Benedictinorum notas ad S. Ambroſium tomo 2. p. 844. De coronis nuptialibus, ſingularis liber Maderi exſtat, & idem argumentum attigit Paſchalius in opere erudito de coronis, Rittershuſius lib. 2. ſacrarum Lectionum c. 9. De annulo pronubo præter Kirchmannum & alios qvi de annulis ſcripſerunt, ſingulari diſſ. egit Petrus Mullerus. Vide & antiqvitates Græcas Pfeifferi p. 625. ſq. & Lindebrogium pag. 1355. ad Codicem Legum antiqvarum, qvi ſponſas etiam ſponſis annulos miſiſſe, ex Priſci excerptis de legationibus obſervat. De oblationibus ſive muneribus nuptialibus qvorum jam memini, poculo vitreo vino pleno ejusqve confractione & ſimilibus ritibus vide B. Jo. Faes in mantiſſa ad Dougthejum de calicibus euchariſticis p. 13. ſq. De paranymphis Grotius ad Matth.

IX. 15. ubi etiam de domiductione ſponſæ ad maritum. De more ſpargendi nuces Servius & Cerda ad Virgil. Eclog. VIII. 30. De conviviis nuptialibus, plura apud Stuckium videri poſſunt lib. 1. c. 24. ſq. in antiqvitatibus convivalibus, & Sam. Petitum ad Leges Atticas p. 151. ſq. In præſenti ſuffecerit notaſſe, qvod apud Græcos & Latinos ſcriptores vocabulum nuptiæ & γάμος pro convivio nuptiali ponitur. Vide qvæ viri docti notant ad Matth. XXII. 2. Menag. ad Laërtium pag. 42. Cockerti indicem ad Terentium in vocabulo *nuptiæ*. Exſtat qvoqve brevis Gabr. Marqvardi diſſ. de cœna nuptiali Lipſiæ edita. De tædis qvæ ſolebant neogamis præferri, diſſerit & Delrio in Comment. ad Senecam Tragic. p. 14. ſq. & Triſtanus in numis Imperator. tomo 2. p. 653. De Deo domiduco & aliis diis nuptialibus adeundus Franciſcus Pomey in pantheo & Dempſterus ad Roſinum p. 385. 395. De feſcenninis carminibus Menagius in Origg. Gallicis vocabulo *charivari*, Dacerius ad Feſtum & Horatii lib. 2. Epiſt. 1. Talaſſii nomen unde originem duxerit tradit præter Livium l. 1. c. 9. & Plutarchum in Romulo, idem Plutarchus in vita Pompeji p. 620. ſq & in qvæſtionibus Romanis. Erudita de carminib⁹ nuptialib⁹ diatriba Jo. Chriſtoph Buſmanni prodiit Helmſt. 1710. 4.

VI. Gradus prohibitos lege divina exponunt Interpretes ad Levitici XVIII. Joh. Seldenus de jure Naturæ lib. V. & in uxore Hebraica lib. 1. prioribus ſex capitibus, B. Jo. Gerhardus & alii Theologi Loco de Conjugio, Jo. Bartholdus Niemeierus Theologus Helmſt. in diſſertationibus de conſangvinitatis & affinitatis gradibus Helmſt. 1699. 4. Theod. Beza de repudiis & divortiis tomo 2. Opp. p. 66. ſq. Jac. Perizonius in diatriba de conſtitutione divina ſuper ducenda defuncti fratris uxore, Deut. XXV. 5. Qvod præceptum affirmativum derogare negativo, Levitici XVIII. 16. & XX. 21. affirmant Judæi apud Seldenum p. 62. & 66. uxoris Hebraicæ. Vide & interpretes Matth. XXII. 25. Utrum fas ſit Chriſtiano fratriam vel uxoris ſuæ defunctæ ſororem ducere * ſuperiore & noſtro ſeculo variis ſcriptis diſceptatum fuit. Negativam ſententiam defendunt præter alios complures B. Ægid. Strauchius in tractatu Germanice edito: daß GOttes Geſetz/ du ſolt deines Weibes Schweſter nicht nehmen/ noch feſte ſtehe Witeb. 1699. D. Mich. Havemannus, Superintendens Bremenſis in defenſione reſponſi Moſis contra matrimonium cum defunctæ Uxoris ſorore, oppoſita cœcutientibus Judæis & novaturienti-

 bus

* Improbantur nuptiæ illæ Can. XIX. Apoſtol. Ancyran. XXV. Can. II. Neocæſar. Vide etiam Zonaram ad Can. LXXXVIII. S. Baſilii, in Synodico Magno Beveregii p. 224. ſq.

bus Jeſuitis, Gieſſæ 1664. 4. Antonius à Mara ſive Elias Schnegaſſius, JCtus, Hamburgi 1697. menſe Majo denatus, in diſſ. de conjugio jure naturæ & lege divina prohibito privigni cum privigna, duorum fratrum cum duabus ſororibus, patris & filii cum matre & filia: inter vitricum & viduam privignæ, inter viduam defunctæ privignæ Roſt. 1693. 4. Robertus Wackefeld in *Cotſer*, ſive fragmento codicis Wackfeldi, in qvo probatur conjugium cum fratria illicitum eſſe Lond. 1527. 4 & noviſſime D. Frid Erneſtus Ketnerus, Superintendens Qvedlinburgenſis, in ſcriptis adverſus D. Jo. Melchior. Gœzium, Antiſtitem Halberſtadienſem editis, & B Tho. Ittigius in Hiſtoria Synodi Pictavienſis p. 52. ſq Contra vero licitum eſſe cum ſorore uxoris defunctæ conjugium tuentur Theologus Helmſtadienſis Dan. Hoffmannus, Chriſtophorus Joh. Bucholtzius JCtus Rintelenſis, Wagenſeilius, in libro A 1705. Germanicè edito ad calcem voluminis de ratione legendi ſcripta Judæorum Germanica, Hebraico charactere exarata, & alii, noviſſime D. Gœzius modo memoratus in libro cui titulus: die annoch ungekränckte Ehre der Ehe mit der verſtorbenen Frauen Schweſter/ qvi & aliorum teſtimonia adduxit. His adde, qvod A. 1681. Dux Oetingenſis Albertus Erneſtus uxoris ſuæ defunctæ ſororem Eberhardinam Catharinam, Ducem Würtenbergicam, in matrimonium ſibi juncturus, hoc nomine Variorum Theologorum & JCtorum conſilia reqviſivit, qvæ videri poſſunt in libro, cui titulus: Hochangelegene und bis hieher vielfältig beſtrittene Gewiſſens-Frage Francof. 1682 4. Notum qvoqve eſt qvod Carolus Blount, Anglus, qvi primores duos libros Philoſtrati de vita Apollonii Anglicè cum notis edidit, itemqve alia nonnulla, alienum à Chriſtiana religione animum ſpirantia, idem A. 1693. ſeipſum interfecit, qvod viduam à fratre ſuo relictam ducere prohibitus fuiſſet, qvod legitimum eſſe matrimonium probare conatus eſt in libro poſtumo, Oracles of Raiſon p. 135. ſq. Conf. Bælii Lexicon in voce Apollonius, tomo I. pag. 313. edit. primæ. Hisqve adde qvæ pro ejusmodi conjugio Grotius lib. 2. de J. B. & P. cap. 5. §. 14. qvi tantum Epiſtola 326. & 327. profitetur à Principe poſſe illud matrimonium ut qvemlibet alium contractum prohiberi. De conjugio Jacobi binas ſorores ducentis agit D. Jo Frid. Mayerus in diſſ. inaugurali Lipſiæ edita 1674. in cujus præfatione tangit Caini & Abelis matrimonium cum ſororibus ſuis initum. De conjugio Abrahami cum ſorore ſemi-germana præter Interpretes ad Gen. XX, 12. adi Seldenum de jure naturæ p. 564. Baylii Lexicon in *Sara*. Videturqve hoc loco annotandum, qvod Solon qvoqve Athenienſibus permiſit ducere ſororem ex patre non ſororem

ute-

uterinam. Adde Svidam in Κίμων, Muretum l. 15. Var. Lectionum c. 5. Gebhardum ad Corn. Nepotem in vita Cimonis. Contra Lycurgus permiſſa ſorore ὁμογαστρίῳ prohibuit ſororem ex patre, ut notat Philo Judæus lib. de legibus ſpecial. ad præceptum VI. p. 602. Alioqvi communibus Græcorum legibus fratrum & ſororum germanarum conjugium vetitum eſſe conſtat vel ex Artemidori l. 5. c. 24. qvibus accedit Plato octavo de Legibus. Similiter Macedonibus non permiſſum cum ſorore conjugium probat Henr. Noris in Epochis Syro-Macedonum p. 135. ſq. Perſis contra ſororum connubium, uti matrum qvoqve fuiſſe legitimum, plurimorum teſtimonio conſtat, vide Menagium ad Diog. Laërt. p. 6. Freinshem. ad Curtii VII. 2 ſect. 19. Rittershuſium ad Iſidorum Peluſiotam lib. 1. Epiſt. 464. De Ægyptiis idem Freinshemius ad Taciti lib. 2. Annal. cap. 3. Witſius in Ægyptiacis p. 98. ſq. Valeſius in excerpta Peireſciana p. 12. ſq. De Athenienſibus, qvod apud illos qvoqve legitimum cum ſorore connubium fuerit, res nota vel ex Nepotis præfatione. Conf. Paul. Voëtium in notis ad Herodianum p. 71. ſq. Deſiderium Heraldum lib. 1. Adverſar. c. 14. qvi & ipſe notat apud Athenienſes, ut paulo ante obſervabam, permiſſum fuiſſe conjugium cum ſororibus conſangvineis ſive ex uno patre ſuſceptis, non uterinis nec germanis: apud eosdem tamen pupillæ & matri pupillorum nubere tutori aut ejus filio non licebat, neqꝫ matri cum tutore ejusve filio habitare. Conf. lib. 2. c. 10. Sam. Petitum ad Leges Atticas p. 447. ſq. & Menagium ad Laërt. p. 33. Hodieqꝫ Barbaros in Ludoviciana auſtraliores narrat Hennepinus ternas qvandoqve ſorores ſimul matrimonio ſibi jungere, tranqvillius ſibi matrimonium ea ratione ſpondentes. Prætereo qvod in fabulis Saturnus Opem ſororem, Jupiter Junonem ſororem duxiſſe perhibetur, & qvæ de Britannis Cæſar. lib 5. c. 14. Matrimonium porro cum uxoris ſorore vel fratre mariti, etiam inter Chriſtianos non inauditum fuit, vide qvæ de Honorio Imperatore duas filias Stiliconis ducente Pet. Baylius in Lexico, & qvæ de Julio ſecundo, Arthuri & Henr. VIII. fratrum conjugium cum Catharina Ferdinandi Hiſpan. Regis filia diſpenſante Boſſvetus tomo 1. variationis Eccleſiarum proteſtantium p. 321. Sed & indultu Pontificis factum eſt ut Ferdinandus Siciliæ Rex Johannam Patris ſui ſororem, Jo. Caſimirus Rex Poloniæ duas interjecto tempore ſorores & Rex Portugalliæ Petrus, fratris tunc adhuc ſuperſtitis uxorem duxerit: Emanueli itidem Portugalliæ Regi conceſſum ut duas ſuccedente tempore ſorores, aliis permittente Papa Martino V. vel Calixto III. ut germanam ſororem in uxorem acciperent, jam à multis animadverſum. Confer Pauli Hulſii Hiſtoriam

ſacram turpitudinis inceſtæ, Grœning. 1714. 4. p. 37. Cæterum qvanqvam gentes plurimæ in connubiis etiam conſangvineorum aperte inceſtus admittere non dubitarunt, ut pluribus exemplis demonſtrant Tiraqvellus ad Leg. 7. connubialem, & ad Alexandrum ab Alexandro lib. I. dier. genial. c. 24. Non omnes tamen neqve in omnibus ita fuerunt à ſenſu hujus rei alieni, ut non & ipſi inceſtuoſas atqve exleges nuptias condemnarent. Sic Cicero pro Cluentio in matrimonium generi cum ſocru invehitur his verbis tom. III. edit. Grævianæ p. 98 *Nubit genero ſocrus, nullis auſpiciis, nullis autoribus, funeſtis ominibus. O mulieris ſcelus incredibile & præter hanc unam in omni vitâ inauditum.* Qvin multi perſvaſi erant etiam bruta animantia ab inceſtu ejusmodi ſororum v. g. matrum, filiarum, &c. abhorrere. Sic notum illud Senecæ Tragici:

*Feræ quoque ipſæ Veneris evitant nefas,*
*Generisque leges inſcius ſervat pudor.*

Adde qvæ de camelis Ælianus l. 6. hiſtoriæ animalium c. ultimo, de eqvis Hieron. Rorarius de ratione brutis competente p. 72. de aliis animantibus Bonifacius l. I. Hiſtoriæ Ludicræ c. 4. Qvanqvam ſubleſtæ fidei eſſe videntur, qvæ de animantibus hiſce ſcriptores nonnulli tradiderunt. In Inſula Ceylon, & ap. Siamenſes inceſtum ſolis eſſe licitum Regibus tradunt itineraria. Apud Tſchinenſes in omnibus religioſiſſimè obſervatur ne qvis uxorem omnino ſibi ducat cognominem, tametſi nulla ſangvinis inter utrumqꝫ intercedat neceſſitudo. Tſchinenſium porro cognomina haud paulo pauciora ſunt qvam ap. noſtrates, neqve enim mille numerantur, nemini v. licet novum aliqvod cognomen effingere, ſed ex iis qvæ antiqvo uſu recepta ſunt, unum habeat oportet, & qvidem illud à majoribus, patrum non matrum ſerie deductum, niſi forte qvis in aliēnam fuerit familiam cooptatus. Affinitatis & conſangvinitatis gradus in diverſo cognomine nihil attendunt, atqve ita proles ſuas connubio jungunt cum maternis propinqvis in qvolibet fere gradu. Vide Nic. Trigautium de regno Sinico p. 188. ſq. De Eccleſiæ Latinæ ſanctione matrimonium cum compatre ſive patrino & ſuſceptore baptiſmali vetitum judicante ex inſtitutione Papæ Theodoti, atqve duos tantum concedente diverſi ſexus ſuſceptores, ne matrimonia impediantur, jam ſupra notare me, cum de baptiſmo agerem, memini. Arborem conſangvinitatis ſive delineationem graduum videre licet in JCtorum libris paſſim expoſitam libro 38 Digeſtor. Græcam vero cognationum & affinitatum delineationem ex codice MS. vulgavit Neſſelius in Catalogo Bibliothecæ Vindobonenſis Parte V. p. 52. & ex eo Tenzelius in dialogis vernaculis menſtruis A. 95. p. 66.

VII. De

VII. De *divortiis* apud Hebræos conſulendi ſunt Commentarii ad cap. XXIV. Deuteron. Talmudici in Tr. Gittin tom. 3. p. 322. ſq. edit. Surenhuſianæ, Seldenus libr. 3. uxoris Hebraicæ, Thomas Pius de divortiis Judæorum Lond. 1603. 4. Grotius & alii ad Matth. V. 31. Jo Buxtorſius in libro de ſponſalibus & divortiis Hebræorum jam ſupra à me laudato. Formulam Judaicam libelli repudii, qvam præter Matthæum memorat Joſephus l. 4. c. 8. ſect. 23. & libro XV. 11. in Græco (c. 9. in Latino) exhibent Sam. Petitus c. 22. Var. lectionum, Feſſelius l. 2. adverſar. c. 1. Seldenus l. 3. uxoris Hebraicæ c. 24. Buxtorſius in Synagoga Judaica p. 644. Scriptus vero fuit in hanc ſententiam, ut extulit etiam Grotius loco laudato: *Mea ſponte nullius coactu te uxorem hactenus meam dimittere à me, deſerere ac repudiare decrevi, jamque adeo te dimitto, deſero, ac repudio, atque à me ejicio, ut tuæ ſis poteſtatis, tuoque arbitratu ac lubitu quolibet diſcedas, neque id quisquam ullo tempore prohibeſſit, atque ita dimiſſa eſto, ut cuivis viro tibi nubere liceat.* Confer Clariſſ. Surenhuſii præf. ad tom. 3. Miſnæ **** 2. b. qvi formulam renunciationis ſponſaliorum exhibet tom. 3 p. 227. è Wagenſeilio ad Sotam. Cum vero prius maritis tantum integrum eſſet uxores dimittere ob graviores cauſas (qvanqvam ob leviſſimas id factum ſæpe, indignatur Malachias cap. 2. v. 16.) ab eo tempore evenit ut etiam uxores poſſent divertere à maritis, iisqve libellum repudii mittere. Confer Interpretes Marci X. 12. Joh. IV. 18. 1. ad Corinth. VII. 27. Prima autem fuit Salome, qvæ diſcedere à marito ſuo auſa eſt, ut notat Joſephus p. 225. edit. Lipſienſ. deinde ejus exemplum plures ſunt inſecutæ, ut Herodias, de qva idem Joſeph. p. 266. Thecla, de qva Epiphanius tom. I. p. 1048. & Baſilius Seleucienſis in vita Theclæ. Conf. Seldenum in uxore Hebræa, p. 401. 410. & 315. ſq. Valebatqve libellus repudii, uxoris manu ſcriptus, modo teſtium ſubſcriptio adeſſet. Confer Mishnam Surenhuſianam tom. 4. p. 331. Apud Athenienſes uxor divortii ſive ἀπολείψεως, (nam ſi vir uxorem dimitteret, vocatur ἀποπομπή) tabulas ad Archontem deferre ipſa jubebatur, qvæ divertere à viro vellet, qvemadmodum Hipparchia Alcibiadis uxor factura inducitur ap. Plutarchum. Confer Meurſii Themidem Atticam l. 2. c. 19. Sam. Petitum ad Leges Atticas p. 459. Scaligerum ad Euſebium p. 173. ſeq. & Potteri Archæolog. IV. 12. De jure divortiorum apud Romanos recepto plura Henricus Browerus præclaro opere de jure connubiorum lib. 2. cap. 31. Apud illos qvidem divortium inauditum fuit per annos amplius qvingentos ab U. C. primusqve repudium uxori miſit Spurius Carvilius, ut teſtantur Plutarchus in vita Numæ & qvæſtione Romana 13. Valerius Max. lib. 2. c. 1. ſect. 4. Gel-

Gellius IV. 3. qvibus adde Tertullianum cap. 6 apologetici & in libro de monogamia, qvi fere ſexcentos annos ſine divortio exactos fuiſſe ſcribit. Ab eo tempore usqve adeo freqvens fuit uxores dimittere, ut Seneca dixerit, illuſtres qvasdam ac nobiles fœminas non Conſulum numero ſed maritorum, annos ſuos computare & exire matrimonii cauſa, nubere repudii. Eqvidem Romulus teſte in ejus vita Plutarcho prohibuerat ut uxor virum repudiaret. Confer Senecam lib. III. cap. 16. de Beneficiis & IV. 27. Sed crebro etiam apud Romanos uxores à viris ſuis divertiſſe teſtatur Juvenalis VI. 20.

*- - - - Sic fiunt octo mariti,*
*Quinque per autumnos.*

atqve Martialis VI. 7.

*- - - - toties quæ nubit, adultera lege eſt.*
*Offendor mœcha ſimpliciore minus.*

Vide & ſi placet Aſterii homiliam tomo I. Auctarii novi Bibl. Patrum Combefiſiani p. 82. Charondas qvoqve apud Thurios lege ſanciverat ut uxori licitum eſſet conjugis in locum qvemvis alium in matrimonium adſciſcere, priore repudiato: ita qvidem, ut marito qvoqve liceret uxori nuncium remittere. Accidit igitur ut qvodam tempore uxor ætate integra provectiorem maritum deſereret, qvi ut mos erat gutture laqveo inſerto mutationem legis ſvaſit in eam ſententiam, ne hoc alia ratione fieri concederent, niſi ut uxor nec juniorem duceret maritum, nec juniori uxori nuberet maritus, qvam prior fuerat, populiqve ſuffragio mutationis hujus ſvaſio comprobata eſt, ut refert Diodorus Siculus lib. XI. p. 421. Formulas divortii apud Romanos tradit Briſſonius lib. VIII. formul. p. 722. ſq. & Bonifacius lib. I. Hiſtoriæ Ludicræ c 64. Chriſtiani qvoqve veteres à divortio non plane abſtinuerunt, ſed poſt repudium, qvod fere ſolius adulterii cauſa faciebant, ſecundas nuptias fugerunt. Confer Cotelerium ad Patres Apoſtolicos tom. I. p 87 ſq. Jo. Schilteri obſervationes ad Auguſtinum de adulterinis conjugiis, Steph. le Moyne in Variis ſacris tomo I. p. 291. Henelium in otio Uratislavienſi cap. 48. Petavium lib. 2. diſſ. Eccleſiaſt. cap. 8. Seldenum in uxore Hebraica lib. 3. c. 22. ſq. & Joh. Meyeri uxorem Chriſtianam diſſ. 3. Amſtel. 1688. 4. Ut omittam qvæ de divortiis etiam extra adulterii caſum licitis diſputant Leo Judæ in Epiſtolis ad calcem tomi tertii rerum Alemannicarum Goldaſti, tum Eraſmus, Bucerus & Joh. Miltonus.

VIII. Ex conſenſu nonnunqvam continentiam ſibi indixerunt

atqve

atqve abſtinentiam conjuges non tantum Chriſtiani, ſed etiam Ethnici nonnulli, de qvibus vide Plutarchum in Alcibiade p. 203. Ælianum lib. 3. Variæ hiſtoriæ cap. 30. & Photii Bibliothecam p. 574. ex Damaſcio in vita Iſidori. Caſtu & abſtinentia atqve ἁγιστεία Dii culti. Vide Theodorum Canterum II. 21. Var. Lect. ubi de caſtu Iſidis & Cybeles, Cererisqve & Valeſium ad Sozomeni V. 3. De Chriſtianorum conjugum continentia conſulendi Interpretes ad 1. Corinth. VII. 5. Conradus Rittershuſius ad Epiſtolam 4 Salviani, Johannes Savaro ad Sidonii Apollinaris lib. 9. Epiſt. 6. Tobias Pfannerus Parte 1. obſervationum eccleſiaſt. p. 406. ſq. Godf. Arnoldus von der Ehe der erſten Chriſten cap. 10. Pamelius ad Tertullian. p. 429. Elmenhorſtius ad Gennadium p. 198. ſq. Svareſius ad Nilum p. 599. Roſweidus ad vitas Patrum p. 783. ſq. Barthius in adverſariis p. 2935. Inter Judæos qvoqve ſimilis abſtinentia conjugum non inuſitata fuit, & Joſephus teſtatur ſe 30. annos natum cum conjuge ſua ſumma continentia vixiſſe. Præcipue vero ad ſacra ſolennia Ethnici pariter & Judæi continentia ſe præpararunt ut docent Grotius, Clericus & alii Interpretes ad Exodi XIX. 15. & 1. Sam. XXI. 4. Similiter apud Chriſtianos viguere leges & conſvetudo continentiæ conjugalis diebus dominicis, feſtis & qvadrageſimæ, tum anteqvam ad Euchariſtiam accederetur, vid. Auguſtini Sermonem 3. de Tempore, Jonam Aurelianenſem lib. 2. Inſtit. Laicalium c. 10. 11. 18. Jo. Mabillonium in notis ad Waſelini Epiſtolam de continentia conjugatorum ante communionem, tomo I. miſcell. p. 345. ſqq. Cotelerium tom. I. monumentorum p. 433. & tom. I. Patrum Apoſtol. p. 75. 76. ſq. & Edmundum Martene in ritibus Eccleſiaſticis, ubi de conjugio agit, lib. 1. parte 2. p. 611. ſq. Cœlibatus apud gentes plerasqve omnes opprobrii loco, vel, ut apud Romanos etiam pœnis obnoxius per legem Juliam Papiam, ſive Papiam Poppæam. Confer Camillum Silveſtrum ad Juvenal. IX. 87.

IX. Sacerdotes à conjugio nullæ fere gentes prohibuerunt, ſi à paucis qvibusdam diſceſſeris, qvales fuere Sacerdotes Rheæ ſive Cybeles, Deorum matris, qvi Galli etiam vocabantur, & genitalia ſibi acuto lapide abſcindebant, vel cicutam bibebant, ut vires libidinis extingverent, vide Kircherum tom. 1. Oedipi p. 240. Apud Judæos qvoqve Sacerdotes & Prophetæ fuere juncti connubio ne ſummo pontifice qvidem excepto, ut doctiſſimi qviqve in Eccleſia Romana viri diffiteri non poſſunt. Apoſtolos itidem, ſaltim aliqvos & in his Petrum matrimonio junctum fuiſſe perſpicuum eſt, ne dicam qvod Pſeudo-Ambroſius in II. ad Corinth. XI.

affirmat omnes Apoſtolos, exceptis Johanne & Paulo, uxores habuiſſe. Confer qvæ viri docti ad 1. Cor IX.5. & Epiſtolam Ignatii interpolatam ad Philadelphienſes. In veteri Eccleſia certum eſt Clericos non fuiſſe prohibitos à matrimonio, ad Concilium usqve Nicænum, & cum in Concilio Nicæno cœlibatus Sacerdotum introducendus proponeretur, ei ita contradictum eſſe ut rejectus fuerit. Paullatim tamen ab illo tempore magis magisqve invaluit, ut Epiſcopi primum deinde Presbyteri, tum diaconi qvoqve à conjugio arcerentur, præcipue in occidente, de qva re operæ pretium eſt conſulere *Godfridi Bouſſardi* librum editum Pariſiis A. 1505. de cœlibatu Sacerdotum, ubi diſqvirit qvatenus Pontifici integrum ſit conjugii veniam dare ſacris ordinibus. Nam apud Orientales etiamnum lex de cœlibatu Sacerdotum exulat, fatentibus ipſis Pontificiis apud Gundlingium p. 8. ſq. ad Euſtratii delineationem Eccleſiæ Græcæ, licet Ratramus IV. 6. contra Græcos, ubi cœlibatum Sacerdotum tuetur, auctor eſt in Theſſalonicenſi Eccleſia depoſitos fuiſſe Clericos, qvi uxoribus ſuis qvas ante clericatum legitime duxerant, cohabitaſſent. Dacher. ſpicileg. tomo 2. p. 136. ſq. Archieratico qvoqve Iſaaci Haberti præfixa eſt bulla Clementis VII. in qva Græcis Epiſcopis & Presbyteris uxores concedit. Habeſſini ſimiliter Clericos habent conjugatos. Vide & Bzovium ad A. C. 1332. num. 4. Ruſſi vero ſive Moſcovitæ Græcis in hoc ſuccinentes adeo non probant cœlibatum Sacerdotum, ut ex 1. ad Tim. III. contendant neceſſarium eſſe ut Presbyter atqve Epiſcopus matrimonio junctus ſit, itaqve nemo apud hoſce in ſacrum ordinem cooptatur, qvi non ſaltim conſtituerit ſe proxime uxorem ducturum eſſe: uxore autem defuncta neceſſe eſt ut Sacerdotis officium exuat, & vel monaſterium ingrediatur vel ad communem laicum ordinem redeat. Secundum vero matrimonium non Ruſſis tantum & apud Græcos, ſed & plerosqve alios Chriſtianos Orientales Sacerdotibus eſt interdictum. Cæterum, qvæ ex hiſtoria Eccleſiaſtica pro cœlibatu Sacerdotum proferri ſolent, fuſe confutata ſunt tum ab aliis tum à Georg. Calixto in libro de conjugio Clericorum. Confer Andream Hyperium tomo II. opuſculor. Theol. p. 485. ſq. Philippum Mornæum lib. 2. de Evchariſtia c. 9. 10. 11. 12. Joſephum Hall, decade 2. Epiſt. 3. p. 297. ſq. Operum, & in libro cui titulus: *the honour of the maried clergie maintained*, p. 719. ſq. Jac. Capellum ad 1. Timoth III. 3. Henr. Mullerum in patrocinio Conjugii Clericorum ex Oriente & Occidente: Warthoni Hiſtoriam cœlibatus, Anglice editam &c. Judæorum & Muhamedanorum argumenta contra cœlibatum Sacerdotum exhibet Hottingerus in Hiſtoria Eccleſiaſt. ſeculo 16. P. 2. pag. 114.

114. ſq. Primus poſt cœptam ſacrorum reformationem è miniſtris Eccleſiæ Proteſtantibus uxorem duxit *Barthol. Bernhardus Feldkirchen* præpoſitus Kembergenſis, de qvo ſingularis D. Jo. Friderici Feuſtkingii diatriba exſtat, & meminit Seckendorfius in Hiſtoria Lutheraniſmi lib. 1. p. 170. Feldkirchenii hujus exemplum ſeqvutus eſt Caroloſtadius & hinc innumeri alii, ipſeqve adeo Lutherus, confer Rev. Joh. Godfridi Olearii ſcrinium antiqvarium pag. 192. & B. Doctoris Mayeri diſſ. de Boria Lutheri conjuge, de qva etiam multis agit Bælius in Lexico, voce Borée. De mulieribus vero & fratribus συνεισάκτοις ſub honeſto titulo in veteri Eccleſia multi ſcandali anſam præbentibus ac per Canones plures Conciliorum proſcriptis, vide Juſtellum & Beveregium ad Canonem Nicæn. 3. Trull. 5. Ancyran. 19. Gangrenſem 4. Nicæni ſecundi can. 18 & 20. &c. Dodwellum diſſ. 3. Cyprianica, Valeſium ad Euſebium p. 157. Svicerum in ἀγαπητοὶ, ἀδελφὴ, συνείσακτος, præcipue Lud. Anton. Muratorium in Anecdotis Græcis qvæ cum magna doctrina atq; ingenii laude ante paucos annos publicavit, p. 185. 218. ſq. Jo. Frontonis diſſertatio de Virginitate honorata, erudita, adorata, fœcunda, lucem vidit Pariſ. 1651. 4.

X. Secundas nuptias & longe magis tertias qvartasqve multi Chriſtianorum olim inter prohibitas habuerunt. Vide Thomam Milles ad Cyrillum Hieroſol. p. 60. & B. Henrici Mulleri diſſ. de digamis non ordinandis. Illæ hodieqve ab orientali Eccleſia fere improbantur, præcipue vero Sacerdotibus atqve Epiſcopis bigamis eſſe haud licere contendunt è locis I. ad Tim. III. 2. & ad Titum I. 7. ubi Apoſtolus jubet Epiſcopum eſſe *unius* uxoris virum, hoc eſt non modo à plurium ſimul uxorum connubio abſtinere ſicut Pontifex maximus in V. T. unius conjugis vir erat, vide Jo. Braunii ſelecta ſacra p. 313. & Melch. Zeidlerum de polygamia p. 85. ſed etiam ab uxore poſt divortium ducta eſſe alienum. Confer Cotelerium tom. 1. Patrum Apoſtol. p. 90. ſq. Grotium & alios interpretes ad laudata Apoſtoli loca, Jac. Gouſſetum in Veſperis Groningenſibus p. 134 ſq. 147. ſq. D. Calixtum de conjugio Clericor. p. 30. ſq. Juſtellum ad Codicem Eccleſiæ univerſæ p. 200. ſq. Petavium in notis ad Epiphanium p. 343. ſq. & B. Ittigium appendice de hæreſiarchis p. 174. ſq. In veteri qvoqve fœdere Pontifici Maximo viduam ducere interdictum, Levit. XXI. 13. reliqvis Sacerdotibus ſolam viduam à Sacerdote relictam ducere integrum erat. Ezech. XLIV. 22. Neqve Pontifici maximo Romæ veteris primum licebat nuptias iterare, teſte Tertulliano & Hieronymo, qvod tamen poſtea neglectum fuiſſe conſtat. Vide Jo. Andream Boſium de Pontifice maximo Romæ veteris p. 54. ſq. Qvartas nuptias ne

 Impe-

Imperatori qvidem Græci concedunt nedum alii Laico, unde jam ſæculo decimo ingentes turbæ obortæ propter improbatas à Nicolao, Patriarcha Conſtantinopolitano qvartas Leonis Imperatoris nuptias. Et nuptiis ſecundis jam pridem à ſæculo ſecundo infeſti fuere Montaniſtæ, qvorum cauſam tuetur Tertull. in libro de Monogamia, confutatus à Jo. Fabricio, Theolog. Helmſtadienſi, in Scylla Theologica p. 9. ſq. Montaniſtarum ſententiam ſecuti Novatiani, neqve inter Catholicos defuere qvi ſecundas nuptias ſimiliter improbarent. Conf Beveregium ad Canonem VIII. Nicænum, ad Canon. III. & VII. Neocæſarienſem. Digami in Eccleſia olim nec benedicebantur nec coronabantur. Vide Edm. Martene part. 2. lib. 1. de antiqvis Eccleſiæ ritibus p. 599. ſed & Officium in bigamos apud eundem p. 660. Sed & inter Ethnicos reperio qvi Digamiam vel Trigamiam ſucceſſivam pro crimine habuerunt, vide B. Gerhardum Loco de conjugio §. 189. Berneggerum qvæſt. 110. ad Tacitum, & Jo. Beverovicii qvæſtiones Epiſtolicas p. 14. Apud Syrianum qvoqve in notis ad Hermogenem p. 101. mentio fit legis Atticæ, qva mulier, qvæ tertio nupſerat, infamis habebatur.

XI. Polygamiam binorum vel plurium eodem tempore conjugiorum, diſerte ſatis improbavit & primæ inſtitutioni divinæ adverſari teſtatus eſt Servator noſter Matth. XIX. 4. ſeq. & veteris mos Eccleſiæ, qvanqvam hinc inde reperti ſunt etiam inter Chriſtianos, qvi eam ſive defenderent ſive permitterent. Sane Valentinianus Senior apud Socratem lib. IV. c. 31. duas legitimas uxores habere conceſſit & ipſe Severæ Juſtinam ſuperinduxit. Argumenta, qvibus Socratis fidem ſollicitat Baronius ad annum Chriſti 370. nihil ſolidi habere affirmat Nicol. Vedelius lib. de prudentia veteris Eccleſiæ p. 229. ſq. & Chriſtfridus Wæchtlerus in Epiſtola ad D. Jo. Burchardum Menckenium, inſerta Actis Erud. tom. 5. ſupplementi p. 168. ſq. Qvanqvam cum Baronio facit etiam Melchior Zeidlerus, qvem videre operæ pretium eſt in Tr. de Polygamia p. 117. ſq. Alioqvi nota eſt Lex Diocletiani & Maximiniani Lege 2. Cod. de Inceſtis Nuptiis, *Neminem, qui ſub ditione Romani nominis, binas uxores habere poſſe, vulgo patet, cum etiam in edicto Prætoris hujusmodi viri infamia notati ſunt.* Tum Valeriani & Galieni: *eum qui duas ſimul habuit uxores, ſine dubio comitari infamiam.* Cæterum pauciſſima & extraordinaria qvædam Polygamiæ inter Chriſtianos vel admiſſæ vel toleratæ exempla non magis qvam qvilibet alius exceſſus ſive crimen qvodcunqve connivendo transmiſſum vel Legi Chriſti vel unanimi Eccleſiæ Chriſtianæ ſententiæ ac conſvetudini præjudicare poteſt. Cui accedit qvod nulla cuiqvam inter Chriſtianos

nos

nos nubit, niſi ea lege, ut ſola & unica conjux ſit qvamdiu vixerit. Qvod vero Pontificii ſcriptores Lindanus, Maimburgius, Varillaſius, Boſſvetus, tantopere inſultare ſolent B. Luthero qvod in Philippi Haſſiæ Landgravii Digamiam conſenſu prioris uxoris ſuſcipiendam utcunqve viſus eſt conſenſiſſe, adverſus hos præter ea qvæ pro Luthero diſputat B. Seckendorfius Lib. 3. Lutheraniſmi p. 277. ſq. obſervandum eſt qvod etiam Pontifex Romanus, Honorius III. ab Auctoribus non contemnendæ fidei traditur diſpenſaſſe polygamiam Comitis à Gleichen * & qvod vulgo Pontifex Judæis, in Italia præſertim, Polygamiam conceſſit, teſte Leone Mutinenſi. Vide Seldeni uxorem Hebraicam p. 51. Colomeſii Biblioth. ſelectam p. 4. ſq. Chriſtoph. Arnoldi Paralipomena ad Wagenſeilii Sotam, p. 1203. ſq. Omitto qvod Joh. Bodinus ſcriptor Pontificius in colloqvio inedito heptaplomere Lib. 2. Auctor eſt ſe cum eſſet in Hiſpania comperiſſe Magdalenam Cruceam Monaſterii Cordubenſis Principem à Paulo III. Pontifice maximo veniam impetraſſe, qvæ annos amplius 30. cum atrato dæmone ephialte concubuiſſet, tametſi tantam vitæ atq; religionis integritatem præ ſe ferret, ut qvaſi ab Angelo, dum ſacra fierent, ſublimis veheretur à terra, qvod Eunapius etiam Jamblicho ſacra facienti contigiſſe tradit De Judæorum Polygamia videndus Heideggerus in Hiſt. Patriarcharum, Seldenus lib. 1. uxor. Hebr. c 9. Interpretes ad Matth. V. 32. & XIX. 9. Montacutius in apparatu p. 193. ſq. Joſephus qvoqve narrans Herodem novem ſimul uxores habuiſſe, adjungit hunc eſſe patrium morem Judæis, ut plures uxores ducant. Lib. XVII. c. 1. De Gentibus non opus eſt plura addere, cum paucæ ſint fuerintqve qvi polygamiam non probaverint vel permiſerint. Conf. Zeidlerum lib. laudato p. 34. ſq. Tho. Crenium Parte XI. Animadverſ. p. 231 ſq. Athenienſibus tamen à Cecrope vetita multinubentia, vide Petitum ad LL. Atticas pag. 434. & de Numæ Romani Regis lege Feſtum in *pellex*. Vulcanum vero qvod Ægyptiis legem tuliſſet de Monogamia, inter Deos propterea relatum refert Euſebius in Chronico. Eandem Vulcani legem memorat ſcriptor Chronici Alexandrini. Diodorus tamen Siculus lib. 1. c. 51. auctor eſt Ægyptiorum Sacerdotes qvidem unam tantum, alios vero qvot qvisqve vellet in matrimonium duxiſſe. De Germanis antiqvis auctor eſt Tacitus, qvod prope ſoli barbarorum ſingulis uxoribus contenti fuerint, exceptis admodum paucis, qvi non libidine ſed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur. *Virgines unum accipiunt maritum, quomodo unum corpus*

 *unam-*

* Confer Bælii Lexicon edit. 2. in *Gleichen*. Tentzelii dialogos menſtruos A. 1696. p. 600. ſeq. 619. ſeq.

*unamque vitam, nec ulla cogitatio ultra, nec longior cupiditas, ne tanquam maritum ſed tanquam matrimonium ament.* Confer Bernegger. qv. 92. ad Tacitum. Lacedæmoniis vero Lycurgi leges promiſcuam uxorum conſvetudinem conceſſerunt, ut præter alios narrant Theodoretus lib 9. de curatione Græcarum affectionum. Ita de Agathyrſis Herodotus IV. 104. ἐπίκοινον ᾗ τῶν γυναικῶν τὴν μίξιν ποιεῦνται, additqve cauſam, ut velut conſangvinei omnes procul odio ac livore vitam degerent. Idem cap. 172. apud Naſamonas Libyæ populum narrat ſponſam prima nocte obire ſingulos convivas, & ab iis concubitus præmium marito referre. Eodemq; loco teſtatur tum Naſamones illos tum Maſſagetas polygamos promiſcue uxoribus uti, poſito ante fores cum ad mulierem intraverint baculo, in ſignum. Gindanum vero mulieres cap. 176. tradit nodis fimbriarum palam teſtari qvot cum viris concubuerint, & gloriari maxime qvæ plurimas habet, tanqvam plurimis amatam. C. 180. de Auſibus Nomadum gente, qvod κτηνηδὸν pecudum more promiſcue coëant. In Platonem eodem nomine, qvod communionem uxorum in republica ſua admiſiſſet, paſſim invehuntur veteris Eccleſiæ doctores, licet Platonem defendit Beſſarion lib. IV. contra Calumniatorem Platonis cap. 3. Confer Holſtenium ad Porphyrium de vita Pythagoræ p. 83. ſq. Livium Galantem in comparatione Theologiæ Chriſtianæ cum Platonica lib. 1. p. 26. ſq. Moſellanum ad Gellium XVIII. 2. Cotelerium ad Patres Apoſtolicos T. 1. p. 582. Qvanqvam vero Lactantius lib. 4. cap. 3. negat matrimonium dici poſſe ubi mulier una multos viros habet, tamen & hoc Polygamiæ genus in Britannia olim obtinuiſſe teſtatur Bardeſanes apud Euſebium lib. 6. c. 10. præparat. & Cæſarius qv. 47. & de Medis qvibusdam Strabo ac de Lithuanis Æneas Silvius. Idem de Malabaribus relatum memini, ut prætercam qvæ collegit Zeidlerus in libro de Polygamia p. 32. ſq. vide etiam Auguſtinum de bono conjugio c. 17. Qvod vero ad alterum Polygamiæ genus attinet, qvo unus vir plures ducit uxores, illud non tantum apud plures gentes hodie receptum eſt, ſed ita qvoqve receptum, ut Miſſionarii teſtentur, nullum majus obſtaculum introducendo Chriſtianiſmo ſe reperiſſe qvam Polygamiæ improbationem, præcipue apud Sinenſes. Etiam Mahomedanis probari Polygamiam notiſſimum eſt, & ex ipſo Alcorano conſtat. Confer Ludovicum Vivem lib. IV, de veritate fidei c. 13 Maurorum Imperatori plures qvam qvatuor uxores ſimul habere non permittitur, ſed idem plurimas alit concubinas, ut Moullam Iſmaëlem Olonus Gallus in relatione de Imperio Maroccano teſtatur qvadringentas propemodum habere, qvibus qvingentæ aliæ ſint famularum

larum loco, atqve ex his jam ſuſcepiſſe maſculos CXVIII. fœmellas CC.

XII. Veteris puerperii antiqvitates brevi Synopſi, cum opus ipſum incendio periiſſet, complexus eſt Tho. Bartholinus, qvam Commentario illuſtravit Caſp. Bartholinus Thomæ filius, qvi cum patris ad filium Epiſtola lucem vidit Hafniæ 1646. 8. & Amſt 1676. 12. Præterea Romæ 1678 8. apud Maſcardum, prodiit ejusdem Caſparis Bartholini expoſitio veteris in puerperio ritus ex arca ſepulchrali antiqva obſervati, qvi etiam uberiores Commentarios de hoc argumento promiſit. Vide præterea Potterum IV. 14. Archæol. & Joh. Meurſii filii de *puerperio* veteri ſyntagma, recuſum tom. 8. Antiqvit Græcarum Gronovii, qvi Græcos pariter ac Romanos ritus attingit. Infantibus vagientibus & immorigeris terror incuſſus proclamato nomine Cyclopum vel Lamiæ vel μορμῶ vel larvis propoſitis. Vide Ez. Spanhem. p. 174. ſq ad Callimach. & 178. In inſula Corſica virum loco puerperæ per aliqvot dies decumbere ſolitum narrat Diodorus Siculus lib. V. p. 205. De *nutricibus* & *pædagogis*, peculiaris extat diatribe Joh. Jacobi Claudii. Ultraject. 1702. 12. De cunis infantium Joh. Alſtorphius libro de lectis veterum cap. XIV. De reſpectu parentali & privilegiis πολυτεκνίας vide Phil. Lud. Hannekenium diſſ. 3 de cura domeſtica Romanorum. De conviviis ablactationis, dentitionis &c. Stuckius Antiqvitat. Convival. I. 17. De dilatis prægnantium ſupplicis Menagius cap. 21. amœnitatum Juris.

De *Natalitiis* veterum ſacris & prophanis, Joachimi Hildebrandi liber lucem vidit Helmſtad. 1661. 4. cui addendus Michael Piccartus Oratione X. qvæ eſt de natalitiis Veterum: Caſp. Sagittarius in diſſ. de natalitiis Martyrum (his dies martyrii ipſorum innuitur: vide præter alios Clariſſ. Muratorium diſſ. 19. ad Paulin. p. 195. ſq.) qvæ cum Joh. Kindleri exercitatione de natalibus Chriſti recuſa eſt in ſyntagmate primo diſſ. Philologicarum, apud Batavos edito 8. & recenſetur in Ludolph. Neocori Bibliotheca librorum novorum A. 1699. p. 474. ſq. Varia etiam de natali die, ſtrenis * natalitiis, ſacris celebratis Amphidromiis (qvæ etiam δρομιάμφιον ἦμαρ notante in Obſ. Joh. Frid. Gronovio) Meurſius Græcia feriata p. 260. ſq. & Meurſius filius de puerperio veteri c. 7. De conviviis natalitiis aliisqve lætitiæ ſignis obſervavit etiam nonnulla Henricus Lindebrogius ad Cenſorinum de die natali: neq; H. Dodwelli prælectiones 1. & 2. Cambdenianæ prætereundæ, in qvibus præcipue de obſervatis apud

* Ovidius I. 417. de arte amandi: *Magna ſuperſtitio tibi ſit natalis amicæ,*
*Quâque aliquid dandum eſt, illa ſit atra dies.*
Idem de die Natali videndus III. 13. Triſtium.

apud Romanos Natalibus: tum Martini de Roa liber de die natali ſacro & prophano, ſingularibus S. Scripturæ ſubjectus Lugd. 1604. 8. Joachimi Immanuelis Wendii diſſ. de natalium apud veteres ſolennitate, qvæ prodiit Witteberg. 1687. De conviviis natalitiis agunt etiam Lud. de Orleans lib. 6. novarum cogitationum in Tacitum. Gvil. Stuckius antiqvitatum convivalium lib. 1. c. 16. Taffinus c. 13. de ludis ſecularibus tom. 8. Antiqv. Roman. pag. 540. vide & qvæ viri docti notant ad hæc Ciceronis Orat. 2. Philippica c. 6. *dat natalitia in hortis*, tom. 6 Græv. p. 404. De varii generis ritibus qvibus veteres, Ethnici maxime, in natalibus uſi ſunt, item de varii generis natalibus, vitæ, muneris, Martyrii, & de die natali Chriſti agit Rich. Montacutius in apparatu ad Origg. Eccleſiaſticas pag. 377. ſq. & in Analectis, (qvi idem propemodum liber eſt ſub alio titulo editus) p. 370. ſq. De natali Herodis celebrato adeundus idem Montacutius, parte ſecunda Origg. p. 141. ſq. Interpretes ad Matth. XIV. 6. Iſaacus Voſſius ad Catullum p. 307. qvi obſervat, non diem qva natus eſt Herodes, ſed diem qvo ad regnum evectus eſt, eo in loco intelligi. Confer Joh. Gregorii ſcholion Græcum ad illum Matthæi locum, qvod habes etiam in Actis Erud. 1704. p. 52. ſed & Henrici Dodwelli prælect. Cambden. pag. 169. De natalibus Homeri, Platonis, Epicuri, Virgilii & aliorum celebrium Virorum ſolenniter & inſtituto convivio celebrari ſolitis nonnulla collegit Joh. Jonſius de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſoph. p. 58 ſq. Etiam Urbium natales celebrati, ut Γενέθλιον Urbis CPolis de qvo auctor Originum CPol. in faſciculo Combefiſiano p. 27. Alexandrinos memoriam terræ motus, qvo Urbs ſua propemodum conciderat, appellaſſe Γενέσια obſervat Valeſius ad Sozom. VI. 2. fortaſſe qvod poſt illum reſtaurata pulchrior ac veluti renata eſt. Et Genethlia vivis, Geneſia mortuis deſtinata ut notat Laurentius lib. 1. polymathiæ diſſ. XI. ubi perperam *viris* excuſum pro *vivis*. Vide & Heſychium in Γενετυλλίς. Qvanqvam vero haud dubie antiqvus mos eſt natalem diem ſolenni ritu obeundi, ut præter jam laudatos oſtendit Joh. Dougthejus in analectis ad Geneſ. XL. 20. Valde tamen dubium eſt, qvod Jac. Boulduccius, homo mire credulus, vel potius mire credulos reqvirens lectores, de Eccleſia ante Legem capite & libro primo tanqvam rem exploratam tradit primos homines, qvotannis natalem ſuum celebraſſe. Eodem, qvo nati fuerunt die mortem obiiſſe obſervati ſunt, ex veteribus qvidem Plato, Pompejus, Antipater Sidonius, qvem præterea qvotannis die natali febre correptum ferunt: ex recentioribus Hermolaus Barbarus, Pet. Pithœus, Joh. Hevelius & multi alii. Natos ſibi infantes parentum erat apud Romanos ex lege M. Antonini Phi-

Philoſophi intra tertium à nativitate diem profiteri apud præfectum ærarii Saturni, in acta hoc relaturum: porro die octavo fœminis, maſculis nono nomen imponebatur qvi dies luſtricus, atqve Onomaſteria. De *liberorum abdicatione* Sam. Petitus ad Leges Atticas p. 157. ſq. De *venditione* liberorum apud Gentes permiſſa olim ac recepta *Joh. Philippi Dattii*, Conſiliarii Wurtenbergici liber prodiit Ulmæ 1700. 8. De liberorum *expoſitione & nece* apud veteres, Gerardi Noodt JCti præclariſſimi Julius Paulus, ſive ſingularis liber de hoc argumento editus Lugd. Bat. 1700. 4. & inter opera ejus recuſus. Joach. Chriſtophori Stiſſeri diſſ. de liberis expoſititiis, Helmſt. 1677. & Joh. Chriſtoph. Frauendorfii de iniqva liberorum expoſitione, Lipſ. 1692. Δέρια ſive δέραια expoſitis infantibus qvo agnoſci poſſent appenſa memorat Dio Chryſoſtomus diſſ. IV. de regno p. 63. De *jure patrio* poſt Petrum Ærodium erudite commentatus eſt Abraham à Kerkvaad, Ultraject. 1708. 8.

XIII. De cura virginum apud veteres diſſ. duæ Jo. Phil. Pfeifferi, Prof Regiomontani, recuſæ ſunt in Belgio in Syntagmate 2. diſſ. Philolog. & recenſentur à Ludolpho Neocoro in Biblioth. novorum librorum Ao. 99. p. 474. De variis rationibus pudicitiam virginum & puerorum cuſtodiendi, vide notas ad Ciceronis Orationes tom. 6. edit. Grævianæ p. 467. Potterum IV. 13. Archæologiæ Gr. De infibulatione agit Mercurialis lib. 1. Var. lect. cap. 19. & Jo. Rhodius libro de acia Celſi.

XIV. De cura Judæorum circa genealogias conſulendus Melchior Leydeckerus VI. 9. de Rep. Hebr. Apud Athenienſes duplex fuit liber publice aſſervatus, qvorum primo infantes ſtatim à nativitate inſcribebantur, altero qvi vocabatur ληξιαρχικὸν, nomina eorum qvi jam ex ephebis exceſſerant. Vide Scholia Græca ad Lucianum tom. 2. p. 11. De familiis Romanorum jam pridem interciderunt ſcripta Varronis, Titi Pomponii Attici, Hygini, M. Valerii Meſſalæ & Suetonii, de qvibus videndus Reinerus Reineccius in præfatione ad Glandorpii Onomaſticon, ubi etiam notat recenti ætate, *Joh. Roſam*, de Romanis familiis commentarios Jenæ, ubi humaniores & ſacras literas docuit, molitum, eosqve in ſumma exſpectatione fuiſſe ſed Autorem interea opere neutiqvam edito defunctum* teſtatur. Hoc argumentum ſparſim & obiter attigit *Raph. Volaterranus*, in anthropologia ſive commentariorum urbanorum libro 13. & ſq. Diligentius *Richardus Streinius*, Baro Schwarzenavius in libro de gentibus & familiis Romanorum. Pariſiis 1559. ap Henr. Steph. in fol &



* Obiit 1571. ætat. 39. Hic eſt Roſa cujus eruditi in Ciceronis Academicas & de finibus libros commentarii exſtant.

Venetiis apud Ald. Manut. juniorem 1571. 4. 1591. 8. & tomo VII. Antiqvitatt. Romanar. Grævii. Conſulares tamen familias tantum expreſſit & multa ſine auctoritate, multa contra Hiſtoriam & temporis rationem ſcripſit judice Chriſtoph. Adamo Ruperto, qvem vide in Epiſtolis *Georgii Richteri* p. 564. ſq. ubi & ipſe gentes familiasqve patricias ac plebejas collegiſſe ſe teſtatur. *Johannis Glandorpii* onomaſticon Hiſtoriæ Romanæ neutiqvam hoc loco prætereundum eſt, utpote præcipuarum familiarum Romanarum ſtemmata ordine alphabetico explicans, & innumera intelligendis Romanis ſcriptoribus utilia obſervans. Lucem adſpexit poſt Autoris obitum demum, curante ejus diſcipulo *Reinero Reineccio* Francof. apud Wechelos A. 1589. fol. *Fulvii Urſini* de familiis Romanorum opus ab U. C. ad Auguſtum (non Auguſtinum ut typographi lapſu legitur in Bibl. numaria Labbei) ex antiqvis numiſmatibus collectum Rom. 1577. fol. cum appendice 30. familiarum ex *Antonii Auguſtini* Epiſcopi Alerdenſis libro de Familiis Romanorum, exſtat etiam tom. VII. Antiqvit. Rom. Grævii recuſum. Septingentos Urſino memoratos & alios ducentos ipſi præteritos familiarum numos poſſidere ſe teſtatus eſt Segvinus p. 204. ubi circa numos Pompejanos Urſinum aliqvoties emendat. Idem p. 65. duodecim ex illis Urſino præteritis exhibet & illuſtrat. *Abrahami* vero *Gorlæi* familiæ Romanæ ab U. C. usqve ad obitum Auguſti, ex nummis, qvos Urſinus vel omiſit vel aliter poſuit, lucem viderunt Antwerp. A. 1605. fol. Ab eo tempore laudatiſſima induſtria *Caroli Patini* qvi poſt Urſinum diligenter eſt in hoc argumento verſatus Pariſ. 1663. fol. Conferendus etiam *Laur. Begeri* tomus 2. theſauri Brandenburgici p. 529. ſq. præcipue vero *Joh. Vaillant*, cujus numi antiqvi familiarum Romanarum perpetuis interpretationibus illuſtrati lucem viderunt Amſtel. 1703. fol. In hoc Vaillanti opere familias nonnullas qvarum Patinus meminit omiſſas notant Acta Erud. A. 1704. p. 407. qvanqvam viciſſim ex Golzii numis conſularibus A. 1571. ad calcem Hiſtoriæ Jul. Cæſaris editis & ſuis ſcriniis non paucas (132.) Patino præteritas vir doctiſſimus adjunxit. Neqve enim omnes Golzii numi à Patino omiſſi pro ſuppoſititiis habendi ſunt, ut jam notavit A. Morellus p. 238. ſpecim. Omitto *Eliæ Reuſneri* & aliorum ſcripta, familias Romanas illuſtrantia, qvarum plures qvotidie & novas ſive ex nummis ſive ex aliis veteribus monumentis eruditorum induſtria obſervat. De priſca familia *Cæſiorum* ſingulare & locuples opus Jo. Baptiſtæ Fonteji, cum Julii Jacobini appendice lucem vidit Bonon. 1582. fol. Familias Byzantinas illuſtravit *Carolus Cangius* Pariſ. 1680. fol. in parte priore Hiſtoriæ ſuæ Byzantinæ.

XV. Tria

XV. Tria fuerunt apud Romanos cognationis genera, agnatio, gens & ſtirps, ut notat Turnebus ad Ciceronem de legibus lib. 1. p. 31. ac *ſtirps* qvidem omne cognationis genus continebat, *gentis* jus nullum habebant plebeji, ſed tantum patritii ac nobiles qvi capitis nullam erant diminutionem paſſi, *agnatio* in virilis ſtirpis cognatione poſita erat. De imaginibus nobilium, earum collocatione in atrio, geſtatione in funere & ſimili pompa qva claritatem generis veteres Romani teſtabantur, vide Lipſium 1. elect. c. 29. Liberi erant vel γνήσιοι legitime nati, vel adoptivi θετοὶ, vel νόθοι ſive ſpurii, σκότιοι, de qvorum patre non conſtabat & παρθενίαι ex adulterio geniti. Vide Potterum IV. 15. Archæol. De adoptionibus privatorum Principumqve apud Romanos & adoptorum juribus agit H. Dodwellus prælect. Cambden. XVIII. Nobilitatis qvatuor genera è mente Platonis Laërt. III. 88. ſq. Apud Romanos diſtincti nobiles, ingenui ſive liberi, liberti & libertini ac ſervi qvos diverſos ordines etiam apud Germanos veteres obſervat Cluverus German. Antiqvæ lib. 1. cap. 15. p. 98. ſq.

XVI. De Nominibus propriis & Nominum impoſitione atqve uſu apud veteres, præſenti loco nonnulla perſtringere operæ pretium fuerit. Apud Hebræos unicum nomen in uſu fuit, qvod primis temporibus à nativitate ſtatim, ut Caino vel Noacho impoſitum eſt: deinde in circumciſione dari conſvevit. Hinc additum nomen Parentis, in hunc fere modum: Iſaac filius Abraham, Saul filius Kis, Simon *ben* (Syriace *bar*) Jona, Moſes ben Maimon, Menaſſe ben Iſraël. Sic & fœminæ, Michajahu filia Urielis. Neqve alia nominum ratione in hoc usqve tempus utuntur Judæi, licet nonnullos video cognomen etiam habere ut R. Schabtai integrum nomen eſt Schabtai Strimer, Pragenſis, eſt enim frater Jacobi Strimeri, filius Joſephi Strimeri in direptione Pragenſi occiſi. Idem tamen in titulo libri de ſcriptis Rabbinorum, cui titulus eſt labia dormientium, ſe non aliter vocat qvam R. Schabtai ben Joſeph. Satis freqvens autem inter eosdem Hebræos mutatio nominis variis de cauſis, unde binomines, qvæ res ut obſervata magnas difficultates tollit, ita neglecta facit, nec exiguos parit errores. Confer Beckium ad Targum Paralipom. p. 136. Uno tamen nomine tantum utebantur uno tempore, ita ut ex qvo adſcivit Apoſtolus nomen Pauli, deſineret appellari Saulus. Nec Abramus vocabatur amplius, cum datum eſſet nomen Abrahami, neqve Sarai, ex qvo dicta eſt Sara, nec Jacob ex qvo hæſit nomen Iſraëlis, qvanqvam iſte poſtea jam hoc jam illo nomine in ſacris literis appellatur. In formatione nominum Hebræos haud curioſius de accurata anologiæ ratione

 ſol-

ſollicitos fuiſſe notavit, David Kimhi & Salomoh ben Melech ad 1. Chron. IV. Neqve in ſcribendis eodem modo nominibus admodum ſuperſtitioſos fuiſſe veteres, Rich. Simon lib. 1. Hiſt. Crit. V. T. cap. 3. In Talmude Hieroſolymitano Maſſechet Gittin f. 43. 2. legas Iſraëlitas extra terram Iſraëliticam habere nomina ſicut nomina Gentilium. Sane à Græcis nominibus & Latinis non abſtinuiſſe, exemplo Tryphonis, Philonis, Nicodemi, Juſti, Rufi & aliorum conſtat. Vide Rev. Alberti à Felde Epiſt ad D. Kochium de dialogo Juſtini Martyris p. 33. ſq. & Jo. Braunium in ſelectis ſacris p. 33. ſq. qvi p. 34. ſq. oſtendit Judæos poſt captivitatem duplici nomine non raro uſos, uno qvo inter ſuos & altero qvo inter Ethnicos vocarentur. Trinomines etiam fuere qvidam, ſi credimus Cornelio Janſonio parte 1. Concordiæ Evangel. c. 6. & Benedictinis ad S. Ambroſ. tomo 1. fol. 1331. In peregrinæ autem lingvæ nominibus propriis efferendis tripliciter verſari ſolent Hebræi, nam vel aliter pronunciant ut Græci aliæqve Gentes, ut pro Cyro Cores, pro Artaxerxe Artaſaſta &c. vel ex peregrina lingva interpretantur in Hebraicam, Vide Grotium ad Gen. XI. 1. & qvæ notavi lib. 1. Bibl. Græcæ c. 6 §. 11. vel nomina in aliam atqve ingenioſam ſignificationem deflectunt, ut variis exemplis demonſtravi in eadem Bibl. Græca lib. 1. c. 29. §. 8. Qvæ omnia non poſſunt non multiplices difficultates lectoribus objicere, & qvasdam etiam vix ac ne vix qvidem extricabiles. Joſephus qvoqve Medus in fragmentis ſacris tom. 10. faſcic. Crenii p. 252. notavit mirificam diverſitatem in nominibus Regum Aſſyriorum qvæ in ſacris & profanis ſcriptoribus obſervatur, inde originem ducere, qvod diverſæ gentes Aſſyrii, Babylonii, Perſæ, Aramitæ habitantes prope Euphratem, Ægyptii, Græci &c. unaqvæqve nomen Regis varie accommodarent ſuæ lingvæ. Scriptores qvi Nomina Propria Hebraica in ſacris literis collegerunt & interpretati ſunt diligenter collegit Clariſſ. Collega & amicus noſter Jo. Chriſtophorus Wolfius in Appendice ad Hiſtoriam Lexicorum Hebræorum p. 228. & Joh. Mollerus Homonymoſcopiæ p. 39. ſq. His addi poſſunt qvæ ex MSS. Græcis Codicibus tom. II. Hieronymi ſui ad librum de Nominibus Hebraicis protulit Jo. Marcianæus, qvæ melius digeri atqve emendari illuſtrariqve ab aliqvo viro docto eſſet operæ pretium: ut omittam *Matthæi Aurogalli* librum de Hebræis urbium, regionum, populorum, fluminum, montium & aliorum locorum nominibus è V. T. congeſtum Witeb. 1526. & auctiorem Baſ. 1539. 8. *Davidis Chytræi* Onomaſticon Theologicum A. 1557. 1578. & Witeb. 1585. 8. Spectat & huc *Paullus Crellius* in Concordantiis realibus à Dan. Feſſelio auctis, Germanice fol. Onomaſticon

con nominum propriorum Hebr. &Græcor. qvod exſtat ad calcem tom. VI. Bibliorum *Polyglotton Londinenſ. Marianus Brixianus* in Arca Noæ &c. & qvi in hoc genere verſatus qvam diligentiſſime eſt, præclarus Vir *Mattheus Hillerus* Profeſſor Tubingenſis in Onomaſtico ſacro Tub. 1706. 4. & in altero qvod Bibliis pentaplis Germanicè A. 1712. 4. excuſis eſt ſubjectũ.

XVII. De Græcis veteribus perinde ut de Hebræis affirmare licet ſimplici fere nomine eos uſos fuiſſe, & genitivum plerumqve parentis addidiſſe, ut Thucydides Olori & ſimilia. Confer Ez. Spanhem. VI. de numiſm. p. 512. ſq. At non ſemper genitivus additus parentem ſignificat, ſed interdum aliud qvid ſubintelligitur, v. g. Clinias Alcibiadis ſcil. Pater. Olympias Alexandri, ſcil. mater. Hectoris Andromache, ſcil. uxor. Euſebius Pamphili ſcil. amicus. Parthenius Dionyſii ſcil. diſcipulus. Confer Jonſium p. 14. B. Hankium de ſcriptoribus Byz. cap. I. §. 5. ſq. Ampliſſimi Cuperi Harpocratem p. 126. ſq. & V. C. Thom. Galei diſſ. de ſcriptoribus Mythologicis p. 19. ſq. Pro genitivo Parentis ſcriptores Romani interdum poſuere alterum nominativum, itaqve dixerunt Herodem Atticum pro Attici F. Appionem Pliſtonicen pro Pliſtonicæ F. & ſimilia. Confer Salmaſium ad Vet. inſcriptionem Regillæ p. 89. ſq. Valeſium ad Ammian. fol. 40. Solenne fuit apud Græcos nepoti nomen avi imponere. Sic Ariſtidis pater & filius dicebantur Lyſimachus, Ariſtotelis Nicomachus, ut alia innumera prætermittam, è qvibus nonnulla collegit Stephanus Morinus in octo diſſertationibus p. 21. ſq. παλαιότατον ἔθος ἦν, inqvit Euſtathius, τοὺς ἐκγόνους καλεῖσθαι τοῖς τῶν πάππων ὀνόμασιν. At Nomina Romanorum narrantes Græci, prænomina freqventer ſola nominant, vel prænomina poſtponunt, ut Κάτων Μάρκος pro M. Catone & ſimilia apud Dionem aliosqve. Uti Patronymica etiam qvandoqve cognominibus præponi notat Salmaſius ad Achillem Tatium p. 537. ſq. ſed & Græci ipſi interdum præter nomen habebant ἐπίκλησιν ſive cognomen, teſte Appiano Præf. ad bella Pun. qvod ipſum è variis monumentis antiqvis conſtare notat laudatus Cuperus in Harpocrate p. 177. Confer Plutarchum Coriolano fol. 218. Nomina peregrina, orientalia maxime cum illa Græci memorant in ſuis ſcriptis, vel plane in lingvam ſuam interpretantur, vel ſaltim ita inflectunt, ut ſono ac terminatione Græca vel Græcis affinia videantur. Imponebant Græci infantibus ſuis nomen die luſtrico, ſive ſeptimus is erat ſive decimus * à nativitate. Vide Meurſium Græciæ feriatæ p. 21. ſq. Petrum Moll ad Longi Paſtoralia p. 7.

XVIII. Romanis qvoqve ingenuis (ſervorum enim ſimplex nomen



* Suid. in δεκάτην ἑστιᾶσαι.

men fuiſſe conſtat, Syri v. g. vel Davi) ſingula qvibusdam nomina initio fuere, ut Romulo & Remo: aliis bina, commune ſive appellativum ac prænomen alterum, alterum gentile & proprium, ut Hoſto Hoſtilio, C. Mario, Q. Sertorio, L. Mummio, Julio Proculo. Plutarch. in vita Marii p. 406. aliis deniqve terna *prænomen, nomen* gentilitium & *cognomen*, ut L. Junio Bruto, L. Tarqvinio Superbo & Priſco, C. Marcio Coriolano. Plutarch. in Coriolano fol. 218. Fratres, Ciceronis etiamnum ætate prænomine diſtingvebantur, nomine & cognomine conveniebant, ut P. Cornelius Scipio & L. Cornelius Scipio. M. Tullius Cicero & Q. Tullius Cicero. Simile in patre & filio obſervare licet, M. Annæo Seneca & L. Annæo Seneca. Poſtea fratres cognominibus diviſi, ut Salvius Otho & Salvius Titianus: Flavius Veſpaſianus & Flavius Sabinus. Non in omnibus tamen hoc receptum, nam Vittellii fratres ſolo prænomine diſtincti: Aulus, Qvintus, Publius & Lucius. Fœminas qvoqve prænominibus uſas conſtat, etſi minus freqventer, unde hoc plane negavit Plutarchus in Mario p. 406. ut Aulam Placidiam, Tiberiam Æliam, Rheam Sylviam Romuli matrem, Cajam Cæciliam, qvod Cajæ prænomen inverſa litera ſcribitur ɔ ut Tita ⊥. Confer Tiraqvellum ad Alex. ab Alex. tom. 1. p. 79. & ad lib. 5. c. 4. & qvæ Grævius in præf. ad tomum 2. Antiqv. Rom. inſeruit ex Petri Servii Miſcellaneis cap. 5--8. qvi cognomine qvoqve uſas nonnunqvam ut Cæciliam Metellam, Calpurniam Marcellam &c. qvin prænomine, nomine & cognomine ſimul, ut Furiam Sabiniam Tranqvillinam, Cnejam Coccejam Irinam, ex veteribus Inſcriptionibus demonſtrat. Maritorum qvoqve adſcivere cognomen, ut Marcia Catonis, rarius liberorum, ut Cornelia Gracchorum ſcil. Mater, adde Ez. Spanhem. VI. p. 509. ſq. Prænomina circiter XXX. notante Varrone, ſed longe plura obſervantur. Nonnulla prænomina eadem in aliis fuere cognomina, ut præter Ez. Spanhem. p. 519. ſq. de numiſm. pluribus exemplis idem Servius probatum dedit, qvi præterea docet nonnullos novum adſciviſſe cognomen, qvod male *agnomen* qvibusdam appellatur ut L. Cornelius Scipio Aſiaticus, L. Ælius Præconius Stilo, M. Valerius Maximus Meſſala, Q. Cæcilius Metellus Pius. Cognomen ſæpe gentilitio nomini præponitur, ut notat Rhodius ad Scribonium Largum p. 191. & Spanhemius VI. de numiſm. p. 503. ſq. De duplici prænomine uſurpato id. p. 511. & prænominibus certis familiis familiaribus pag. 513. ſq. De more Græcorum Romanos paſſim ſolo prænomine notandi pag. 516. ſq. qvod & Latini interdum faciunt. id. Sola cognomina poſita. id. p. 520. & Sirmond, tomo 4. Opp. f. 599. Qvidam plura etiam habuere cognomina

mina ut P. Cornelius Scipio Naſica Serapio, ne memorem qvæ in titulis Imperatorum cognomina Parthici, Arabici, Germanici &c. Agnomen autem dicitur proprie qvod retinebatur ab adoptatis, cum adoptantium* prænomen, nomen & cognomen adſciſcerent, illisqve jungebatur jam tertio jam qvarto loco, ut P. Cornelius Scipio à Q. Cæcilio Metello adoptatus deinceps vocabatur Q. Cæcilius Metellus Scipio: M. Junius Brutus adoptatus à Q. Servilio Cæpione, dictus poſtea eſt Q. Servilius Cæpio Brutus. In his agnomen facile agnoſcis Brutum & Scipionem. Porro reliqva illa Aſiatici v.g. & Africani & ſimilia non agnomina ſed cognomina vocantur etiam à Vellejo lib. I. c. 13. *Nec quisquam ex novis hominibus prior Mummio cognomen virtute partum vindicavit.* Nomina alia propria familiis, alia ſingulorum in eadem familia unius confer Spanhem. p. 505. ſq. ἐπικλήσεις Græcis, Perizon. ad Ælian. p. 469. 471. 475. Liberti ſive ſervi manumiſſi cognomen ſuum retinebant, prænomen nomenq́ recipiebant à patrono, ut Tiro & Laurea cum Cicero eos manumiſiſſet, dicti M. Tullius Tiro & M. Tullius Laurea. Adde Reineſ. pag. 835. Inſcript. ſq. Pueris non prius qvam togam virilem ſumerent, puellis non anteqvam nuberent prænomina impoſita fuiſſe Q. Scævola tradidit, teſte auctore Epitomes de nominum ratione qvæ Valerio Max. ſubjicitur & à qvibusdam tribuitur Tito Probo. Hæc utinam integra exſtaret: qvæ ejus ſuperſunt tamen, illuſtrata ſunt à Stephano Pighio in notis ad Valerium & à Salmaſio in inchoato commentario ad Arnobium, qvem ineditum evolvi in Bibl. Gudiana. De Nominibus Romanorum Onuphrii liber faſtis ejus ſubjectus. De nominibus Mediæ ætatis multiplicatis ut Marcianus Mineus Felix Capella, Macrobius Ambroſius Aurelius Theodoſius, Anicius Manlius Severinus Boëthius &c. vide Sirmondum præf. ad Eunodium & in limine notar. ad Sidonium. De nominibus propriis apud Germanos conſulendus B. Lutheri libellus cum Gottfr. Wegneri obſerv. Lipſ. 1674. 8. Schottelius lib. V. de lingva German. tractatu 2. & qvos allegat p. 1036. ſq. Catalogus nominum propriorum apud Goldaſtum tomo 2. Antiqv. Alemannicarum, p. 92.-118. & 144. ſq. Joh. Henr. Ottius de nominibus hominum propriis Tiguri 1671. 8. Joh. Ebarti onomatologia Lipſ. 1670. 8. &c. De nominibus Anglo-Saxonicis Georgius Hickeſius diſſ. Epiſtolar. p. 23. ſq.

* Xiphilinus p. 34. de Auguſto. Vide & Sam. Pitiſci Lexicon Antiqvitatum Rom. in adoptatio.

CAP. XXI.

# CAPUT XXI.

## De inſtitutione, Scholis, & de re literaria.

*De Scholis & Doctoribus Hebræorum.* I. *De aliarum Gentium Antiquitatibus Academicis & Scholaſticis* 2. *De Academia, Lyceo, Muſeo Alexandrino &c.* 3. *De aliis ſocietatibus literariis.* 4. *De Profeſſoribus & diſcipulis ratione docendi, lucubrationibus.* 5. *De recitationibus, auditoriis, Anagnoſtis.* 6. *De Scribis, librariis, antiquariis, libris, voluminibus, bibliopolis & Bibliothecis.* 7. *De ſtudiis veterum.* 8. *De charta, & quæ ejus loco, de ſtylo, calamo, atramento &c.* 9. *De literis notisque hieroglyphicis, numeris, ſignis planetarum.* 10. *De typographiæ origine & incrementis variis.* 11. *De aliis inventis novantiquis.* 12.

I.

DE Scholis Hebræorum poſt Hottingerum Enneade diſſ. in Compendio Theol. Judaic. p. 285. ſq. agit *Jacobus Altingius* in binis orationibus ſive diſſertationibus de hiſtoria *Academiarum* & *promotionum* Academicarum in populo Hebræorum. Amſt. 1652. 12. & inter opera Viri Clariſſ. poſt ejus fata, curante Balthaſare Beckero junctim edita, qvinqve in fol. voluminibus Amſt. 1687. tomo poſtremo, Heptade octava diſſ. in qva occurrunt etiam ejusdem *Studioſus* & *Doctor* Hebræus. Altingio addendi *Georg. Urſinus* in antiqvitatibus Hebraicis ſcholaſtico-academicis Hafn. 1698. 4. *Campegius Vitringa* & *Jac. Rhenferdius* in ſcriptis mutuis de Synagoga* vetere, Archiſynagogo, & de decem *Batlanim* ſive otioſis Synagogæ: *Jac. Rhenferdi* inveſtigatio Præfectorum & Miniſtrorum Synagogæ, Franeqv. 1700. *Johannes Held* de Judæorum Synagogis & Scholis. Norimberg. 1664. 8. *Joh. Seuberti* hiſtoria brevis ſynagogarum Judaicarum, in ejus palæſtra diſſertationum p. 378. ſq. *Joh. van Basbuyſen* in בית המדרש ſive diſſ. de Academiis Academicorumqve titulorum origine Hebraica. Hanov. 1703. *Joh. G. Grambſius* in Exercitat. de Synagogis Judæorum, ſub *Davidis Clodii* auſpiciis vulgata Gieſſæ 1682. *Jo. Henr. Otto* in hiſtoria 130. doctorum Miſchnicorum qvi *Tanaim* ſive repetentes dicti ſunt, de qvibus Bartoloccius tomo

* De regimine ſynagogæ, Vitringa lib. 2. De ſcholis atqve Oratoriis domeſticis lib. 1. part. 1. c. 6. De publicis ſive Academiis c. 7. De ſcholarum & Academiarum diſtinctione cap. 5. Confer Bartoloccium Tom. 4. Bibl. Rabbin. pag 663 ſeq. Et de hodiernis ſcholis atqve Synagogis Judæorum Unſchuldige Nachrichten Ao. 1713 pag. 436. 442. 429.

tomo 3. p. 252. ſq. inſecutis poſt eos *Amuræis* ſive gnomologis, tum *Sebburæis* ſive Scepticis, hinc *Geonim* ſive excellentibus ac deniqve proprie dictis *Rabbanim* ſive Magiſtris. Vide librum Schalſcheleth Hakkabalah & Zemach Davidis Ganſii. Bartoloccium tom. 3. p. 663. ſq. & Jac. Baſnagii Hiſtoriam Judæorum tomo 2. Ante Doctores Miſnicos floruerunt 1.) aſſeſſores Synedrii M. 2.) Prophetæ, 3.) Seniores, de qvibus vide librum Coſri p. 239. ſq. edit. Buxtorfii, & qvæ ex Iſaaci Abarbanelis *hereditate patrum* refert Surenhuſius præf. ad tomum qvartum Miſnæ, & qvæ ad librum Seder Olam, Jo. Meyerus. Jo. Henr. Ottonis hiſtoria recuſa eſt Amſtelodami 1699. 8. ut prætercam *Chriſtiani Bornitii* diſſertationes de Synagogis Hebræorum, Wittenbergæ 1650. vulgatas in 4. Jo. Leonhardi Heubneri diſſertationes de Academiis & ſocietatibus literariis Hebræorum, Witeb. 1703. Chriſtiani Frid. Wiliſchii de filiis Levitarum Lipſ. 1708. Minus certa & explorata eſſe qvæ de antiqviſſimorum Hebræorum ſcholis feruntur, monuit poſt alios Nic. Hieron. Gundlingius parte 1. Hiſtoriæ Philoſ. Moralis p. 77. ſq. Synagogas in vicis habuiſſe Judæos notant eruditi interpretes ad Matth. IX. 35. qvibus adde Wagenſeilium Parte 2. peræ librorum juvenilium p. 430. & in libro de Norimberga cap. 18. p. 123. ſq. ubi disqvirit, num Hebræis licuerit exſtruere Synagogas in aliis urbibus qvam qvæ munitæ eſſent: occaſione Judæorum, qvi Hagæ Comitis exiſtimarunt, ſe non rite poſſe ibi condere Synagogam, niſi Magiſtratus, ſuppeditando largiter ſumptus, permoviſſent, ut pontes lapideos interruptos jungerent in ambitum ligneis, qvi in altum elevari poſſent, aliosqve, ubi illud fieri commode non poterat, clauderent repagulis. Num integrum Judæis ſit erudire Chriſtianos, pluribus disqvirit, & fas omnino eſſe, Judæorum teſtimoniis evincit Joh. Wulferus Theriaca Judaica p. 374. ſq. De civilitate morum apud Hebræos videndæ D. Ad. Rechenbergii diſſertationes ad Hiſt. Eccleſ. ſpectantes p. 721. ſq. De fatis ſtudii moralis in gente Judaica, Henrici Scharbau Lubecenſis Exercitatio lucem vidit Lipſ. 1712. De meritis Hebræorum in rem literariam diatriba Rudolphi Martini Meelfuhreri, Witeb. 1669. De inſtitutione puerorum apud Judæos videndus præclarus Maimonidis commentarius de ſtudio legis qvem cum verſione & notis edidit Robertus Clavering, Oxon. 1705. 4. Conf. Acta Erud. tom. 4. p. 234. De eodem argumento ex inſtituto agere, præcipue vero rationem, qva poſt reditum ex captivitate uſi ſunt, explicare promiſit Samuel Petitus, in obſervationibus ſuis p. 66. Sed notæ ejus ad Joſephum, in qvibus hoc ſe facturum pollicetur, nunqvam lucem viderunt. In iisdem obſervationibus

nibus lib. 2. cap. 1. ex codice Talmudico Bava Bathra obſervat, qvod Joſua Jamlæ filius conſtituit, ut in ſingulis provinciis atqve urbibus Judæi præficerent elementarios Magiſtros, iisqve diſciplinam traderent liberos circa annum ætatis ſextum aut ſeptimum, perinde ut Ariſtoteles qvoqve lib. 7. de republica ſub extremum, de pueris ſeptennibus demum literas docendis præcepit. De inſtitutione puerorum, pædagogis & progymnaſtis apud varias gentes, vide qvæ collegit Alexander ab Alex. II. 25. & ibi Tiraqvellus: Joſephus Laurentius lib. 1. Polymathiæ diſſ. XII. Joh. Claudius in diatribe de nutricibus & pædagogis jam ſupra mihi memorata, qvæ ejus libro de ſalutationibus Veterum ſubnexa eſt, Ultraject. 1702. 12. Cangii gloſſarium in *proſcholus*. De peregrinationibus Romanorum Academicis, lectu digna diatribe Georgii Nicolai Kriegk, edita Jenæ 1704. 4.

II. De origine & uſu Scholarum adverſus Hobbeſii c. 46. Leviathanis ſingulari excercitatione diſputavit D. Adam Rechembergius, p. 487. ſq. in qva qvodammodo ſatisfactum eſſe videtur iis, qvæ adverſus ſcholarum & academiarum antiqvitatem & uſum diſſeruntur ab Hallenſibus in tom. 1. obſerv. ſelectarum. De cætero antiqvitates Academicas & Scholaſticas egregie illuſtrant *Hermannus Conringius* in ſingulari libro de hoc argumento Francof. 1651. 4. & cum acceſſionibus, Helmſt. 1674. 4. *Franciſcus Junius* Theologus libro de Academia, ad calcem tom. 1. Operum: *Tho. Lanſius* Commentario de Academiis Helmſt. 1666. 4. *Joh. Launojus* in libro de ſcholis celebrioribus poſt Carolum M. in Occidente inſtauratis, tum in Gymnaſio Navarræo. *Claudius Hemereus* Doctor Sorbonicus libro Pariſ. 4. edito de Academia Pariſienſi, qvalis primo fuit in inſula & Epiſcoporum Scholis; Rich. Simon tom. 2. Bibl. ſelectæ p. 124. Vide & Caſp. Calvoeri rituale Eccleſiaſticum tom. 2. p. 188. ſeq. Jo. Limnæum libro VIII. juris publici. Antonium Pagi ad A. C. 826. 2. Recentiorum Academiarum hiſtoriam expoſuit *Guido Pancirollus* libro qvarto de claris legum Interpretibus Venet. 1655. 4. *Antonius de Luca* Melphictanus in laurea legali, *Jacobus Middendorpius* libris 8. de academiis celebribus univerſi terrarum Orbis Colon. 1602. 8 Ac noviſſime *Fridericus Lucæ* in Helicone Europæo, Germanice edito Francof. 1711. 4. De Facultatibus qvæ vocantur Academicis confer Obſervationes Hallenſes VI. 15. & 18. (ubi de ſtatu Academiarum in ſæculis barbaris) & 20. ubi de ſtudioſis laureæ & Candidatis Magiſterii. De *trivio* & *quadrivio* artium liberalium, Jac. Thomaſius programmate 34. Obſervationes ſelectæ Hallenſes T. 1. p. 42. ſq. & T.

& T. VI. Obſerv. 14. 16. 19. De qvatuor artibus popularibus, Philologia & ſcientiis Mathematicis Voſſii liber Amſt. 1660. 4. & tom. 3. Operum.

Academiæ vocabulum pro ſcholis majoribus ſive ſtudiis ut vocabant generalibus atqve univerſalibus primum uſurpari cœptum eſt ſub Pontifice Paulo II. qvi A.C. 1471. obiit. De dignitatibus Academicis præter cæteros diligentiſſime egit Joh. Chriſtianus Itterus libro ſingulari, qvi auctior lucem vidit Francoſ. 1698. 4. cui addendus Tho. Lanſius libro de Academiis jam laudato, & Georg. Chriſtianus Waltherus de ſtatu, juribus ac privilegiis Doctorum. De inſignibus qvibus inaugurantur, vide Alciatum VIII. 10. parergon. De origine & officio Cancellariorum Academicorum Henr. Meibomii Oratio tom. 3. rerum German. p. 240. ſeq. & Rev. D. Henr. Mühlii de dignitate & officio procancellarii in Academia Kilonienſi, A. 1714. Alia ejusmodi argumenta à variis Scriptorib⁹ pertractata videre licet in Bibliotheca Academica *Caſp. Thurmanni*, in qva ſub titulis ſecundum ordinem literarum digeſtis magno numero colligit Scriptores, qvi tum de Academiis earumqve origine, natura, tum de juribus, immunitatibus & officiis Doctorum Academicorum & univerſæ rei literariæ juribus atqve Privilegiis egere. Halæ Sax. 1700. 4.

III. De veteri *Academia* * Platonis, qvi locus non valde ſalubris fuit Athenis, vide Menagium ad Laërt. pag. 141. Ceramicum Jo. Meurſii c. 19 ſeq. usqve ad 27. & Criticum Arnobianum IV. 1. Hieronymi Matrangæ ſyntagmata VII. Panormi 1637. 4. & Jo. Petri Ludovici primam Academiam, villam Platonis, cum nova Hallenſium collatam, Halæ Sax. 1693. 4. De Ariſtotelis *Lyceo* ac *Peripato*, *porticu* Zenonis, Antiſthenis *Cynoſarge* & Epicuri horto: apud Laërtium, Heſychium Illuſtrem aliosqve mentio occurrit. adde Apoſtolium II. 31. Proverb. & Potteri Antiqv. Atticas lib. 1. c. 8. p 33. ſeq. tom 12. Theſauri Gronoviani. Memorat etiam Plutarchus lib. de exilio fol. 605. inter ſapientum Athenis ſcholas & diatribas *Palladium* atqve *Odeum*, & in Demetrio p. 905. *Muſeum*. De *Muſeo Alexandrino* poſt deperdita Andronici, Callimachi & Alcidamantis ſcripta conſulendæ J. F. Gronovii & Lud. Neocori diſſertationes qvæ extant tom. 8. Antiq. Græcarum, qvibus præter diſſertationem Ad. Rechenbergii Lipſiæ A. 1698. vulgatam & Claudium diſſ. de numo Pantheo Hadriani p. 23. ubi & templum & Sacerdotem in illo Muſeo fuiſſe obſervat, adjungendi Jonſius p. 218 ſeq. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſ. Tillemontius in Hiſtoria Imperatorum Gallice edita tom. 2. p. 431 ſeq. & Gvil. Caveus parte 2. Hiſt. lite-



* à Philippo Macedone exuſtam narrat Diodorus Sic. in excerptis Peireſc. p. 295.

rariæ ſcriptorum Eccleſiaſticor. p.20.ſeq. edit. Genevenſis. A. C. Eſchenbachius diſſ. de conviviis ſapientum p.305.ſeq. Etiam Humfredus Hody de illo dicturus fuit in Antiqvitatibus Alexandrinis, ſed qvæ præmaturo viri doctiſſimi obitu interciderunt. De *Muſeo Heliconio* ſcripſerat olim Amphion Theſpienſis, cujus librum 2. laudat Athenæus l.14. Dipnoſph. Alioqvi *Muſeum* (*μȣσεῖον*) idem eſt ac templum Muſarum; & in Creta Muſeum dictum eſt locus, ubi Sirenes cum Muſis certarunt, teſte Svida & Stephano in *ἄπτεϱα*. Inde ortus mos loca, in qvibus homines ſtudioſi muſis ſive literis vacarent, *muſea* appellandi, qvalia publica fuere Athenis qvamplurima, in qvibus mos ſortito qvæſtiones proponi ut teſtatur Plutarchus l.9. Sympoſ. qvæſt. c.1. Confer Meurſium II.9. Athen. Attic. *Pergami* qvoqve ejusmodi Muſeum fuiſſe qvod à Svida *πεϱγαμηνῶν κύκλων* nomine celebretur, diſputat Clariſſ. Kuſterus ad Svidam in Μȣσαῖος Ἐφέσιος. De *Athenæo Romano*, in qvo publicæ recitationes ſolebant fieri, agit Sirmondus ad Sidonii lib.2. Epiſt.9. & lib.4. Epiſt 9. tom 1. p.893.939. Voſſius in lib. de cognitione ſui, recuſo in tom. 1. method. Crenii p.793. De *Claudio* ſive muſeo ejusmodi, auſpiciis Imperatoris Claudii exſtructo Alexandriæ, cujus meminit Athenæus VI. p.240. adeundus Caſaubonus ad Claudium Svetonii c.42. De Æſculapii & Hygiæ ſive ſalutis Collegio Romæ è LX. viris conſtante vide vetus marmor apud Sponium p.52. Miſc. eruditæ antiqvitatis. Muſei qvod fuit *Trœzene*, meminit Pauſanias in Corinthiacis De *Muſeo* qvod *Cpoli* condidit Muſelius præpoſitus ſacri cubiculi ſub Theodoſio jun. vide Cangii CPolin Chriſtian. lib.2.p.176. De *Octagono* in qvo duodecim Doctores CPoli alebantur, à Conſtantini M. ætate ad Leonem Iſaurum usqve, qvi illud hæreſi ſuæ inimicum combuſſit, vide Bandurium p.485.ſeq. ad Antiqvitates CPol. Ad collegium ejusmodi, ſtudiis literarum ſacratum ſpectat Inſcriptio vetus qvæ exſtat Aventici apud Helvetios in ſacello S. Mariæ Magdalenæ, & refertur à Carolo Patino in deſcriptione itineris ſui p. 267. NVMINIBVS AVG. - - - - ET GENIO COL. HEL. - - - - APOLLINI SACR. Q. POSTVM. HYGINVS ET POSTVM. HERMES LIB. MEDICIS ET PROFESSORIBVS D. S. D. De *Nymphæo* qvod Stagiris fuit, meminit Plutarchus in vita Alexandri p.668. edit. Gr. Lat. Xylandri. Muſeum vocat Plinius XVI. 32. De pueris & puellis alimentaribus (ſtipendiaten) Philippus Rubenius II. 36. electorum. De bidellis Alciatus VII. 22. parergon, perperam tradens eosdem Gymnaſiorum Epiſcopos & Gymnaſiarchas dictos.

IV. Societatum literarium pleniorem notitiam adhuc exſpectamus

ctamus à Clariſſ. amico noſtro *Chriſtiano Junkero*, tot aliis ſcriptis præclare merito, cum interim de illo argumento videri poſſunt Morhofius lib. 1. polyhiſtoris cap. 14. Samuel Chapuzellus (Chapuzeau) A. 1701. denatus in Tab. VIII. Europæ ſpirantis, Ancillonius in Miſcell. criticis Gallice editis tomo 1. pag. 17. ſq. Godfredus Vockeroth in hiſtoria ſocietatum & rei literariæ ante diluvium, atqve introductione in notitiam ſocietatum literariarum, qvæ Jenæ 1687. 4. primum ſeparatim & deinde Gothæ A. 1708. 8. junctim prodierunt. Burchard Gotthelf Struvius introduct. in Hiſt. literariam cap. X. Jacobus Frid. Reimannus parte 1. introduct. in Hiſtoriam literariam Germanorum pag. 107. ſq. Joach. Fellerus ὁ μακαρίτης in Panegyrico Magiſtris Philoſophiæ A. 1688. Lipſiæ creatis ſcripto, & Jo. Reiskius vir doctiſſ. in programmate de pinacothecis, Cimeliothecis, & ſocietatibus doctorum in Europa, Gvelpherbyti 1685. De ſingulis qvibusdam & nobilioribus ejusmodi ſocietatibus etiam ſingulares ſcriptores exſtant, ut de regia Pariſienſi Peliſſonius, Joh. Baptiſta du Hamel, Fontenellius: de Regia Londinenſi Thomas Sprat, cujus liber Gallice etiam translatus eſt, & Martinus Kempius in Bibl. Anglorum, nec non Rev. Henricus Ludolphus Benthemius in Engelländiſchen Kirchen- und Schulen-Staat pag. 56. ſq & 61. ſq. qvi etiam de Philoſophorum ſocietate Oxonienſi agit pag. 350. Societatum qvarundam literariarum Italiæ ſymbola, ſive ut vocant impreſas exponit Kircherus tomo 2. Oedip. Parte 1. p. 9. ſq. De ſocietate regia Inſcriptionum & Numiſmatum Pariſienſi, in Ephemeridibus Pariſ. A. 1702. plura leguntur. De Societate Medicorum inſtituta à Rege Philippo V. mentio in memoriis Dombenſibus Trevoltinis A. 1702. tomo 2. pag. 56. ſq. edit. Amſtelod. De Academia ſcientiarum & lingvarum Berolinenſi inſtituta à Rege Boruſſiæ glorioſæ memoriæ Friderico, vide Acta Erud. 1701. p. 176.

V. Privilegia Imperatorum & Leges de ſtudiis liberalibus, Profeſſoribus, Scholaribusqve in Codice Juſtinianeo & Theodoſiano reperiuntur. Vide *Jac. Gothofredum* ad Codicis Theodoſ. l. 6. tit. de Profeſſoribus l. 13. de Medicis & Profeſſoribus & l. 14. de ſtudiis liberalibus urbis Romæ & Conſtantinopolis, ad qvas exſtat etiam erudita diatriba *Herm. Conringii.* Collectanea *Joſephi Laurentii* de Profeſſoribus, Oratoribus & Nomenclatoribus ex ejus Polymathia recuſa ſunt tom. 10. Antiqvitatum Græcarum Gronovii, in qvo exſtat & præclarum Ludov. Creſollii opus ex editione Pariſ. 1620. 8. qvod inſcribitur Theatrum veterum Rhetorum, Oratorum, Declamatorum, Sophiſtarum Libris V. in qvo de omni

ratione Scholarum præcipue Rhetoricarum apud veteres, multa egregie docentur. De gemino veterum docendi modo *exoterico* & *acroamatico* ſive qvod idem eſt, dialectico & accuratiore analytico exſtat ſingularis tractatus Melchioris Zeidleri, Philoſophi & Theologi Regiomontani. Regiomonte 1685. 4. Octaviani Ferrarii de Sermonibus exotericis & diſciplina encyclio Libri 2. cura Goldaſti, cujus Epiſtola de cryptica veterum Philoſophorum diſciplina ad Goclenium præmittitur, recuſi ſunt Francof. 1606. 8. Vide etiam Plutarchum in vita Alexandri p. 668. editionis Græco-Latinæ, Themiſtii Orationes p. 319. edit. Harduini. Franciſc. Patricium in diſcuſſionibus Peripateticis, Menagii notas ad Laërtium p. 197. ſq. Eſchenbachii Epigenem ſive librum de poëſi Orphica p. 4. ſq. & Meibomii notas ad jus jurandum Hippocratis p. 95. De differentia diſcipulorum inter ſe, diverſisqve eorum gradibus agit Creſollius Lib. IV. Theatri Rhetorum cap. XI. De occultatione ſublimiorum dogmatum, qvæ Pythagorici & alii Philoſophi, tum inter Judæos Eſſeni (de qvibus Porphyrius apud Euſeb. IX. 3. præparat.) & inter Chriſtianos hæretici pleriqve non niſi initiatis & intimioris admiſſionis diſcipulis communicabant, non pauca collegit Jacobus Uſſerius, Archiepiſcopus Armachanus in hiſtoria dogmatica de Scripturis & ſacris vernaculis (Lond. 1689 4.) p. 252. ſq. 270. ſq. Menagius ad Laërtium p. 376. Mutius Panſa de oſculo Ethnicæ & Chriſtianæ Theologiæ p. 14. ſq Campegius Vitringa Lib. 3. obſervatt. c. 20. p. 761. Ludolphus Kuſterus ſive Neocorus in hiſtoria critica Homeri p. 58. ſq. Hiſce affinis fuit aliqvo modo *diſciplina arcani* apud veteres olim Chriſtianos, etiam Catholicos atqve orthodoxos receptiſſima, niſi qvod illa non tam doctrinam ſive *κηρύγματα* ſpectabat, qvam circa ritus ſacramentorum & verba ſymboli verſabatur, ut adverſus Em. Schelſtratenum * docuit Wilh. Erneſtus Tenzelius parte 2. diſſ. ſelect. De *lucubrationibus* veterum & vigiliis ſtudiorum cauſa freqventatis disqviſitionem ſingularem edidit B. Chriſtophorus Cellarius, Halæ Saxon 1699. 4. Eas in longam noctem protractas nocere ſanitati jam olim notavit Hippocrates lib. 1. de re medica: qvamvis Gabriel Naudæus qvæſtione 3. iatrophilologica cum primum laudaſſet ſtudia matutina, deinde p. 73. ſq. diſputat pro nocturnis lucubrationibus, ita tamen, ut qvemadmodum in omnibus ita in his qvoqve nimium in vitio eſſe non dubitet.

VI. De recitationibus veterum Lipſius videndus Centur. 2. Epiſtola

* Confer Caſauboniana p. 111. & 115. ſq. Joh. Fileſaci electa T. 2. p. 146. ſq. & de Schelſtrateni libro Rom. 1685. 4. edito Acta Eruditor. illius anni p. 541.

piſtola 48. ad Belgas, Voſſius pater lib. de recitationibus veterum, recuſus in tomo 1. method. Crenii: Gabriel Biſciola tomo 2. Lectionum ſubſecivarum lib. 15. c. 20. Caſaubonus ad Theophraſti Characteres p. 126. ſq. & ad Avidium Caſſium Vulcatii Gallicani, tum Ferrarius lib. 3. de veterum Acclamationibus. De Lectoribus ſive Anagnoſtis Jo. Schefferus lib. de ſtylo p. 69. ſq. qvi p. 72. etiam Lectricem ex Servio obſervat. De auditoriis Veterum Frid. Spanhemii oratio tomo 2. Opp. p. 1364. ſq. De anagnoſmatis ſive lectionibus in conviviis adi Baccium pag. 191. ſq. Libri 4. de vinis, & Jac. Gœttenium lib. 2. obſ. cap. 2. Cæterum *recitare* proprie non ex memoria dicere ſed de ſcripto legere eſt, ut præter alios obſervat Lambecius in Orationibus ſuis p. 81. ſq De *Anagnoſtis* etiam nonnulla Alexander ab Alexandro, tom. 1. p. 350. edit. cum Notis varior.

VII. De *ſcribis* veterum, Romanorum præcipue, & *notariis* Andreas Chriſt. Eſchenbachius in diſſertationibus junctim editis p. 257. ſq. De *librariis, antiquariis* & *Bibliopolis* antiqvorum Balthaſar Bonifacius de Archivis cap. 8. Pignorius lib. de ſervis p. 228. ſq. Popma de operis ſervorum p. 67. & peculiari diatriba Vir Clariſſ. Chriſtianus Schœtgenius, Lipſ. 1710. De ratione *voluminum* & cylindrorum εἰλητῶν apud veteres, Gvil. Schickardus de feſto Purim tomo 8. Critic. Angl. p. 486. B. Carpzovius ad Schickardum de jure Regio Hebræorum p. 92. Jo. Doughtejus Analectis ſacris ad Eſaiæ XXXIV. 4. Salmaſius ad Solin. p. 278. 706. & de modo uſurarum c. 10. p. 404. ſq. & in ſpecimine confutationis animadverſionum Heraldi pag. 107. ſq. & ad Vopiſcum: Iſ. Voſſius ad Catullum p. 50. ſq. qvi codicum membranaceorum ſive *librorum quadratorum* uſum ab Attalo demum cœpiſſe obſervat. Videndus etiam Ovidius lib. 1. Triſtium elegia prima, Leo Allatius prolegom. ad librum de patria Homeri p. 20. ſq. & ad Antiqvitates Hetruſcas p. 137. Ramireſius ad Martialem II. 67. Chriſtianus Salbach, nuper admodum anno 1713. extinctus in diſſ de libris veterum, Gryphiswald. 1706. 4. Chriſtianus Gottlieb Schwartzius diſſertatione erudita duplici de ornamentis librorum apud veteres uſitatis Lipſ. 1705. 1707. & Tho. Bartholinus de legendis libris diſſ. IV. p. 125. ſq. Libros conglutinandi artem Athenis Philtatium virum doctum ſodalem ſuum inveniſſe teſtatur Olympiodorus Philoſophus Alex. apud Photium. De *diptychis* Roſweidus ad Vitas Patrum p 773. ſq. & Pompejus Sarnelli in antiqva Baſilicographia c. 26. De *Pinacothecis* & *imaginibus* virorum doctorum qvibus Bibliothecæ exornatæ, Joh. Henr. Meibomius ad Vogleri introduct. in Hiſtoriam literariam p. 163. ſq. Bartho-

Bartholinus de legendis libris diſſ. 2. p. 64. ſq. & amicus noſter Jo. David Schreber peculiari diſſ. de imaginibus virorum, Bibliothecarum ornamento Lipſ. 1692. De *Bibliothecis* veterum Juſti Lipſii libellus & ſeorſim & inter ejus opera ſæpius editus, occurrit etiam in collectione Jo. Joachimi Maderi, qvi varios de Bibliothecis & re Bibliothecaria Scriptores congeſſit, præmiſſa præfatione de Scriptis & Bibliothecis ante diluvianis, incerta fide jactatis. Helmſt. 1666. 4. Noviſſime Maderi collectionem recudi fecit, & Herm. Conringii Epiſtolam ſive librum de Bibliotheca Auguſta Gvelpherbytana, qvo etiam de veterum re Bibliothecaria diſſeritur, tum Naudæi, Spizelii & aliorum de Bibliothecis ſcripta adjunxit, pluresqve alios ſcriptores de hoc argumento duobus voluminibus junctim edidit, Rev. Johannes Andreas Schmidius, Theologus Helmſtadienſis plus ſimplici vice jam mihi laudatus. Rudolphi Capelli, τȣ̃ μακαρίτȣ Syntagma lectionum Bibliothecariarum memorabilium Hamburgi 1682. 12. vulgatum itidem varia non ad recentem tantum, ſed & veterem rem Bibliothecariam facientia collegit, qvod facit etiam Dan. Gvil. Mollerus diſſ. de Bibliotheca, Altdorf. 1700. 4. Vide & Præfationem ad reliqvias Bodlejanas, Acta Erud. 1704. p. 301. ſq. & Georgii Engelbrechti diſſ. de jure Bibliothecarum. Helmſt. 1702. Jo. Langii Epiſtolas Medic. II. 3. Hoſpinianum de templis fol. 100. ſq. Pompejum Sarnelli c. 42. antiqvæ Baſilicographiæ. Bibliothecarios Bibliothecæ Alexandrinæ * recenſent Jonſius de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ p. 101. & J. F. Gronovius in ſupra laudata diatriba de Muſeo Alexandrino. De Bibliothecariis Vaticanis conſulendus Joh. Ciampinus. De Bibliothecæ Cæſareæ præfectis (ſunt enim, qvi Bibliothecarii nomen tanqvam non ſatis latinum refugiunt, ut Voſſius & alii) Petrus Lambecius lib. 1. Comm. de Bibl. Vindobonenſi.

VIII. De ſtudiis veterum & omni genere elegantioris eruditionis apud veteres cultæ, eruditus exſtat liber *Jo. Woweriani*, Hamburgenſis (fuit enim & alter hoc nomine Antwerpienſis) qvi inſcribitur *de Polymathia*, & primum lucem vidit Hamburgi 1604. 4. Poſtea adjunctis argumentis ac indicibus elogioqve Woweriano, cura Jac. Thomaſii Lipſiæ 1665. 8. Ex Thomaſii editione recuſus eſt tom. 8. theſ. Antiqv. Græcar. Inter alia falſos eſſe & injuriam Woweranο facere, qvi tractationem de poly-

* Ptolemæus Philadelphus decem myriadas librorum collegit Alexandriæ teſte Syncello p. 271. 273. His Pergami Bibliothecas addi voluit Antonius, Cleopatræqve deſtinavit, in qvibus 200000. βιβλίων ἁπλῶν. Plutarch. p. 943. in Antonio.

polymathia *Iſaaco Caſaubono* per plagium ſurreptam dicere auſi ſunt, idem Thomaſius oſtendit, qvanqvam veriſſimum eſt Caſaubonum qvoqve de eodem argumento opus molitum fuiſſe, ſed ex aliis Wowerii ſcriptis patet non opus ipſi fuiſſe, ut aliena ſcrinia expilaret, cui diligentia ſua & ingenio ſatis, qvod ſcriberet, ſuppetebat domi. De antiqvitatibus rei litterariæ veterum Romanorum, commentaturum ſe diligentius promiſit V. C. *Joh. Georgius Walchius* in diatriba de dedicationibus librorum Veterum Latinorum, Epiſtolis Christophori Cellarii τȣ μακαρίτȣ præmiſſa, qva inſigne ejus operis ſpecimen edidit.

IX. De prima ſcribendi origine & omni antiqvitate literaria non inelegans tractatus *Herm. Hugonis* Jeſuitæ lucem vidit Antwerp. 1617. 8. cui jungendus *Petrus Holmius* eſt, in accurata disqviſitione de ſcriptura & variis rationibus ſive ad dextram ſive ad ſiniſtram ſive deſuper vel qvocunqve alio modo ſcribendi, publicata Lundini Scand. 1670. 8. & recuſa in Analectis Philologicis Tho. Crenii cura editis in Belgio 1699. 8. *Balthaſ. Frid. Salzmanni*, Argentoratenſis diſſertationes qvatuor; cum cura elaboratæ de varietate antiqvæ ſcriptionis Lipſ. 1661. 4.

De charta & papyro veterum videndi Plinius lib. 13, c. 11. & Iſidorus Lib. VI. Orig. c. 9. Caſſiodorus lib. XI. Variarum Epiſt. 38. Matthiolus ad Dioſcoridem lib. 1. c. 98. Melchior Gvillandinus & Joſephus Scaliger contra Gvillandinum de papyro. Joh. Mabillonius in opere de re diplomatica, Montfauconus in Palæographia Græca p. 13. ſeq. Franciſcus Maria Nigriſolus, Medicus Ferrarienſis in diſſ. de charta ejusqve uſu apud antiqvos, qvæ inſerta legitur Muſeo Minervæ Venetæ tom. 3 p. 249. ſq. & Leo Allatius p. 91. ad Antiqvitates Hetruſcas, ubi inter alia docet, mangonem qvi antiqvitates illas ſuppoſuit inepte eas commiſiſſe chartæ ex linteis contritis, qvod longe recentius inventum & Germanorum qvidem, ut notat Scaliger in Scaligeranis ſecundis p. 7. Præcipue vero ridiculum eſſe, qvod in una charta artificis chartarii inſignia relicta erant, qvibus charta & ejus confectæ tempus internoſci potuit. De illis inſignibus, atqve ut ſæpe numero horum ope fraudes detectæ fuerint, pluribus diſputat Allatius p. 136. Qvod veteres in cortice fagi ſcriberent (auf Buch-rinden) hinc Olaus Rudbekkius pater in Atlantica ſua obſervat libros hodieqve Germanis vocari Bücher. Varia alia, in qvibus antiqvitus ſcriptum fuit recenſet præter Allatium & Hermannum Hugonem in libris laudatis Alexander ab Alex. II. 30. & ibi Tiraqvell. Bartholinus diſſ. 4. de legendis libris p. 90. ſeq. ac noviſſime vir eruditiſſimus Bernardus Mont-

 fau-

ſauconus in palæographia Græca lib. 1. Vide etiam Hiralti Epiſtolam inſertam Memoriis Trevoltinis A. 1711. p. 1559. ſeq. ubi de bullis Pontificum ſcriptis in charta è cortice. Pars chartæ tenuiſſima dicta *ina* ut conſtat è Feſto in ilia & exilis. De linteis libris ſive mappis Allatius libro jam memorato p. 25. ſq. & 130. ſq. idem p. 123. obſervat Sinenſium chartam diverſam à papyro veterum & noſtra charta ex linteo confecta. De Græcorum charta bombycina, idem p. 133. Videndus etiam Stephanius p. 99. ſq. ad Saxonem Gram. & Pancirolli nova reperta lib. 2. tit. 13. De more in veſtibus ſcribendi præter Allatium p. 127. ſq. diſſerit Albertus Rubenius Lib. 2. electorum c. 1. De *pugillaribus* veterum Alex. Wildhelmius in Appendice ad diptychon Leodienſe. De *albis* A. Schottus ad Proverb. Vaticanæ appendicis 1. 80. *Calami* loco antiqviſſimus uſus fuit *ſtylorum* ſive graphiorum ex ferro, oſſibus, vel alia materia, de qvibus agunt Interpretes ad Jobi XIX. 24. Feſſelius in adverſariis ſacris tom. 1. p. 41. Huetius in Epiſtola ad Gisbertum Cuperum, in Tilladeti collectione tom. 2. p. 226. 230. Florianus Klepperbein in hiſtoria Artis ſcriptoriæ Witeberg. 1683. & Viri docti ad illud Horatii L. 1. Sat. 10.

*Sæpe ſtylum vertas iterum quæ digna legi ſint*
*Scripturus.*

Qvibus verbis reſpicit ad figuram ſtylorum, qvi ex altera parte acuti erant, & ſcriptioni inſerviebant, ab altera parte lati, & ad delendum vel emendandum obducendumqve ſcripta in cereis tabulis adhibebatur. Imagines duas ſtyli * veteribus uſitati habes in æs inciſas apud Laurentium Pignorium lib. de Servis p. 224. Alii ſtylorum loco vel juncos ſive *calamos* vel *pennas* avium vel deniqve ut etiamnum apud Sinenſis receptum eſt, *penicillos* adhibuerunt ad ſcribendum. Inter Davidis Clerici Orationes octava, nona & decima eleganter perſeqvuntur laudes & uſum pennæ, atramenti & chartæ. Amſt. 1687. 8.

*Chartæ* loco apud antiqviſſimas gentes plumbeæ tabulæ vel etiam alia duriora metalla & lapides in uſu fuerunt, ut ad eundem Jobi locum XIX. 24. jam pridem annotatum eſt. Confer Allatium ad Antiqvitates Hetruſcas p. 127. ſq. & Laurentium Beyrling in Theatro Vitæ Humanæ tomo 7. ſub titulo: *Scriptio*, ubi qvamplurima alia de univerſo hoc argumento collecta reperiuntur. Spectant etiam huc qvæ de columnis Sethi lapidea & lateritia, de columnis Mercurii, & Ægyptiorum obeliſcis nota ſunt

* Stylis ſcriptoriis qvandoqve homines confoſſi atqve obtruncati, ut Q. Antyllius ap. Plutarchum in C. Grach. p. 840. & recentiore ætate Scotus Erigena.

ſunt ex Joſepho, Diodoro Siculo & aliis Scriptoribus, unde patet antiqviſſimum uſum fuiſſe columnis lapideis res memorabiles tradendi: de qvo more varia congeſſit Huetius in demonſtratione Evangelica p. 93. ſq. edit. Lipſienſ. ubi præclara inventa, leges & alia ejusmodi, res qvoqve geſtas inſigniores poſteris in columnis, ſaxis, parietibus & tabulis æneis traditas notat, cui adde Luc. Holſtenium ad vitam Pythagoræ ſcriptam à Porphyrio p. 67. 68. Humfredum Prideauſium in limine notarum hiſtoricarum ad epochas marmoreas Arundelianas, Herm. Hugonem de prima ſcribendi origine cap. X. & Pet. Holmium de Scriptione cap. 4. Extant & de charta & papyro veterum ſingulares diſſ. Chriſtiani Lindneri, Lipſ. 1647. & Georg. Caſp. Kirchmajeri Witeb. 1666. Sinenſium charta ex cortice arboris *bambou* confecta eſt & facile à vermibus corroditur, unde Bibliothecarum Codices ſubinde recentandi & deſcribendi ſunt, ut narrat Lud. de Comitibus in novis memoriis Sinenſibus Gallice editis tomo I. p. 261. ſq. ubi de tota illorum ſcribendi & imprimendi libros ratione plura Lector obſervata reperiet.

De *atramentis* cujuscunqve generis ſingulari opere agendum in ſe ſuſcepit Petrus Maria Caneparius, Cremenſis, Philoſophus Venetiis medicinam profeſſus, qvod lucem vidit Lond. 1660. 4. & qvanqvam propter qvamplurimas obſervationes Phyſicis & Medicis non diſplicet, tamen antiqvitatis cultoribus parum ſatisfacit, unde infeliciter in hoc argumento verſatum eſſe ſentit Leo Allatius in animadverſionibus ad Antiqvitates Hetruſcas p. 145. qvi p. 143. ſq. noſtrum ex calcantho atramentum (de qvo Caneparius p. 254. ſq.) à veterum illo μέλαν, καλλιγραφικῷ (ut vocatur in Hippiatricis p. 169.) diverſum fuiſſe probat. Vide de atramentis præterea Vitruvium lib. 7. cap. 10. & ſq. Plinium lib. 35. cap. 6. Cardanum c. 64. de rerum varietate & lib. 8. ſubtilitat. Politianum c. 40. Miſcellan. ubi dubitat an ex ſepiæ liqvore (qvod tamen multi affirmant vide Lindebrog. ad Codicem Legum antiqvar. pag. 1379.) atramentum olim fieret. His adde deniqve Voſſium lib. 4. de idololatr. c. 49. Salmaſ. de cruce p. 483. ſq.

X. De literis Hebraicis, Græcis, Latinis earumqve inventoribus egregia annotarunt Joſephus Scaliger ad Euſebium numero 1617. Salmaſius ad inſcriptionem Herodis Attici p. 230. ſeq. Lilius Gyraldus dialogo I. de hiſtoria Poëtarum. Bernardus à Mallincrot in libro de literis earumqve origine & natura, Monaſterii Weſtphal. 1639. 4. Meurſius ad Heſychium illuſtrem p. 179. ſq. Samuel Petitus lib. 2. obſerv. c. 1. Ezech.

Spanhemius de uſu numiſmatum & præſtantia diſſ. ſecunda. Gvilelmus Nicols in ſex libris elegiaco ſcriptis carmine notisqve illuſtrato de literis inventis. Lond. 1711. 8. Olaus Rudbeckius parte 1. Atlanticæ c. 38. Bochartus lib. 1. Chanaan cap. 20. Tho. Munkerus ad Hyginum fab. 277. Joh. Marshamus Canonis Chronici p. 123. ſq. & auctor eruditæ diſſ. qvæ Clariſſ. Montfauconi Palæographiæ ſubjicitur de priſcis Græcorum ac Latinorum literis. Leo qvoqve Allatius paravit librum de origine Græcarum literarum, in qvo earum antiqvitatem & uſum & ut immutatæ fuerint, explicaverat, ut ipſe teſtatur lib. de patria Homeri pag. 88. Ex gruum volatu figuras literarum à Mercurio Trismegiſto efformatas tradit Caſſiodorus lib 8. Variar. Ep. 12. alii hoc tribuunt Palamedi, unde grues aves Palamedis dicuntur à Martiali lib. 13. Epigr. 75. De volatu literato gruum videndus præ cæteris Jac. Gaffarellus in curioſitatibus inauditis p. 250. ſq. meminit & Martialis lib. IX. Epig. 14. laudans nomen Earini digniſſimum, qvod penna ſcribente grues ad ſidera tollant. Idem Gaffarellus multus eſt in explicando Alphabeto ſuperſtitioſo & inani, qvod in cœlo videre ſibi viſi ſunt nugivenduli nonnulli, de qvo Kircherus tomo 2. Oedipi p. 2. p. 215. Alia Alphabeta commentitia Adami, Noachi, & Henochi refert atqve explodit Tho. Bangius in cœlo orientis Exercit. ſecunda de literatura Patriarchali, vide ſis qvoqve Rocham in Bibliotheca Vaticana p. 79. 82. 88. 91. ſeq. Kircherum tomo 2. Oedipi Parte 1. pag. 105. In ordine alphabeti Hebræos ac Phœnices ſecuti ſunt Græci & Latini, ut poſt alios notant Hallenſes Parte VI. Obſerv. cap. 4. Græca Alphabeta per varias ætates diverſimode in MSS. exarata ſingulari tabella exhibuit Eduardus Bernhardus Anno 1689. Oxonii, atqve inde Ezech. Spanhemius de uſu & præſtantia numiſmatum diſſ. 2. edit. Lond. Longe plurima ab eo tempore è MSS. produxit Montfauconus in eruditiſſimo Palæographiæ Græcæ opere. Latina diverſarum ætatum habes apud Mabillonium in opere præclaro de re diplomatica, & Papebrochium in propylæo ad tomum 2. Actorum Sanctorum Aprilis. Variarum lingvarum alphabeta & notas ſingulari ſtudio collegit ac digeſſit Andreas Mullerus Greifenhagius, una cum verſionibus prope centum orationis Dominicæ, & poſt ejus fata publico dedit Seb. Godofr. Starkius ὁ μακαρίτης, Berolini 1703. 4. Notas varias & ſiglas Medicorum, Chymicorum, Aſtrologorum exhibet præter Montfauconum Cangius ad calcem Gloſſarii Græci.

*Ciſrarum* uſum & figuras non ab Arabibus primum repertas, ſed

à

à Græcis ad Arabes, ab his ad Indos, tum ad nos qvoqve perveniſſe contendit Iſ. Voſſius p. 64. ſq. ad Melam: & Boëthii jam ætate recepta fuiſſe hæc numerorum ſigna ex antiqviſſimo ejus codice ibidem demonſtrat. Cui adde Joh. Wallisii Epiſtolam de cifrarum in Anglia uſu circa annum Chriſti 1090. in Transactionibus Philoſophicis Anno 1700. menſe Septembri. Ex Græcis literis formatas eſſe numerorum notas, facile oſtendit Huëtius in demonſtratione Evangelica, qvod de characteribus 7. Planetarum etiam veriſimile eſſe & ex Græcis 7. vocalibus illos videri formatos, alibi demonſtravi, licet alias rationes characterum illorum reddit Joſ. Scaliger ad Manilium p. 640. edit. Argentorat. cui adde Salmaſium ad Solin. p. 873. ſq.

Præter literas vulgares, qvibusdam gentibus etiam fuere *literæ ſacræ* ſive *hieroglyphicæ*, ut de Ægyptiis vulgo conſtat, de qvibus nota Clementis Alexandrini, Diodori Siculi & aliorum teſtimonia, & libri integri Horapollinis, Pierii Valeriani, Nic. Cauſſini, Michaëlis Maieri: ſed præcipue perſpicui documenti loco ſunt, obeliſci hodieqve ſuperſtites, atq; literis illis inſcripti, & à Kirchero in Obeliſco Pamphilio & Oedipo Ægyptiaco qvanqvam non usqve qvaqve feliciter explicati. De aliarum gentium characteribus, qvos à profanis diverſos habuerunt, diſputat Bochartus in Geographia Sacra lib. 2. Chanaan cap. 17. qvod vero de Æthiopibus ibidem tradit, aliter viditur Jobo Ludolpho, Hiſtoriæ Æthiopicæ lib. IV. cap. 1. §. 23. Hebræorum populo ſanctiores fuiſſe literas, qvas vulgo dicimus Samariticas, nullo certo teſtimonio conſtat, cum nummorum lubrica ſit fides, & Pentateuchum Samariticum ex Hebraico noſtro deſcriptum eſſe clariſſimis argumentis docuerit Jo. Henr. Hottingerus in exercitationibus Samariticis, cui adde ſis Stephanum Morinum in exercitationibus de lingva primæva, & Johannem Buxtorfium de literis Samariticis adverſus Ludov. Capellum. De Lingva Sacra Ægyptiorum agit qvoqve idem Bochartus in Phaleg p. 156. & Joh. Clericus ad Exod. XXVIII. 37. Initia ſive myſteria ſcripta literis arcanis vide Jo. Priceum p. 693. ad Mileſias Apuleji. De Lingva Sacra Braminum meminit Jo. Baptiſta Tavernierius parte 2. Itinerarii p. 171. & plerisqve Indis qvemadmodum etiam Siamenſibus duplex eſt lingva, una vulgaris & altera eruditorum, ut ex Louberio & aliis conſtat. Sinenſes vero neqve literis utuntur neqve facile concipiunt, qvomodo fieri poſſit, ut tam exiguo numero characterum qvorum ſinguli nihil ſignificant, exprimere atqve ſcripto conſignare poſſimus tot tamq; diverſas animi noſtri conceptio-

nes & qvæcunqve ore eloqvi valemus. Itaqve loco Alphabeti habent characteres ſeu figuras qvamplurimas, qvarum alii 80000. alii 54409. numerant, vide Ludovicum de Comitibus memoriarum Sinenſium tomo 1. p. 255. & Novellas Reipubl. Literariæ A. 1688 p. 189. Qvomodo Sinenſium characteres differant ab Hieroglyphicis Ægyptiorum, disqvirit Kircherus tom. 3. Oedipi p. 10. ſq. idem characterem Zoographicum ſive Hieroglyphicum Hermetis ut hariolatur cum Alphabeto Copto & literis Græcis confert p. 35. ſq. De literis Brachmanum ſeu Gymnoſophiſtarum idem Kircherus conſulendus p. 21. ſq. De Mexicanorum p. 28. ſq. de Peruvianis aliisqve gentibus qvi literarum uſu deſtituuntur, eorumqve loco nodos vel aliud ejusmodi abhibent, vide Ludolphi Neocori Biblioth. novorum librorum Anno 1699. p. 669. & Hallenſium Obſervat. ſelectas tomo 1. p. 292. Germanis etiam veteribus literarum ignorationem ex Taciti teſtimonio objectam disqvirit idem Neocorus p. 674. ſq. qvod tamen ad ſolum literarum amatoriarum commercium reſtringit Vir Clariſſ. Andreas Ludovicus Kœnigsmannus Exercitatione ſingulari Kiloniæ edita de literarum amatoriarum apud Germanos ignoratione. Vide & alteram ejusdem de origine literarum apud Germanos.

XI. Typographiam artem à Germanis repertam eſſe præter alios agnoſcit Claudius Qvilletus Gallus lib. IV. Callipædiæ, hiſce verſibus:

*Quis neſcit diri reſonantia fulmina Martis*
*Germana fabricata manu? graphicasque typorum*
*Inventas Rheni famoſa ad flumina formas,*
*Doctorum queis ſcripta virum pretioſaque Muſis*
*Carmina venturos durant ſervata per annos.*

Neqve hanc gloriam Germanis invident Gabriel Naudæus, in Hiſtoria Ludovici XI. c. 7. aut Mabillonius tom. 1. Muſei Italici p. 64. qvanqvam Belgis Harlemenſibus, inventore *Laurentio Coſtero* * vindicare malunt

* Coſtero forte non deneganda inventio rudimentorum typographiæ ſive artis voces ligno inciſas imprimendi: ſed perfectio ipſa & qvod in inventione illa præcipuum eſt ars imprimendi literis ſeparatis plumbeis, qvarum ad multos & varios libros excudendos uſus eſſe poſſit, Moguntinis vel Argentoratenſibus debetur. Confer Jo. Georgii Betulii ſive Burchardi Epiſtolam ad amicum de relatione itineris D. Chriſtiani Henrici Erndl. p. 65. ſq. Sinenſium typographia Coſteri inventioni ſimilis, nihil fere cum Europea commune habet. Coſteri Epitaphium apud Harlemenſes legitur hoc: M. S. Viro Conſulari LAURENTIO COSTERO Harlemenſi, alteri Cadmo, & Artis Typo-

lunt Boxhornius & P. Scriverius, Bertiusqve & in Hiſtoria Batavica c. 17. Adrianus Junius. Cæterum inter Germanos ipſos hoc de invento certant Argentinenſes & Moguntini. Nam Moguntinis hunc honorem aſſerunt Trithemius, Nicolaus Serrarius & Jo. Saubertus: tum Georgius Fridericus Magnus, de qvo Tentzelius in dialogis vernaculis menſtruis A. 1692. p. 683. ex Italis etiam Bernhardus Scardeonius, ut obſervatum Struvio p. 164. tom. 1. Bibl. Antiqvæ. Argentinenſibus Adamus Schragius, Jo. Henr. Bœclerus, Jo. Schmidius, Jo. Schilterus & Jacob. Wimphelingius. Sane inter primos fuerunt, *Jo. Guttenberg zum Jungen*, *Johannes Fuſt* & *Jo. Medinbach*, * cives Moguntini & *Jo. Mentelius*, civis Argentoratenſis, qvi in Europa libros typis exſcriptos in lucem ediderunt circa annum 1450. ac deinceps. Noviſſime paradoxon hactenus inauditum de Pamphilo Caſtaldo, Feltrinenſi, typographiæ primo inventore, à qvo artem illam didicerit Johannes Fauſtus, vidi memorari in Ephemeridibus Pariſienſibus Anni 1712. tom. 2. p. 470. De Gvilelmo Caxoduno qvi primus typographicam artem Londini exercuit, adi ſi placet Jo. Lelandum de ſcriptoribus Britanniæ p. 423. In Gallia antiqviſſimi typographi fuere Ulricus Gering, Martinus Crantz & Michaël Friburger circa Annum 1470. Græcis literis primus impreſſit Pariſiis Jo. Gourmont. Romam hæc ars perlata eſt à Conrado Sweinheim & Arnoldo Pannarts circa Annum 1465. Cæterum de univerſa hac re & typographicæ artis origine atqꝫ incrementis videndi Andr. Chevillerius in Lib. Gallice edito & variis ſcitu jucundis rebus referto de origine typogaphiæ Pariſienſis, Pariſ. 1695. 4. Bernhardus à Mallincrot in tractat. de ortu & progreſſu artis typographicæ, Colon. 1693. 4. Iſaacus Bullart in Academia ſcientiar. Gallice edita tom. 2. p. 242. ſq. (ubi ſingillatim de Guttenbergio & Coſtero) Pauli Freheri theatrum viror. eruditorum p. 1424. ſq. Joh. Arnoldus Bergellanus in poëmate encomiaſtico de chalcographiæ inventione, qvod integrum recudi curavit Tenzelius Bibl. ſelect. A. 1704. p. 986. ſq. Jo. Langius II. 3. Epiſt. Medic. Georgius Paſchius in inventis, nov-antiqvis p. 330. ſq. Joh. Caillius, in hiſtoria typograhiæ edita Gallice Pariſiis 1689. 4. qvanqvam Vignolius Marvillius tom. 1. Miſcell. p. 80. notat eundem non ſatis certam notitiam habuiſſe rerum plerarumqve de qvibus dicere inſti-

pographicæ circa Annum Domini MCCCCXXX. inventori primo, bene de litteris ac toto Orbe merenti, hanc Q. L. C. Q. ſtatuam, qvia æream non habuit, pro monumento poſuit Civis gratiſſ. ADRIANUS ROMANUS, Typographus A. M.DC.XXX.

* Vide Tentzelii dialogos A. 1698. p. 664. ſq. & 739. Burch. Gothelf Struvii introduct. in Hiſt. literar. c. 5. Chronicon der Stadt Francfurt an Mayn p. 435. ſq.

inſtituit. His adde Gvil. Erneſtum Tentzelium in dialogis vernaculis Anni 1692. 1695. & 1697. & in lib. ſingulari Germanice edito de inventione Typographiæ, qvi recenſetur in Actis Eruditor. 1700. p. 153. ſq. Paulum Patrem in diſſ. de Germaniæ miraculo typis literarum, earumqve differentiis. Lipſ. 1710. 4. Memorias literarias Trevoltinas p. 1724. ſeq. A. 1712. Thomam Bartholinum diſſ. 4. de legendis libris p. 109. qvi etiam p. 110. Bibliorum Latinorum Anno 1450. Coloniæ editorum meminit à Jo. Guttenbergio poſt excuſum ab eodem A. 1442. doctrinale Alexandri & Petr. Hiſpani qvosdam tractatus. Ab eodem Joh. Guttenbergio qvem Wimphelingii fide Argentinenſem vocat, Moguntiæ feliciter detectam typographiam affirmat Kircherus, in Propylæo ad Oedipum Ægyptiacum cap. 2. Qvanqvam vero Typographi Anno 1640 jubilæum paſſim artis ſuæ celebraverunt, cujus acta mihi ad manus ſunt vulgata Lipſiæ illo Anno in 4. atqve adeo origo Chalcographicæ artis vulgo refertur ad annum Chriſti 1440. tamen libros integros typis impreſſos ante A. 1450. vix ac ne vix qvidem reperiri, à Tentzelio & aliis eſt annotatum. Ecqvis vero Liber primus typis æneis exſcriptus fuerit, disqvirit Scaliger ſive qvisqvis autor confutationis fabulæ Burdonum p. 258. ſq. cui adde ſis Rev. Benthemium in Holländiſchen Kirchen-Staat pag. 69. Ephemerides Pariſienſes Anni 1686. pag. 20. Catalogum Librorum ab inventa typographia usqve ad annum 1500. impreſſorum texunt Phil. Labbeus in Bibliotheca nova MStorum, Joh. Saubertus in Hiſtoria Bibliothecæ Norimbergenſis, Anton. Reiſerus ὁ μακαρίτης in Catalogo MStorum Bibliothecæ Auguſtanæ, Suffridus ab Ooſterwyck (de qvo vide Voëtium parte 2. Politiæ Eccleſiaſticæ p. 1130.) & his omnibus diligentius, qvanqvam etiamnum valde imperfecte Cornelius Beughem in incunabulis Typographiæ editis Amſtelod. 1688. 12. Varia poſt inventa, qvibus magis magisqve exculta atqve exornata fuit ars Typographica, recenſentur in Novellis Reip. literariæ A. 1700. tomo 2. p. 152. ſq. ubi inter alia p. 154. notatur, qvod diverſis generibus literarum uti, qvarum antiqvas alias, alias *currentes* vocant typographorum filii, Aldus Manutius avus primus docuerit. Confer ſi placet easdem Novellas A. 1704. tomo 1. p. 519. 520. & Molineti Hiſtoriam de fortuna literarum Romanarum, de qvo libro Ephemerides Pariſ. A. 1684. p. 29. ſq. Mr. Cot, Hiſtoire generale de la fonderie des lettres & del Imprimerie. Mem. de Trevoux A. 1711. p. 1118. ſq. Characteres typosqve Muſicos primus uſurpare docuit in Gallia Jacobus de Sanlecqve, ut notat Vignolius Marvillius tomo 1. Miſcellaneor. p. 81.

De

De Roberti Granzoni, Lugdunenſis Typographi inventione *charaﬤeres ſcripturæ calamo exaratæ* typis æneis imitari conantis, vide V. C. Godlieb Cranzium in memorabilibus Bibliothecæ Eliſabethanæ Uratiſlavienſis p. 73. Idem p. 27. agit de deſcriptione ſive *inciſione imaginum in tabulas ligneas*, Germanis tanqvam inventoribus adſcribenda, & de *æris* ſive *cupri inciſione* & *eroſione*, qvæ non Andreæ Mantegnæ & Franc. Parmeſanino, Italis, ſed Germanis Mart. Schœnio & Alberto Durero debetur.

Præcipuos & celebriores *Typographos*, ex Hadriani Bailleti judiciis eruditorum & Almelovenii vitis Stephanorum Alphabetico ordine pridem notavi ad calcem Bibliothecæ Latinæ, qvibus addes Burch. Gotthelf Struvii introductionem ad rem literariam cap. 5. Judæis CPoli & Theſſalonicæ conceſſam pridem typographiam, cujus uſus alioqvi prohibitus in ditionibus Turcicis eſt, notat Joh. Jacobus Schudt in Hiſt. Judaica p. 452. ſq. ſed tantum reſtrictam ad libros Hebraicos excudendos, & à longo jam tempore deficientem. At gaudent typographiis Judæi non tantum in Germania Francofurti ad Mœnum, Dannhuſæ in Svevia, Dyrenfurti in Sileſia, in Polonia Cracoviæ & Lublini, Pragæ in Bohemia, in Belgio Amſtelodami, ſed & in Italia qvoqve Venetiis & alibi, vide Chevillierium de origine Typographiæ Pariſienſis p. 264. ſq. & Bartoloccium tom. I. p. 432. qvid qvod etiam privilegia addunt & exſecrationes in libris impreſſis ne qvis illos audeat recudere. Plusne mali an emolumenti Reipublicæ literariæ attulerit ars typographica, disqvirit Gvil. Inſulanus, in Statera Chalcographiæ qva bona ipſius & mala ſimul appenduntur & numerantur, Anno 1547. 8. Confer Boccalini centuriam primam relationum ex Parnaſſo, relatione 35. Religionem Medici p. 152. & Rol. Mareſii Epiſtolas pag. 353. Merito autem Nicolaus Beraldus, præfatione ad Plinium optat aliqvo publico decreto inhiberi ac reprimi inſolentiſſimam ignorantum impreſſorum audaciam, qvibus hoc debemus, qvod *pro unaquaque litera invenimus plagam, pro ſyllaba crucem, pro libro tormentum.* Qvanto præclarius Aldus Manutius qvi in præfatione ad Platonem Græce à ſe editum Venetiis A. 1513. fol. *quotiescunque*, inqvit, *vel mea vel eorum incuria qui mecum corrigendis libris incumbunt, aliquo in libro quamvis parvus error committitur, etſi opere in magno fas eſt obrepere ſomnum, (non enim unius diei labor hic noſter ſed multorum annorum, atque interim nec mora nec requies) ſic tamen doleo, ut ſi poſſem mutarem ſingula errata numo aureo.* De aliis artibus atqve opificiis ſtudia promoventibus ut *Bibliopolarum*,* *Bibliopegorum* &c.

LIII vide

* Plura Bibliopolia fuiſſe Romæ ἐν τῷ Σανδαλαρίῳ teſtatur Galenus de libris propriis ſub init.

vide qvæ laudatus Tentzelius in dialogis vernaculis A. 1698. p. 603. ſeq. ex libro Abbildung der gemeinen nützlichen Haupt-Stände Regenſp. 1694. 4. De arte *pictoria* antiqvorum libros tres ſcripſit *Franciſcus Junius* Franciſci F. cujus præclari operis editioni ſecundæ ſubjectus Catalogus priſcorum Architectorum, Mechanicorum, pictorum, ſtatuariorum, cælatorum, tornatorum aliorumqve artificum & operum qvæ fecerunt. Roterd. 1694. fol.

XII. Alia *inventa* veterum & recentiorum exponunt Polydorus Virgilius ſingulari opere, cujus tres primum libri Argentorat. 1509. 4. deinde octo de rerum inventoribus ſæpiſſime lucem adſpexerunt. In prima qvæ in manibus mihi eſt editione nonnulla leguntur, qvæ deinceps ad monitum Indicum expurgatoriorum omiſſa vel immutata ſunt. Præter Polydorum hoc argumentum attigerunt M. Antonius Sabellicus, Alex. Sardus, Jo. Matthæus Lunenſis, Jo. Textor in officina: Præcipue vero commemorandi Gvido Pancirollus libro de antiqvis deperditis* & recens inventis cum Henr. Salmuthi commentario: Mich. Watſon in theatro variarum rerum, Brem. 1663. 8. Theod. Janſonius ab Almelooveen in Inventis nov-antiqvis (qvibus Medica potiſſimum attingit, ut Mich. Bernardus Valentinus in Medicina nov-antiqva, Archibaldus Pitcarnius in diſſ. qvinta Medica, Jo. Abraham Merklinus in feliciori qvam nunc Medicina &c.) & in rerum inventarum onomaſtico ſecundum literarum ordinem digeſto: Amſt. 1684. 8. qvod longe locupletius prodiit Germanice in parte 3. Operis cui titulus: der eröffnete Ritter-Platz. Hamb. 1704. 12. Georgius Paſchius in Inventis nov-antiqvis, Kilon. 1695. 8 cujus altera editio A. 1700. Lipſiæ 4. longe locupletior eſt, & Joſephus Blancanus Jeſuita in opere de recentioribus inventis. Ex veteribus idem argumentum tractaverunt Antiphanes, Ariſtodemus, Ariſtoteles, Cydippus Mantinenſis, Dinias, Ephorus Cumanus, Philoſtephanus, Scamon Mitylenæus, Simonides, Strato Peripateticus, & Theophraſtus Ereſius, vide Clementem Alexandrinum 1. Stromatum p. 308. cujus verba repetit Euſebius X. 6. præparat. & Strabonem lib. XIII. p. 622. ubi Ephori meminit, contra qvem ſcripſit Strato, ut ex Indice Libri VII. Pliniani colligunt Jonſius & Harduinus. Cæterum horum omnium ſcripta jam pridem interciderunt. Ex iis qvi exſtant, videndus præter Clementem Plinius VII. 56. Hiſt.

*Pyxidem nauticam* (ut unum vel alterum tantum è præcipuis attingam)

* Confer Perraltum, parallele des anciens & de modernes Tomo 1. pag. 54. ſq.

tingam) Salomoni Regi innotuiſſe non dubitant, Levinus Lemnius III. 4. de occultis naturæ miraculis, Jo. Pineda de rebus Salomonis IV. 15. p. 273. & Nic. Fullerus lib. IV. Miſc. ſacrorum cap. 19. qvod refellit Bochartus in Chanaan lib. 1. cap. 38. & Herm. Witſius in Dodecade diſſertationum p. 109. ſq. Vide & Martium Lipenium de navigatione Salomonis Ophiritica cap. V. p. 394. ſq. Georg. Hackewillium opere Anglice edito de providentia p. 323. ſq. & Jo. Baptiſtæ Riccioli Geographiam reformatam p. 91. 473. ſq. Similiter falluntur qvi *verſoriam* Plauti †, pyxidem nauticam interpretantur, qvos confutat Turnebus XX. 4. Adverſar. funem qvo velum vertitur, illo vocabulo ſignari notans. Confer Bonifacium II. 26. Hiſt. ludicræ. Pyxis qvoqve cujus à ter mille annis uſum fuiſſe ajunt apud Sinenſes, non Magnetica & nautica ſed ſortilega eſt, ut Martinus Martinius in Epiſtolis annotavit. Tamen ajunt Paulum Venetum pyxidem nauticam accepiſſe à Sinenſibus, & circa A. 1260. in Italiam attuliſſe, qvod inventum alii contendunt circa A. 1300. prolatum à Joanne Goja †† Amalphenſi, vel ſub idem tempus à Flavio Melſio * Campano. Ferunt etiam Vaſcum Gamam ** qvi primus detexit promontorium bonæ ſpei, incidiſſe in naves Barbarorum qvibus acus magneticæ uſus foret. Petrum Peregrinum Gallum *** trecentis amplius abhinc annis primum de ea ſcripſiſſe refert Cabæus, cujus libellum Garzonius ſe vidiſſe teſtatur antiqva membrana conſcriptum in Bibl. Caſtellana Venetiis, qvanqvam eum poſtea Johannes Taiſner tanqvam proprium evulgavit, ut Gilbertus Peregrinum è Rogeri Baconi ſcriptis ſuffuratum ſuſpicatur. Athanaſius qvoqve Kircherus in arte Magnetica lib. 1. c. 3. profert verſus Gvioti Poëtæ Galli, qvi circa initia ſæculi XII. claruit, & acum magneticam notam ſibi fuiſſe ſatis diſerte declarat. Neqve omittendum qvod illius uſum etiam in terreſtri itinere ad ſepulchrum Muhamedis memorat Laonicus Chalcondylas de rebus Turcicis lib. 3. *camelos*, inqvit, *conſcendunt utentes ſignis, quæ viam commonſtrent, magnetis demonſtrationibus.*

*Miſſiles ignes* facesqve & glandes in obſeſſos jaciendi antiqvus mos, ut conſtat ex Taciti II. 21. Hiſt. & Svida in σκυταλίδες. Ac mira ſunt



† Mercatore: *Huc ſecundus ventus nunc eſt, cape modo verſoriam,*
*Hic favonius ſerenus eſt, illis auſter imbricus.*

†† Voſſ. de ſcientiis Mathemat. p. 280.

* Gyraldus lib. de navigiis c. 1. Dapper Americæ p. 9. Petrus Bellonius lib. II. Obſerv. c. 16.

** Voſſius libro laudato pag. 459. G. Paſchius invent. nov-antiqv. pag. 772.

*** Sam. Parkerus lib. de Deo pag. 127.

qvæ de fictilibus vaſis * Perſarum, oleo certo ex animali Indico plenis atqve in urbes projectis vel ad portas alliſis & inextingvibile incendium facientibus narrant è Cteſia Ælianus V. 3. de animalibus, Philoſtratus III. 1. & Photius Cod. 72. p. 92. Etiam avtomati ignis, deſcriptio qvæ proxime accedit ad præparationem *pulveris* noſtri *pyrii* exſtat in Julii Africani ceſtis cap. 44. p. 303. qvem locum emendatius Græce produxit Iſ. Voſſius p. 87. Var. Obſervationum. Etiam machinas ejusmodi ex qvibus ignem jacularentur qvalia ſunt *tormenta* noſtra *bellica* & *bombardæ*, veteribus notas fuiſſe, non abſurde colligas. Nam ut Salmoneum flammas Jovis & ſonitus imitatum Olympi jam omittam, Dio in Caligula p. 662. *ταῖςε βρονταῖς ἐκ μηχανῆς ἴινος ἀντεβρόντα καὶ ταῖς ἀςραπαῖς ἀντήςραπτε.* Philoſtratus de Indorum ſapientibus lib. II. c. 33. vitæ Apollonii, narrat eos ſi ab hoſtibus invaderentur non prodiiſſe in aciem ſed *πρηςῆρας* & *βροντὰς* in illos veluti de cœlo immiſiſſe, & III. 13. narrat Panas Baccho & Hercule duce in illos impetum facere voluiſſe, ſed *ἐμβροντηθέντας ὑπὸ τῶν σοφῶν* concidiſſe, petrisqve impreſſa irriti conatus ſui veſtigia reliqviſſe. Hinc & Thomas Hyde in Hiſtoria Schachiludii p. 175. ſq. non dubitat Indis ante plurima ſæcula perſpectam fuiſſe pulveris pyrii & tormentorum ignes jaculantium rationem, ab Indis eam accepiſſe Chinenſes. Vide & qvæ de Indorum Bontanienſium tormentis & nitrato pulvere Tavernierius tomo 2. itineris pag. 181. 183. edit. Germanicæ in fol. A Chinenſibus accepiſſe Saracenos, qvi etiam illo poſtea in bello adverſus Ludovicum Sanctum Galliæ Regem uſi ſunt, Jonvillio oculato teſte: à Saracenis profugum Callinicum imperante Conſtantino Pogonato uſum ejus circa A. C. 655. primum monſtraſſe Chriſtianis, vir doctus in Variis obſervationibus p. 89. diſputat, licet ignis ille Græcus è naphta & bitumine *ὑγρὸν πῦρ* & *πῦρ θαλάσσιον διὰ τῶν σιφόνων ἐκφερόμενον* alterius generis fuit, qvem Conſtantinus Porphyrogenetus de adminiſtrando Imperio cap. 13. pag. 27. ait ab Angelo monſtratum primo & magno Conſtantino, hunc vero diris devoviſſe eos qvi uſum ejus aliis gentibus monſtrare auſi fuerint. Confer Cangium in *πῦρ* & *ignis Græcus*, & ad Villeharduinum p. 306. Qvam naphtam Medi, Græci oleum Medeæ dixere, teſte Procopio IV. 11. de bello Gothico p. 594. 596. Tormenti ingentis deſcriptioni qvam è Froſſardo affert Iſ. Voſſius, adde alteram Ducæ ubi tormentum in obſidione CPoleos adhibitum deſcribit, è qvo Lapides & globos plumbeos per milliare jaculari potuerunt p. 145. 153. vide & p. 118. 138.

* Gedeonis lagenas cum lampadibus, Judicum VII. 16. 20. de igne ejusmodi intelligit Rogerus Baco. Vide Olaum Borrichium de origine Chemiæ p. 126.

138.139.160. & Annam Comnenam pag. 335. ſq. 383. Hieron. Magium Miſcellaneorum libro & capite primo. H.L. Schurtzfleiſchium ad Thaddæi Dondolæ de patria Propertii p. 35. ſq. De Rogero Bacone qvi pulveris nitrati vires primus Europæis monſtraſſe dicitur, defunctus A. C. 1292. & qvi uſum illius perfecerunt atqve in granula cogendi modum docuere, Ancklitzio de Friburg & Bertoldo Schwartzio, vide Gabrielem Groddeckium τὸν μακαρίτην in erudita diſſ. de eo qvod juſtum eſt circa tormenta bellica, Gedani 1708. Memorat & Abraham Peritzol in itineribus mundi p. 92. & 94. *metalla cava ad præjiciendum lapides per vim ignis, & ad perdendum quamvis habitationem & munimentum.* Scripſit A.C. 1525.

De tubis opticis qvi reperti perinde locupletarunt Aſtronomiam, ut pulveris pyrii inventio rem bellicam, pyxidis magneticæ nauticam, & typographia literariam alia facie induit, dixi lib. IV. Bibliothecæ Græcæ cap. 14. §. ult. ubi etiam de ſphæris, globis, aſtrolabiis & aliis Mathematicis inſtrumentis.

# CAPUT XXII.

## De Veterum Ludis, Luxu, Ædificiis, Supellectile, ſtatuis ac monumentis.

*De ludis Hebræorum,* 1. *Aliorum populorum Orientalium.* 2. *Græcorum, Romanorum &c.* 3. *Alea legibus vetita.* 4. *De ludo talorum, cottabo, aliisque ludis convivalibus.* 5. *De ludis & exercitiis Gymnaſticis & de Amphitheatro.* 6. *De ludis Circenſibus.* 7. *Ludo Trojæ, & aliis ludis equeſtribus, Venatione &c.* 8. *De funambulis, & omni genere θαυματοποιῶν.* 9. *De ludis theatralibus & thymelicis. De mimis, pantomimis & γελωτοποιοῖς.* 10. *De luxu veterum.* 11. *De ædificiis & partibus ædium.* 12. 13. *Balneis.* 14. *Statuis.* 15. *De vario genere ſuppellectilis.* 16. *De vita privata & ordinibus hominum privatorum, collegiis opificum &c.* 17.

I.

DE ludis apud Judæos uſitatis altum fere apud Scriptores ſilentium eſt, præter pauca illa, qvæ notarunt viri præſtantiſſimi Joh. Henr. Otto in Lexico Rabbinico, voce *ludus*, & Wagenſeilius in libro de Norimberga cap. 22. Libellus סור מרע

 *recede*

*recede à malo*, ſive dialogus inter Medadum, qvi laudat, & Eldadum, qvi reprehendit luſum, prodiit cum B. D. Auguſti Pfeifferi verſione Witebergæ 1665. 4. Confer Buxtorfii Lexicon Talmudicum pag. 2049 & Clariſſimi Collegæ mei Joh. Chriſtophori Wolfii Bibliothecam Hebraicam pag. 415.

II. De aliorum Orientalium ludis, Indorum, Arabum, Chinenſium Thomas Hyde in libro erudito de Scachi-Ludio * & Nerdiludio ſive Ludo latrunculorum (Dam-Spiel) qvem à Scachi-ludio diverſum oſtendit, Oxon. 1694. 8. Idem promiſit appendicem de Charti-Ludio ludisqve arithmeticis, & de fabula Celila ** & Dimne, ſed qvæ appendix edita adhuc non eſt. Subjunxit autem Hydeus Hebraice & Latine R. Abraham Aben Ezræ poëma rythmicum, & R. Bonſenior Abben Jachiæ & Anonymi delicias Regum, qvi ambo proſa Schachiludium deſcripſerunt. Conferenda etiam illuſtris Leibnitii annotatio de qvibusdam ludis, inprimis de ludo qvodam Sinico, differentiaqꝫ Scachici & Latrunculorum. & novo genere ludi navalis, in Miſcellaneis Societatis Regiæ Berolinenſis tomo I. Anno 1710. 4. pag. 22. ſq.

III. De ludis Græcorum conſulendus Julius Pollux IX. 7. atqve è recentioribus Joh. Meurſii Græcia Ludibunda, qvæ cum ſupplemento ex Salmaſii notis ad Vopiſci Proculum c. 13. & Danielis Souterii Palamede ſive libris tribus de tabula luſoria, alea & variis ludis, ex editione Lugd. Bat. 1625. 8. recuſa eſt tom. VII. Theſauri antiqvitatum Græcarum. Vide & Jo. Frid. Gronovium de ſeſtertiis III. 15. & Jo. Potterum II. 21. ſeq. Archæolog. In eodem ſeptimo Antiqvitatum Græcarum Tomo occurrit Julii Cæſaris Bulengeri liber de ludis veterum, ex editione Lugd 1627. 8. & Cœlii Calcagnini de Talorum & Calculorum ludis ex more Veterum, & Andreæ Senftlebii de alea veterum libellus, qvi Lipſiæ lucem viderat 1667. 8. De alea videndi præterea Alexander ab Alex. III. 21. Cœlius Rhodiginus IV. 11. XX. 27. Antiqv. lect. Adrianus Turnebus XVIII. 12. XXVII. 3. Adverſ. Adrianus Junius II. 4. animadverſ. & Jo. Guil Bergerus in eclogis Archæologicis ad dolum aleæ veteris Witeb. 1712. Elegans & Clariſſ. Segvini numus p. 13. in qvo tali qvatuor, adſcriptis verbis: *qui ludit,*

* Confer laudati Wolfii Bibl. Hebraicam p. 230. & 406.

** De libro Celila & Dimne dixi lib. V. Bibl. Græcæ cap. 5. p. 460. ſq. Excerpta ex libro Tho. Hydei prolixa habes in W. Erneſti Tentzelii τῷ μακαρίτου Bibl. ſelecta A. 1704. pag. 541. ſeq.

*ludit, arram det quod ſatis ſit.* De Scachiludio plurimos ſcriptores laudavit Hydeus p. 192. ſq. Notum præcipue Marci Hieronymi Vidæ, * Cremonenſis elegantiſſimum carmen heroicum de Scachia-Ludo, qvod Coſmus Grazinus emendavit & Hetruſco poëmate expreſſit Florent. 1504. 4. Guſtavi Seleni ſive qvi ſub hoc nomine latet Auguſti glorioſæ memoriæ Brunswicenſium Ducis opus, Aurelii Severini de Tarſia liber Italice editus de Ludo Scacchorum & veteri Pettia, & qvod Palamedes ludum Scachium non invenerit. Qvi liber recenſetur in Ephemeridibus Literariis Parmenſibus Anni 1690. pag. 228. ſq. vide & Cangii gloſſar. in *Scaci* & *ζατρίκιον*, Annam Comnenam Alexiados p. 360. Menagii origines linguæ Gallicæ in voce *Echecs*, & Jo. Franciſcum Saraſinum in Epiſtola ad Arnaldum Ducem exercitus, Gallice Scriptam de ludo latrunculorum, Davidem Clericum Oratione VII. Petronium Clariſſ. Burmanni p. 129. Salmuthum item ad Pancirolli deperdita p. 25. Part. I. ubi invehitur in eos qvibus Calliopa potior Tabliope eſt, ſive qvi literas profeſſi ludis potius qvam librorum ſtudio ducuntur. Chartarum luſoriarum uſus non ante trecentos annos & in Gallia primum obtinuiſſe videtur, ut ex Menetrii Bibliotheca curioſa ** notat Jac. Bernardus in novellis Reip. literariæ 1705. tom. I. p. 514. ſq. De puerili ludo ἐποστρακισμῷ ſive teſtæ teretis ſuper undis exilientis rotatione Minucius Felix. cap. 3. Pollux IX. 7. ſect. 119. Leopardus VI. 8. emendationum & Meurſius Græciæ ludibundæ pag. 15.

IV. De alea legibus Romanis vetita vide Nic. Abramium ad Orat. Ciceronis Philippicam 2. c. 23. Qvæ veteris Eccleſiæ de ludis ſententia fuerit, exponit Jo. Baptiſta Thiers libro edito Pariſ. 1686. cui titulus: *traité des Jeux & des divertiſſemens qui peuvent étre permis, ou qui doivent étre defendus aux Chretiens ſelon les régles de l'Egliſe & le ſentiment des Peres.* Nempe ludos qvi ſorte conſtant, tanqvam vanam nimis & periculoſam relaxationem animi rejiciunt pleriqve omnes, qvibus addendus Tremblæus in libro Gallice edito Pariſ 1684. qvi inſcribitur *Converſations morales ſur les Jeux & les divertiſſemens*, qvem librum ſi legiſſet, ſeveriorem de ludis ſententiam laturum Virum Clariſſ. Jo. Barbeyracum exiſtimant illi, *** qvi non

* Laudat Eobanus Heſſus p. 506. farraginis Poëmatum

** Titulus libri eſt: Bibliotheqve curieuſe & inſtructive de divers ouvrages anciens & modernes, de literature & des arts, à Trevoux 1704. 12.

*** Vide Ephemerides Pariſienſes A. 1712. Tomo 2. p. 471. & Rev. D. Buddei Theologiam moralem cap. 3. ſect. 5. §. 26. p. 737. ſq.

non modo eos luſus deteſtantur qvi lucri cupidine vel fallendi ſuſcipiuntur animo, qvibusqve magna pecunia & multum temporis melioribus rebus impendendum perditur, ſed qvibus totum iſtud qvod abuſibus maximis adeo obnoxium eſt, in Chriſtiano homine videtur improbandum. Qvibus vero perſvaderi id vix ac ne vix qvidem poteſt, utinam modo hi illis cancellis circumſcriberent ludos ſuos, qvibus illos definitos cupiunt Jo. la Placette libro Gallice edito *des Jeux de hazard*, ejusqve Apologia adverſus Joncourtum: Daniel Whitbus in Ethices compendio Lond, 1713. 8. p. 169. ſeq. & laudatus modo Barbeyracus, cujus Hiſtoriam Ludorum, qvam p. 487. atqve aliis in locis eruditi ſui libri * promittit, avide exſpectamus.

V. De ludo talorum diligenter diſputat Octavius Ferrarius l. 1. electorum c. 16. ubi *Venerem* dictum obſervat jactum, cum qvatuor tali diverſa facie ſinguli caderent. Græcis jactus ſimilis *Midas* vel *Hercules*: vide Schottum ad Proverbia p. 292. *Senionem* cum omnes tali in latus concavum caderent, vel duo in convexum, duo in concavum. *Caniculam* deniqve cum omnes qvatuor tali ſurrexiſſent ſive recto gradu ſtetiſſent. Qvi venerem jecerat, omnes numos tollebat, qvos ponebat qvi jeciſſet caniculam: qvi ſenionem, in ludo ſimplici numum perdebat, in operoſiore numum lucrabatur. Confer interpretes ad Svetonii Auguſtum c. 71. ubi & de eo qvod vocabant *ludere par impar*, Græci ἀρτιάζειν. De κοτ7άβων ludo convivali vide Schol. Luciani tom. 1. p. 38. Meurſium de ludis Græcorum p. 28. ſeq. & Stuckium III. 14. Antiqv. Convival. p. 345. De aliis ludis ad convivia celebrari ſolitis id. III. 22. De Ludo *aut capita aut naves*, (croix ou pile) diſſertations ſur diverſes matieres par Mr. Tilladet, tom. 2. p. 294. *Chartas luſorias* ante trecentos annos in Gallia repertas diſputat Menetrierius Bibl. Curioſæ Gallice editæ Trevoltii 1704. 12. tom. 2. capite 12. ubi & alia de ludis, & de recenti invento diſciplinas chartarum luſoriarum adminiculo tradendi.

VI. De *pilæ* luſu & aliis *gymnaſticis* veterum exercitiis, *diſco, lucta, curſu, ſaltu*, agunt è veteribus Galenus ſecundo ὑγιεινῶν ſive de valetudine tuenda: è recentioribus Hieronymus Mercurialis & Petrus Faber in libris de arte Gymnaſtica, Voſſius in lib. de qvatuor artibus popularibus. Burettus in Memoriis Trevoltinis A. 1706. p. 1612. ſq. Conferenda his ſunt,

* Titulus eſt: *Traité du Jeu, où l'on examine les principales queſtions de droit naturel & de morale qui ont rapport à cette matiere.* Amſt. 1709. 8

ſunt, qvæ de pila ſive ſphæromachia Barthius ad Statium tomo 1. pag. 1. pag. 351. Viri docti ad Pollucem IX. 7. ſect. 103. ſq. & Franciſcus Maria Turrigius ad inſcriptionem Urſi Togati, tomo 12. Græv. p. 397. ſq. ubi etiam de pila vitrea, & ludo latrunculorum è vitro vel gemmis. Inſcriptionem illam ediderat Gruterus p. 637. 1. Turrigii diatriba prodierat Rom. 1630. 4. De lucta Jac. Lydius in agoniſticis ſacris cum Joh. Lomeieri additamento Zutphaniæ A. 1700. 12. recuſis, diſſerit ad loca S. Scripturæ ad Athleticam & gymnaſticam veterum alludentia, Octavius item Falconerius in Inſcriptionibus Athleticis, Rom. 1668. 4. qvæ cum notis Falconerii recuſæ ſunt tomo 8. theſ. Gronoviani, & Juſtus deniqve Lipſius in Saturnalibus ſive libris 2. de gladiatoribus, & aliis duobus ſcriptis de Amphitheatro & de Amphitheatris extra Romam. Joh Bircherodius in exercitatione de Ludis Gymnicis, præcipue certaminibus Olympicis, Hafniæ 1664. 4. De Olympicis, Nemeis, Pythiis, Iſthmiisqve Græcorum, res nota vel ex Pottero II. 22. ſq. & iis, qvæ ad Pindarum viri docti annotaverunt. In Olympiis Antagoniſtæ ſorte dati, ut notat S. Chryſoſtomus ad Jeremiam in Catena Ghisleriana tom. 2. p. 144. De *Amphitheatro* Veronenſi videndus Torellus Sarayna lib. de origine & amplitudine Veronæ, Anno 1540. fol. In Nemauſenſe, Alberti Daugieres S. J. poëma venuſtum in ejus carminibus tertium jam editis Lugd. 1694. 12. p. 217. De Arelatenſi Joſephus Gvis, Oratorii JESU presbyter in deſcriptione Amphitheatri Arelatenſis. Deſcription des arenes ou de l'Amphitheatre d'Arles, Arelate 1665. 4. In tabula adjuncta & ære deſcripta, pulchre exprimitur καθισμα τȣ̃ βασιλέως, ſive thronus è qvo ſpectabat Imperator, qvalis etiam in Circo. Vide Bandurium p. 490.

VII. De ludis Romanorum in honorem Deorum aut defunctorum, Jacobus Gutherius III. 18. ſq. de jure Pontificio, tomo V. Græv. De ludis ſæcularibus plures laudavi ſcriptores ſupra cap. X. §. 8. qvibus addenda Rainſauti diſſ. ad duodecim numos in ludos ſæculares Domitiani, Acta Eruditor. A. 1685. p. 441. De ludorum curatoribus, qvi freqventer erant Ædiles, Everhardus Otto lib. de Ædilibus Coloniarum capite X.

De ludorum Circenſium * apud Romanos ratione ſingularibus

Mmmm ſcri-

* In honorem Solis ejusqve in qvatuor elementa Imperium, inſtituti hi ludi annui die 25. Martii à Piſenſium Rege Oenomao, tempore Romuli. Chron. Paſchale f. 110. ſeq. qvatuor colores agitatorum referebant totidem elementa: 12. domus in Circo erant pro totidem ſignis Zodiaci, Euripus mare: flexus per januas, Oriens flexus ad metas, Occaſus: ſeptem ſtadia curſus ſeptem planetarum. Adde Malalæ Chron. Tomo 1. p. 221.

ſcriptis egerunt tom. IX. Græv. recuſis Onuphrius Panvinius, notis Joh. Argoli illuſtratus, Patav. 1600. fol. Julius Cæſar Bulengerus, qvi Chryſoſtomi homiliam ludis his oppoſitam præmiſit, T. 2. Opuſculor. Lugd. 1626. fol. His addendus Cl. Salmaſius eſt, qvi diligentiſſime de Circo & Circenſibus agit in Commentario ad Solinum, Sirmondus p. 262. ſq. ad Sidonium & Marcus Velſerus in Opp. p. 402. ſq. ubi inter alia Hippodromi Romani formam & factiones agitatorum, albam, ruſſatam, venetam & praſinam expoſitas invenies, & de circis aliarum Civitatum, qvi tamen præter Romanum, Conſtantinopolitanum, ac Mediolanenſem rariſſimi fuerunt. Anſelmus Bandurius ad Antiqvitates CPol. p. 662. ſq. ubi etiam ineditum ut putat Græci ſcriptoris de Hippodromi origine (qvam à Circe repetit) fragmentum, qvod vulgaverat Stephanus le Moyne tom. I. Var. ſacrorum pag. 503. & Camillus Silveſter ad Juvenalis Sat. III. 65. Color χλοώδης praſinus ſive viridis *terræ* ac Cereri, κυάνεος venetus cœruleus *aquæ* & Neptuno: ruſſatus *igni*, albus *aëri* ſacratus erat, unde diverſæ agitatorum factiones. Confer Sponii Miſc. pag. 65. Gruteri inſcript. pag. 331. ſq. Langium lib. I. Epiſt. Medicinal. 78. Chauſſeum in Grævii theſauro tom. 5. pag. 322. Cellar. ad Plin. IX. 6. Epiſt. Damaſcenum tom. 2. edit. Michaëlis le Qvien p. 698. Goarus notis poſterioribus ad paginam Cedreni 364. Philippum Rubenium lib. 2. cap. 27. electorum & Bandurium p. 501. ſq. De duodecim oſtiis Circi vide Auſonium Tollii p. 644. De mappa ſive ſigno dato, Pitiſcus ad Svetonii Neronem cap. 22. Mappam Circenſem manu tenentes Conſules vel Imperatores in numis obſervat Pagi ad A. 394. 3. Confer veterem iconem in Philippi Rubenii electis lib. I. cap. 30. qvi ibidem dextram Circi partem latiorem ſiniſtra fuiſſe obſervat. Idem lib. 2. c. 18. videndus de luſtratione eqvorum in Circo certatorum. Κέλητες etiam deſultores dicti, vide Valeſium ad Sozomeni VI. I. De Ovis & Delphinibus in Circo, Octavius Ferrarius II. 15. electorum. De univerſo hoc argumento non prætereundus qvoqve eſt Petrus Faber, qvi in Athleticis ſuis Ludos veterum non tantum gymnicos, ſed Muſicos qvoqve ac Circenſes perſeqvitur, uti Xyſticos & Thymelicos Alexander ab Alex. III. 9. Omnia fere genera agonum ac certaminum edidit Dionyſius Heraclæ tyrannus teſte Memnone apud Photium Cod. 224. p. 167. ἐπιτελεῖ δὲ καὶ ἀγῶνας ἱππικοὺς, οὐχ ἱππικοὺς δὲ μόνον ἀλλὰ καὶ σκηνικοὺς καὶ θυμελικοὺς καὶ γυμνικούς. De *Ludis Apollinaribus* Romanorum Livius XXV. 12. & Nicol. Abramus in notis ad

Cice-

p. 221. Cedrenum p. 121. Septem qvoqve gyris agon ille peragebatur, & qvi ſeptimo præibat victor erat, licet cæteris ceſſiſſet.

Ciceronis Philippicam II. cap. 13. Ethnicorum ludos theatrales, Circenſes, Venationes & munera adire Chriſtianos probibuere Tertullianus & Cyprianus libris ſingularibus de ſpectaculis. Et Cyrillus Hieroſol. Catecheſi I. c. 4. explicaturus pompam Diaboli cui in baptiſmo renunciavimus, ait eſſe θεατρομανίας καὶ ἱπποδρομίας, κυνηγεσίαν καὶ πᾶσαν τοιαύτην ματαιότητα, ad qvem locum vide Tho. Milleſium. Circenſes ut rem inanem ſpernit etiam Plinius VI. 4. Epiſt. qvemadmodum venationes & cæterum ludorum pompam Cicero VII. 1. ad familiares.

VIII. De eqveſtribus, decurſionibus & puerilibus Trojanis ludis Jo. Jacobus Draco lib. 1. de Orig. & jure Patriciorum Baſil. 1627. 4. c. 11. p. 75. ſq. Onufrius de ludis Circenſibus II. 9. tomo IX. Græv. p. 422. ſq. & Camillus Silveſter ad Juvenalis Sat. I. verſ. 19. De Spectaculis Ludisqve eqveſtribus & Naumachiis, Franciſcus Modius in tom. 1. Pandectarum Triumphalium L. III. qvi integer inſertus eſt tomo XI. theſaur. Gronoviani, & de ſeptentrionalium ludis eqveſtribus aliisqve pariter diſſerit. Hermannus Hugo libro 3. de militia eqveſtri cap. 1. Idem Modius in Pandectis Triumphalibus Francof. 1686. fol. excuſis tomo 2. lib. 1. agit de Haſtiludiis & Torneamentis per Germaniam & Europam univerſam celebratis, & prima *Torneamenta in Germania habita notat Anno Chriſti 939. Magdeburgi ſub Henrico Aucupe. Confer Georg. Ruxneri Turnier-Buch Francof. 1676. fol. Menetrerium libro Gallico de torneamentis & de ludis eqveſtribus diatribam Georg. Schubarti editam Jen. 1689. Cangium & Menagii Origg. Gallicæ & Italicæ in Qvintana & Torneamentum, (Tournois) Jo. Antonii Campani Carmina pag. 33. ſq. edit. Lipſ. βασιλικὰ παίγνια, κοντοπαίκτης, Μάρων, Ἀχιλλεὺς, Ὀκτώηχος. Balſamo ad can. 51. Trullan. Τερνεμέντα Torneamenta. Boivinius p. 773. ad Niceph. Gregoram. De Majumis, Majicampis, Roncaliis & ſimilibus ludicris animorum relaxationibus publicis, ſingularis Andreæ Rivini exercitatio nuper excuſa eſt in Syntagmate Græviano Ultraject. 1701. 4. cui addes Malalæ Chron. p. 373. Jac. Godofredum ad Codicem Theodoſianum tomo 5. p. 358 ſq. Antonium Pagi ad A. 399. Jo Clericum Bibl. ſelectæ tomo 8. p. 273. ſq. De decurſionibus veterum, diſſertatio inſerta Memoriis Trevoltinis A. 1709. April. p. 645. ſq.

IX. De ſaltationibus **veterum Græcorum, Romanorumqve



* Vide tamen Clariſſ. Gundlingii librum de Henrico Aucupe pag. 134. 141. ſq. Cangium in *Nundinæ decurſiones militares.*

** Saltationes adverſus Ariſtidem laudandas in ſe ſuſcepit Libanius tom. 2. p. 478.

multa docebunt Lucianus ſingulari libello de hoc argumento, Athenæus in Dipnoſophiſticis, Schol. Homeri Iliad. π. 617. è recentioribus Stuckius III. 21. Convival. Jo. Meurſius in Orcheſtra tomo 8. theſ. Gronoviani recuſa, ſive libro de ſaltationibus Græcorum: Jul. Cæſar Bulengerus in libro de Theatro, Scaliger lib. 1. Poëtices cap. 18. Petrus Faber lib. 1. Agoniſticon cap. 12. Petrus Taffinus, lib. 1. de ludis ſecularibus cap. ultimo, tomo VIII. Antiqv. Romanarum p. 565. Præcipue Menetrierius in libro Gallico de ſaltationibus & choreis muſicis veteribus ac recentibus. Pariſ. 1682. 12. Octavius Ferrarius elector. II. 5. ubi illuſtrat locum Livii VII. 2. qvem male ſollicitaverat Salmaſius ad Vopiſci Carinum. De ſaltatione religioſa Matthæus Broverius de Niedeck c. 27. libri de veterum adorationibus, & Tobias Guthberletus libro de Saliis. De Pantomimorum ſaltatione agunt Voſſius lib. 2. Inſt. Poëticarum & Baylius in Lexico voce *Batyllus*. Modulatam & inter ſe convenientem in armis ſaltationem à Curetibus & Corybantibus repertam ſcribit Proſper in Chronico p. 689.

De funambulis, * ſchœnobatis, neurobatis, cremnobatis, ſive oribatis præter Barthium V. 19. Adverſar. Bulengerum cap. 62. libri de theatro, Jac. Godofredum ad veterem expoſitionem Mundi pag. 20. ſq. Bzovium ad A. C. 1322. n. 34. & Sponium in lib. Gallico Recherches de l'Antiqvité p. 407. adeunda ſingularis diſſ. Gabr. Grodeckii, Profeſſoris Gedanenſis, ȣ̓ μακαρίτȣ, cujus argumentum prolixe recenſetur in novis literariis Maris Baltici A. 1702. p. 356. ſq. Meminit & Nicephorus Gregoras VIII. 10. Hiſt. De variis θαυματοποιῶν & ψηφοπαίκτων apud veteres generibus & præſtigiis, operæ pretium eſſet diligentius exponi qvæ breviter innuit Iſ. Caſaubonus in Caſaubonianis p. 52 ſq. De Petauriſtis, Ephalmatoribus, Petaminariis, Parabolis, Saltatoribus, Orcheſtopolis, & Orcheſtopolariis Salmaſius in Commentar. ad Solinum p. 986. edit. Pariſienſis. De Elephante funirepo ſive per catadromum decurrente meminit Dio Caſſius & Svetonius in Nerone cap. XI. Specimen artis ludicræ hominum ſuper alios aſſurgentium pyramidis forma, atqve iterum celeri ſaltu deſilientium de qva Claudianus meminit de conſulatu Mallii Theodori v. 320. ſq. Venetiis ſe non ſine voluptate ſpectaſſe teſtatur ** Addiſſonius. Verba Claudiani hæc ſunt:

*Vel*

* Menagiana Tomo 2. p 194. *M. Vaillant m'a dit que l'on voyoit des Saltimbanqves ou Danſeurs de corde ſur des medailles, & ſur tout qu'il y en avoit une belle que les Corinthiens avroient fait frapper à Caracalla, ou on les voyoit tres bien repreſentez.*

** Hiſt. des Ouvrag. des Savans A. 1705 p. 443.

*Vel qui more avium ſeſe jaculantur in auras,*
*Corporaque ædificant celeri creſcentia nexu,*
*Quorum compoſitam puer amentatus in arcem*
*Emicet, & vinctus plantæ vel cruribus hærens*
*Pendula librato figat veſtigia ſaltu.*

De oſcillationis ludo (Schauckeln) vide Barthium ad Britonem p. 309. & B. Franckenſteinii diſſ. de novo Anno, corollar. 4. De ὀρνιθοτοξοβολία (Vogel-Schieſſen) Iliad. ψ. 855. Æneid. V. 488. Pauli Chriſtiani Gilberti diſſ. Lipſiæ 1714.

X. Theatrum Atticum ſuccincte deſcribit Potterus lib. I. Archæol. Attic. p. 34. ſq. De Comœdia apud Græcos maxime Athenienſes, veteri, media & nova videnda prolegomena Græca ad Ariſtophanem & qvæ Terentii editioni Lindebrogianæ, Schrevelianæ, vel Pariſienſi in uſum Delphini præmittuntur, tum Gatakeri notæ ad Marcum Antoninum lib. XI. c. 6. Jonſius de ſcriptoribus hiſtoriæ Philoſophicæ p. 27. ſeq. Anonymi libellus de varia Ludorum Theatrorum, ſcenarum ac ſcenicorum antiqva conſvetudine, qvi exſtat tom. 8. Antiqvitatum Græcarum, Menagius in diſſ. ad Heavtontimorumenon Terentii, ubi etiam de ſcenis ductilibus ac verſatilibus: Boinvini diſſ. de ludis Theatralibus veterum & differentia theatri Græci & Romani, in Memoriis Trevoltinis A. 1709. menſe Januario p. 28. ſeq. ubi etiam p. 39. refertur altera diſſ. de Ludis ſpeciatim Olympicis. Julius Cæſar Bulengerus lib. de Theatro, ubi præterea habes de *Odeis*, de qvibus Pamelius ad Tertullian. c. 42. de Reſurrectione, Galenus tom. 5. edit Baſilienſis p. 468. Potterus l. I. Archæol. Attic. c. 8. p. 30. ubi ejus ſciagraphia. Tum de *Echeis*, de qvibus videbis Kircherum in Phonurgia p. 70. ſeq. & Muſurgiæ lib. 9. c. 4. p. 283. de *Pegmatibus* ſive *pulpitis*, qvas confixiles machinas vocat Apulejus, adi Lipſium c. 22. de Amphitheatro. Vide & ſi placet qvæ de Theatris viri docti ad Alex. ab Alex. IV. 25. De verſatilibus & περιάκτοις ſcenæ machinis Salmaſius de modo uſurarum p. 296. ſeq.

De *Mimis* ſive planipedibus, qvi centunculis amicti verbis & ſententiis agerent (Mimici ſcurræ, Salmaſ. ad Vopiſci Aurelian. c. 42.) & de *Pantomimis* ſive ludiis ὀρχησταῖς actoribus & hiſtrionibus qvi ſolo geſtu & ſaltatione muti omnia exprimerent & verba manibus expedirent, (hodie *Mattacini*) qvales fuere Pylades, Bathyllus, Caramallus, Phabaton &c. non indiligenter agit Voſſius in Poëticis ſuis, Julius Cæſar

Bulengerus de Theatro, Sirmondus p. 261. ſeq. ad Sidonium & Salmaſius ad Solinum & Hiſtor. Auguſtam. Vide & de illis *γελωτοποιοῖς* & *αἰσχίστων ὑποκριταῖς* Paulum Voëtium p. 161. ad Herodian. atqve Octavium Ferrarium. lib. 2. c. XI. elector. Mimorum petulantiam & impudicos geſtus deteſtantur Plutarchus VII. 8. ſympoſ. p. 712. Cyrillus Hieroſol. I. Myſtagog. c. 4. ad qvem locum conſulendæ Milleſii notæ. Meminit & Auguſtinus lib. 2. c. 11. de ordine, tomo I. p. 487. M. Calliachi de Mimis & Pantomimis Patav. 1713. 4. edente Jacobo Facciolato, & Octavii Ferrarii de pantomimis & mimis diſſertatio poſtuma lucem vidit Gvelpherbyti 1714. 8. curante Rev. Abbate Joanne Fabricio. De *Samardacis* vide notas Benedictinorum ad Auguſtini III 38. contra Academicos.

De variis fabularum ſive dramatum generibus, Atellana, cujus exodia etiam deſaltata non tamen ab ipſo Atellano ſive *Urbico* qvi pronunciabat, & urbanitate ac jocis populum detinebat, ut Tragici & Comici canebant, ſed ab hiſtrione. De Rhintonica: aliisqve apud Scaligerum de re poëtica, Ecphantium de Comœdiæ conſtitutione, Franciſcum Hedelinum in opere Gallico de theatro, qvantum ſatis eſt, videre licet. De Tragœdiæ conſtitutione, origine ac progreſſu apud Græcos qvidem egit Joſua Barneſius in prolegomenis ad Euripidem. Apud Romanos Martinus Delrio in prolegomenis ad Senecam Tragicum. Longe diligentius autem & accuratius, elegantiusq; hoc argumentum pertractare inſtituerat antiqvitatis omnis peritiſſimus Ezech. Spanhemius, cujus Librum de Tragœdiæ veteris conſtitutione fato ejus interceptum dolemus. De ludorum ſcenicorum apud Romanos origine illuſtris locus Livii VII. 2. De actoribus & ſpectatoribus fabularum exſtat præclarus liber Alberici Gentilis.

XI. Ludis cognatus eſt *Luxus*, apud Græcos pariter & Romanos rebus florentibus magnus ſatis & inſolentiſſimus. Judæorum luxum aliqvot locis perſtringunt in ſcriptis ſuis Prophetæ, qvanqvam nemo, qvod ſciam, ſingulari diligentia hoc argumentum è recentioribus illuſtravit. De luxu Græcorum præcipue in cibo & potu librum Stephani Nigri memoravi ſupra c. XIX. I. p. 365. & de luxu Romanorum, Meurſii libellum c. XIX. 8. p. 572. & Georg. Hackewillii obſervationes, qvibus addendus Hadrianus Junius IV. 8. 9. Animadverſ. & Staniſlai Kobierzichii liber poſt editionem Lovanienſem A. 1628. 4. tom. VIII. Græviano recuſus, in qvo Romanorum opum admiranda copia, veſtium ſplendor

dor, ædificiorum magnificentia & conviviorum luxurioſi apparatus proponuntur. Facit etiam huc qvæ diſputat Tertullianus c. 5. de pallio, & pars non contemnenda operis Juſti Lipſii, qvod in 4. Libros diſtributum, Admiranda, ſive de magnitudine Romana inſcripſit, cujus generis admiranda Judaica, Ægyptiaca, Iberica & Gallica qvoqve molitum ſe teſtatur centur. 4. Epiſt. 64. Ad Lipſiani hujus operis imitationem, qvod & ſeparatim & inter alia ejus ſcripta plus ſimplici vice vulgatum eſt, De magnitudine Eccleſiæ Romanæ, ut obiter hoc notem, libros duos edidit Thomas Stapletonus, in qvibus non ab re Caſaubonus in Caſaubonianis p. 49. carpit, qvod Romanæ Eccleſiæ tribuit qvæ ſunt Eccleſiæ univerſæ Chriſtianæ. Vincentius vero Contarenus c. 1. de frumentaria legatione affirmat ſe varias lectiones ad editionem paratas habere, qvibus à Lipſio interdum diſſentiat. *Cogent agmen*, inqvit, *libri de falſa magnitudine Romana, quibus admiranda oppugnabo, & illos præcipue gigantum more congeſtos auri montes non fulmine ſed ſolo veritatis fulgure disjiciam.* De luxu Romanorum circa margaritas & gem̃as diſputat Martinus Schookius Orat. XX.

XII. De *ædificiis* antiqvis & origine ac progreſſu *Architecturæ*, multa ad Vitruvium viri docti annotaverunt. De inſanis ſtructionibus Ægyptiorum videndus Kircherus in Oedipo Ægyptiaco, & de Græcorum Romanorumqve *Architectis* Franciſcus Junius in Catalogo artificum. De luxu Romanorum in ædibus publicis privatisqve, Lipſius de magnitudine Rom. Hackewillius & Kobierzichius ſupra jam laudati. De templis qvoq; & Amphitheatris plures ſupra ſcriptores à me memorati ſunt. De aliis ædificiis publicis, ut *curiis*, *cœnaculis*, *baſilicis*, *palatiis*, *armamentariis*, *porticibus*, *arcubus*, *turribus* aliisqve vide Bergierium libro V. de viis Imperii Rom. c. 8. tom. X. Græv. Arcus L. Septimii Severi, æri inciſus cum explicatione Joſ. Mariæ Svareſii, Epiſcopi Vaſionenſis, Rom. 1676. fol. Ejusdem Svareſii de foraminibus lapidum in priſcis ædificiis, Lugd. 1652. 8. Omitto qvæ Jo. Servilius de mirandis antiqvorum operibus, Lubec. 1600. 4. & qvæ de turribus veterum ac recentiorum collegerunt auctores theatri vitæ humanæ & B. D. Mayerus in Muſeo Miniſtri Eccleſiæ. De ſeptem *turribus* vocalibus CPolitanis Meurſius ad Heſychium illuſtrem p. 237. ſeq. & Cangius in CPoli Chriſtiana. De Sinenſium prægrandi turri è terra porcellana, prope urbem Nanqvinenſem, Lud. de Comitibus in memoriis Sinenſibns Gallice editis tom 1. p. 111. ſq. De *falis* qvæ ſunt turres rotundæ faſtigio formam ovi referentes, Octavius Ferrarius II. 15. electorum. De *partibus ædium*, liber lectu non indignus

Fran-

Franciſci Marii Grapaldi lucem vidit Parmæ 1506. 4. recuſus Baſil. 1533. 4. & Lugd. 1535. 8. De *tectis* Hebræorum & aliarum gentium, Theodori Batti diſſ. Witeb. 1697. De *januis* veterum Stuckius II. 30. Antiqvitatum Convivalium & ſingularis liber Caſparis Sagittari τῦ μακαρίτε Altenburg. 1672. 8. & tomo VI. Grævii, una cum ipſius analectis Jenæ Anno 1694. 8. editis ad Clariſſ. Almelovenium qvi in conjectaneis Amſt. 1686. p. 147. ſq. nonnulla ad Sagittarii librum monuerat. Vide & Salmaſium ad Solinum: Borremanſium c. IX. Var. Lect. & icones binas januarum, appoſitis iconibus Fortunæ pro felici itu & reditu, tomo X. Grævii p. 780. De *ſpecularibus* ſive *feneſtris* non è vitro ſed è lapide ſpeculari qvibus excludebatur frigus, admiſſo die vide Octavii Ferrarii electa p. 42. Alia qvibus uſi ſunt veteres enumerat Joh. Tzetzes Chiliad. IX. verſu 317. ſq. ὕελον, πέτευρα & δορὰς *vitrum, ſpeculares lapides* & *pelles*. Atqve hodie etiam loco vitri qvibusdam locis pelles, alibi ut Goæ ad admittendum diem adhibentur teſtæ oſtrearum.

XIII. De ritu primum lapidem fundamenti ſolenniter ponendi in ædificiis publicis, peculiarem libellum ante paucos annos edidit Carolus Ancillonius, de qvo Jo. Georgius Eccartus in excerptis librorum menſtruis Germanice editis Anni 1702. p. 41. De vivariis, piſcinis, granariis, cellis, modisqve vina, aliaqve potus genera & cibos ſervandi vide Stuckium II. 10. Antiqv. Convival. p. 169. ſeq. De macellis & popinis id. II. p. 174. ſeq. De tricliniis II. 14. p. 285. ſq. De diverſoriis ſtabuliſqve veterum lib. 1. c. 28. De piſtrinis, molis aqvariis &c. Salvagnius Boëſſius ad Ovidii Ibin p. 113. 114. De molis etiam Henelius c. 44. Oti i Uratislav. & la Mare in opere Gallico *de la Police*, Memoir. de Trevoux A. 1711. p. 400. De æqvæductibus Urbis Romæ, Frontinus & Fabrettus, tomo IV. Græv. & de canalibus ac foſſis Bergierius IV. 44. ſq. de Viis Romanor. De portubus Italiæ idem IV. 49. & Henninius in notis tom. X. Græv. p. 791. ſq. De foris Alexander ab Alex. II. 12. & de Cloacis Lipſius in Admirandis, & Bergierius lib. 2. c. 29. De luxu & artificio veterum in pavimentis ac parietibus, videnda Marci Velſeri opera p. 397. ſq. & Joh. Ciampinus in veteribus monumentis præcipue *muſivis* operibus & ſacrarum profanarumqve ædium ſtructura, qvod opus recenſetur in Actis Erud. A. 1690 p. 414. & in Ephemeridibus Parmenſibus ejusdem anni p. 109. cui adde, qvæ de Muſivis ac teſſellatis operibus (μȣσοςίχȣς εἰκόνας vocat continuator Theophanis in Conſtantino Porphyrogenito p. 281. vide & p. 90.) interpretes ad cap. 1. libri Eſther, & ad illa Caſſiodori

lib. 1.

lib. 1. Epiſt. 6. *diſcolorea cruſta marmorum gratiſſima picturarum varietate texantur.* Nazianzenus Orat. XVI. p. 248. Gviel. Goeree in Antiqvitatibus Biblicis Belgice editis, Salmaſius ad Plinium, Caſaubonus ad Peſcennium Spartiani, Scaliger ad Manilium lib. V. v. 513. Petavius ad Themiſt. p. 575. ſq. & Henninius ad Bergierium de viis Romanorum, tomo X. Grævii p. 673 680. ſq. Vide etiam Sirmondum ad Sidonium pag. 259. ubi de *aſaroticis lapillis.* De arte conſtellandi & ferruminandi aurum, ein⸗geleagte Arbeit / Salmaſius ad Hiſt. Auguſt. Petronius Burmanni p. 127.

XIV. De Caminis, fornacibus * carbonibus & ſcabello muliebri, qvo pedes calefaciebant, conſules Neocorum ad Svidam in ἄθερανος, Lipſium lib. 3. Epiſt. ad Belgas Epiſt. 75. Manutium ad Ciceronis Epiſtolas ad familiares VII. 10. Sirmondum p. 258. ad Sidonium, Alexandrum ab Alex. III. 14. Philandri notas ad Vitruvium lib. 7. cap. 3. Etymologicum Gerh. Joh. Voſſii in *Caminus*, Baccium lib. 7. de thermis cap. 16. Cangii Gloſſarium in *Stuba.* De fumariis ſive fumi emiſſariis (vulgo caminis) eorumqve uſu apud veteres, Julianum Miſopogone f. 341. Octavium Ferrarium lib. 1. electorum cap. 9. illis caruiſſe vulgares ædes contendit Burmannus p. 646. ſq. ad Petron. De coctilibus carbonibus, titionibus & batillis, eorumqve uſu vide notas ad Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ tomo 2. p. 391. De carbonibus foſſilibus (Stein⸗Kohlen) Bochartus Parte I. hierozoici p. 328. De Perſarum Tenuris ſive foraminibus rotundis ollarum inſtar, qvæ in ſolo facta prunis ardentibus replent atqve ita circum illa aſſidentes ſe calefaciunt, vide Adamum Olearium p. 554. itineris Perſici. Balneum XII. diſtinctum tholis, & unica fornace calefactum deſcribit Joh. Malala Part. 2. Chronici p. 61. Andreæ Baccii Elpidiani Medici libri VII. de thermis & balneis lucem viderunt Venetiis 1571. & nuper addito octavo libro A. 1712. Fol. ex hoc opere liber ſeptimus, qvi eſt de thermis & balneis ** veterum, recuſus legitur tomo XII. Theſauri Antiqvitatum Romanarum Græviani, qvemadmodum Jo Baptiſtæ Caſalii collectanea de balneis & thermis veterum occurrunt tomo IX. theſauri Gronoviani. Adde Gvil. du Choul de balneis & exercitatt. Veterum & qvæ viri docti ad Plinii Epiſt. V. 6. Bernardus de Montfaucon p. 266. diarii Italici, Frid. Gottlieb Struvius de balneis ac balneatori-

Nnnn bus

* Fornacalia farris torrendi feriæ apud Romanos. Vide Boëſſium ad Ovidii Ibin. p. 113. & Carolum Neapolin ad faſtos ejusdem Ovidii pag. 85.

** Qvoniam balneas qvotidie magna multitudo freqventabat, hinc in uſu fuit idola & ſimulacra Deorum ad cultum in illis collocare, cujus moris meminerunt Talmudici in tractatu Avoda Sara, Tom. 4 edit. Surenhuſ. p. 467. & 375. 380.

bus Jen. 1704. Joh. Chriſt. Fromanni exercitatio de balneis, Coburg. 1659. & Joh. Langii Epiſt. Medicinal. lib. I. 50. ſq. De balneo Laconico ſive ſudatorio præter Meurſium in Miſcellaneis Laconicis II. 18. agit Politianus cap. 38. Miſc. Baccius lib. 7. c. 10. de thermis, cui addes Franciſci Robortelli explicationem Laconici ſive ſudationis, qvæ adhuc viſitur in ruina balnearum Piſanæ urbis (Florent. 1548. 8. & tomo I. Lampadis Gruterianæ p. 1397. ſq. & apud Rhodium ad Scribonium Largum pag. 103. ſq. & tomo XII. Theſauri Græviani p. 381.) Vide etiam ſis Henricum Noris ad cenotaphia Piſana diſſ. 3. cap. 2. De diſtinctione balnearum pro diverſo ſexu agit Petavius in notis ad Epiphanium p. 56. ſq. Fuere tamen etiam, in qvibus unà lavarentur viri & mulieres. Vide Bandurium ad Antiqvitates CPol. p. 849. Solita in balneis ſibi ſuperimponi vaſa tria milliaria ſive mille & amplius libras aqvæ capientia, frigidarium, ſub hoc tepidarium, & infimum cui ignis ſuppoſitus caldarium, qvam rem optime illuſtrat vetus icon è thermis Titi, qvam ex illuſtris Pauli Alex. Maffei collectione ſtatuarum antiqvarum habes in Actis Eruditorum A. 1707. p. 388. licet aliter longe eam ſibi conceperit Baccius lib. 7. cap. 9. de thermis, & in altero opere de vinis ac conviviis antiqvorum lib. 4. p. 178. ubi de thermopoliis. De unctionis in balneis uſu vide Andr. Chriſtiani Eſchenbachii diſſ. de unctionibus & ungventis. De balneorum, frictionis & unctionis uſu ante cibum Stuckius II. 24. & 25. antiqvitat. convival. qvi de manuum pedumqve ablutione etiam cap. 33. De magdaliis ſive abſterſoriis veterum, & recentium ſapone Bonifacius XIV. 18. Hiſt. ludicræ. De mantili, ſive χειρομάκτρῳ manibus tergendis, Jo. Morinus de ſacris ordinationibus p. 226. De vaſe qvod abluendis manibus adhibebant, idem pag. 225. 227. 235. Cangius in χέρνιβον, χερνιβόξεστον &c. De balnearum uſu etiam apud Chriſtianos, Benedictini in notis ad S. Ambroſium tomo 2. Opp. p. 22. De ſellarum perforatarum uſu in balneis, Rhodius p. 280. ſq. ad Scribonium Largum & Montfauconus in Diario Italico pag. 158. Apud Ægyptios & Antiochiæ mos olim de nocte vicos publicos accenſis lucernis illuſtrare, ita ut hodie mos fieri Hamburgi, Lipſiæ, & aliis in urbibus. Vide Libanii Antiochicum tom. 2. pag. 387.

XV. De ſtatuis & columnis veterum, Romanorum maxime egit ſingulari opere *Emundus Tigrelius*, Holmiæ 1656. 8. de qvo argumento ſcripſiſſe ſe teſtatur etiam Joſua Barnes ad Euripidem tomo 2. p. 72. Fridericus vero Mullerus Profeſſor Gieſſenſis A. 1664. 4. edidit delineatio-

neationem librorum XI. qvos molitus eſt de ſtatuis Romanorum, & præcipue de natura ſtatuarum qvibus priſci Romani bene meritos honorabant. Videnda etiam Jac. Gronovii diſſ. de imaginibus & ſtatuis Principum Lugd. B. 1708. Reſp. Jo Sam. Strimeſio, & pulcherrima collectio ſtatuarum priſcæ ac recentis ætatis ære deſcriptarum cum obſervationibus laudati Maffei Rom. 1704. fol. De *Leméi* tractatu de ſtatuis Gallice edito Pariſ. 1688. 12. vide Hiſtoriam Operum eruditor. 1688. menſe Junio p. 178. Boſei diſſ. de ſtatuis, inſcriptionibus, numis, coronis & aliis præmiis atqve remunerationibus virtutis ac meritorum apud veteres, Memoriæ Trevoltinæ A. 1706. p. 490. ſeq. De ſtatuis Juſtiniani, Ludovici XIII. XIV. Henrici IV. &c. Boivinus ad Gregoram p. 766. De ſtatuis Magicis, Stephanius p. 50. ad Saxonem Gramm. & qvæ de Teraphim atqve Taliſmanibus ſupra dicere me memini. De imaginibus qvæ in atrio à Romanis collocabantur, vide Petavium ad Syneſium p. 27. ſeq.

XVI. *Utenſilia*, inſtrumentum * omne & ſupellectilem veterum exponunt viri docti ad Martialis Apophoreta, Joh. Smetius in Antiqvatibus Noviomagenſibus & Laur. Begerus Tomo ultimo theſauri Brandenburgici in qvibus varia exhibent vaſa, bullas, armillas, fibulas, annulos, claves, teſſeras: Alex. Wilhelmius in diſſertatione de phiala reliqviarum Stæ Agathæ, ubi de veterum lenticulis, ampullis, lagunculis: Carolus Errardus, pictor Regius in vaſis antiqvis, aliisqve veterum rebus æri inciſis & Reginæ Chriſtinæ dicatis, Pariſ. fol. Lazarus Bayſius de vaſculis, ſive animadverſionibus in Titulum Digeſtorum de auro & argento legato, qvæ recuſæ ſunt tom. IX. Theſauri Gronov. ubi etiam ex Caſalio nonnulla repetuntur de inſignibus, annulis, fibulis &c. de qvibus poſtremis præcipue videndus Joh. Rhodius in libro de Acia Celſi. Qvænam ſupellectilis nomine comprehenderint veteres JCti Romani, docet Alex. ab Alexandro lib. 1. genial. dierum. c. 19. De poculis, lagenis, labris & focis menſuriſqve veterum Hebræorum Rev. *Daſſovius* in diſſ. A. 1696. vulgata ad titulum Talmudicum *Celim*, de vaſis, qvi exſtat tomo VI. Mishnæ Surenhuſianæ. De Romanorum veterum poculis vaſiſqvæ Pancirollus Var. lect. lib. 1. c. 58. ſeq. De poculis & vaſis murrhinis Gvil. Stuckius III. 12. ſeq. & Nicol. Gviberti diſſ. de murrhinis † vaſis (ex onyche vide Joh. Henr. Eggelingii Myſteria Cereris & Bacchi p. 6. ſq.)



* *Service, miniſterium.* Vide Cangium gloſſar. & Menardum p. 200. ad Gregorii librum Sacramentorum.

† Porcellanis ea confert Salmaſius p. 203. ad Solin.

ſq.)Francof. 1597. 8. Videndus etiam Joannes Doughtejus de calicibus Eucharisticis, cum mantiſſa Joannis Faës τῦ μακαρίτυ. Brem. 1694. 8. qvo in libro de variis poculorum generibus diſſeritur. De doliis figulinis & ſigillis qvibus ſignata, vide Montfauconi Palæographiam p. 168. & Andream Baccium l. 1. de Vinis c. 31. Idem Montfauconus p. 3. inſtrumenta antiqva ruſtica ex veteri Codice Scholiaſtæ Heſiodi exhibet, qvæ minus accurate in qvibusdam Heſiodi editionibus & in Geſneri hiſtoria animalium traduntur. Inſtrumenta fabrilia in Inſcriptionibus Gruteri p. 644. Teraphim Labanis Maimonides de horologio interpretatur. Vide Buxtorfii Lexicon Rabbinicum p. 2663. De horologiis veterum, (ὡρονόμια vocat Alex. Aphrodiſ. I. 95. problem.) aqvariis, ſive Clepſydris, aliisqꝫ & ſolaribus conſules interpretes ad 4. Regg. XX. 11. Eſ. XXXVIII. 8. Caſſiodorum lib. 1. Variarum Epiſt. 45. Kircherum in arte magna lucis & umbræ & tomo 2. Oedipi p. 338. ſeq. Salmaſ. ad Solin. p. 634. edit. Pariſ. & 647. ſeq. Laurentii Polymathiæ lib. 1. diſſ. 13. lib. 2. diſſ. 16. Joh. Bonam de divina Pſalmodia c. 3. Petrum Fabrum II. 25. ſemeſtrium, Franciſcum Polletum hiſtoria fori Romani lib. 1. c. 9. ubi de ad clepſydram dicentibus. Balforeum ad Cleomedem p. 144. Bandurium p. 857. ad Antiqvitates CPol. Carolum du Freſne in gloſſario voce *Horologium nocturnum* & in CPoli Chriſtiana p. 74. Clepſydræ veteris rationem (Talmudicis משפך Vide Buxtorf. p. 2495. Lexici Talmud.) exponit Petavius ad Syneſium p. 21. & Daniel Petermannus in diſſertationibus duabus de clepſydris veterum. Lipſiæ 1672. Vide & Portam XIX. 4. Magiæ Nat. De Buccinatoribus qvi horas indicarent, Petronium Clariſſ. Burmanni p. 93. De Horis veterum Sirmondum tomo 1. Opp. p. 894. ſeq. 937. & Chronologos Scaligerum, Petavium aliosqve.

De *velorum* uſu apud veteres, diſſertatio Joſephi Lanzani Medici Ferrarienſis, inſerta Muſeo Minervæ Venetæ tomo 1. p. 353. ſq. De clavulari curſu Lindebrogius & Valeſius ad Ammiani XX. 4. De *vehiculis* antiqvorum, diatriba Pyrrhi Ligorii ex libris ejus de familiis Romanis excerpta prodiit ad calcem librorum duorum Johannis Scheferi, qvibus de omni re vehiculari veterum copioſæ obſervationes continentur Francof. 1671. 4. De *thenſis* Felix Oſius in theſauro Antiqvitatum Italiæ Græviano tomo 3. p. 1063. Video viros doctiſſimos, Scheferum pag. 326. & Georgium Henricum Urſinum cap. 2. Obſervatt. Philolog. ambiguum eſſe de etymologia *carri*, qvi utiqve videtur dictus eſſe à qvatuor rotis qvaſi *quadrus* & *quarrus*, ut eſt apud Stephanum Tornacenſem Epiſt. 229.

tomo

tomo 25. Bibl. Patrum edit. Lugd. De *clavibus* veterum Lipſius ad Tacitum videndus, & Kirchmannus libro de annulis D. Caſp. Zieglerus diſſ. de jure clavium p. 702. ſq diſſ ſelect. Molinus diſſ. de clavibus, Upſal. 1684. 8. inprimis vero liber B. Joannis Faës de clavibus veterum qvem ineditum hactenus Belgici, ut ſpes eſt, typi propediem in lucem proferent. De *ſeris*, *peſſulis* & *obicibus* Iſaacus Caſaubonus ad Æneæm Tacticum & Salmaſius ad Solinum p. 649. ſq. De clavibus falcatis Huetius ad Manilium p. 8. De *ſpeculis* ex auro, argento, ære, præclara Ez. Spanhemius p. 544. ſq. ad Callimachum. Sunt etiam qvi chalybeorum ſpeculorum mentionem fieri obſervant Exodi XXXVIII. 8. De *cereorum* uſu Voſſius IV. 29. de idololatria & laudatus Joh. Faës libro nuper edito de cereis paſchalibus. De *coloribus* & qvomodo apud Græcos ac Latinos appellarentur, librum promittit Salmaſius pag. 109. Epiſt. videndusqꝫ interim Antonius Thyleſius libello de coloribus, recuſo tomo IX. theſauri Antiqvitatt. Græcarum.

XVII. De *vita privata* Romanorum & qvomodo viri honeſti diem ſoliti ſint tranſigere, diſſertationes duas Couturii inſertas habes Memoriis Trevoltinis A. 1708. Jul. p. 1158. ſq. & Anno 1709. Auguſt. p. 1418. ſq. qvarum priore horas diei ante meridiem, altera pomeridianas perſeqvitur. De cura domeſtica Romanorum diſſertationes qvatuor B. Philippi Ludovici Hannekenii tunc admodum juvenis, poſtea inter Theologos noſtros nomen haud obſcurum conſecuti prodierunt Gieſſæ 1669. 4. qvarum prima eſt de ritibus qvibusdam nuptialibus & veſtibus privatorum: altera de ſervis & conviviis, tertia de liberis eorumqve cura & veſtitu: qvarta deniqve de bonis & facultatibus, agris, pecunia & cenſu. De *ruſticatione* & *villis* veterum commentariolus Georgii Greenii qvi poſtea glorioſiſſ. memoriæ Electori Saxoniæ Jo. Georgio III. à ſacris fuit, vidit lucem Lipſiæ A. 1667. 12. cui jungenda qvæ de conviviis ruſticis Stuckius lib. 1. cap. 23. Antiqvitatum Convivalium. De *teſſeris hoſpitalitatis* commentarius Jac. Philippi Thomaſini prodiit Utini 1647. 4. recuſus Amſt. 1670. 12. In hoc libro p. 94. ſq. etiam de aliis teſſerarum generibus apud veteres diſſerit, qvorum novem obſervat, frumentariam, numariam, militarem, hoſpitalem, comitialem, theatralem, convivalem, luſoriam & negotiatoriam. Confer etiam qvæ de teſſeris Jo. Baptiſta Ferretus. De *ſalutationibus* veterum præter Alexandrum ab Alex. II. 19 & eundem Stuckium II. 31. ſq. ac diſſ. Jo. Henningii de *ſalutationum* ritibus Magdeb. 1679. ſingulari libro erudite egit Joh. Jacobus Claudius, Ultraj.

 1702.

1702. 12. De illa qvæ detecto capite fit, videndus etiam Joh. Gvil. Bergerus de ritu caput operiendi in ſacris p. 46. ſq. De ſalutantium aliisꝗ *oſculis* omnis generis copioſe egit Martinus Kempius opere de oſculis, diſtincto in diſſertationes XXV. editoqve Francof. 1680. 4. cui addendus Lipſius II. 6. electorum & Jacobus Herrenſchmidius in Oſculologia Witeberg. 1630. 12. De oſculo Magnificentiæ apud Judæos Regi dari ſolito, B. Carpzovius ad Schickardi jus Regium Hebræorum pag. 76. & Scacchus in Myrothecio tertio cap. 35. qvi p. 970. manus etiam oſculo contactas notat. Vide & de oſculis Judæorum laudatum Carpzovium notis ad librum Ruth pag. 128. ſq. & de oſculis Chriſtianorum veterum Tob. Pfannerum II. 3. Obſervationum Eccleſiaſticarum. De oſculo religioſo Matthæum Broverium de Niedeck, libro de veterum adorationibus, capite 25.

De *Corporibus* ſive *Collegiis Opificum* ut aurariorum, argentariorum aliorumqve qvorum in antiqvis Inſcriptionibus non rara mentio, videndus Sponius in Miſcellaneis eruditæ Antiqvitatis, Joh. Fileſaccus libro 2. electorum pag. 391. ſq. ubi Facultatem ſive Collegium Theologorum Pariſienſium recte *Corpus* dici poſſe diſputat: Reineſius in Epiſtolis ad Hofmannum p. 539. & in Inſcriptionum Syntagmate, Bergierius IV. 21. ſq. de publicis Romanor. viis, & V. C. Chriſtianus Gottlieb Schwartzius in ſchediaſmate de Collegio Utriculariorum Altdorf. 1714. De *curſu publico* idem Bergierius fuſe IV. 4. ſq. Gutherius de officiis domus Auguſtæ III. 14. ſq. Ez. Spanhemius diſſ. IX. de uſu numiſmatum p. 800. ſq. Pancirollus ad notitiam Imperii cap. 6. Valeſius notis ad Socratem p. 40. Balthaſar Stolbergius diſſ. de angariis veterum p. 149. ſq & ſcriptor Gallus M. le Qvien de la Neufville de l'origine des *Poſtes* chez les Anciens & les Modernes, Pariſ. 1708. 12. De Hemerodromis & curſoribus Alexander ab Alex. lib. 1. c. 27. & Lipſius Centur. III. ad Italos & Hiſpanos Epiſt. 59. De columbis & cornicibus literas perferentibus, ambo laudati ſcriptores iisdem locis, & Lipſius etiam II. 5. Saturnal. De *evectionibus* ſive indulgentiis evehendi, Bergierius IV. 15. & 16. & Cangii gloſſarium in *tractoriæ, combinæ, evectiones*, Meurſius & Svicerus in τρακτωρεία. De omni genere *Epiſtolarum* Eccleſiaſticarum apud veteres Chriſtianos videndus Franciſcus Bernardinus Ferrarius libris III. Mediolan 1613. 8. & curante B. Gebhardo Theodoro Meiero Helmſt. 1678. 4. Philippus Priorius libro de Epiſtolis Canonicis cum appendice de tractoriis & Synodicis Pariſ. 1675. 8. & Jacobus Gœtten lib. 1. Obſervationum cap. ult.

CAP. XXIII.

# CAPUT XXIII.

## De luctu, funeribus, exſeqviis, conſervandorum cadaverum ratione & monumentis ſepulchralibus.

*De funerum & ſepulturæ ritibus generales ſcriptores.* 1. *De funeribus & luctu Hebræorum.* 2. *Græcorum, Perſarum.* 3. *Romanorum.* 4. *Ægyptiorum, Germanorum & populorum ſeptentrionalium.* 5. *De funeribus Chriſtianorum.* 6. *De medicato funere & mumiis.* 7. *De linteis & veſtibus ſepulchralibus & de rebus quæ defuncto veluti ſecum aſportanda permittebantur. De urnis feralibus.* 8. *De pompa funebri, epulis, ludis, feriis ſacrisque, coronis, lectis feralibus, loculis & laudationibus funebribus.* 9. *De lucernis ſepulchralibus, ſepulchris, cryptis, catacumbis & monumentis ſepulchralibus.* 10.

I.

DE funeribus & modo ſepeliendi apud antiqvos univerſe, atqve ita ut plurium gentium rationem haberent, non ſatis diſtincte tamen nec accurate ſatis egerunt *Claud. Gvichardus* de funeribus apud Romanos, Græcos & alias gentes veteres & recentiores, Italice primum Anno 1581. deinde etiam Gallice (vide Epiſtolas Marqv. Gudii p. 202.) *Muretus* ſcriptor Gallus in ceremoniis funebribus omnium gentium, ceremonies funebres de toutes les nations par le Sr. Muret. Pariſ. 1679. 12. qvi liber recenſetur in Actis Erud. A. 1683. p. 334. *Franc. Perrucius* in pompis funebribus omnium gentium. Veronæ 1639. fol. cum figuris in æs inciſis. *Laurentius Beyerling* in Theatro vitæ humanæ, tit. *Cadaver* & *Sepultura*. *Lilius Gyraldus* vir doctiſſimus in lib. de ſepulturæ ritibus, qvi & ſeorſim prodiit & præmiſſus eſt ſextæ parti antiqvitatum *Joh. Jac. Boiſſardi*, & cum notis *Joh. Faës* τ͂ μακαρίτȣ editus Helmſt. in 4to & deniqve inter Gyraldi opera in Belgio nitide vulgata recuſus Lugd. Bat. 1699. fol. B. *Joh. Andr. Quenſtadii* Liber de Sepultura veterum, initio ſeparatim, deinde ad calcem ejus Antiqvitatum Eccleſiaſticarum, deniqve tom. XI. theſaur. Antiqvit. Græcar. Gronovii recuſus. *Caſpar Calvœr* libro 3. ritualis Eccleſiaſtici tomo 1. p. 798. ſeq. *Alexander ab Alexandro* lib. III. Genial. Dierum cap. 2. & 7. & lib. VI. cap. 14. ibiqve *Tiraquellus*: *Joſephi Laurentii* collectanea Alphabetico ordine digeſta lib. 6. Polyma-

lymathiæ p. 486. ſq. & qvæ ex eadem Laurentii Polymathia III. 9. 13. 14. II. 47. 3. & 4. de funeribus antiqvorum & funebribus ritibus ante & poſt rogum exhibentur tom. XI. Theſ. Gronoviani, in qvo etiam recuſus occurrit *Joh. Meurſii* liber de funere, qvemadmodum *Petri Moreſtelli*, Tornuſienſis Pompa feralis ſive juſta funebria libris decem expoſita habentur tomo XII. Theſ. Græviani. De *Jo. Jac. Boiſſardi* Tractatione de funeribus & modo ſepeliendi apud antiqvos vide Obſerv. Hallenſes tomo IV. p. 15. *Thomaſii Porcacchi* funeralia antiqva, Italice edita lucem adſpexerunt Venet. 1574. fol. *Franciſci Pomey* Jeſuitæ Libitina ſive de funeribus epitome eruditionis, prodiit Lugdun. 1659. 12. Confer Bibliothecam Latino-Hebraicam Imbonati p. 356. *Jo. Guenebault* diverſités des ceremonies obſervées aux ſepulchres anciennes, Divione 1621. 4.

II. De funeribus & luctu *Hebræorum* præter Interpretes S. Scripturæ conſulendus B. *Martini Geieri* liber ſingularis Lipſiæ 1666. 12. editus & inter alia ejus opuſcula in 8. & deniqve etiam apud Belgas una cum ejus Commentariis ad nonnullos Scripturæ libros, in folio recuſus. *Melchior Leydeckerus* XII. 10. ſeq. de Rep. Hebræorum, *Jo. Benedicti Carpzovii* nepotis de ſepultura Jacobi Patriarchæ, in parentis diſſertationibus junctim editis Lipſiæ 1699. 4. p. 1670. ſq. *Jo. Hieronymus Sopranes*, Jeſuita, in digreſſione de ritibus Hebræorum in funere & de publico eorum privatoqve luctu, qvæ Davidi ipſius ſubjecta eſt Lugdun. 1643. f. *Auguſtinus Calmet* in diſſ. 1. præmiſſa Commentario in Eccleſiaſticum: *Frid. Mulleri* (cujus ſpecimen librorum de ſtatuis Romanorum ſuperiore capite laudatum & ſpecimen Architecturæ ſacræ ex locis Exod. XXVI 28. & XXXVI. 33. habemus) libri III. de ſepulchris veterum Hebræorum prodierunt Gieſſæ 1664. 4. Idem argumentum *præter commentatores* ad Codicem Talmudicum Bava Batra illuſtravit ſingulari libro *Jo. Nicolai* Amſt. 1705. 4. ita qvidem ut & aliarum gentium ſepulchra prioribus capitibus perſeqvatur. De tumba Salvatoris, extat D. *Jo. Andreæ Smidii* diſſ. Helmſt. 1703. Vide & Steph. le Moyne tomo 2. Var. ſacrar. p. 516. ſq. In *Jo. Henr. Hottingeri* Cippis Hebraicis, Heidelb. 1659. 12. pleraqve parum fide digna tradi notatum eſt Conringio in diſſertatione de Numis Hebræorum. Præterea qvæ de funeribus & luctu apud Judæos attigerunt *Menochius* l. VIII. de Republ. Hebræorum c. 5. ſq. *Goodwinus* in Moſe & Aarone, Lib. 6. c. 5. De ſindone qva cadaver involutum, faſciis ſepulchralibus qvibus adſtrictum & ſudario qvo caput obtectum, vide Octavii Ferrarii electa II. 20. & Jo. Jacobum Chifletium de linteis & faſciis ſepulchralibus, Ant-

werp.

werp. 1624. 4. Monumenta antiqva Judaica Auguſtæ Vindelicor. reperta illuſtravit *Matthias Fridericus Beckius*, Auguſtæ Vindelicor. 1686. 8. cum appendice monumentorum qvorundam Romanorum, veluti mantiſſa operis Velſeriani de antiqvis monumentis Auguſtanis. De *Perſarum* funeribus Briſſon. II. p. 350. ſq. & I. p. 194. ſq. ubi de funeribus Regum.

III. De funeribus & luctu Græcorum vide, qvæ notata ſunt viris doctis ad Homeri Iliados ψ, & Æſchylum in Choëphoris (inferias facientibus ſive ferentibus) tum *Johanni Nicolai* libro de Græcorum luctu lugentiumqve ritibus variis, excuſo Marpurgi Cattorum 1696. 12. *Jo. Pottero* Archæol. IV. 1. 8. *Jo. Nardio* in animadverſione de funeribus Athenienſium, ſubjecta Lucretio editionis in uſum Delphini. De more ad orientem vel occaſum obverſos mortuos ſepeliendi Plutarch. Solone p. 83. De funebri pompa Iſiaca ab Apulejo deſcripta & aliis funera *Ægyptiorum* ſpectantibus vide Kircheri Obeliſcum p. 433. & tom. 3. Oedipi Ægyptiaci pag. 425. ſeq. Joh. Conradum Dietericum in Antiqvitatibus Biblicis Vet. Teſtament. p. 144. ſq. De *Septentrionalium* populorum ſepeliendi ritibus Jornandes ubi funus Attilæ deſcribit, & Stephanius p. 90. ſq. ad Saxonem Gramm. De *Germanis* Cluverus, I. 1. c. 53. Hachenbergius &c. De funeribus *Turcarum* Angeli Geropoldi Epiſtola in Muſeo Minervæ Venetæ tom. 1. p. 151. ſq.

IV. De funeribus & luctu *Romanorum* præ cæteris diligenter & accurate libris IV. agit *Johannes Kirchmannus*, Hamburg 1605. 4. & Lubecæ 1625. 8. ut alias editiones omittam. Cui addendus eſt *Henricus Noris* in Cenotaphiis Piſanis, diſſertatione tertia. *Theodorus Gorallus*, ſive qvi ſub hoc nomine latet *Job. Clericus* in notis ad Elegiam 1. Pedonis Albinovani, *Claudius Dausquejus* ad Silium Italicum Libro XIII, verſu 470. ſq. *Jacobus Gutherius* de jure Manium libris 3. qvibus ritus, mores & leges priſci funeris explicantur, Pariſ. 1615. Lipſ. 1671. 8. & tomo XII. Theſauri Antiqvitatum Romanorum, in qvo præterea occurrit Jo. Petri Bellorii * deſcriptio ſepulcri Naſoniorum, à Petro Sancto Bartoló in æs inciſi. Cæterum ut antiqviſſimi Græcorum contra poſteriorem gentis ſuæ morem cadavera mortuorum flammis, Homero teſte, abſumpſerunt, ſic contra Romani vetuſtiſſimi corpora intacta flammis terræ mandaverunt, eundemqve morem à qvibusdam etiam poſt ſervatum notat O. Ferrarius II. 21. electorum, ubi de eo, qvo pacto crematorum cineres in urnam condi & à favilla rogi ſeparari potuerint. De aromatibus & aliis rebus odoriferis ad cadavera comburenda congeſtis effuſe, vide Camil-



* Rom. Italice 1680. fol. & Latine Tomo XII. Græv.

lum Silveſtrum ad Juvenalis Sat. IV. verſ. 109. Ægyptii corpora defunctorum neutiqvam cremarunt, unde Cambyſes à cadavere Amaſis Regis Ægypt. pridem defuncti pœnas graviſſimas ſumere poſſe ſe exſtimabat, ſi illud refoſſum verberibus & omni contumelia affectum deniqve traderet flammis, ut narrat Diodorus Siculus p. 249. excerpt. Peireſc. De ritu collocandi cadaveris Lipſius lib. 1. elect. cap. 6.

V. Imprimis vero *Chriſtiani*, qvo certam ſuam de reſurrectione ſpem teſtarentur, magnam funerum rationem habuere & ab cremandis cadaveribus abſtinuerunt: illamqve circa funera curam inter cauſas incrementi religionis noſtræ ponit Julianus Imperator Epiſt. 49. De ritibus ſepulchralibus Chriſtianorum veterum præter *Jac. Gretſerum* in libro de Chriſtianorum funere, Ingolſtad. 1611. 4. & *Onuphrium* in libello de ritu ſepeliendi mortuos apud veteres Chriſtianos & de eorum cœmeteriis (ad calcem Platinæ de vitis Pontificum) *Jo. Erneſtum Franzenium* Ulza Luneburgicum libris VI. de funeribus veterum Chriſtianorum Helmeſtad. 1709. 8. cum præfatione Rev. Abbatis D. Joh. Fabricii, qvi *Joannis Sauberti* collectanea MSS. ſed valde imperfecta de hoc argumento communicaſſe ſe cum eo profitetur, & *Hugonem Menardum* ad Sacramentarium Gregorii M. p. 262. ſq. *B. Bebelium* Sec. IV. tomo 2. pag. 931. ſq. præcipue conſulendus venit *Henr. Spondanus* in Cœmeteriis ſacris, ſive opere in 4. libros diſtincto & Pariſiis 1638. 4. edito, in qvo de ritibus ſepulturæ tum apud Judæos & Gentes, tum maxime apud Chriſtianos diſſerit, & ſepulturam publicam rem ſacram eſſe nec concedendam hæreticis, impiisve, aut maleficis prolixe diſputat. *Paulus Aringhus, Antoniusque Boſius*, in opere luculento, Romæ 1651. & Pariſiis 1659. fol. edito qvod Romam ſubterraneam inſcripſerunt. Vide etiam *Caſp. Barthii* Adverſaria p. 3015. ſq. *Jo. Pearſonium* in Symbolum Apoſtol. pag. 397. ſq. edit. Latinæ, & D. *Joachimum Hildebrandum* in Veteris Eccleſiæ, Martyrum imprimis & SS. Patrum arte bene moriendi, ſive praxi circa moribundos & de morientium virtutibus Helmſt. 1661. 4. De more intra templa, fidelium cadavera humandi vide V. C. Ludovici Antonii Muratorii diſſ. XVII. ad Paulinum p. 185. ſeq. tomo 1. anecdoton Bibl. Ambroſianæ, & Nic. Hieron. Gundlingii Obſervat. ſelectas Halæ Sax. 1707. 8. editas tom. 1. Obſervat. 8. qvæ eſt de origine ſepulchrorum in templis Jo. Doughtejum in Analectis ſacris ad Ez. XLIII. 7. Tho. Crenium Animadverſ. Philolog. tom. 2. p. 155. ſeq. Lindebrogium ad Leges antiqvas p. 1440. Ægyptios ſolitos in templis ſepelire qvos divinis poſtea honoribus affectum ibant, notat Daniel Heinſius p. 141. ad Maximum Tyrium. In

templo

templo Apoſtolorum CPoli, ſolos Imperatores & Patriarchas ſepelire fas, ut notant Valeſius in notis ad Sozom. IX. 2 & Bandurius in Imperio Orientali p. 878. De more extra urbem ſepeliendi, apud Judæos, Græcos, Romanos, Kirchmannus de funeribus Rom. II. 20. ſeq. Joh. Voiſin Theolog. Judaic. p. 84. ſeq. Chifletius in expoſitione inſcriptionis Geminiæ, Matris ſacrorum p. 25. De Sicyoniis Plutarchus Arato, p. 1047.. De Turcis Tho. Smithus Epiſt. 2. de moribus Turcarum p. 56. & in notitia CPoleos p. 108. *Quot diebus luctus celebratus*, Benedictini ad Ambroſium tomo 2. p. 1197. ſq. Menardus ad Concordiam Regular. Cotelerius ad Conſt. Apoſtol. &c. ἐννέα πένθιμοι ἡμέραι. Niceph. Gregoras XII. 2. p. 358. Cum pſalmis & hymnis deducta cadavera. Roſweidus p. 791. ad vitas Patrum, ubi & de more cadavera linteo obvolvendi. De *Præficarum uſu apud Chriſtianos*, Menardus p. 257. ſeq. ad Gregorii ſacramentar. & Sam. Baſnage ad A. C. 37. num. 19. ubi & alia de Chriſtianorum funeribus. De *Copiatis* ſive libitinariis clericis funera componentibus, Gothofredus ad Cod. Theodoſ. tomo 5. p. 5. Cangius in gloſſar. Vedelius & alii ad Epiſtolam Ignatio ſuppoſitam ad Antiochenos. De Muhamedanorum funeribus & ægrotorum atqve agonizantium viſitatione Albertus Bobovius ad calcem itineris Abrahami Perizol. cum notis Tho. Hydei pag. 17. ſeq.

VII. De medicato funere ſive variis rationibus corpora defunctorum condiendi, atqve à corruptione & putredine conſervandi, tum de Ægyptiorum *Mumiis* ita dictis ab Arabico vocabulo *Mum*, qvod ceram ſignificat, ut notat Tho Gatakerus p. 175. ad M. Antoninum, conſules ubi lubebit *Athanaſium Kircherum* tomo 3. Oedipi, Syntagmate 13. & ſyntagmate 16. ubi de Penatibus, Laribus & Serapibus, qvi & ipſi nihil aliud erant qvam corpora Ægyptiorum medicata, vide p. 478. *Petrum Bellonium* Lib. 2. obſerv. c. 47. & in libris tribus de admirabili operum antiqvorum & rerum ſuſpiciendarum præſtantia, de medicato funere ſive de cadavere condito & lugubri defunctorum ejulatione, nec non de medicamentis conſervandi cadaveris vim obtinentibus, Pariſ. 1553. 4. & tomo VIII. Theſauri Gronoviani: *Joſephi Lanzoni* Medici Ferrarienſis de pollinctura & balſamatione apud veteres, & recentium variis balſamandi cadavera modis, Genev. 1696. 12. *Andream Gryphium* in Mumiis Uratislavienſibus, Uratislaviæ 1662. 12. *Frid. Theoph. Ketnerum* in diatriba de Mumiis Ægyptiacis. Lipſ. 1694. Joh. Baptiſtam Portam lib. IV. Magiæ natural. c. 15. *Georg. Wolffgangum Wedelium* celeberrimum Jenenſium Æſculapium decade 3. diſſ. 6. & 7. ubi de balſamatione

tum aliorum corporum tum Chriſti, de qva etiam in manibus eſt MSta Hermanni Conringii exercitatio. Methodum Kerckeringianam balſamandi ſive condiendi cadavera breviter exponit perſonatus Vignolius Marvillius tomo 1. Miſcell. p. 288. ſq. Mumiam Ægyptiacam * ita deſcribit Joh. Bodinus in colloqvio inedito Heptaplomere, qvod ſit *cadaver amomo, cardamomo, ſale, aceto, melle, myrrha, aloë, nardo, caſia, reſina ſive bitumine* (adde Diodorum Sic. XIX. T. 2. p. 735.) *cæterisque id genus venenis à putredine vindicantibus conditum ac maceratum. Cutem reperit inauratam, aurum enim cadavera, uti ligna quoque & metalla & alia à corruptione ſervat: carnem cum cute flaveſcentem ac fuſcam ea duritie ac hypoſtaſi, qua Saccharum vetus Creticum: Interiore viſceribus exenteratis ſicciſſima, cadaver plane inodorum præ nimia ſiccitate, in cordis ſede imaginem lapideam inſculptam nomine Iſidis, cadaver obvolutum corio bubulo, ſub corio denique innumerabiles faſcias denſiſſimis lini replicationibus ſingulas ſingulis adjunctas nec ulla ſui parte detritas.* Adde his Gabrielis Clauderi methodum balſamandi corpora humana, Altenb. 1674. & Andr. Rivini exercitationem Lipſiæ editam de pollinctura & balſamatione. De ritu ungendi cadaveris Octavius Ferrarius II. 22. elector. ubi inter alia notat Lazari corpus fœtens memorari Joh. XI. 39. qvia non condiebant Judæi cadavera, ut Ægyptiis in more poſitum, ſed tantum ungebant. Confer qvæ de unctione mortuorum B. Bebelius Antiqvitatt. Eccleſ. Sec. IV. tomo 2. p. 916. & Joh. Verwey diſſ. de unctione Gentilium: & de more condiendi cadavera in cera & melle, viri docti ad Plinium. Etiam Ariſtobuli Judæorum Regis cadaver melle conditum memorat Syncellus p. 301. De more lavandi cadavera interpretes ad Actor. IX. 37. & Cornelius Adami in exercitationibus exegeticis p. 257.

VIII. De faſciis ſepulchralibus mortuorumqve involutione Jo. Jacobus Chifletius in Criſi Hiſtorica de *linteis ſepulchralibus* Chriſti Servatoris, Antwerp. 1624. 4. & Rev. Salomo Deylingius parte 3. Obſervatt. ſacrar. p. 275. ſq. De more terram mortuis injiciendi, Salmaſius Obſervatt. ad jus Atticum p. 563. De veſtiendi ritu Kirchmannus lib. 1. de funeribus Rom. cap. 10. Cum mortuis ſepulta qvibus vivi jocalibus delectabantur, de qvo ad Vitruvium IV. 1. etiam pecuniam cum mortuis ſepultam obſervat Stephanius ad Saxonem Grammaticum p. 96. Confer qvæ viri docti ad Svidam in δανάκη. Jac. Thomaſii τȣ̃ μακαρίτȣ Programma LVII & M. Chriſtiani Ehrenfried Seifferti diatribam de numis in defunctorum ore repertis, Dresdæ 1712. 8. De aliis rebus ac libris qvos cum

* S. Auguſtin. ſerm. 120. de diverſis Tomo 1. ſupplem. pag. 336. *Ægyptii morem habent ſiccare corpora & quaſi ænea reddere, Gabbaras ea vocant.*

cum mortuis ſepelire inhumareqve qvibusdam placuit, vide triplicem Bibliothecam mortuorum qvam Germanice A. 1704. vulgavit Rev. D. Georgius Henricus Gœzius, in qvarum altera p. 40 ſq. Epiſtola ejusdem argumenti ſcripta legitur à Paulo Chriſtiano Hillſchero, Paſtore Dresdenſium meritiſſimo. Vide etiam ſis Sam. Frid. Lauterbachium in vita Valerii Herbergeri p. 179. ſq.

De *urnis* feralibus, qvarum hodieqve magnus numerus variis in locis effoditur, videndus Sponius in Miſcellaneis p. 287. Aringhus in Roma ſubterranea, Tho. Brown in Hydriotaphia ſive ſingulari libro de urnis Norfolcenſibus, Anglice edito Lond. 1658. 8. Jac. à Mellen Eccleſiaſtes Lubecenſis celeberrimus, in hiſtoria urnæ Sarmaticæ A. 1674. repertæ 4. Gothelf Trenerus in diatriba Germanice edita von den Todten-Töpffen / Jo. Dan. Major in bevölckerten Cimbrien cap. 27. ſq. Tentzelii dialogi A. 1695. p. 941. ſq. ubi de tumulis illis ſub qvibus populi ſeptentrionales condere illas ſoliti ſunt: Henelius Sileſiographiæ tom. 1. p. 371. ſq. G. Agricola VII. 23. de natura foſſilium, Chriſtianus Stieffius Lignicenſis in Epiſtola ad Mich. Joſephum Fibigerum de urnis in Sileſia Lignicenſibus atqve Pilgramsdorfienſibus, Lipſ. 1704. 4. De Seehuſanis, Nova literaria Hamb. 1709. p. 323. ſq. De Moguntinis Joh. Craft Heigelius A. 1698. De Arnſtadienſibus Jo. Chriſtoph. Olearius Jen. 1701. 4. De Mimigardicis in Weſtphalia, Jodocus Hermannus Nunningh, in ſepulchreto gentili, Francof. 1714. 4. ubi etiam de lapidibus veterum ſepulchralibus. Tangunt etiam hoc argumentum Matthias Zimmermannus in florilegio, voce *Urna*, aliiqve laudati in collectione qvæ ſub titulo interceptarum epiſtolarum Germanice prodiit (aufgefangene Briefe) P. II. p. 879.

IX. Exeqviæ funeris proprie dicebatur ſepulchri jam complicatis valvis per ſeram occluſio. Vide Joh. Jacobum Chifletium de exeqviarum ritu. Solet tamen illud vocabulum etiam poni de univerſa deductione & pompa funeris atqve elatione, de qva Kirchmannus libro 2. & qvotqvot de funeribus antiqvorum ſcripſere. Solebant enim cœmeteria & ſepulchra vel loca in qvibus cadavera exurebantur, non eſſe intra civitates ſed extra illas, communi uſu tum aliarum gentium, tum Hebræorum, Græcorum & Romanorum. Vide Jo Doughteji Analecta ſacra ad Ezech. XLIII. 7. Luc. VII. 20. &c. Chifletium expoſitione inſcriptionis Geminiæ matris ſacrorum p. 25. ſq.

De Epulo ferali ſive ſilicernio vide Lipſium ad Taciti VI. Annal. Feſſelii adverſaria ſacra lib. 1. c. 12. Jani Gvilelmii veriſimilia III. 8. Stuckii Antiqv. Conviv. 1. 25. Gabr. Marqvarti diſſertationes binas Lipſiæ

totidemqve Wolfgangi Caſparis Troppanegri, Witebergæ editas,& qvæ ad fragmentum marmoris Nemauſini notata ſunt in calce Sorberianorum. Orationes funebres in patria ſua nullas fuiſſe teſtatur Dionyſius Halicarnaſſeus lib. V. Antiqvitatum Rom. Qvemadmodum nec apud Hiſpanos neqꝫ in hac noſtra civitate Hamburgenſi uſus eorum obtinuit. Cæterum apud Romanos nihil illis freqventius, qvanqvam illas ſæpe fabuloſas fuiſſe atqve inde hiſtoriam rerum factam mendoſiorem jam Cicero qveſtus eſt in Bruto cap. 16. Confer Zenobium Centuria 5. proverbio 28. Ægyptios qvoqve eundem morem mortuos Laudatione funebri proſeqvendi habuiſſe docet Joh. Marshamus in canone chronico p. 273. ut adeo fallatur Mottanus Vayerus, qvi tomo XIV. p. 69. à Romanis hunc morem repertum eſſe exiſtimat. Vide & Plinium lib 8. Epiſt. 12. De funebribus ſive feralibus ludis Auguſtinus lib. 8. de civitate DEI c. 26. De Feriis denecalibus, novendiali ſacrificio Voſſius libro 1. de Idololatria cap. XI. De more mortuos ad ſepulturam proſeqvendi cantu ac næniis, Macrobius lib. 2. in Somnium Scipionis c. 3. & ex Chriſtianis Procopius II. 23. de bello Perſico p. 146. Chryſoſtomus homilia qvarta in Epiſtolam ad Hebræos, Hieronymus in Epitaphio Paulæ, & Lindebrogius p. 1477. ad Codicem Legum antiqvarum. De Coronis feralibus præter Paſchalium, libro de Coronis, vide Rittershuſium libro 7. ſacrarum lectionum c. 1. ubi ſingillatim de Chriſtianis. Lecti funebris imaginem habes apud Schefferum libro 2. de re vehiculari p. 89. De arcula ſepulcrali ſive loculo in lapide cavato, cui cadaver imponitur, ſarcophagis arciſqve feralibus, de conditoriis ac monumentis fuſe & erudite diſſerit Salmaſius in Commentario ad Solinum p. 1203. ſq. 1207. ſq. De uſtrino, apparitorio &c. Reineſ. p. 818. Inſcript. & Sponius p. 290. Miſc. Vide & de arca funerali Rhodium p. 145. 146. ad Scribonium, & ſarcophagi marmorei inſcriptiones in tomo 1. Act. Sanctorum Junii pag. 51. & p. 81. De ritu campanas pulſandi ad funerum deductionem mentio eſt apud Scholiaſtem Theocriti, Idyllio ſecundo pag. 44.

X. In ſepulchris priſcis maxime admirantione dignæ viſæ ſunt *lucernæ*, non tam ob elegantem & miræ diverſitatis qvæ paſſim in illis conſpicitur efformationem & materiam, qvam ob flammam ignemqve perennem, qvem pro genere phoſphori & lumine ſine calore qvidam habuerunt, ut Paulus Caſatus diſſ. 9. de igne, qvod tamen experientiæ ajunt repugnare qvi lucernas illas eruerunt, & aëre admiſſo extinctum qvidem lumen ſed calorem adhuc à ſe deprehenſum ſunt teſtati. Nedum ut aſſen-

aſſentiendum ſit Joanni Argolo, * qvi totum illud qvod apertis ſepulchris flammæ conſpicitur, aëris ventilationi tribuit. Sane ellychnia qvæ ab igne non conſumantur parari ex Caryſtio lapide, notum antiqvis fuit, de qvo Meurſius ad Apollonium Dyſcolum p. 135. ſq. unde Areſium qvi hoc ſibi perſvadere non potuit, oppugnavit Licetus libro qvinto operis mox à me laudandi. Confer *Roberti Plot* diſſertationem de lampadibus antiqvorum ſepulchralibus, in Tranſactionibus Philoſophicis Londinenſibus A. 1684. p 806. & in Actis Eruditor. tom. 1. ſupplementi p. 367. Ecqvid vero ſit illud qvod tam conſtantem & diuturnam poſſit flam̃am ardoremqve alere, minus qvidem adhuc videtur compertum, rem tamen ideo neutiqvam negandam eſſe duxerim contra tot αὐτόπτας teſtes, cum lucernam ἄσβεστον etiam ſub dio, Veneri olim dicatam celebret Auguſtinus XXI. 6. de Civ. Dei. Et lucernam perpetuam ſubterraneam, cujus oleum ſanet morſos à canibus rabidis, memoret Roſſi ſive Rubeus in memoriis Brixianis Italice editis p. 204. Audivi & eos qvi ex lucerna ejusmodi alimentum flammæ vel extrema lingva deguſtarunt, tantum tamqve vehementem ardorem in ore inde ſenſiſſe, ut per longum temporis illum abolere non potuerint. Ne vero ſim longior, de lucernis hiſce lectorem ablego ad pulcherrimum opus *Fortunii Liceti* de lucernis antiqvorum reconditis, Utini 1652. fol. qvibus addi poteſt *Octavius Ferrarius* in diſſertatione de lucernis reconditis veterum, Patavii 1686. 4 & tom. XII. Græv. in qvo comparent etiam antiqvorum lucernæ illuſtratæ à *Mich. Angelo Cauſeo de la Chauſſe*. *Petri* vero *Sanctii Bartoli* veterum lucernæ ſepulchrales, collectæ ex cavernis & ſpecubus ſubterraneis Urbis Romæ, cum obſervationibus *Jo. Petri Bellorii* prodierunt prim um Rom. 1691. fol. & ex Italico Latine, ex præſtantiſſ. Viri *Alex. Dukeri* interpretatione tomo XII. Gronov. Sub idem tempus aliam verſionem ejusdem operis, additis novis qvibusdam obſervationibus dedit *Laurentius Begerus*, Berolin. 1702. fol. qvi etiam in Tomo tertio theſauri Brandenburgici lucernas qvasdam exponit atqve ingenii ſui lumen illis admovet. Vide ſis etiam *Boſii* & *Aringhi* Romam ſubterraneam jam ſupra mihi laudatam, & *Kircherum* in mundo ſubterraneo & tomo 3. Oedipi ſyntagmate 20. ubi de lucernis veterum Ægyptiorum, qvalem in Memphiticis ſepulchris repertam memorat etiam Gallus ſcriptor Crucejus (de la Croix) in deſcriptione Africæ part. 1, l. 1. Lugd. 1688. 12. *Joachimi Felleri* Profeſſoris Lipſienſis diatriba de lucernis antiqvorum ſubterraneis prodiit Lipſ. 1661.

*Ceno-*

* Confer Vignolium Marvillium Tom. 3. Miſc. pag. 211. ſeq. Videtur etiam perenne lucernarum lumen in dubium vocare Kenelmus Digbæus de animæ rationalis immortalitate pag. 48. ſq.

*Cenotaphia* vocabantur tumuli honorarii in qvibus nulla cadavera, ut videre eſt apud Callimachum epigr. 18. & 19. Marcellinum in vita Thucydidis, Tacitum II 7. Annal. & in Cenotaphiis Piſanis qvæ illuſtravit non minus doctrina qvam dignitate & purpura illuſtris Henricus Noriſius. Cæterum inter ſepulchralia veterum monumenta facile primas tenent *pyramides*, inſana mole & incredibilibus ſumptibus exſtructæ apud Ægyptios, ita, ut trecenta & ſexaginta millia hominum per viginti annos in una Pyramide occupatos fuiſſe teſtetur Diodorus Siculus. De harum forma & magnitudine tum de eo, qvod umbram licet altiſſimæ non præberent, vide Joh. *Gravium* in pyramidographia Anglice edita Lond. 1646. 8. & Gallice in collectione Itinerariorum Thevenotiana Pariſ. 1666. fol. tribus tomis edita, tomo primo: Kircheri Oedipum tomo 2. Parte 2. pag. 292. ſeq. Petrum Bellonium tom. VIII. theſauri Gronoviani. Franciſci Bianchini hiſtoriam univerſalem ex antiqvis monumentis confirmatam, c. 30. & qvi ex Cornelii Bruni priori itinere interiorem pyramidis formam conſpiciendam exhibet, Ludolphi Neocori Bibliothecam novorum librorum A. 1698. pag. 776. ſq. ut veteres Strabonem, Melam, Plinium, Ammianum, Diodorum Siculum alioſqve prætercam. De *Mauſoleo*, monumento itidem ſepulcrali admirando, qvod non minus qvam Pyramides, Orbis ſeptem miraculis annumeratum eſt, vide præter Leonem Allatium ad Philonem Byzantinum, Ampliſſimi Cuperi Commentarium de Apotheoſi Homeri p. 236. & Baylii dictionarium hiſtorico criticum. De aliis monumentis ac ſepulcris *Cryptisque* ſubterraneis ac *Catacumbis* præter ſupra laudatum Antonium Boſium & Paulum Aringhum in Roma ſubterranea, conſules Franc. Mariæ Torrigii Cryptas ſacras Vaticanas, Italice editas, Joh. Herbinii Cryptas Kijowienſes & qvæ de Cryptis ſubterraneis Ægyptiorum Kircherus T. 3. Oedipi Ægypt. p. 399. Porro ex catacumbis illis Romanis qvæ ſubinde reliqviæ veluti Sanctorum ad cultum proferuntur, non dicam an Sanctorum ſed num Chriſtianorum ac non Ethnicorum & impiorum hominum ſint, ſæpe eſt incertum, unde cultum ſanctorum ejusmodi ignotorum merito improbavit doctiſſimus Vir Johannes Mabillonius Epiſtola ſub Euſebii Romani nomine edita ad Theophilum Gallum Pariſ. 1698. 4. cui aſſentitur Jo. Baptiſta Thiers libro *de la plus ſolide de toutes les devotions*, de perfectiſſimo pietatis officio qvod in charitate conſiſtit, ut prætercam qvæ de illis catacumbis notarunt Jac. Baſnage lib. XVIII. Hiſt. dogmatum Eccleſ Gallice editæ, Tho. Burnetus & Maximilianus Miſſon in itinere uterqve Italico, Stephanus Chamillard. S I. in obſervationibus per iter Italicum factis, Obſerv 3. in diſſ. ad numiſmata & gemmas antiqvas. Pariſ. 1711. 4. Frid. Spanhemius in Hiſt. Eccleſ. N. T. p. 668 806. T. 1. Opp. & Petrus Zorn diſſ. de Catacumbis Lipſ. 1703. 4. Inſcriptiones omnis generis Veterum Græcorum Romanorumqve Ethnicas & Chriſtianas, atqve in his qvam plurimas ſepulchrales collegerunt illuſtraruntqve, Gruterus, Reineſius, Sponius, Fabrettus, & alii in Bibliotheca Latina lib. IV. c. 5. à me laudati, qvibus brevi acceſſuras ſpero iisdem deſcribendas typis qvibus Gruteri corpus nuper nitide recuſum eſt, qvas ſingulari ſtudio collegit pridem atqve explicavit V. C. Marqvardus Gudius. Monumenta veterum ſepulchralia, Romanorum maxime collegit & delineavit Petrus Sanctius Bartolius & cum explicationibus Joh. Petri Bellorii Italice ſcriptis edidit Rom. 1691. fol. Exſtant etiam perqvam eleganter recuſa cum Bellorii explicationibus è Latina laudati Alex. Dukeri verſione in T. XII. theſauri Antiqvitatt. Gronoviani.

F I N I S.

INDEX

# INDEX I. RERUM

## IN HOC VOLUMINE CONTENTARUM.


Abacus, 542
Abbates 475
Abolla, 573
Abſolutio à peccatis 414
Abulfaraji Chronicon, 179
Abulfedæ Geographia, 130
Academiæ Hebræorum, 616. aliæ, 619
Academia Platonis, 619
Academicæ dignitates, 619
peregrinationes in Academias, id.
Acclamationes & plauſus 380. ſq.
Achaicorum corpus fœderatum 486
Acies 553
Accumbere ad menſam 581
Acoluthi 468
Acroamatica & exoterica inſtitutio, 606
Acus crinalis 564
Adoptiones 595
Æchmalotarchæ 482
Ædificia 647
Æediles 492
Ædium partes 647
Ægyptiacarum antiqvitatum Scriptores generales 28. ſq. Dies Ægyptiaci 345
Ægyptiorum Dii 252. Politia 483. leges & legum latores 496
Aër pro Deo cultus 251
Æra Chaldaica 205
Æra Chriſti Dionyſiana 192
Ærarium & reditus Regum Iſraëlis 520
Ærarium Roman. 523
Ære deſcribendi artificium 632
Æs grave 538
Agapæ 321. 396
Agones 640
Album 626
Alea 638. ſq.
Alexandrinum Chronicon 168
Alexandrinorum Epiſcoporum ſucceſſio 218
Alexandri ab Alexandro dies Geniales 67
Altaria 299. 306. 257. ignoti Dei 295. ſq.
Ambo ſacer 377. 302
Americanorum ritus collati cum Judaicis p. 16. ſq. num originem Judaicis debeant p. 17. ſq. Iſraëlitæ decem tribuum an qværendi in America? ibid.
Amphitheatra 641
Amphyctiones 509
Ampullæ, lagunculæ &c. 651
Anagnoſtæ 388. 623
Anathemata in templis 298. 304
Angeiographia 125
Angeli 275. eorum ordines 277. ſq. cujusqve hominis, populi &c. 279. ſq. cultus angelorum 281
Animalia Diis ſacra 354. Scriptores de animalibus Biblicis 355
De Anno mundi variæ ſententiæ 197. ſq. nati Chriſti 193
Anni novi feſtum 314. annus Sabbaticus 316 Jubileus ibid. Jubileus Romanorum 317 Chriſtianorum, 319. anni ratio, 310. 324. novi anni feſtum 315. 330
Annuli 569. narium 563
Antecœnium 584
Ἀνθρωποθυσίαι 349
Antiochiæ Epiſcoporum ſucceſſio 218

Antiqvarii 623
Antiqvitatum diviſio & partes 122.228
Ἀποθέωσις 268
Apollinares, ludi 623
Apoſphragiſmata 570
Apoſtoli 453
Apparitorium 662
Aqva pro Deo culta 251
Aqva benedicta ſive luſtralis 387
Aqvæductus urbis Romæ 648
Aræ 299.306.257. ignoti Dei 295.ſq.
Arbores Diis ſacræ 355. Scriptores de arboribus & plantis Biblicis 356
Arca fœderis 288
Arcula ſepulchralis 662
Arcani diſciplina 407.622
Archæographiæ partes 123.ſq.
Archidiaconi 465
Archiepiſcopi 462
Archipherecitæ 449
Archipresbyteri 466
Archiſynagogi 449
Architectographia 124
Architecti 647
Archontum Atticorum Index Alphabeticus 209
Arcus triumphales & alii 647.557
Arcus Sythicus 577
Areopagitæ 509
Arma geſtare inter ſacra, inter epulas 577
Armamentaria 647
Armillæ 563
Armorum varia genera 577
Joſuæ Arndii Lexicon Eccleſiaſticum & Caroli Arndii Bibliotheca antiqvitatum Judaic. MS. 9
Artopta 586
Aſarotici lapilli 649
Aſtaroth 290
Aſtrolabia 637
Aſyla 307
Athea gens nulla 228
Athenienſ. hiſtoriæ brevis Sciagraphia, 215 Atticarum antiqvitatum Scriptores, 35 Regnum Archontumqve Index Alphabeticus 209. Athenienſ. Reipublicæ politia, 474 ſq. Geographia 143. feſta 321
Athletica 640
Atellanæ 646
Atramentum 627
Auctiones 529
Auri conſtellatio & ferruminatio 649
Azanitæ 449
Azymorum uſus in Evchariſtia 401

B

Bacchanalia 322.332
Baculi 573
Balnea 60.649.ſq.
Baptiſmi Judæorum & lotiones 386. Baptiſmus infantum apud Chriſtianos 388. Ritus Baptiſmi, exorciſmus, immerſio aliaq; 389.ſq. de patrinis p. 390. ſq. Baptiſmus Johannis 391. Vicarius baptiſmus 392
Baptiſmus morientibus non denegatus 392
Baptiſmus campanarum 393
Baptiſterium 301
Barbatoriam facere 567
Baſilicæ 647
Battologiæ 362
Beatificatio gradus qvidam inferior Canoniſationis 274
Beatorum ſtolæ in futura vita 159
Belanus Deus 255
Bellaria 587
Bellum qvomodo indictum 547
Bella Chriſtianorum 558
Benedictiones Judæorum, Chriſtianorum, Ethnicorum, 370. ſq. ad menſam & ad potum 581
Benedictio ſacerdotalis ad conjugium 592
Beneficia Eccleſiaſtica 471.522
Bibere in alterius ſalutem 589
Bibliographia 125
Bibliopolæ 623
Bibliothecæ 624
Bipennis 577
Boſporus Thracius 143
Braccæ 573

Bri-

Britanniæ veteris Geographia 142
Britannorum veterum Dii 253
Buccellatum 587
Butyrum 587
Byzantinarum rerum ſcriptores 162

CAbbalæ Sephiroth decem 244
Cabiri 240
Cæſiorum familia 610
Cæſtibus pugnare 578
Calamus ſcriptorius 626
Calcei 573. ſq.
Calendaria Judæorum 310 Græcorum, Romanorum & Chriſtianorum 324
Calices 652
Calidæ potus 570
Calypſones 587
Camini 633
Campanæ 374
Campanas pulſare ad funeris deductionem, 662
Campanarum Baptiſmus 393
Canales 648
Canonici 475
Canoniſatio Sanctorum in Eccleſia Rom. 269 in Græca 275. ritus canoniſationis 273 gradus qvidam inferior beatificatio 274 num fiat ſolius Pontificis autoritate ibid.
Cantores in Eccleſia Chriſtiana 467. 468
Capillamenta 550
Capitolium Rom. 154
Caput aperire vel operire in ſacris 361
Carbones 649
Carceres 515
Cardinales 464
Carocium 555
Carri etymologia 652
Carniolæ (Krain) Geographia vetus 140
Carnis eſus prohibitus 587. ſq.
Carthaginienſium antiqvitatum Scriptores pag. 31. ſq.
Caſtra 553
Caſeus 587
Catacumbæ 664
Cataphracti 577
Catechumeni 389
Catholici Judæorum קתוליקין generales vicarii Pontificis maximi 482
Celeuſma 547
Celia 585
Cellæ 648
Cenotaphia 664
Cenſus 524
Cenſores 490
Cereviſia 585
Chariſtia 321
Charta 625
Chartæ luſoriæ 640
Cherubini 288
Chirothecæ 573
Chius inſula 143
Chlamys 571
Choreæ 628
Chorepiſcopi 459
Chriſma 393
De Chriſti nativitate variæ Chronologorum opiniones 187. ſq. qvo menſe Chriſtus natus ſit 342. Chriſti miracula 424
Chriſtianorum primorum vita ac mores 106
Chriſtianarum antiqv. ſcriptores generales cap V. annales & Lexica pag. 103 ſeq. Syſtemata 104. Chriſt. antiqvitatum ſtudii utilitas 111. ſpeciatim rituum Romanæ Eccleſiæ Scriptores 104. ſeq. Græcæ item 105. ſq. Chriſtianorum & imprimis Romanæ Eccleſiæ rituum cum Ethnicis ac Judaicis convenientia, 107. ſq. Chriſtianar. antiqv. Scriptores miſcellanei 109. Chriſtianæ Eccleſiæ ritus ordine temporisqvo obtinere cœperunt deſcripti 110. Eccleſiæ unio non ſolvitur rituum diſcrepantia 111. Chriſtianarum ſive Eccleſiaſt antiqv. theſaurus delineatus 112. ſq.
Chronicon Euſebii 166. fragmenta, verſiones atqve editiones, id. Chronicon Joh. Malalæ 169. Alexandrinum ſive Paſchale 169. ſq. Georgii Monachi Syncelli, 171. ſq. Theophanis 172. Nicephori 174. Georgii-

gii Hamartoli, Monachi Archimandritæ 175 Hippolyti, 175. Georgii Cedreni, ibid. Joh. Zonaræ 176. Mich. Glycæ, ibid. Conſtantini Manaſſis, 177. Chronicon Samaritanum 181. ſq.

Chronologi Veteres ante Euſebium 164. poſt Euſebium, Græci 168. ſeq Latini 177. ſeq. Judæi 179. Arabes, bid. recentiores in Vet. & N. T. 182 in univerſam Chronologiam 183. Chronologi Technici 184. Chronologorum variæ ſententiæ de anno nativitatis Chriſti 187. ſq.

Chronologia ut ad hiſtoriam omnem ita ad antiqvitatis ſtudium reqviritur 126. Eſt vel technica vel hiſtorica, 164. ſq. Chronologiam hiſtoricam qvi texuerint ex veteribus ante Euſebium 164. ſq. Chronologia Vet. & N. T. 82. univerſalis 183. Chronologiæ Technicæ Scriptores 184. Chronologiæ Hiſtoricæ idea in VI. Millenarios diviſa, 199. ſq. Chronologicæ minutiæ non conſectandæ 186

Cibum capientes ſemel, bis &c. per diem 584

Res Cibaria veterum 579. ſq.

Ciſræ 628

Cingari origine Judæi 18

Circenſes ludi 641. ſq.

Circumciſio Judæornm 382. de cultris circumciſionis & aliis circumſtantiis 383. ſq. Ethnicorum 384. mulierum, ibid. Mohamedanorum 385. Circumciſio apud Judæos per Laicos facta, ibid. Circumciſionis feſtum 330

Civitatis Rom. jus 497. 499

Claudium Muſeum Romæ 620

Claves 653

Clavi veſtium & mapparum 571

Clepſydra 652

Cleri diſtinctio à Laicis 443

Cloacæ 648

Clypei 575. ſq.

Coclia 585

Cœlibatus ſacerdotum 601

Cœmeteria extra urbem 661

Cœna 584

Cœnacula 647

Cognationis genera 610

Collaria clericorum 563

Collegia opificum 654

Coloniæ 499

Colores 653

Coloſſus 250. à Tiberio erectus 143

Columna Trajana, Antoniniana &c. 159

Coma 565

Comitia 508

Communio Laica & peregrina 397

Comœdia 646

Concilia 510

Conciones Judæorum & Chriſtianorum veterum, 375 ethnicis nullæ fuerunt, 379

Concionantibus factæ acclamationes 380

Conciones funebres 662

Confeſſio auricularis 405

Confirmatio Chriſtianorum 394

Conjugium Clericorum 601

Conjugalis continentia 600. ſq.

Conſecrandi jus 400

Conſentes 253

Conſtantinopolitanar. ſive Byzantinarum rerum Scriptores 162. Epiſcoporum CPolitanorum ſucceſſio 2 8

Conſules Romani 217. 488

Convivia, 588. ſq. inauguralia, publica, ſacra, 581. feralia 661

Copiatæ 468

Coronæ 495. ferales, 662. nuptiales 594.

Cornua pro poculis 567

Corſicæ deſcriptio 140

Coſmetice 568

Cremare mortuos 641

Crepidæ 573

Cretæ antiqvitates 35

Crinalis acus 564

Crodo, idolum Germanorum 254

Crucis ſupplicium 502. ſq. cultus 281

Cruce ſe ſignare 371

Cryptæ ſepulchrales 664

Culei pœna 513

Cuniculi 554

Cu-

Curiæ 647
Currus falcati 554
Curſus publicus 654
Cyclas 572
Cynophoria 513
Cynoſarges 619
Cypri antiqvitates 35

DÆmones mali culti ne nocerent 239
Danorum veterum veſtes 562
Dapes 584
D. Daſſovii ſcripta promiſſa 10. ſq.
Decemviri 493
Decimæ 520. 521
Decocta 585
Decurſiones 644
Dei cognitio ad omnes pervenit 280. pro Deo cultum apud Ethnicos qvod vel prodeſſe vel nocere poſſet ut aſtra atqve res naturales, vel homines eorumqve affectiones, vel genii atqve Dæmones 233. ſq. Sexus in divinis 235. Deum eſſe materiam univerſi multi falſo crediderunt, 236. ſeq. item dari principium mali Deo coævum, 238. ſeq. Dii boni & mali 238. malos multi coluerunt ne nocerent, 239. Dii σύνθρονοι, πάρεδροι σύμβωμοι, 239. Diis multiplicia nomina tributa fuere, 240. ſq. Deorum imagines. 241. 257. genealogia, 242. Unius & ſummi DEI cultus, 242. varia nomina, ibid. ſeq. tetragrammaton illud יהוה 243. alia nomina & cognomina, 244. ſq. Dei Trinitatem multos non ex Judæis modo ſed Mohamedanis qvoqve atqve Ethnicis credidiſſe qvidam ſibi perſvaſerunt, 246. 255. Trinitatem Platonicam & Ariſtotelicam non eſſe eam qvam Chriſtiani credunt, 249. de Diis falſis qvinam ſcripſerint, 249. ſq. Solem multi pro Deo habuere, 249. alii lunam, 250. aqvam, terram, ignem aliaqve, ib. Dii Syrorum, 249. Perſarum, 250. Græcorum, 252. Ægyptiorum, 252. Romanorum, 253. Germanorum, Gallorum & Britannorum, 254 Dii gentium univerſe, 256. Dii irati ex imaginibus diſcedere credebantur ab Ethnicis, 257. Deorum imagines qvomodo ornatæ fuerint, circumgeſtatæ, ablutæ & verberatæ, item de eorum nimbis & ſudore, 258. ſq. Deorum varii gradus & genera, 259. Dii tutelares certorum locorum, 260 qvi artificiis præeſſent, 261. Dii tutelares orbis Chriſtiani, 262. hominum conſecratio apud Ethnicos, 268. Dii manes, 281 Deo ignoto ara dedicata, 296. Diis ſuperis altaria, terreſtribus aræ, inferis foci ponebantur, 299. ſq. Diis diverſis diverſa ſacra fiebant, 354. Plantæ, herbæ, arbores Diis ſacræ, 355. Deum ſummum cultu externo majorē qvi ſtatuerint, 232. Dii anonymi, 296
Diaconi in Eccleſia Chriſtiana 461
Diaconiſſæ ib.
Diadema Regum Principumqve 484
Dianæ Epheſiæ templum 298
Dictatores 493
Dies dominicus 324
Dierum â planetis denominatio 325
Dignitates Academicæ 603
Dionyſia 321
Diptycha, 623. Conſulum Rom. 489
Diræ Judæorum, Chriſtianorum, Ethnicor. 371
Diſciplinæ & flagellationes Chriſtianor. 404
Diſcipuli Chriſti LXX. 455
Diverſoria 648
Divinatio, 415. centum circiter divinationum genera ordine alphabetico recenſita, 416. ſq.
Divortia 599. ſq.
Doctores Hebræorum 616
Dodra 577
Dolabra 562
Dolia 652
Domeſtica cura, vitaqve 637
Dominicus dies, 324. Dominica Lætare, 333
Adventus 340
Dos 591
Doxologia 369
Dramata theatralia 646
Duella 557

Echea 645
Eccleſia, vide Chriſtiana, Rom. Græca.
Electio ſacerdotum 470
Elephantorum in bello uſus 553
Eleuſinia feſtum Ægyptiorum, & inde Athenas translatum 322
Encænia templorum 305. 316
Endovellicus Deus 254
Ephalmatores 644
Epigrammatographia 124
Epiſcopi 455. Epiſcoporum officia 456. ſq. habitus 562
Epiſcopus, τῶν ἐκτός 445
Epiſcopatuum notitiæ 143. ſq.
Epiſcoporum CPoleos, Hieroſolym. Antiochiæ, Alexandriæ & Romæ ſucceſſionem qvi ſcripſerint 218
Epiſtolæ 654. dedicatoriæ 625
Epithalamia 594
Ἐποστρακισμὸς, ludi genus 639
Epulæ 584. Epulum ferale 661
Eqveſtres ordines religioſi & militares 465
Eqveſtres Ludi 627
Eqveſtris militia 534
Eqveſter ordo apud Romanos 488
Eqvi cataphracti 561
Ethnicorum ritus ſi vel tantillam habeant cum Judaicis ſimilitudinem non ſtatim ab iis deducendi p. 29. qvomodo cum Chriſtianis conveniant, p. 106. ſq feſta 520. ſq. preces 365. ſq. hymni 367 diræ 371. Ethnicis nullæ fuerunt conciones ſacræ qvales Chriſtianis 378
Evangeliſtæ 455
Euchariſtiæ adoratio 281. ritus ſacræ Cœnæ 396. ſq.
Evectiones 638
Evocatio Deorum 257
Euſebii Chronicon 165. fragmenta, verſiones, editiones, 166. ſq.
Excalceatio 574
Excelſa ſive montes ſacri in qvibus cultus divinus fiebat 291
Exeqviæ 661
Exercitia 60
Exilium 502
Exorciſmus in Baptiſmo 389
Exorciſtæ 468
Expiationis feſtum 315
Expoſitio liberorum 609
Fabrilia inſtrumenta 636
Facultates Academicæ 603
Falæ 632
Familiæ Romanorum 609. ſq.
Farcimina 587
Faſces prælati Magiſtratibus 497
Faſciæ involvendis mortuis 660
Fatuorum feſtum 330
Feneſtræ 648
Feriæ judiciariæ 345
Feſta Judæorum, Ethnicorum & Chriſtianorum qvis deſcripſerit cap. X. Feſta Judæorum 308. Sabbatum 310. Neomenia, Paſcha, 312. Pentecoſte 313. feſtum tabernaculorum, 314. tubarum, ib. expiationis, ib. Purim 315. Encæniorum ſ. repurgati templi, ib. feſta qvædam minora 16. Ethnicorum & ſpeciatim Græcorum 320. ſq. Romanorum 323. reverentia feſti exhibita ib. Feſta Chriſtianorum 324. ſq. Dies Sabbati ſive Dominicus, ib. alia feſta 327. Græcæ Eccleſiæ 329 in Sanctorum honorem 329 Feſtum circumciſionis 330. Epiphaniorum 331. Purificationis Mariæ, ib. Qvadrageſimæ 332 Dominica Lætare 333 annunciatio B. Virginis, ibid. hebdomas magna 334 Dies palmarum, ibid. feſtum Reſurrectionis Chriſti 335. aſcenſionis 336. Pentecoſtes 337. Feſtum SS. Trinitatis 338. corporis Chriſti (Fron Leichnam) 338. Nativitatis Joh. Baptiſtæ, 339. Viſitationis Mariæ, ib. alia S. Mariæ feſta 328. aſſumtionis Mariæ 329. Michaelis Archangeli 339. omnium Sanctorum 340. Dominicæ Adventus ibid. Feſtum Nativitatis Chriſti 341. ſq. Turcarum feſta 345. Dies nefaſti, Ægyptiaci, ib. Feſtorum multitudo improbata 328

Fla-

Flagellationes 411
Flinſius, idolum 255
Fluminum cultus 251
Foci 633. 636
Fœdera victimis ſancita 551
Fontes pro Diis culti 251
Fora 648
Fornaces 649
Fornacalia ibid.
Fortuna Urbium 280
Foſſæ 648
Foſſarii 468
Francorum veterum mores ritusqve 33
Frigidæ potus 570
Fucus 552
Funambuli 644
Fundamenti ponendi ritus ſolennis 648
Funera 655. ſq.
Funus medicatum 659. ſq.

GAlea 561
Gallorum Dii 253
γελωτοποιοί 630
Gemara à pauciſſimis illuſtrata p. 4. ſq.
de Gemmis Biblicis Scriptores 356
Genealogiæ 609. Deorum 241
Genii 280
Geographi veteres Arabes 129. Græci 131. ſq. Latini 135. ſq.
Geographiæ Scriptores generales cap. V. Geographiæ cognitio uti ad hiſtoriam omnem ita ad antiqvitatis ſtudium reqviritur 126 Geographiæ Biblicæ Scriptores veteres & recentes, 126. ſq. Geographia Nubienſis, 29 Abulfedæ Geographia, 130. Geographiæ Veteris compendia, 138 ſq notitia plenior, ibid. veteris & recentioris parallelismus, 138 Lexica Geographica, 139. Geographia vetus Hiſpaniæ, 139. Italiæ, Siciliæ, Sardiniæ, Corſicæ, 140. Germaniæ & qvarundam ejus partium, 14 . ſq. medii ævi & præſertim Germaniæ, 141. Græciæ, 142. Geographia Eccleſiaſtica qvatenus per Patriarchatus, Metropoles, Epiſcopatus &c. diſtingvitur, 143. ſq.
Geographicæ tabulæ 136. ſq.
Georgii Monachi Chronicon, 170. item Georgii Archimandritæ qvi cum priori non confundendus eſt, 174. Georgii Cedreni Chronicon 175
Germani veteres religioni ſibi duxerunt habere templa 289. Germanorum Dii 253 pœnæ 504
Germaniæ & ſpeciatim qvarundam ejus provinciarum Geographia vetus 141. ſeq.
Germanorum Dii 254
Germanarum antiqvit. Scriptores p. 32. ſq.
Gladii 576
Gladiatores 577
Globi cœleſtes 621
Mich. Glycæ annales 176
Glyptographia 125
Græcorum Dii 250. Feſta 320. ſeq. Græcorum politia 472. Leges & Legumlatores 494. judicia 498. pœnæ 501. ſervi 504. ſq. cenſus, reditus, vectigalia, 510. ſq. res militaris 533. &c.
Græciæ veteris Geographia 142. ſeq.
Græcarum antiqv. Scriptores generales 33. ſq. compendia, 34. Lexica ib. Theſaurus Gronovianus, 35. ſq. Græcæ Eccleſiæ tum antiqvæ tum recentis ritus 105. ſq.
Libri Eccleſiaſtici Græcorum 117
Gradus prohibiti in connubiis 595
Grævii Theſaurus antiqvit. Rom. 68. ſq hujus & Theſauri Antiqvitatum Græcarum Gronoviani index alphabeticus 78. ſq.
Granaria 648
Griphi 588
Gronovii theſaurus antiqv. Græcarum 35. ſq. hujus & theſauri Rom. antiqvit. Græviani index alphabeticus 78. ſq.
Gruteri lampas ſive fax artium 62
Gymnici ludi 640
Gynecæum 568

HEbdomas magna, 334. poſt paſcha, 336
Hebraicarum antiqv. Scriptores generales c. I.
He-

Hebraicæ antiqvitates unde petendæ p. 1. ſq. Antiqvitatum Hebraicarum plenum corpus nondum exſtat pag. 8. Lexicon & Bibliothecam promiſit Arndius 9. compendia 15. ſpecialia argumenta explicata, ib. Theſaurus delineatus 21. ſq. Hebraicarum antiqvitatum ſyſtema promiſit Daſſovius 16. Hebraicum Lexicon Emphaticum 13 Hebræorum Reſpublica 466. Synedrium p. 469. Jus Regium 470. Æchmalotarchiæ, ethnarchæ, &c. 471. Hebræorum leges, 492. judicia, 498 pœnæ, 500. ſervi, 504. ſq. numi, 519. moralis Philoſophia, civilitas morum & merita in rem literariam, 601. ſq. ritus an ab Ægyptiis, 29

Hemerodromi 654

Hephæſtien inſula 143

Heraldica 578

Hierarchia Eccleſiaſtica 145. 447

Hieronymi Chronicon 177

Hieroſolymam qvi deſcripſerint tum ex antiqvis tum ex recentibus, 129. Hieroſolymitanorum Epiſcoporum ſucceſſio 218 templum Hieroſolymitanum 284

Hiſpaniæ veteris Geographia 140

Hiſtoria illuſtrata ex numis 527

Hippolyti Chronicon 175

Hircus emiſſarius 315 ſq.

Homericæ antiqvitates 33

Homiliæ 377

Horæ Canonicæ 363

Horologia 652

Horti 289

Hortus Epicuri 603

Jo. Hudſoni Geograghi minores 132

Hymni Judæorum & Ethnicorum, 367. ſq. Chriſtianorum 368

Jaculandi modi 562

Januæ 648

Iconographia 124

Idololatriæ origo & ratio 232. Idololatria gentilium, Syrorum 248. ſeq. Perſarum 249. Græcorum, 250. Ægyptiorum 251. Romanorum, 252. Germanorum, Gallorum & Britannorum 253

de Idolis qvinam ſcripſerint, 248. ſeq. Idolorum ornamenta, veſtes, nimbi, circumgeſtatio, ablutio, projectio, verberatio, exſecra io 257

Jejunia Judæorum & Chriſtianorum 409. ſq.

Ignis pro Deo cultus 251

Ignis Johanneus 339

Ignis ſacer, victimas abſumens 347. 353

Imagines atriis ædium exornandis, 651. Bibliothecis 608

Imagines Deorum, 257. ſeq. 241. cultus imaginum 281

Immunitas ſacerdotum à tributis 525

Imperatores Chriſtiani iidemqve Pontifices maximi 436

Impomenta 568

Inaures 563

Inceſtus 579. ſeq.

Inciſio imaginum in tabellas ligneas vel æreas 617

Indorum ritus cum Hebraicis collati, 16. ſq.

Indulgentiæ 414

Inſcriptiones Veteres 648. 124

Inſignia 578

Inſtitutio puerorum 617. ſeq.

Inſtrumenta fabrilia, ruſtica &c. 652

Inventa novantiqva 634. ſeq.

Inveſtitura 494

Jocalia 562

Jodutta 254

Johannis Baptiſtæ feſtum 339

Jom Tobh editurum ſe promiſit Daſſovius p. 14

Irmenſula 254

Iſraëliticorum Regum reditus 508

Italiæ veteris Geographia 140

Jubileus annus Judæorum, 317. Romanorum, id. Chriſtianorum 318

Judæi præſentes ut ritibus differant à veteribus & inter ſe, 15. ſq. Judæorum ritus cum Indicis & Americanis collati, 17. ſq. Decem tribus an in Americam translatæ, id. in Septentrionem, Colchidem, Mingreliam, Chinamqve diſperſæ, 18. ſq. Judæorum reliqviæ

liqviæ num in Lapponia qværendæ, 20. Judæorum ritus num deducendi ab Ægyptiis pag. 29. qvomodo cum Chriſtianis conveniant, p. 106. ſq. Judaicæ Theologiæ Scriptores, 245. Judæorum feſta, 308. Calendaria, 309. Judæi ſæpe clade affecti per nimis religioſum cultum ſabbati, 311. Judæorum Neomenia, Paſcha, 312. Pentecoſte, 313. feſtum tabernaculorum, 314. tubarum, ibid. expiationis, ibid. Purim, 315. Encæniorum ſive repurgati templi, 315. feſta qvædam minora, 316. Judæorum annus Sabbaticus, 316. Jubileum, ib. Judæi accuſantur à nonnullis qvod Chriſtianorum infantum ſangvine ad ſacra ſua abutantur, 351. Judæorum preces, 363. mos & geſtus orantium, 364. ſq. Judæorum hymni, 367. diræ & benedictiones, 370. conciones, 375. jejunia, 402. artes Magicæ, 425. primitiæ, decimæ, tributa, vectigalia, 509. ſq. Judæorum Apologia ſcripta ab Iſaaco Cardoſo, 308
Judicia Hebræorum, Græcorum, Romanorum & Chriſtianorum 508. ſq.
Juramenta victimis ſancita, 351. Juramenti religio, 434. Juramenta Hebræorum, 435 Græcorum, 436. Romanorum, 437. Chriſtianorum, ibid. ſeq. Juramentis prorſus qvidam abſtinendum putarunt, ibid. Germanorum & Gallorum, 438. Muhamedanorum Juramenta 440. ſq.
Jus 584
Juſtinianei ſeculi mores 107

KErnunnos Deus, 255
Κύριε ἐλέησον. 368

LAc & mel baptizatis datum. 391
Laici. 443
Laconicarum antiquitatum Scriptores 35
Lapidatio 502
Lapidem primum in ædificio ponendi mos 648
Laquearia inaurata in templis 296
Lares 281
Largitiones frumentariæ &c. 526
Latrunculorum ludus 623
Larvæ 281
Latinæ Eccleſiæ ritus 104
Libri Eccleſiaſtici 105
Laudationes funebres 662
Lecti 583. ſeq. funebres 662
Lecticæ 583
Lectiones ſacræ 376
Lectores in Eccleſia Chriſtiana 466. ad menſam 588. 623.
Leges Moſaicæ 503. leges & legumlatores gentium ceterarum, Græcorum, Ægyptiorum 505. ſeq. Romanorum 507
Lemures 280
Lexicon Eccleſiaſticum promiſit Arndius 9 Emphaticum Hebrææ linguæ Daſſovius 13 Vide plura ſub titul. Antiquitatum, Geographia &c.
Libri Eccleſiaſtici 329
Libri quadrati eorumque conglutinatio 623 ſeq.
Librarii 623
Lipſii magnitudo Romana 631
Literæ 627. Hieroglyphica 629. Res literaria. 625
Liturgiæ 396. ſq.
Loculi defunctorum 646
Loricæ 561
Lotiones cadaverum 660. imaginum 258
Lucernæ ſepulchrales 662. ſeq. lucernæ in viis publicis urbium de nocte accenſæ 650
Lucorum uſus loco templorum non apud veteres modo ſed & apud recentiores, qvinimo quosdam Chriſtianos obtinet 289
Lucta 641
Lucubrationes 622
Luctus ſuper mortuo, quot dierum 642
Ludi 637. ſq. funebres 645. ſæculares Romanorum 317. & 641. Circenſes ibid. Trojani 643.
Lumina ad imagines accenſa 258
Luna pro Deo & Dea culta 251
Luſtrationes 323

Luxus 561. 588. ſq. 646. 648.
Lyceum Ariſtotelis 603

Maccaroni 587
Macedoniæ Antiquitates 35. ſq.
Macella 648.
Magdalia 650
Magica 433
MagiſtratusRom.& aliarum gentiũ 487. 500
Magnitudo Romana Eccleſiæ Rom. 631
Majumæ 643
Malalæ (Joh.) Chronicon 168
Manaſſis (Conſtantini) Chronicon 176
Mantile 650
Manus attollere inter orandum 366
Manumiſſio ſervorum 518
Manuſcriptorum Codicum auctoritas 123
Marcipanes 587
Marnas, ſol. 250
Maſſilia 143
Mathematica in ſacris literis 358
Matrimonii ſacramentum 400
Mauſoleum 648
Mediolanenſis tractusGeographia vetus 140
Melchitæ 181
Melita inſula 143
Μελίττιον 569
Menachot Codicem Talm. illuſtratum edere promiſit D. Daſſovius 12
Menſæ 583
Menſuræ & pondera veterum 531. 636
Mercatus 529
Meſſiæ falſi 245
Metropolitani 462
S. Michaëlis feſtum 339
Miliarium 154
Militarem rem Veterum qui deſcripſerint cap. XVII. res militaris Hebræorum 546. Græcorum & Romanorum id. militia equeſtris veterum 548. navalis 549. pedeſtris 551. miſſio militum & pœnæ 557. ſq.
Mimi 645
Minæ in precibus 366
Miracula vera & falſa 431
Miſcellaneorum ſcriptores 66. ſq.
Miſna pag. 3. Hiſpanice verſa 4. pars Italicè ibid. Arabice item, ib. Germanica verſio in MSto latet. ibid. eſt theſaurus rituum Hebraicorum pag 2. & 7
Miſnicos quosdam codices illuſtraturum ſe promiſit Daſſovius 13
Miſſiæ 400
Miſſio militum 543
Mithræ cultus 250. 322
Molendinæ 648
Monaſtici Ordines 472. habitus Monachorum 562
Montes & excelſa in qvibus cultus divinus ſiebat, 291. de montibus pietatis, D. Matthiæ Zimmermanni liber ſub Dorothei Aſciani nomine editus Lipſ. 1670. 4
Monumenta ſepulchralia 64 . 648
Moretum 587
Moritasgus Deus 254
Moſis tabernaculum, 283. miracula Moſis, 423. Moſaicæ Leges 492
Moſis Maimonidis qvædam editurum ſe promiſit D. Daſſovius cum verſione 14
Muhamedanorum feſta 345
Mulieres apud Judæos certis qvibusdam ceremoniis Deo dicatæ: apud Ethnicos qvosdam etiam circumciſæ 383
Mumiæ 659
Muſeum Alexandrinum, Romanũ &c. 619. ſq.
Muſica Veterum Hebræorum, 372. Ægyptiorum, Græcorum, Romanorum 372. ſq. muſica inſtrumenta veterum 373. ſeq.
Muſicæ notæ typis exſcriptæ 617
Muſiva opera 648
Myſteria 322. ſeq.

Natalitia, 607. Naumachiæ 643
Nauticam Veterum qvis deſcripſerit c. XVII. Navalis militia, 535. res nautica 536
Neapolitani diſtrict⁹ Geographia antiqva 140
Neocoræ urbes 296
Neomenia 313. 317
Nicephori Chronicon 173
Nimbi imaginum Deorum 258


Noa-

Noachi VII. præcepta 503
Nolarum uſus in veſtibus 572
Nomina Hebræorum, 611. Græcorum, 613 Romanorum, 614. Germanorum &c. 615
Nubienſis qvæ vocatur Geographia autore Scherif Elidris, 128. tantum Epitome majoris operis 129
Nudipedalia 575
Numeri Diis ſacri 355
Numi Veterum 529. Hebræorum, 531. Samaritani, Punici, Perſici, Arabici, 534. ſq. Græcorum numi 536. Romanorum 539. aliarum gentium, 539. ex numis hiſtoria recentior illuſtrata 540. bracteati, & chemici 542
Numiſmatographia 124
Numiſmata in loco vulgaris monetæ 545
Nundinæ 529
Nuptiales ritus 590. ſeq.
Nuptiæ ſecundæ 603
Nutrices 607

O

Ocreæ 558
Odea theatralia 645
Odeum, ſchola Athenis 603
Oglia poderida 587
Olympici ludi 641
Opificum Collegia 638
Opitulatores quatuordecim 266
Opſophagi 571
Oracula 425
Orationes funebres 662
Orcheſtra 628
Ordalium 425
Ordinatio 457. 471
Ordines ſacri Eccleſiaſtici naſcentis Eccleſiæ 453. naſcenti Eccleſiæ cum ſequentibus ſeculis communes 455. ſeq hodiernæ Eccleſiæ Romanæ ſeptem Ordines 469
Ordines Monaſtici 472. ſeq. Equeſtres 475. 476
Organa Muſica 374
Ornatrices 568
Oſcillationis ludus 645
Oſcula 654
Oſtiarii in Eccleſia Chriſtiana 467. 468
Oſtraciſmus 513

P

Paccimadium 557
Pædagogi 607. 602
Pænula 572
Palæſtinam qui deſcripſerint tum ex antiquis tum ex recentibus 126
Palatia 647
Palla 572
Palladium ſchola Athenis 603
Pallium 563. 572
Palmarum dies 334
Panathenæa 322
Panes 586. 588
Panthei numi, pantheæ imagines 240. templa Panthea 292
Pantomini 628. 630
Papyrus 625
Paranymphi 594
Par impar ludere 640
Paſcha 313. circa hoc feſtum apud Judæos captivus aliquis libertati reſtituebatur, ibid.
Paſcha Chriſtianorum 335
Paſchale Chronicon pag. 169
Patriarchæ Judæorum 440. Chriſtianorum 453
Patriarchatuum notitiæ 145. de Patriarcharum ſucceſſione in ſedibus Hieroſol. CPolitana, Alexandrina & Antiochena 213
Patriarchæ Judæorum 448. Chriſtianorum 462. ſeq.
Patricii 498
Patrium jus 609
Patrini 390
Pectines 549
Pedilavium 396
Pegmata 645
Penates 281
Pentecoſte Judæorum 314
Peregrinationes religioſæ 408
Peripatus Ariſtotelis 603
Perſæ non ſunt ab Idololatria abſolvendi 31 an religioni ſibi duxerint habere templa 289. Perſarum Dii 249. politia. 474

Perſicarum antiqv Scriptores generales 30. ſq.
Perſonæ & larvæ 564
Periſcelides 573
Petaminarii 628
Petavriſtæ 628
Phiditia 321
Philoteſiæ 321
Phylacteria 364
Phyſica, Medica & Mathematica in ſacris literis 358
Pilæ ludus 641
Pileus 563
Pilum 577
Pinacothecæ 323
Piſcinæ 648
Piſtores 570
Piſtrina 648
Plantæ & arbores Diis ſacræ 355. Scriptores de plantis & animalibus biblicis 356
Plumaria ars 546
Pocula 566. 652
Pœnæ apud Hebræos 510. Græcos 512 Romanos 513. Germanos & alios 504
Pœnitentia publica Chriſtianorum 402. ejusque gradus 404
Polygamia 604
Πολυδεία 232. ſq.
Pomœrum 151
Pondera & menſuræ veterum 544
Pontifex Rom. 446
Pontificatus maximus Imperatorum Rom. 444
Pontifices maximi Judæorum 449. veteris Romæ 452
Pontificum Romanorum Catalogus Chronologico alphabeticus 219. ſq.
Pontificii vid. Romana Eccleſia
Popinæ 632
Portæ urbis Romæ 151. ſeq.
Porticus 647
Portus 648
Præfecti Urbis Rom. 490
Præficæ 642
Prætores 491
Prandium 568
Preces Chriſtianorum 360. Judæorum 362 Muhamedanorum 364. Ethnicorum 365. ſq.
Presbyteri 460. politici Judæorum 448
Presbyteriſſæ 461
Primitiæ 522
Preſſoria & reconditoria veſtium 568
Principia duo boni & malii coæterna multi ſtatuerunt 237. ſq.
Principum epiſcopatus circa externa Eccleſiæ 445. ſq.
Privata vita 653
Privilegia ſtudiis literarum tributa 605
Proceſſiones ſacræ 407
proclamatio ante nuptias 593
profeſſores ſcientiarum & artium 605
prophetæ veri falſique 430
prophetæ N. T. 455
proſeuchæ Judæorum ubi orabant 288
protervia 353
provinciarum notitiæ 145. 500
pruſſiæ Geographia vetus 140
pruſſorum Dii 255
pſephopæctæ 628
pſeudomeſſiæ 246
pudicitiæ cuſtodia 609
puerperium 607
pugillares 626
pugio 577
pulpita 645
pulvis odoratus 564. pyrius 636. ſeq.
punicæ antiquitates 31
purim feſtum 316
pyanepſia 321. ſeq.
pyramides 664
pyxis nautica ſive magnetica 634. ſq.
QVæſtores 492
Qvadrageſima 332
Qvadrivium 603
RAbbinis qvantum tribuendum 6
Raſchi commentarium editurum ſe promiſit Daſſovius 13

Rationarium Auguſti 524
Receptizationes 394
Recitationes 622
Reditus Regum Iſraelis 508
Regium jus 481
Regum Hebræorum inauguratio & unctio 494
Regum Inſignia, diadema, coronæ 495. ſq.
Religiones variæ orbis terrarum 240.250
Reliquarum cultus 281
Reſp. Hebræorum 477. Gentium 483. Romana 488
Reſpublicæ commentitiæ 500
Rhætiæ Geographia vetus 140
Rhintonicæ 630
Rhodi antiqvitates 35
L. Cœli Rhodigini Antiqvæ lectiones 66
Ritus v. Chriſtianorum, Rom. Græcorum &c. Rituum diſcrepentia unionem Eccleſiæ non ſolvit 110. Ritus omnes externi non fugiendi ibid.
Gaudentii Roberti Miſcellanea erudita 65
Roma hodie vix umbram veteris refert ſplendoris 147. Scaligeri, Scriverii, & Jani Vitalis in hanc rem Epigrammata id. Romæ tria nomina 150. qvi de origine urbis Romæ ſcripſerint 150. de Pœmœriis, portis, incrementis & amplitudine ejus Scriptores 151. ſq. Romæ XIV. Regiones 153. & viæ publicæ 154. VII Colles & Capitolium 155. ædificia publica & privata & multitudo Incolarum id. ſeq. Scriptores complures qvi veterem Romam ejusque ornamenta, rudera ac reliqvias deſcripſerunt 155. ſeq. Roma nova, Cpolis 161. ſeq Romæ urbis præfecti 479
Romanorum ædiles 482
Romanarum antiqvitatum Scriptores generales, cap. III. Syſtema multi moliti 54 ſq. primus perfecit Roſinus 56. Romanarum antiquitatum compendia 58. ſq. Lexica 59. ſpecialia capita 60. Scriptores Miſcellanei 62. ſq. Theſaurus Grævianus p. 69. ſq. Index alphabeticus in hunc & Gronovianũ 78. ſq. Blondi Roma triumphans 160
Romanorum Conſulum ſeries 217
Cenſores 479
Jus civitatis 488
Comitia 497
Decemviri legum ferendarum 483
Dictatores 482
Dii 253
Epiſcoporum ſucceſſio 218
Eqveſtris ordo 488
Feſta 323
Imperii amplitudo 161. ſq.
Judicia 499
Largitiones frumentariæ 514
Leges & Legumlatores 496
Ludi ſeculares 317
Magiſtratus 476
Nummi 524
Pontificum Catalogus Alphabeticus 219. ſeq.
Pœnæ 502
Prætores 481
Provinciæ 162
Qvæſtores 482
Reges & conſules 477. ſeq.
Religio 60. 61
Res militaris 533. 60
Senatus 480
Servi 504
Tribuni plebis 481
Tribus & ordines 487
Tributa, vectigalia &c. 511. ſeq.
Romanæ Eccleſiæ Rituum ſcriptores 104. ſq. eorundem cum Ethnicis & Judaicis convenientia 106. ſeq. Romanorum Pontificum Catalogus Alphabetico Chronologicus. 219
Romulus 150
Roncalia 643
Rotæ ſupplicium 502
Ruſtica inſtrumenta 652
Ruſticationes 663

S

Sabaja 569
Sabbatum 310. ſeq. magnum 334. δευτερόπρωτον 312, Marianum 326. annus Sab-

Sabbaticus 317. Sabbati loco alios dies aliæ gentes colunt 326. ſeq.

Sacerdotum diſtinctio à Laicis ap. Hebræos, 435. Sacerdotes iidemque Reges 436. Sacerdotes Hebræorum 439. & aliarum gentium 440. Sacerdotes alii annui alii perpetui 442. Sacerdotes fœminæ 422. Sacerdotes Romanorum 443. Sacerdotum inter Chriſtianos electio 460. ſeq. conſecratio & unctio Sacerdotum ap. Hebræos unde alerenrur 509. Immunitas à tributis 513.

Sacramenta Vet. Teſt, 381. ſeq Novi 382. ſeq.

Sabbati cultus 310. Via Sabbati 310. ſq. Sabbati cultus nimis religioſus Judæis aliquando cladem acceleravit 311. Sabbatum δευτερόπρωτον 311. annus Sabbaticus 316. Sabbatum ſive dies Dominicus Chriſtianorum 324

Sacerdotes 443. ſeq. Hebræorum 447. Gentium 450. Rom. 451. Sacerdotiſſæ 450. ſq.

Sacramenta 406. ſq.

Sacrificia Judæorum 346. publica vel privata 247. Sacrificia Ethnica quibus homines immolabantur 349. Sacrificia in fœderibus ſanciendis 351. Sacrificia alia Ethnicorum 352. Sacrificia diverſis Diis oblata 354. quibusdam nulla animalia cædere fas 353.

Sæculares ludi Romanorum 317. 626

Salaria 526

Salis uſus 588

Saltationes 643. ſeq.

Salutationes 653

Samogitarum Dii 255

Sancti tutelares orbis Chriſtiani 262. præfecturæ ſanctis tributæ 265. ſeq. Sanctorum Canoniſatio 269. ſeq. beatificatio qui eſt gradus quidam inferior canoniſationis 274. Canoniſatio an fiat ſolius Pontificis autoritate 274. Sanctorum cultus 281. ignotorum reliquiæ & veneratio quæ his tribuitur 281

Collegium Sanitatis 604

Saponis uſus 634

Sarabaitæ 473

Sarcophagi 646

Sardiniæ Geographia vetus 140

Sartores 568

Satisfactiones Pontificiæ 413

Scachiludium 639

Scenæ ductiles 629

Scenopegia 314

Scheidii Prof. Argentorat. opera, Hebraicas antiquitates ſpectantia MSS. 9

Schœnobatæ 644

Scholæ 616. ſeq. 618

Scribendi origo 625

S. Scripturæ loca phyſica & Mathematica explicata 358

Scuta 575

Scythæ olim Religioni ſibi duxerunt habere templa 289

Secretarium templi 302

Seculum v. Sæculum

Sedere ad menſam 581

Sellæ 583

Sella perforata 650

Senatus Rom. 490

Seniores LXX. apud Hebræos 479

Sephirot X. in ſcala Cabbaliſtica 244

Sepeliendi ritus 648. ſeq.

Sepulchra 664

Sepulta cum mortuis 660. ſeq.

Seræ 653

Servi Hebræorum, Græcorum & Romanorum 516. ſeq. aliarum gentium 517

Sexus in Divinis 235

Sica 577

Sicera 585

Sigilla Magica. 434

Sigillum confeſſionis 414

Siciliæ Geographia antiqua 140

Siglæ 542

Sileſiæ Geographia antiqua 140

Silicernium 661

Simila 570

Slavorum Dii 255

Societates literariæ 621

Sol pro Deo cultus 250. natalis ſolis invicti 344

Sortes 428


Spa-

Spartanæ Reip. politia 474
Specula 653
Speculares lapides 648
Sphæræ armillares 621
Sponſalia 590. ſeq.
Stabula 648
Stapes 577
Stapletonus de magnitudine Eccleſiæ Rom. 631
Statuæ 650
Stibadium 566
Stigmate notati 502
Stipendium militare 557
Strenæ 330
Studia Veterum 624. privilegia ſtudiis tributa 621
Stuſio, idolum 255
Stylus ſcriptorius 626
Subdiaconi Eccleſiæ Chriſtianæ 466
Subligacula 573
Suovetaurilia 353
Superintendentes 448
Synagogæ Judæorum 288. 600. ſeq.
Synedrium (Sanhedrin) Hebræorum 469
Syncelli Chronicon 171
Synedrium Hebr. 448. 480
Syrmaveſtis 568
Syrorum Dii 248

TAbernaculum Moſis 283 feſtum tabernaculorum 314
Tabulæ Geographicæ 136. Peutingeriana 137
Tabulæ novæ 529
Taliſmanes 433
Talorum ludus 640
Talmud Hieroſolymitanum & Babylonius qvi utrumque conſtans Miſna Gemara pag. 2. ſeq. fons antiquitatum Hebraicarum 2. ibid. ejus editones 5. compendia ibid.
Talmudica quædam ſcripta editurum ſe pollicitus eſt D. Daſſovius p. 13. ſeq.
Talmudicis & Rabbinicis doctoribus quantum tribuendum 6
Θαυματοποιοί 628
Tecta 648. Tectum ſabbati 286
Te DEum laudamus 268
Templa Ægyptiorum & Hebræorum antè exitum Iſraelis ex Ægypto 182. Templum Hieroſolymitanum 283. quo nomine dedicatum fuerit 287. de ara ejus & vaſis quamplurimis 287. cuſtodia templi nocturna 288. Templis quædam gentes caruere 289. Templa Ethnicorum 291. & 295. Templorum quorundam Ichnographia 292. Templa qualia fuerint Romæ & paſſim apud Græcos 292. ſeq. Templorum varia genera, & quibus non licitum fuerit ea intrare 293. ornamenta templorum, 295. Templa & aræ ignotis Diis conſecratæ 296. Templum Dianæ Epheſiæ portatile 297. anathemata in templis poſita 299. Templa veterum Chriſtianorum 300. ſeq. eorum formæ 301. ornamenta 304 305. Templa Ethnicorum everſa vel ſanctificata à Chriſtianis 303. Templis tributa reverentia 304. Templorum Encænia 305. Templa pro aſylis habita 307. ναΐδια portatilia 297. fana, ædiculæ, ſacella &c. 293
Terram mortuis injiciendi mos 660
Terra pro Dea culta. 251
Teſſellata opera 648
Teſſeræ 653. militares 547
Teſtamenta 527
Θαυματοποιοί 644
Theatra 645
Thenſæ 652
Theocratia Hebræorum 477
Theologiæ naturalis atque Ethnicæ ſcriptores 231. Judaicæ 245
Theophanis Chronicon 171
Thermopolia 650
Thor Jupiter Germanorum 254
Tibilenus Deus 255

Titu-

Tituli honorum 497
Toga 571
Tonſura 565. ſeq.
Toreumatographia 125
Tormenta bellica ignes jaculantia 636
Torneamenta 643
Torques 564
Trabea 571
Tragœdia 646
Tribus & ordines populi Rom. 487
Tribuni plebis 491
Tributa 522
Triclinia 582. 648
Trinitatis in Deo creditæ veſtigia apud Judæos, Ethnicos atque Muamedanos 246. Trinitatem Platonicam & Ariſtotelicam non eſſe eam quam Chriſtiani credunt 248 nec Trinitatem veterum Germanorum 256
Tripodium 377
Trivium 603
Triumphi Romanorum 555. ſeq.
Trojani ludi 627
Tropæa 557
Tubarum feſtum 315
Tubi optici 637
Tunica moleſta 513. picta 571
Turcarum feſta 345. preces 365
Turres 647
Tutelares Dii 261. orbis Chriſtiani id.
Tutuli vitæqve 564
Typi V. Teſtamenti 359. ſeq.
Typographia 630. ſeq. Inventa varia quibus illa locupletata eſt 632

V

VAſa antiqua 651
Vectigalia 523
Vehicula 652
Vela 652
Veneficia 433. tela veneno infecta 578
Ventus textilis 572
Res Veſtiaria 559. ſeq. veſtes imaginum Deorum 258. cadaverum 660
Veſtes literatæ 571. in ligulas inciſæ 572
Veſtium ſubſtratio 572
Veſtes ſcindere in luctu 575
Veſtes pullæ lugentium 575
Vexilla 554. ſeq.
Viales Dii 253
Via Sabbati 311
Vigenti Viri 493
Villæ 653
Vina 580. ea conſervandi, modis, 648. 585
Virginum cura 492
Vita privata veterum 653
Vittæ fœminarum 549
Vivaria 648
Unctio Regum, Prophetarum &c. Sacerdotum 470. in balneis 650. cadaverum 660
Unctio extrema 406
Volumina 607
Vota 440 Græcorum, Romanorumqve 441 Vota ſanctis nuncupata ibid. Votum perſeverantiæ, miſſionis &c. p. 442
Urbes vægrandes 152. ſeq. Neocoræ 297
Urnæ ferales 661
Urim & Thummim Hebræorum 357
Uſtrinum 662
Uſuræ 542. ſeq.
Uſuræ varia genera 530
Utenſilia 635. 651

B. Waſmuthi Chronologica 184

Z

ZOnæ 573
Zonaræ Chronicon 175
Zythus 569

( * * * )

INDEX II.

# INDEX II. SCRIPTORUM.

Iſaacus *Abarbanel* 2. 12. 14. 187. 430. 617
*Abalardus* 237
*Abaris* 242
Iſaac. *Abendana* 4. 13
Jo. Georg. *Abicht* 26. 516
Immanuel *Aboab* 277
R. *Abraham* 187
*Abrahamus* ben David 14
R. *Abraham* ben Dior 187. 590
R. *Abraham* ben Chaja 188
Joh. *Abramus* 172
Nic. *Abramus* 508. 639
Laurent. *Abſtemius* 63
*Abulfeda Iſmael* 130. 134
Gregor. *Abulpharajus* 180. 305
*Abulphetach* Danaſæus 182. 188
*Achmet* 428
Valens *Acidalius* 65
Andreas *Acoluthus* 426. 536
Hieronymus *Acoſta* 527
Joſephus *Acoſta* 18
*Acta Eruditorum Lipſienſium* 27. 30. 34. 35. 60. 128. 182. 351. 369. 375. 440. 471. 475
*Acta Eruditorum Germanica* 334
*Acta Sanctorum* 270. 274. 338. 340. 383. 391
*Acta* Jubilæi Typographor. 320
Cornelius *Adamus* 30. 660
Salamon *Adanus* 4
Lanceletus *Addiſſonius* 16. 22
Conradus Sawellus *ab Adenſtadt* 190
Gvilhelmus *Ader* 358. 432
*Ado* Viennenſis 178. 190. ſq.
Chriſtianus *Adrichomius* 128. ſq.
*Ælianus* 345. 357. 547
Nicolaus *van Ælſt* 157
M. G. *Æmilianus* 336
*Æneas* 547
Franciſcus Albertus *Æpinus* 255
Petrus *Ærodius* 490. 510
*Æſchylus* 289
*Æthicus* 135
*Æthiopes* 191. ſq.
Cæſar *Ævolus* Neapolitanus 244
Joa. *Affelmannus* 319
Julius *Africanus* 636
Leo *Africanus* 129
*Agatharchides* 133
*Agathemerus* 133. 135
*Agathodæmon* 132. 137
Neubeſtalter *Agent* 268. 274
*Agora* 579
G. *Agricola* 661
Cornel. *Agrippa* 417
Didacus *Aguirre* 403. 465
Otto *Aicherius* 59. 508
Henricus *Ainsworthus* 2. 9.
Gvil. *Alardus* 373
Gabriel *Albaſpinæus* 109. 399. ſq. 403. ſq. 450

 Valen-

Valentinus *Alberti* 108
*Albertus* Stadenſis 179
Edmundus *Albertinus* 399
Franciſcus *Albertinus* 157
Petrus *Albinus* 254
*Albricus* 252
*Albumaſar* 191
Ludovicus *ab Alcaſar* 287
Andreas *Alciatus* 65.487.527
*Alcuinus* 104.377.387.397
Bernhardus *Aldrette* 31.535
Ulyſſes *Aldrovandus* 158.578
Hieronymus *Aleander*, junior 72. 250.301
*Alexander* 546
Natalis *Alexander* 29.189.283. 288.347.383.405.471
*Alexandrina* Eccleſia 191
Alexander *ab Alexandro* 62.67.254. 294.295.345.352.353.354
Alexander *Alexandrius* 366
Severus *Alexandrinus* ſ. *Antiochenus* 114.385.387.397
*Allaſius* 502
Leo *Allatius* 52.105.ſq.111.113.127. 134.144.297.302.304.306.327. 329.332.340.369 372.375.ſeq. 382.395.397.401.ſeq. 406.ſeq. 410.460.625.628
Petrus *de Alliaco* 191
Petrus *Allixius* 114.247.368.
Theodorus Janſon. *Almeloveenius* 61.217.583.633.ſq.648
*Alphonſinæ* tabulæ 192
*Alphonſus* Rex ibid.
Marc. Tulius *Alpinus* 529
Vincentius *Alſarius* 78
Moſes *Alſchech* 2
Joa. Henr. *Alſtedius* 185.188
Joh. *Alſtorphius* 583.607
Jo. Anton. Daldinus *Alteſerra* 112. 442.474.562
Jac. *Altingius* 2.25.26.27.375.ſq. 386.504.616
Menſo *Altingius* 137.141
*Amalarius* 104.325.387
Sixtinus *Amama* 384.521
Jo. Maria *Amati* 537
*Ambroſius* 332.384
*Ammianus* 437
*Ammonius* Lamprienſis 275.299
*Amphilochius* 191
Mileſius *Anaximander* 136
Carolus *Ancillonius* 594.648
Carolus *Andreas* 440
Jo. Valentinus *Andreas* 190
Valerius *Andreas* 571
*Andron* 242
Barthol. *Anellus* 501
Franciſcus *Angelonius* 537
Chriſtoph. *Angelus* 106.363
Angelus Gabr. *Anguiſciola* 354
*Anianus* 168
*Anonymus* ſcripti Gallici, explication d' une inſcription antiqve &c.352. *Anonymus* de Jubilæo Romano 319. *Anonymus* de mirabilibus Romæ 161. *Anonymus* de Præfectis urbis ex temporibus Gallieni, 76. *Anonymus* ad calcem Chronici Paſchalis, 191. *Anonymus* Chiliaſta, 7. *Anonymus* de plantis Diis ſacratis 354
*Anonymi* epiſtola de ſiſtris, 373. *Anonymi* vetus orbis deſcriptio, 133

*Anonymi*

*Anonymi* Benedictini tractatus de horis canonicis, 363. *Anonymi* diſſertatio ad numos in Chr. Woltereckii Elect. rei nummariæ, 318. *Anonymi* Græci Rhetorica, 297. *Anonymi* idée d'un regne doux & heureux, 502 *Anonymi* Hiſtoriſcher Bericht vom Römiſchen Jubel-Jahr/ 319. *Anonymi* Conſtantinop. in XIV. regiones diviſa, 162. *Anonymi* deſcriptio urbis Romæ, 153. *Anonymi* periplus Maris Mæotidis, 135. *Anonymi* religio Bibliopolæ, 567. *Anonymi* periplus Maris Euxini, 133. *Anonymi* Ophiriſcher Staat/ 502. *Anonymi* libellus de varia ludorum &c. conſvetudine, 645. *Anonymi* diſſertat. de priſcis Græcorum & Latinorum literis, 628. *Anonymi* delicias Regum, 638 *Anonymi* tableau de la cour de Rome, 465. 524. *Anonymi* ἐπιτωμὴ χρόνων, 168. *Anonymi* kurtze und gründliche Hiſtorie vom Urſprung der geiſtlichen Orden/ 474. *Anonymi* duo Theophanis Chronicon continuarunt, 174. *Anonymi* nova Hieroſolyma, 502. *Anonymi* lettre ſur l'ancienne diſcipline, 400. *Anonymi* diſcourſe concerning auricular confeſſion, 414. *Anonymi* diſſertations ſur les epreuves ſuperſtitieuſes, appelles jugement de Dieu, 425. *Anonymi* jus Belgarum circa bullarum Pontific. reception. 447

*Anonymi* clear account of the ancient Epiſcopacy, 457. *Anonymi* de præjudiciis falſis & legitimis, 457. *Anonymi* traitté de l'origine des Cardinaux, 464. *Anonymi* Reſp. Rom. 524
2. *Anonymorum* geöffnete Müntz-Cabinet 531
in *Anonymum* Geographum Ravennatem variæ Lectiones 133
*Anſelmus* Abbas 178
*Antiochena* Eccleſia 191
*Antiphon* 242
Nic. *Antonius* 307
Paulus *Antonius* 383. 407
*Antonini* Itinerarium 135. 144
Alexander *Aphrodiſeus* 275
*Aphtiſius* 179
*Apollodorus* 165. 242. 547. 553.
Conſtitut. *Apoſtol.* 301. 336. 343. 510
*Apoſtolius* 426
*Apulejus* 428
*Arabes aliqui* 191
*Arcerius* 573
Petrus *Arcudius* 406
*Arculphus* 127
Scribanicus *Arcularius* 344
Leonhardus *Aretinus* 45. 485. ſq.
Jacob. Juda *Ari* ſ. *Leo.* 283
Benedict. *Arius*, vid. *Montanus*
Paulus *Auringbus* 107. 1[illegible]0. 160. 300. 302. 658
*Ariſtoteles* 237. 483. ſq. 507
*Ariſtides* 161. 275. 298
*Ariſtophanes* 293
Anton. *Arnaldus* 400
Carol. *Arndius* 10. 501. 579

Joſua *Arndius* 10. 104. 505.
Trogillus *Arnkiel* 254. 373. 394
*Arnobius* 252. 292. 299. 323
Chriſtoph. *Arnoldus* 240. 250. ſeq. 371. 605
Gottfr. *Arnoldus* 107. 256. 326. 362. 431. 601
Simon. Jo. *Arnoldus* 497
*Arrianus* 133. ſeq. 169. 299. 304
Jo. *Arrowſmith* 546
*Artemidorus* 133. 428
Marmora *Arundeliana* ſ. Oxonienſia 183. 792
S. *Aſterius* 572
Joa. Anton. *Aſtorius* 240
*Aſtrampſichus* 428
*Athanaſius* 324. 473
*Athenæus* 298. 547. 580. ſq. 588. 644
Titus Pomponius *Atticus* 609
*Audiffretus* 139
Raphael. *Avellinus* 27. 534
Jo. *Avenurius* 370
Joa. *Aventinus* 254
Aufgefangene Brieffe 661
Edmundus *Augerius* 411
*Auguſtana Confeſſio* 111
*Auguſtinianus* 189
Franciſcus a S. *Auguſtino* 401
*Auguſtinus* 191. 252. 283. 318. 369. 390. 601
Anton. *Auguſtinus* 69. 73. 242. 530. 610
Leonhardus *Auguſtinus* 36. 241. 537. 570
*Avicenna* 189
*Avienus* 135
*Avoda Sara* 5
Julianus *Aurelius* 240
Petrus *Aurelius* ſ. Jo. Vergerius de *Haurance* 395
Mattheus *Aurogallus* 612
*Auſonius* 330

B.

Abdias *Babylon* 299
Benedict. *Bacchinus* 65. 73. 113. 145. 373
Andreas *Baccius* 48. 77. 357. 579. ſq. 649.
Lucas *Bacmeiſterus* 359
P. *Badierus* 472
Jo. a *Budo* 576
Didacus *Baëca* 359
Petrus *Bælius* 65. 150. 237. 239. 274. 353. 366. 423
Jo. Guill *Baierus* 357. 412
Hadrian. *Bailletus* 113. 274. 328. 633
Robertus *Baillius* 188
*Balbus* 77
Benedictus *Balduinus* 573
Friedric. *Balduinus* 359. 441
Bernardinus *Baldus* 130
Robert. *Balforeus* 568. 652
Petrus *Bulliſardius* 189
Franciſc. *Baltuſius* 249. 468
Stephan. *Baluzius* 110. 273. 390. 403. 408. 540. 578
Laurent. *Banck* 447
Anſelmus *Bandurius* 144. 162. 163. 218. 303. 538. 642
Henricus *Bangertus* 254. 425
Tho. *Bungius* 628
Abbas *Bamerius* 29. 234
Julius *Barbaranus* 55
Joſeph. *Barberius* 52
Henr. *Barberoſus* 156


Jo. *Bar-*

Jo. *Barbegracus* 640
Auguſtin. *Barboſa* 146
Guil. *Barclajus* 447
*Bardeſanes* 606
Hieron. *Bardius* 189
Petrus Angelus *Bargæus* 71
*Barlaamus* 402
Joh. *Barneſius* 463
Joſua *Barneſius* 366. 646. 650
Cæſar *Baronius* 103. 153. 182. 191. 295. 330. 332. 339. ſq. 363
Bartholom. *Barrientus* 64
Jac. *Bartenora* 4
Obadias *Bartenora* 12
Caſpar *Barthius* 29. 56. 68. 251. 280. 340. 386
Bartholus *Bartholinus* 561
Caſpar *Bartholinus* Fil. 374. 453. 563 607
Thomas *Bartholinus* 358. 383. 563. 607. 623. 652
Pius Anton. *Bartolinus* 62
Petrus Sanctus *Bartolius* 54. 78 159 161. 663. 664
*Bartoloccius* 2. ſq. 26. ſq. 279. 316
Julius *Bartoloccius* 27. 310
Jo. van *Basbuyſen* 15. 616
S. *Baſilius* Magnus 437
*Baſilius* Seleucienſis 599
Jac. Baſnagius 8. 20. 103. 178. 246. 281. 664
Sam. *Baſnagius* 182. 188. 312. 345. 362. ſq. 375. 377. ſq. 489
Jac. *Batelerius* 432
Jo. Chriſtoph. *Batellus* 306
Theodor. *Battus* 648
*Bava Badra* codex Talmudicus 618
Alexand. *Baudien* 569
Mich. Anton. *Baudrandus* 139. 146
Mich. *Baudrus* 105
Mich. *Baumannus* 359
Martin. *Baumgarten* in Breitenbach 128
Lazarus *Bayfius* 49. 53. 73. 549. 562 651
Balthaſ. *Bebelius* 242. 300. 304. 306 327. 362. 369. 379. 386. 389. 391. 393. 399. 408. 410. 432
Henr. *Bebelius* 451. 487
R. *Bechai* 581
Balthaſ. *Beckerus* 239
Matthæus *Becke* 317
Matthæus Friedr. *Beckius* 28. 127. 546. 657
Mich. *Beckius* 364
Joa. Chriſtoph. *Beckmannus* 381. 442. 497
*Beda* 23. 77. 104. 188. 191. 283. ſq. 354. 397
*Beda Venerabilis* 127. 178
Laurent. *Begerus* 36. 241. 251. 280. 290. 292. 536. ſq. 540. 663
Jo. *Behmius* 188
Ulug *Beigus* 134
Arnoldus Corvinus *Beldern* 472
Jo. *Belethus* 104
Robert. *Bellarminus* 189. 304. ſq. 326. 339. 363. 370. 408. 469
*Bellendenus* 490
Petrus *Bellonius* 48. 659
Joh. Petrus *Bellorius* 36. 46. 71. 78. 158. ſq. 241. 663. ſq.
Basnagius *Bellovallius* 534
Joh. Baptiſta *Bellus* 72. 74. 294. 305. 418

Thom. *Bellus* 58
Anton. *Bendinellus* 63
*Benedictini* 525
Jo. *Benedictus* 188
*Beneggerus* 527
Elias *Benviſt* 237
Henr. Ludolph. *Benthemius* 361. 559. 621. 632
Gerhard. Jo. *à Bentinck* 217
Richard. *Bentleius* 537
Ericus *Benzelius* 2
Nic. *Beraldus* 633
Jo. Arnoldus *Bergellanus* 631
Jac. Gerhard. *de Bergeries* 359
Jo. Gvil. *Bergerus* 361. 563. 638. 654
Nic. *Bergierius* 75. 136. 152. 154. ſq. 162. 254. 281. 293. 295. 524
Philipp. *Bergomas* 191
*Bernartius* 569
Matthias *Berneggerus* 136. 295. 298. 409. 528
Eduard. *Bernhardus* 2. 7. 27. 283. 287. 312. 314. 317. 346. 357. 371. 532. 544. 628.
Jac. *Bernhardus* 639
*Bernouldus* ſ. *Berno*, Monach. Richenavienſis 104
Matthæus *Beroaldus* 188
Philip. *Beroaldus* 62
Joh. *Bertelius* 254
Petrus *Berthaldus* 73. 260. 295. 299. 307
Philippus *Bertherius* 382
Petrus *Bertius* 126
Bonaventura *Bertramus* 478
Helladius *Beſantinoi* 52
Chriſtoph. *Beſoldus* 190. 522
*Beſſarius* Cardinalis 575
*Betkius* 108
Jo. Georg. *Betulius* ſ. *Burchardus* 630
Cornel *Beuchem.* 632
Gvil. *Beveregius* 129. 300. 302. ſq. 327. 334. 337. 390. 396
Bartholom. *Beverinus* 508. 545
Jo *Beverovicius* 426. 604
Andreas *Beyerus* 27. 249. 533
G. *Beyerus* 506
Laur. *Beyrlingius* 429. 626. 655
Theodor. *Beza* 504. ſq. 595
Jac. *Biæus* 539
Franciſc. *Bianchinus* 136. 159. 664
Theodor. *Bibliander* 189
*Bibliotheca* novor. libror. 567
——— Patrum 395. 396. 402. ſq.
——— ſelecta 539
Anaſtaſius *Bibliothecarius* 174. 218
Jac. *Bidermanhus* 501
Joa. *Biermannus* 359
Jac. *Billius* 360. 386
Tho. *Bilſonus* 454. 456
Joſeph. *Bingham* 107. 146. 302
Janus *Bircherodius* 344. 641
Thom. Broderus *Bircherodius* 143. 256. 539
Gabriel *Biſciola* 623
Lælius *Biſciola* 381
Jo. *Biſſelius* 501
Ed. *Biſſeus* 576
*Bilo* 547. 553
Franciſc. *Bivarius* 299
Pet. *Bizolus* 540
*le Blanc* 539
Joſeph. *Blancanus* 190. 634
Franciſc. *Blanchinus* 113

Joa. *Blomius* 129
David *Blondellus* 115.295.305.399. 446.455.464
Franciſc. *Blondellus* 299.300.324
Flavius *Blondus* 56.160
Jo. *Blondus* 501
Carol. *Blount* 596
Jo *Blum* 547
Albert. *Bobovius* ſ. *Bobovsky* 364.384. 409.659
*Boccalinus* 633
Sam. *Bochartus* 22.29.31.127.157. 342.351.355.357.358.385.586
Lazarus Andr. *Bocquillotus* 397
Jo. *Bodinus* 605.660
Joa. Henr. *Bœclerus* 29.52.76.488. 495.507.509.552
Juſtus Henningus *Bœhmerus* 300. 325.396.400.443.446.460
Jac. *Bœhmius* 237
Sulvagnius *Boëſſius* 648
*Boëthius* 514
Zacharias *Boganus* 35
Petrus *Bogdanus* 189
Elias *Boherellus* 154
*Boilavius* 114.ſq.
Jac. *Boileau* ſ. *Bevilaqua* 401.405. 412.ſq.458.562
Joa. Jac. *Boiſſardus* 416.655.ſq.
Jo. *Boivinius* 2.593
Jac. *Bolducus* 399
*Bollandus* 273.330 ſq.
Laurent. David *Bollhagen* 286
Anton. *Bombardinus* 515
David *Bombergius* 5
Jo. *Bona* 110.ſq.114.360.363.369. 397.401.652
Philip. *Bonanni* 319.474.476.540
Jac. *Bonfrerius* 126.ſq.
*Bongarſius* 138.145
Balthaſ. *Bonifacius* 66.68.251.304. 439.623
Jo. Andreas Angelinus *Bontempus* 373
Nic. *Borbonius* 525
Henr. *van der Borcht* 542
Ludowic. *Borgheſius* 359.444
Chriſtian. *Bornitius* 617
Jac. *Bornitius* 522
Anton. *Borremanſius* 307.431.575
Olaus *Borrichius* 71.15.ſq.36
Fridr. *Borromeus* 378
Lambertus *Bos* 34
Anton. *Boſius* 160.ſq.300.658
Hieron. *Boſius* 330.373
Jac. *Boſius* 514
Jo. Andr. *Boſius* 72.115.172.174. 260.295.444.452.495.603
Wilh. *Boſſardus* 486
Jo. Benignus *Boſſuetus* 401.455
Hieron. *Boſſus* 571
Jac. *Botſaccus* 359
Carol. *Bovillus* 189
Jo. *Boulæſius* 189
Cæſar Egoſſeus *du Boulay* 60
Jac. *Boulduccius* 608
*Bourdelotius* 528.551
Gottfr. *Bouſſardus* 602
Claudius *Bouterove* 539
M. Zuerius *Boxbornius* 69.72.183. 189
Groſſius *Bozeus* 24
Jac. *Bracellus* 140
Franciſc. *Bragge* 432

Jo. Arnold. *de Brand* 540
Jo. Alexander *Braſſicanus* 528
Jo. *Braunius* 8. 25. 150. 286. 297. 349. ſq. 357. 372. 478. 483. 559
Florentius *Bravonius* 178
Raymundus *Breganius* 231
Jo. Frid. *Breithaupt* 13
Bernhardus *de Breitenbach* 127
Elias *Brennerus* 539
Jo. *Brentius* 190
Eduard. *Brerewoodus* 106. 145. 463. 531
Philippus *Brietius* 139. 190
Joſeph. *Bringhamus* 473
Barnabas *Briſſonius* 30. 47. ſq. 74. 224. 331. 334. 344. 344. 365. 381. 591
Marianus *Brixianus* 613
Janus *Brockhuſius* 258
Jo. *Brodæus* 63. ſq. 421. 425. 551
*Broëkhuſius* 572
Henr. *Broëmelius* 300
Franciſc. *Brokesby* 456
Hugo *Broughtonus* 188. 357
Henr. *Browerus* 591
Thomas *Brown* 356. 661
Eduard. *Brownius* 328. 400
Florentius *de Bruin* 318
P. *Brun* 115. 425. 427
M. A. *Brunellus* 529
*Brunichius* 169
Jo. *Brunſmannus* 7
Caſp. *Bruſchius* 146
Jo. Jac. *Buccardus* 173
Gabriel *Bucelinus* 190
*Buchananus* 142
Jo. *Buchardus* 172
Arnold. *Buchellius* 578
Neuer Bücher-Saal 61
Ægidius *Bucherius* 76. 184. 489
Auguſtus *Buchnerus* 374. 434
Abraham. *Bucholcerus* 189
Chriſtoph. Jo. *Buchhetzius* 596
Jo. Chriſtian. *Buckius* 317
Jo. Franciſc. *Buddeus* 107. 236. ſq. 270. 359. 361. ſq. 381. 407. 456. 464. 479. 494. 589
Jul. Cæſar *Bulengerus* 30. 45. 47. 49. 53. 73. 74. ſq. 77. 161. 163. 268. 294. 298. 305. 416. 428 ſq. 434. 523. 556. 580. 638. 642. 644
*Bulgari* 192
Jac. *Bullardus* 172
Iſaac. *Bullartus* 631
Iſmael *Bullialdus* 133. 188. 297. 322. 404
*Bullingerus* 189. 268
Jo. *Buno* 32. 138. 140. ſq.
Henr. *Buntinglus* 127. 189. 532
*Burettus* 640
Cornel. *Burgeſius* 521
Petrus *Burmannus* 523. 528. 591
Franciſc. *Burmannus* 128. 288. 362. 401. 449. 454
Gilbert. *Burnetus* 446. 501
Guil. *Burnelus* 414
Thomas *Burnettus* 664
Jo. Chriſtoph *Busmannus* 595
Jo. de *Buſſieres* 190
Jo. *Buſthamantius* 356
Vincent *Butius* 77. 169. 586
Joh. *Buxtorfius* 3. 9. 16. 22. 24. 27. ſq. 189. 251. 288. 311. 313. 353. 357. 376. 384. 386. 391. 398. 402. 590. 629


Anton.

Anton. *Bynæus* 25. 342. 383. 426. 573
Abraham *Bzovius* 182.318.338.ſqq.

C.

Nic. *Cabaſilus* 306.385.393.438.543
*Cæſalpinus* 237
Jul. *Cæſar* 554 597
*Cæſarius* 312.381.409
Carolus *Caffa* 471
Marſil. *Cagnatus* 64.136
Jo. *Caillius* 631
*Cajus* 368
Cœlius *Calcagninus* 47.53.549.638
Frid. Ulr. *Calixtus* 328.386
Georg. *Calixtus*. 386.401.574
M *Calliachus* 646
*Callimachus* 136.367.371
Auguſtin. *Calmet* 9.23.128.233. 249.287.581.590
Abraham. *Calovius* 189.481
Sethus *Calviſius* 183.188
Caſpar *Calvœrius* 104.111.285.327. 360.401.560.591
M. Julius *Calvus* 154
Wilhelm. *Cambdenus* 142
Joachimus *Camerarius* 47.50.53. 63.174.429.549
Philippus *Camerarius* 150
Philippus *Camerius* 349
D. *Camius* ſ *Kimhi* 2
Thom. *Campanella* 501
Jo. Anton. *Campanus* 643
Pantaleon *Candidus* 189
Petrus Maria *Canepanus* 627
*Cangius* 32.103.106.136.138.163. 242. 258. 278. 297. 300. 325. 328.ſq.331.ſq.341.368.374.410. 574.610
Henr. *Caniſius* 178
Petrus *Caniſius* 522
Jo. *Cantacuzenus* 494
Petrus Joſeph. *Cantelius* 59.488
Gvil. *Canterus* 64
Theodor. *Canterus* 64.538
Jul. Cæſar *Capaccius* 141
Marcianus *Capella* 276
M. Antonius *Capellus* 189
Dominicus *Capellus* 273
Jac. *Capellus* 2.182.189
Ludov. *Capellus* 2.129.190.284. 286.310.324.449
Rudolph. *Capellus* 529.535.624
Hieron. *Cardanus* 333.415.627
Iſaacus *Cardoſo* 308
Jo. *Cario* 188
Berhardus Petrus *Carl* 381
Georg. *Carletonus* 521
Guſtaph. *Carlholm* 307
*Caro* ſ. Joſeph. Maria *Thomaſius* 397
*Carolus* M. 387.397
Ludov. Jac. a *S. Carolo* 465
Jo. Rainaldus *Carolus* 180
Philippus *Carolus* 58.451
Ben David *Carpzovius* 25
Sam. Benedict. *Carpzovius* 111. 281.395
Benedict. David *Carpzovius* 560
D. Jo. Benedict. *Carpzovius* Pater 21. 25.290.320. 332.344.349.357. 378.533.576.590
Jo. Bened. *Carpzovius* Fil. 244.ſq. 370.378.409
Jo. Bened. *Carpzovius* Nepos 656
Jo. Gottlieb *Carpzovius* 237
Jo. Henr. *Carpzovius*. 509

Laurent. *Codomanus* 190
Apicius *Coëlius* 580
Chriſtoph. *Colerus* 67.524
Paulus *Colomeſius* 289.325.329
Hadrian. Junius *de Coma* 565
Franciſc. *Combefiſius* 172.333.344. 377.396.406
Thom. *Comberus* 361.369
Henr. Altan. *Comes* 564
Marcellinus *Comes* 127.168.177
Natalis *Comes* 252.581
*Commanvillius* 113.144.146
*Commentarius* in Hiſtoriam Æthiop. 191
*Commodianus* 252
Anna *Comnena* 637
Herm. *Conringius* 27.32.141.162. 294.324.335 340.447.478.532. ſq. 618.621.624.660
*Conſtantinopolitana* Eccleſia 192
Ludov. *Contarenus* 60.76
Vincent. *Contarenus* 74.526
Felix *Contelorius* 273.490
Anton. *Contius* 174
Janus *Cornarius* 48.580
Cornelius *Cornelii* 188
*Cornelius* a Lapide 188
Franciſc. Thom. *Cornelius* 140
*Cornelius Romanus* 466
Vincent. *Coronelli* 476
Joa Frid. *Corvinus* 231
Adrianus *Coquius* 24
*Coſmas* Indopleuſtes 135.171.284. 342.392
Hieronym. *a Coſta* ſ. *Rich. Simon* 471
Anton. Guibertus *Coſtanus* 591
MS. *Col.* 632
Joa. Baptiſta *Cotelerius* 22.110.279. 301.311.324.326.331.334.336. 341.360.363.378.384.385.391. 394.396.402.410
*Couturius* 653
Matthæus *de Cracovia* 400
*Cradogandus* 585
Nic. *Cragius* 35.44.485
Joa. Jac. *Cramerus* 4.23.287.317
Albert. *Crantzius* 254
Godlieb *Cranzius* 633
Jo. *Creccelius* 475
*Cregutus* 268
Paul. *Crellius* 612. ſq.
Georg. *Crenius* 653
Thomas *Crenius* 6.57.283.512. 522.546.
*Creſcimbenius* 159
Ludov. *Creſollius* 57.110.112.380.ſq. 621.ſq.
Petrus *Crinitus* 260
Jo. Baptiſta *Criſpus* 249.575
Jo. *Crojus* 235.435
Henr. *Crombachius* 331
Joa Baptiſta *Crophius* 35.44
Franciſc. *de la Croix* 105.663
Maturinus Veiſſerius *la Croſe* 230. 432.454.536
Franciſc. *Crucimannus* 67
*Crugius* 516
Livinius *Cruylius* 71.157
Martinus *Cruſius* 106.266.379
Radulph. *Cudworthus* 231.246. 278.348.398.581
Jac. *Cujacius* 524
Laurentius *Cumdius* 377

Pet.

Pet. *Cunæus* 8.310.478
Gisbertus *Cuperus* 153.235.240. 250.297.373.450.516.537.571
Steph. *Curcellæus* 348
Carol. Cato *Curtius* 535
Benedict. *Curtius* 355
Joa. *Cuſpinianus* 489
*Cyprianus* 192.252
D. Joa. *Cyprianus* 355.353
Salomon Ern. *Cyprianus* 369.536
Epiphanius *Cyprius* 192
*Cyrillus Alexandrinus* 351
*Cyrillus* Hieroſolymitanus 104.277 385.389.393.399.

D.

Andreas *Dacerius* 281.323.377. 558
Lucas *Dacherius* 585
*Dacius* 178
Baudelotus *de Dairval* 322
Anton. *van Dale* 107.114.204.249 290.305.350.352.371.386.389 392.416.428.445.450.468
Jac. *Dalechampius* 517.581
Joa. *Dallæus* 275.277.281.299 329 334.360 386.395.399 401. 405.ſq.410.413.460
Nic. *Damaſcenus* 45.484
Jo *Damaſcenus* 307
*Damaſcius* 278
Eldad *Danæus* 127
Lambert. *Danæus* 457
Caſp. *Danckwerth* 128.141.290
Petrus *Danetius* 34 59.105.280.491
D. Jo. Conr. *Dannhaverus* 328.345. 412.479.
P. Gabr. *Daniel* 335.539
Claudius *Dansquejus* 236
Jo. Andreas *Danzius* 24.ſq. 310.ſq. 364.386.546.587.ſq.
Otto *Dapper* 18.128.218.244. 285.350
Jo. *D' Artis* 407.469
Georg *van Daſſel* 332
Theodor. *Daſſovius* 2.9.ſq 23.ſqq 28.287.ſq.348.ſq.386.440.448. 511.563.565.575.582.651
Jo. Philipp. *Dattius* 609
*Daucheus* 580
Albertus *Daugieres* 641
Cl. *David* 458
*David* Gans 179.617
*Davila* 190
Chriſt. *Daumius* 344.565
Jo. Conr. *Dannhauerus* 319
*Dausquejus* 427
Claudius *Delleus* 108.474
*Dellonius* 336
Martinus *Delrio* 416.434.518.595. 646
Ludovicus *Demontioſius* 49
Thom. *Dempſterus* 57.74.142.293. 324.437
Laurentius *cum Deo* 333
Franciſcus *Deſeine* 58
M. Chriſtian. *Deutſch* 289
Gottfr. *Dewardeck* 541
Flavius Lucius *Dexter* 178
Salomon *Deylingius* 237.362.383. 386.478
Jo. *Diaconus* 387
Paul. *Diaconus* 331
*Dicæarchus* 52.133.143
Hieron. *Dicelius* 128.146.358

Edmundus *Dickinſon* 29.282.420. 478
D. Jo. *Diecmannus* 244.376
Jo. Conrad. *Dietericus* 9.60.290. 351.356.416
Georg. Gvil. *Dietericus* 358
Ludovicus *de Dieu* 356
Renelinus *Digbæus* 663
Jo. Mich. *Dilherrus* 29.420.509
Andreas *Dinnerus* 509
*Dinon* 289
*Dio Caſſius* 268.310
*Diodor.* Siculus 165.252.297.349. 357
*Dionyſius* Byzantinus 133
*Dionyſius* Exiguus 192
*Dionyſius* Halicarnaſſæus 269
*Dionyſius Periegetes* 131
Juſtus Chriſtoph. *Dithmarus* 435
Remb. *Dodonæus* 585. ſq.
Henric. *Dodwellus* 25. ſq. 134.169. 184.208.219.280.312.348.374. 400.447.453.444.460.489. 576
Jac. *Dœplerus* 515. ſq.
*Dolion* 189
Steph. *Doletus* 53.549
Memoriæ literariæ *Dombenſes* v. Trevoltinæ lit. M.
Marcus Anton. de *Dominis* 111.369 394.441.528
Gualterus *Donaldſonus* 517
*Domninus* 169
Alexander *Donatus* 47.70.151.156. 294.300
Marcellus *Donatus* 65
Joa. Baptiſta *Donius* 73.353.373. 561.572.583
Jo. Georg. *Dorſcheus* 108.278.285. 295.399.441.474
Joa. *Dougthejus* 259.292.435.593. 652
Jo. *Doujatius* 418.491
Andr. *Dounæus* 581
Georg. *Douſa* 45
Theodor. *Douſa* 549
Nilus *Doxopatrus* 144
Jo. Jac. *Draco* 498.643
Jo. Gabriel *Drechſelius* 344
Chriſtian. *Dreierus* 441. ſq.
Car. *Drelincourtius* 108. 319. ſq.
Jo. Gabriel *Dreſchlerus* 372
Matthæus *Dreſſerus* 189.309.327
*Dromocrides* 242
Joa. *Druſius* 2.27.295.311.362.440
*Ducas* Michaëlis Nepos 192.551
Fronto *Ducæus* 380.399.408
Alex. *Duker* 663
*Dulodurus* vid. Laurentius Begerus 36.242
Guil. *Durandus* 104.363
Jo. Steph. *Durantus* 105.112.363. 368
Jo. *Durellus* 111.361
Franciſc. *Duſſeldorpius* 115

E.

Jo. *Ebartus* 615
Chriſtian *Ebelingius* 425
Jac. Dornkrell *ab Eberbertz* 502
Georg. *Eberlinus* 490
Jac. *Ebertus* 434
*Ebnerus* 540
Stephan. *Echienſis* 469
Jo. Georg. *Eccartus* 33.57.59.142. 406.502

Abra-

Abraham. *Ecchellenſis* 180. ſq. 218. 405. 429
Naſſir *Eddinus* Perſa 134
*Edoardus* 232
*Eduvicon* ſ. Odiato 190
GeorgElieſer *Edzardus* 4. 288. 364 385. 432
Jo. Henr. *Eggelingius* 45. 651
*Eggerus* 374
Baptiſta *Egnatius* 62
Elias *Ebingerus* 319. 412
Laurent. *Eichſtadius* 189
Jo. Andr. *Eiſenmengerus* 245. 305. 351. 371. 436.
Jo. Caſp. *Eiſenſchmidius* 544. ſq.
Zeno *Eleata* 236
Henr. Jo. *Elebrectus* 286
*Elias* Orientalis 12. ſq.
R. *Eliſa* ben Abraham 4
*Elkſtormius* 189
Georg. *Elmacinus* 181
*Elmenhorſtius* 299. 345. 389. ſq. 394
Jo. Sigismundus *Elsholtius* 586
Joach. *Embdenius* 359
Ubbo *Emmius* 31. 42. ſq. 142. 183. 188. 485
Conſtantin. *l' Empereur* 127. 449. 478. 505
Georg. *Engelbrectus* 624
*Ennius* 165
*Ephemerides* Pariſienſes 19. 401. 439. 460. 474
——— Eruditor. Parmenſes 305
*Ephorus* 135
*Epimenides* 242
S. *Epiphanius* 134. 191. 289. 342. 343. 356. 383
Simon *Epiſcopius* 26. 383
Boëtius *Epon* 110
*Eraſmus* Roterodamus 528
*Erizius* 537
Henr. *Ernſtius* 35. 311. 323. 326. 485. 561
Carol. *Errardus* 651
*Erythraus* ſ. Julius Victor *Roſſus* 57. 136. 502
Andreas Chriſtian. *Eſchenbachius* 290. ſq. 321. ſq. 418 497. 517. 620 622. ſq. 650
Claud. *Eſpenceus* 361. 366. 376. 396 400. 469
Aben *Eſra* 2. 14
*Eſſais de Literaturé* 539
*Evanthius* 47
*Eubergius* 256
*Eucherius* 23. 126
Jac. *Eveillon* 407
Auguſtinus Steuchus *Eugubinus* 231. 246
*Euripides* 219
Lucius Cornel. *Europaus* 501
*Euſebius* Cæſareenſis 23. 126. 139. 165. ſq. 191. ſq. 252. 326. 347. 350 378
*Euſtathius* 169
*Euſtathius* Antiochenus 192
*Eutropius* 169
*Eutychianus* 169
*Eutychius* Patriarcha 145. 179. 218. 339
Huldricus *Eybenius*, Pat. 499
Chriſtian. Wilh. *Eybenius*, Fil. ibid.

F.

Jo. *Faber* 36

Petrus

Petrus *Faber* 48. 68. 251. 254. 290. 297. 437. 487. ſq. 578. 640. 642. 644
Tanaqvil. *Faber* 52. 384
Raphaël *Fabrettus* 71. 154. 156. 159. 552
Georgius *Fabricius* 70. 156. 254. 295. 528
Gvido *Fabricius* 387
Jo. *Fabricius* 302. 306. 574. 604
Jo. Ludov. *Fabricius* 47. 230
Carol. Hannibal *Fabrottus* 174
Jo. *Faës* 233. 258. 269. 297. 319. 334. ſeq. 398. 400. 407. 594. 652. ſeq.
Sebaſt. *Fæſchius* 50
Paulus *Fagius* 2. 313. 398
Octavius *Falconerius* 48. 52. 71. 297. 641
Benedict. *de Falco* 140
Jo. Baptiſta *Falda* 157
Franciſc. *Fanellus* 35
Jo. *Faſoldus* 321
Rhemnius *Fannius* 77
*Faſti* conſulares Anonymi 177
—— Idatiani ibid.
—— Pighiani ib.
—— Siculi 170. 192
Lucius *Faunus* 60. 160
*Fauſtinus* 330
M. J. F. *Fauſtus* 590
J. J. *Fauſtus* 15
Jac. *Fayus* 237
Jo. *Fazoldus* 46
Jo. *Fechtius* 320. 399
Everard. *Feithius* 33. 45
Albertus a *Felde* 612
Minucius *Felix* 252. 292
Joach. *Fellerus* 496. 621. 663
Jo. *Fellus* 145. 363
*Feltmannus* 495
Lucius *Feneſtella* 451. 487
A. D. *Fer* 138
Ludov. *Ferrandus* 386. 504
Hugo *Ferrandus* 29
Georg *Ferrarius* 105. 397.
Franciſc. Bernhardinus *Ferrarius* 72. 374. 377. 380. ſqq. 569. 654
Jo. Baptiſta *Ferrarius* 114
Jo. Philipp. *Ferrarius* 139. 146
Octavian. *Ferrarius* 69. 73. 78. 150. 622.
Octavius *Ferrarius* 491. 559. 561. 571. 646. 667
M. Anton. *Ferratius* 488
Jo. Baptiſta *Ferretius* 61. 653
Hieron. *Ferrutius* 156
Dan. *Feſſelius* 359. 396. 435. 448
*Feſtus* 291. 293. 353. ſq.
Jo. Frid. *Feuſtkingius* 603
Georg *Fhelavius* 106
Mich. Joſeph. *Fibigerus* 661
Franciſc. *de Ficoronis* 30
Fortunatus *Fidelis* 426
Edmundus *Figrelius* 257
Jo. *Fileſacus* 109. 115. 234. 332. 361. 368. 374. 388. 404. ſq. 410. 413. 458. 472. 591
Julius *Firmicus* 252
Matthias *Flaccius* 470
Valerianus *Flavingius* 458
Guil. *Fleetwoodus* 292. 352
Chriſtian. *Flemingius* 259
Claudius *Fleury* 22. 106. 326


Cun-

Cunmannus *Flinsbachius* 189
Andreas Dominicus *Floccus* 451. 487
Poggius *Florentinus* 588
*Florentinius* 329. 331. ſq. 336. 341
Franciſc. Maria *Florentinius* 401
Claudius *Florus* 112
Julian. *Floridus* 280
Robertus *Fluddus* 278. 421
Mich. *Færtſchius* 409
Gabriel *Foignius* 502
Andreas *Fontaine* 539
Juſtus *Fontanini* 251. 437. 519. 592
Claudius *Fontejus* 460
Jo. Baptiſta *Fontejus* 610
*Fontenellius* 621
Jo. *Forbeſius* 108. 281. 390. 395. 405. 407. 460
Frid. *Fornerius* 589
Valent. Wilh. *Forſterus* 506
Georg *Fournier* 138. 549
Georg. Gregor. *Franciſci* 368
Petrus *Francius* 319
Reinoldus *Franckenbergius* 188
Chriſt. Frid. *Franckenſteinius* 330. 492. 523. 645
Franciſc. *Francus* 561
Jo. Erneſt. *Franzenius* 558
Wolfgang. *Franzius* 2. 314. 347. 355
Claudius *Fraſſenius* 504
Jo. Chriſtophor. *Frauendorfius* 609
*Freculphus* 178
Marqvardus *Freherus* 33. 44. 75. 77. 503 ſq. 509. 531. ſq.
Paulus *Freherus* 631
Jo. *Freinshemius* 349. 586
Carol. du *Freſne* , *Dominus du Cange* 143. 162. 170. 303. 377. 441. 538
Raphael Trichetus *du Freſne* 51
Lengletus *de Freſnoy* 414
Hermannus Henric. Frey 356
Conr. Dan. *Frickius* 304
Joa. *Fridericus* 104
Valentin. *Fridericus* 565
Jo. *Friſchmuthus* 24. ſq 288. 311. ſq. 315. 347. 385. 481
Jo. Chriſtian *Fromannus* 433. 650
Sextus Julius *Frontinus* 71
Joa. *Fronto* 106. 112. 321. 396. 603
Lucas *Fruterius* 63. ſq.
*Fulgentius* Brixienſis 471
Hieron. *Fulgentius* 252. 332
Nic. *Fullerus* 314. 560. 635
Andreas *Fulvius* 156
Jo. *Funccius* 189
*Furſtenbergius* 141. 255

G.

Jac. *Gaffarellus* 16. 22. 199. 372. 422
Jo. *Gagnierius* 27. 534
Livius *Galans* 246. 606
Petrus *Galatinus* 3. 188. 245. 247
Claud. *Galenus* 155
Matthæus *Galenus* 475
Dominic. *Galeſius* 115. 594
Thom. *Galeus* 29. 278. 423. 613
Vincent. *Galilæus* 373
Anton. *Gallonius* 116. 514
Jo. Jac. *Ganteſvillerius* 357
R. David *Ganz* 27. 188
Jo. *Garnerius* 114. 464
Petrus *Gaſſendus* 74. 278
Thom. *Gatakerus* 322. 351. 372
Bartholom. *Guvantus* 105. 112
Paganinus *Gaudentius* 26. 106. ſq. 112. 307

Gilbert. *Gaulminus* 22. 32. 217. 423
Pomp. *Gauricus* 49. 191
Leonhard. *Guntrichius* 252
Alardus *Gazaus* 363
Mich. *Geddeſius* 474
Martin. *Geierus* 28. 107. 364. 656.
Aulus *Gellius* 500
Robertus *Gellus* 289
Cornel *Gemma* 429
Ludov. Le *Gendre* 33
Jo. *Geneſius* 174
Gilbertus *Genebrardus* 183. 190. 310
*Gennadius* 402
Albericus *Gentilis* 47. 501. 547. 591. 646
Scipio *Gentilis* 487
*Georgius Alexandrinus* 171
*Georgius* 171. 174. 191
*Georgius* Venetus 188
Jo. *Gerbaſius* 115. 594
Ni. *Gerbelius* 42. 142
Chriſtian. *Gerber* 374
Gottlieb *Gerhardus* 427
Jo. *Gerhardus* 319. 444. 595
Jo. Erneſt. *Gerhardus* 317
Simon Dieteric. *Gerkens* 289
*Germanus* Patriarcha 360
Angelus *Geropoldus* 657
Chriſtian. *Gerſon* 4
Jo. *Gerſon* 411. 430
R. *Gerſon* 187
*Gervaſius* 384. 472
P. *Geslinus* 146
Conrad. *Geſnerus* 357. 587
Caſp. *Gevartius* 68. 418
Jac. *Geuſſius* 350. 384. 416
Hieron. *Ghilinus* 57
Theodoſ. *Gibellinus* ſ. Matth. *Gœbelius* 447
Edmundus *Gibſon* 142
Paul. Chriſtian. *Gilbertus* 645
Victor *Giſelinus* 191
Joa. *Glandorpius* 610
Joſua *Glanwillius* 501
*Glaſſius* 444
*Glycas* 191
Mich. *Glyca* 176. 277
Jac. *Goarus* 106. 112. 145. 172. 174. 305. 334. 375. 389. 395. 406. 408
*Godfrid* Viterbienſis 178
Wilh. *Goëree* 8. 285. 478. 649
Jac. *Gœtten* 111. 378. 380. 382. 405. 623
Georg. *Gœzius* 370
Georg. Henr. *Gœzius* 266. 335. 370. 466. 661
Jo. Melchior *Gœzius* 596
Melchior *Goldaſtus* 33. 368. 371. 408. 446
Jac. *Golius* 434
Hubert. *Golzius* 241. 536. ſq. 610
Thom. *Goodwinus* 15. 22. 58
Theodor. *Gorallus* ſ. Jo. *Clericus* 657
Jac. *Gordonus* 188. ſq.
Abraham. *Gorlæus* 36. 241. 537. 570. 610
Dionyſius *Gothofredus* 67
Jac. *Gothofredus* ſ. *Pacidius* 109. 113. 145. 303. 307. 314. 330. 444. 500. 527. 567. 621
Frid. Gotthard. *Gotterus* 574
*Goulartius* 363
Jac. *Gouſſetus* 603
*Gouzanus* S. J. 19

Jo. Erneſt. *Grabius* 454
Georg. *Grabow* 344
*Græci* 192
Jo. Georg. *Grævius* 55.68.151.157.
297.311.337.344.ſq.510.523.542
*Grainallius* 159
Jo. G. *Grambſius* 616
*Grancolaſius* 397
Jo. Franciſc. *Grandis* 250
Jac. *Grandius* 568
Franciſc. Maria *Grapaldus* 648
Zacharias *Grapius* 3.383
Ignatius Hyacinthus Ancat *de Graveſon* 189
Dominicus *Gravina* Neapolit. 274
Jo. *Gravius* 130.664
Coſmus *Grazinus* 639
Georg. Sigismund. *Greenius* 435
Theodor. *Graza* 49
*Gregorius* Papa ſ. Magnus 303.347.
371.397.587
Jo. *Gregorius* 304.369.374.409.608
*Gregorius* Tholoſanus 522.529
*Gregorius* Turonenſis 434
Andreas Mullerus *Greifenhagius* 30.
247.628
Joſeph. *Grelotius* 163
Jac. *Gretſerus* 115.ſq. 327. 333. 338.
341.366. 370. 396. 407.ſq.
411.439.514.658
Nehemias *Grew* 283.432
Dan. *Griebnerus* 334
Gabr. *Grœddeckius* 24.315.426.637.
644
Jo. *Groningius* 531
Jacobus *Gronovius*, Jo. Friderici F. 2.
36.135.150.241.525.542.545.651
Jo. Frider. *Gronovius* 48.491.543.
545.583.ſq.619.638
Laurentius Theodor. *Gronovius* 143
Jo. Valentin. *Grosgebauer* 16.22.398
Robertus *Groſſeteſt* 504
Hugo *Grotius* 18.251.277.312.325.
349.352.376.385.ſq. 393.ſqq.
400.406.439.446.505
Nic. *Gruchius* 69.508
Janus *Gruterus* 62.65.374
Chriſtian. *Gryphius* 476
Andreas *Gryphius* 659
David *Gſellius* 347
*Gualtperus* 189
M. *Gvazzus* ibid.
Marqvardus *Gudius* 389.664
Jo. *Gvenebaldus* 656
Du *Gvetus* 361
Nicol. *Gvibertus* 651
Claudius *Gvichardus* 655
Martin. *de Gvichardo* 556
Carol. *Gvietus* 113.328.398
Melchior *Gvillandinus* 625
Jun. *Gvilelmus* 64.487
*Gvilleterius* 35.486
*Gviotus* 635
Joſephus *Gvis* 641
Chriſtian. Gvil. *Gviſius* 4
Nic. Hieron. *Gundlingius* 658
Wolfgang. *Gundlingius* 106.363.
461.475.643
Jo. *Guntherus* 457
Nic. *Gurtlerus* 30.430
Tobias *Guthberletus* 240.297.453.
576.644
Jac. *Gutherius* 72.78.268.294.345.
352.ſqq.361.365.ſq.451.ſq.560.657

Jo. Lazarus *Gutierius* 433
Jo. *Guttenbergius* 632
Petrus *Gyllius* 45. 133. 143. 163
Lilius *Gyraldus* 63. 241. 253. 256. 280 321. 324. 352. 627. 655
Lilius Gregorius *Gyraldus* 47. 66. 549

H.

Iſaacus *Habertus* 106. 111. ſeq. 470. ſeq.
Paulus *Hachenbergius* 32. 141. 254. 539
Georg. *Hackewillius* 589. 635: 646
*Hackius* 509
Theodor. *Hackſpanius* 276. 370
Jo. Henricus *Hænerus* 370
Matthias *Haſenrefferus* 285
Epiphanius *Hagiopolita* 23. 127
Petrus *Hagnelonus* 49
Henr. *Habnius* 22
Jo. Jac. *Hainlinus* 190
Jac. *Hainlinus* 189
Hadrian. van *Halen* 546
*Hallenſium Obſervationes* ſelectæ 151 153. 237. 371. 420. 428. 459
Joſeph. *Hall* 602
Franciſc. *Hallierius* 469. 471
Georg. *Hamartolus* 175. 331
Jo. Baptiſta du *Hamel* 621
Hermannus *Hamelmannus* 401
Juſtus Frideric. *Hamerikius* 426
Henr. *Hammondus* 115. 386. 388. 390 395. 456
Martinus *Hanckius* 57. 157. 163
Philipp. Ludov. *Hanneckenius* 516. 524. 653
Jo. *Hanghorſt* 59
*Hannon* 133
Jo. Baptiſta *Hanſenius* 72. 434
Herm. ab *Hardt* 3. 22. 25. 382. 411. 435
Jo. Gottlieb *Hardtius* 575
Jo. *Harduinus* 27. 183. 189. 312. 343. ſeq. 380. 382. 400. 436. 534. 536. ſeq.
*Harmenopulus* 392
*Harpocration* 506
Jac. *Harringtonus* 502
Chriſtof. *Hartknochius* 141. 255
Philip. Jac. *Hartmannus*, ſ. *Sleidandrus* 326. 360. ſeq 406. 413 479
Dan. *Hartnaccius* 128. 183
Jo. *Hartungus* 63
Henr. *Harvillæus* 189
Martin. *Haſſen* 560
Mich. *Havemannus* 595. ſq.
Jo. Sigiſmund. *ab Haunold* 536
Jo. Vergerius *de Havrance*, ſ. *Petrus Aurelius* 395
Jo. Baptiſt. *Hautinus* ſ. Altinus 172 539
Jo. Paul. *Hebenſtreitius* 331
*Hecatæus* 242
*Hecquetus* 410
Franciſc. *Hedelinus* 646
Benjamin *Hederich* 489
*Heideggerus* 558. 587. 605
Chriſtoph. *Heidmannus* 128
Jo. Craft *Heigelius* 661
Jac. *Heilbrunnerus* 319. 412
Jo. Michael *Heineccius* 33. 324. 327. 329. 410. 469. 570
Dan. *Heinſius* 276. 437
Jo. Frid. *Hekelius* 486
Jo. *Held* 26. 616

*Heli-*

*Helinandus* 179
Jo Jac. *Hellerus* 45.260.295
*Helmoldus* 254
Chriſtoph. *Helvicus* 183.188.479
Chriſtian *Helwich* 33
Hippolitus *Helyotus* 474
Claudius *Hemereus* 618
*Hemſterhuſius* 565
Chriſtoph *Hendreich* 31.ſq 485
Petrus *Hendreich* 44.143.153
Jo. *Henelius* 437
Nic. *Henelius* 141
Jo. *Henichius* 405
Ludov. *Hennepinus* 17.597
Jo. *Henningius* 565.653
Henningius *Henningus* 364
Henr. Chriſtian. *Henninius* 75.499
D. *Henrio* 437.ſq.
Gottfridus *Henſchenius* 273
*Heraclides* Ponticus 293
Deſiderius *Heraldus* 299.362.506.
597
Bartholomæus *Herbelotus* 30.130.
483
Valerius *Herbergerus* 359
Jo. *Herbinius* 116.664
*Hermannus* Contractus 178.188
*Hermantius* 474.476
*Hermias* ſ. Orpheus 278.429
*Hermolaus* 132
*Hero* 547.453
*Herodianus* 268
*Herodotus* 252.289.291.349.353
Jo. Baſilius *Heroldus* 141
Jac. *Herrenſchmidius* 322.332.654
Jo. Nic. *Hertius* 33.141.519
Nicol. *Hertius* 479
Jo. Georg. *Herwartus* 188
Anton. Gunther. *Heshuſius* 424
*Heſiodus* 242
Georg. *Heſſus* 327
*Heſychius* Illuſtris 162.619.
*Heſychius* 192
Jo. Leonhard. *Heubnerus* 617
Jo. *Hevelius* 189
Chriſtoph. Auguſt. *Heumannus* 567
Caſpar. *Heuniſchius* 286
Georg. *Hickeſius* 344.439.519.528
539.576.615
Jo. Henr. *Hideggerus* 408
Jola *Hiero* 356
*Hierocles* 144.276
S. *Hieronymus* 111.126.167.177.188.
371.458
*Hieronymus* a ſancta fide 188
Q. Julius *Hilarion* 178.191
Henric. *Hilarius* 218
Frid. *Hildebrandus* 59.188
Jac. *Hildebrandus* 115.ſq.306
Joachimus *Hildebrandus* 9.104.111.
114.327.360. ſeq. 377. ſeq. 380.
389.399.406.474.591.607.658
Edo *Hildericus* 479
Matthæus *Hillerus* 356.560.613
Paul Chriſtian. *Hilſcherus* 333.344.
374.661
Thom. *Hind* 34
Abraham *Hinkelmannus* 237.244.
278.338
*Hipparchus* Stagirita 235
*Hippocrates* 383.428
*Hippolytus* Thebanus 165.175.343
*Hiraltus* 626
Gabriel Philipp. *de la Hire* 188

*Hirtius* 548
*Hiſtoire des ouvrages des ſavans* 541
*Hiſtoria* operum Eruditorum 651
Melchior *Hittorpius* 105. 397
*Hobbeſius* 269
Henr. Chriſtian. *Hochmannus* 593
Andreas Adamus *Hochſteterus* 25. 231. 315
Humfredus *Hodius* 26. 448
Gvilh. *Hœlius* 189
Paul. Chriſtian. *Hœpfnerus* 32. 34. 38
Theodor. *Hœpingius* 555
David *Hœſchelius* 132
Dan. *Hofmannus* 596
Jo. Jac. *Hofmannus* 68. 139. 190
Sebaſt. *Hoffmeiſterus* 455
Petrus *Holmius* 625
Lucas *Holſtenius* 46. 71. 114. 126. 132. ſqq. 139. 140. 144. 151. 154. 395. 473. 627
Caſp. *Hombergus* 375
Jo. Joach. *Homborgius* 332. 335. 410
*Homerus* 367. 587
*Honorius* Auguſtodunenſis 104. 398. 566
Julius *Honorius* 135. 562
*Hooperus* 235
Jo. *Hoornbeckius* 104. 319. 325. 361. ſq. 364. 369. 377. 386. 405. 410. 447
*Horapollo* 30. 629
*Horatius* 318
Henr. *Horchius* 186. 347. 372
Georg. *Hornius* 188
Herm. *van der Horſt* 362
Philippus *Horſtius* 330
Stanislaus *Hoſius* 301. 333 338. 395 408
Sigismundus *Hoſmannus* 107. 110
Rudolphus *Hoſpinianus* 275. 306. 309. 327. 412
Anton. *Hotomannus* 74
David *Hottingerus* 542
Jo. Henr. *Hottingerus* 4. 8. 15. 28. 245. 268. 317. 319. 326. 328 339. 362. 364. ſq. 387. 397. 505. 521. 532. 629. 656
Jo. Jac. *Hottingerus* 405
Anton. *Hottomannus* 591
Franciſc. *Hottomannus* 55. 70. 446 ſeq. 591
Henricus *Houtingius* 315
Hadr. *Hoytynus* 25. 477
Henr. *Howard* 431
Zacharias *Huberus* 528
Jo. *Hubnerus* 138. 140
Jo. *Hudſonus* 2. 130. 133
Petrus Dan. *Huetius* 29. 231. 246. 249. 279. 349. 353. 359. 398. 450. 550
Hermannus *Hugo* 526. 548. 625
Jac. *Hugo* 151
Ludovic. *Hugo* 475
*Hugo* Verdunenſis 178
Pompejus *Hugonius* 160
Jo. *Hulſemannus* 457
Anton. *Hulſius* 245
Henric. *Hulſius* 360
Paul. *Hulſius* 597. ſq.
Nic. *Hunnius* 108
Briſſonius *Hydæus* 251
Th. *Hydeus* 5. 23. 27. 31. 127. 129. 239. 244. 250. 291. 322. 376. 636. 638

Hygi-

*Hyginus* Grammaticus 75. 252. 576. 609
Andreas *Hyperius* 602

I.

*Jablonskius* 19
En *Jacob* 4
Oligerus *Jacobæus* 542
Julius *Jacobinus* 610
R. *Jacobus* bar Aſcher 6
Jo. Dan. *Jacobus* 482
Deſiderius *Jacotius* 51
Jo. Wolfg. *Jæger* 497
Baſilius *Jalimbacenſis* 144
*Jamblichus* 237. 275. 278
Cornel. *Janſonius* 189. 612
Iſaac. *Jaquelotus* 432. 504
R. *Iſaac* ſ. *Jarchius* 2. 12. 13
R. *Jaſon* Noſ..n. 187
Caſp. *Jbannes* de Segovia y Peralta 116. 264
*Idatius* Lemovicenſis 168. 177
Nobilis *Idriſius* 129
Robert. *Jenkinus* 458
*Jeſſeus* ſive *Teſſeus* 388
*Ignatius* 325
Carol Joſeph. *Imbonatus* 534
Melchior *Inchoferus* 304. 501
Jo. de *Indagine* 411
Gvil. *Inſulanus* 633
*Interpretes* ad Levitici XXIII. & Num. X. 315
— — — ad Lucam 312
— — — ad Acta 295. 297
— — — ad Coloſſ. 313
— — — ad tractat. Talmud. Roſch Haſchanah 315
— — — ad Plinii Epiſt. 300
P. *Jobertus* 531
*Johannes* Antiochenus 169
*Johannes* Biclarienſis Abbas 168. 177
*Johannes* Grammaticus Gazeus 135
Conrad. *Johrenus* 358
Claudius *Jolius* 114. 329.
*Jonus* Aurelianenſis 109. 390. 408. 601
Jo. *Jonſenius*, ſ. *Jonſius* 350. 486. 608
Jo. *Jonſtonus* 24. 47. 188. 308. 321
*Jornandus* 178. 657
R. *Joſeph*. ben Abraham 315
R. *Joſeph*. Caro 409
Flavius *Joſephus* 2. 190. 192. 283. 314. 316
Jo. *Joſephus* de S. Thereſia 18
*Jouet* 250
*Journal literaire* 478
*Iphicrates* 546
*Irenæus* 242. 325. 337
Joſeph. Bar *Iſacbar* 12
*Iſeſius* 323
*Iſidorus* Characenus 133
*Iſidorus* Hiſpalenſis 104. 178. 191. 277. 328. 397. 422
Jo. Chriſtian. *Itterus* 525. 619
Gottfr. Nic. *Ittigius* 314
Thom. *Ittigius* 341. 383. 396. 410. 433. 596
Sepher *Juchaſin* 179
Leo *Judæ* 600
S. *Julianus* 188. 191
*Julianus* Archiepiſcop. Toletanus 192
*Julius* Africanus 165
Jac. *Junck* 330
Chriſtian *Junckerus* 33. 141. ſq. 320. 531. 541. 621

Godofr. *Jungermannus* 29
Franciſc. *Junius* 257.531.551.618
Hadrianus *Junius* 64.74.254.374.
416.513.586.631
*Ivo* Carnotenſis 104
Petrus *Jurieu* 9.22.108.249.282.
359.434
*Juſtellus* 145.303.396 459
*Juſtinus* 427
——— Martyr. 325.360.379.382.
399

K.

Jac. *Kaphelius* 12
Joſephus *Karon* 14
Bartholomæus *Keckermannus* 35.
484.549
Nic. *Keſerus* Holmienſis 539.ſeq.
Otto *Kegelius* 577.ſq.
Martinus *Kempius* 621.654
Baſilius *Kennet* 58
Jo. *Keplerus* 189.295
Abrah. a *Kerkvaad* 609
Antonin. *Kerkoëtius* 561
Frid. Erneſt. *Ketnerus* 596
Frid. Theophil. *Ketnerus* 659
Meutetus *Ketwig* 497
Jo. Georg *Kettenbeilius* 110.405
Richard. *Kidderus* 18.246
David Camius ſ. *Kimchi* 2.14
Jo. *Kindlerus* 331.344.607
Henricus *Kippingius* 26.57.59.155.
188.253.292.352.514
Athanaſius *Kircherus* 22 27.ſq 159.
244.249.290.ſq.295.322.353.
ſqq.366.372.ſq.397.635
G. Caſp. *Kirchmaierus* 567.586.627
Jo. *Kirchmannus* 268.487.569.657
H. *Kitſchius* 569
Henr. *Klauſing* 419
Florianus *Klepperbein* 626
Caſp. *Klockius* 522
Steph. *Klozius* 231
Northonus *Knatchbullus* 7.389
David *Knibbe* 431
Stanislaus *Kobierzykius* 74.646
Cornelius *Dieteric. Koch* 534
Jo. *Koch* 480
Matthias Georg *Kœnigius* 57
Andr. Ludovic. *Kœnigsmannus* 337.
630
David Henricus *Kœpkenius* 344
Jo. Melchior *Kœrnlein* 541
Jo. Jac. *Komarec* 328
Chriſtian *Kortholt* 106.109.300.324
380.395.401.406.558.593
Moſes *Kotzenſis* 12
Jo. Caſp. *Krauſe* 563
Jo. Caſp. *Kregelius* 407
Lombardus *Krentsheim* 189
Geo. Nic. *Kriegk* 583.618
W. Chriſt. *Kriegsmannus* 445
Jonas *Krumbholtz* 447
Joach. *Kuhnius* 348.351
Andreas *Kunadus* 401
*Kuranidum* ſcriptor 429
Ludolph. *Kuſterus* 48.321.433.
538.622

L.

Philippus *Labbeus* 61.76.138.176.
183.ſq.190.529.632
*Labeon* 234
*Lactantius* 192.252
Jac. *Laderchius* 390
Pompon. *Lætus* 451

Petrus

Petrus *Lagerlæf* 476
Jo. *Lalamantius* 50.74
Petrus *Lambecius* 47.188.251.329. 389.408.496.555
*Lambertus* 178
Frid. Adolph. *Lampe* 373.560
*Lampridius* 300.428
Bernhard. *Lamy* 22.127.286.312. 532
*Lanfrancus* 414
Jo. *Langbænius* 269
Jo. *Langius* 424.588.624.631.650
Wilh. *Langius* 74.190
Philipp. *Landsbergius* 188
Thom. *Lanſius* 320.618
Joſeph. *Lanzanus* 584.589.652. 659
Matthæus *Larroquanus* 388.395. 399.405.459
Jo. *Laſicius* 256.268
Vincentius Johannes *Laſtanoſa* 535
Herm. *Latherus* 524
Latinus *Latinius* 460.508
Jo. *Launojus* 115. ſq. 274. ſq 329. 338.388.401.406.594.618
Jo. *Laurembergius* 42.142
Petrus *Laurenbergius* 188
Joſeph. *Laurentius* 45.47.--50. 52. ſq. 59.162. 304. ſq. 307.381. 485.546 579. ſq. 621
Hieron. *Laurettus* 359
Jac. *Laurus* 157
Hieron. Chriſtoph. *Lauterbachius* 335.338
Sam Frid. *Lauterbachius* 661
Wolfgang. *Lazius* 33.44.55.162. 162.189
Jac. *Ledarchius* 113
Jo. Henr. *Lederlinus* 30
Sam. *Lee* 23.285.559
Chriſtoph. *Lehmannus* 516.540
David Theodoſ. *Lehmannus* 568
Gottfr. Wilhelm *Leibnitzius* 32. ſq. 239.318.638
*Leibradus* 387
Eſaias *Leichfelderus* 57
Jo. *Lelandus* 631
Levinus *Lemnius* 356.635
Stephanus *Lemonius* 406
Jo. *à Lent* 21.246.505
Cyriacus *Lentulus* 60
*Leo* Grammaticus 174
Jac. Juda *Leo* ſ. Ari 4.23.283
*Leo* Mutinenſis 313
Jo. Chriſtoph. *Leonhardus* 557
Jac. *Leonitius* 288
Paul *Leopardus* 64.639
Petrus *Leſcaloperius* 231
Greg. *Leti* 401
R. *Levi* 188
*Levi* ben Gerſon 2.12
*Leunclavius* 145.176
Jo. *Leusdenius* 15.26.283.505.532
Reales Staats- und Zeitungs-*Lexicon* 140
Melchior *Leydeckerus* 15.283.383. 386. ſq. 478. ſq. 481.503
*Libanius* 331.650
Fortunius *Licetus* 66.570.663
Conrad. *à Lichtenau* 179
*Licinnius* Magnus 169
Michaël *Liebetantzius* 288.427
Jo. *Lightfootus* 2. ſq. 7.9.127.188. 285.311.313.343.362.372.386. 388. ſq. 447.559

Pyrrhus *Ligorius* 55.157.652
Philipp. à *Limborch* 504.511
Jo. *Limnæus* 618
Henr. *Linckens* 306
Erpoldus *Lindenbrogius* 33
Frid. *Lindenbrogius* 33.339.439.494.517
Henr. *Lindenbrogius* 280.436.607
Chriſtian. *Lindnerus* 627
Nic. *Linugby* 364
Martin. *Lipenius* 77.254.330.495.525.635
R. *Lipmann* 187
*Lipmann Levi* Haler 284
Jom Tobh *Lipmannus* 4
Juſtus *Lipſius* 56.72.75.152.155.162.280.291.ſeq.295.381.514.578.624.641
Vincent. *Lirinenſis* 191
T. *Livius* 269.566
Caſp. *Loartes* 409
Jac. *Lobbetius* 114.305
Henric. *Lord* 251
Jac. Nic. *Loënſis* 64.256
Chriſtian. Wilhelm. *Læſcherus* 527
Caſp. *Læſcherus* 421
Jo. C. *Læſcherus* 360
Valentin. Ern. *Læſcherus* 323.434.534
Simeon *Logethetes* 174
*Lombardus* 189
Jo. *Lomeierus* 323.349.352.361.387.482.641
Chriſtian. Severin. *Longomontanus* 189
Georgius *Longus* 569
Wilh. à *Loon* 518
Franciſcus *Lopes* 17
Henr. *Lord* 31
Matthæus *Lorroquanus* 368.446
Nic. *Lloydius* 139
Henr. *Lubbert* 108
Eilhard. *Lubinus* 242
Anton. *de Luca* 618
Jo. Baptiſta *de Luca* 465
Frid. *Lucas* 254.618
Paul. *Lucas* 434
*Lucianus* 351.368.450.644
Jo. *Lucidus* 189
Jo. Jac. *Luckius* 540
*Lucretius* 421
Jobus *Ludolphus* 109.244.302.325.353.384.397.629
Chriſtian. *Ludovici* 308.316.435.505.522
Gottfr. *Ludovici* 334.370
Jo. Petrus *Ludovicus* 141.256.319.447.540.619
Franciſc. *Luiſinus* 64
Dan. *Lundius* 409
Jo. *Lundius* 9.283.286.347.370.447
Chriſtian. *Lupus* 407.558
*Lupus* Ferrarienſis 408
D. Martin. *Lutherus* 189.268.275.441.474.615
Joachim. *Lutkemannus* 376
R. Simon *Luzzatus* 16
Conr. *Lycoſthenes* 429
Thom. *Lydias* 322
Thom. *Lydiatus* 190.556
Jacobus *Lydius* 26.398.435.546.641
*Lyranus* 188


M, N, H.

M.

*M*. N. H. Sinceri Catholici aufrichtige Vorſtellung und Abbildung der Paßions- und Faſten-Andacht in der R. Cath. Kirchen 335
Jo. *Mabillonius* 110. 116. 270. 329. 341. 366. 369. 378. 389. 397. 401. 415. 566. 570. 601. 625. 664
Jo. *Macarius* 433. 571
Anton. *Macedo* 116. 261
Nic. *Machiavellus* 488
Edmundus *Maclet* 182
*Macrobius* 150. 252. 353. 588
Carol. *Macrus* 103. 363
Dominicus *Macrus* 103. 363
Jo. Henr. *Maderus* 556
Joach. Jo. *Maderus* 75. 594. 496. 624
Bernhardin. *Maffejus* 73
Paul. Alexand. *Maffeus* 73. 241. 269. 650
Hieron. *Magius* 63. 151. 374. 514. 637
*Magnus* Senonenſis 387
Georg Frid. *Magnus* 290. 631
Michaël *Maier* 629
*Maillettus* 285
Moſes *Maimonides* 3. 4. 6. 12. 14. 21. 23. 24. 25. 26. 190. 246. 277. 283. 308. 309. 313. 317. 347. 348. 409. 430. 435. 617
Sim. *Majolus* 273. 588
Jo. Dan. *Major* 136. 358. 661
M. Anton. *Majoragius* 491
Jo. Burchard. *Majus* 340
Jo. Henr. *Majus* Fil. 246. 317. 355. 449. 584
Jo. *Malala* 169. 649
*Malderus* 414
Jo. *Maldonatus* 312. 407
Bernardus *à Mallincrot* 627. 631
Thom. *Malvenda* 190
Troilus *Malvezius* 273
Conſtantin. *Manaſſes* 177
Lælius *Mancinus* 504
*Mandelslojus* 327
J. *Manelphus* 580
*Manetho* 165
Aldus *Manutius* 66. 374. 633
Aldus *Manutius* Pauli F. 49. 64. 73. 528
Paulus *Manutius* 55. 65. ſeq. 69. 491. 497. 508
Anton. *à Mara* ſ. Elias *Schneegaſſius* 596
Ludovic. *Maraccius* 385. 408. 440
Joſeph. Maria *Maraviglia* 416
Petrus *de Marca* 140. 443. 446. 458
Ammianus *Marcellinus* 291
Chriſtoph. *Marcellus* 105. 112. 274
Jo. *Marcianæus* 126. 612
*Marcianus* 133
Theodor. *Mârcilius* 330
Jo. *Marckius* 349. 361. 406
Mr. *de la Mare* 525. 648
Sam. *Mareſius* 412
Anton. *Margarita* 16
Jo. *Mariana* 140
Andreas *Marianus* 158
*Marianus* Scotus 178
*Marinus* 313
Ageſilaus *Mariſcottus* Bononienſis 66. 75. 564
*Marius* Maximus 178
*Marius* Aventicenſis ibid.

Bartholom. *Marlianus* 70.156.489. 555
Mich. *Marolleſius* 556
Gabr. *Marquardus* 595.661
Ludovicus *Marraccius* 244
Cæleſtinus *à Monte Marſanno* 377
Jo. *Marshamus* 28.182.282.307.310. 322.347.423.504
Marcus Anton. *Marſilius* 115
Edmundus *Martene* 105.112.302. 303.306.368.376.377.386.387.388. 389.390.391.394.395.396.397.399. 400.406.475.
Sam. *Marthanus* 359
Floravantus *Martinellus* 161
Raimund. *Martini* 245.247
Martinus *Martinius* 635
*Martinus* Polonus 179
Petrus *Martyr* 21
*Martyrologium Romanum* 191
Vignolius *Marvillius* 338.421.501. 573.580
Henr. *Mascampius* 189
Jac. *Maſenius* 34.58
Andreas *Maſius* 127.307.313.384
HectorGottfr. *Maſius* 254.290.572
*Maſſieus* 437
Jo. *Maſſon* 85.295.445.493
Gerhardus *van Maſtricht* 114.390
Hieron. *Matranga* 619
Chriſtian *Matthias* 189
Anton. *Matthæus* 497
*Matthiolus* 625
Jo. Marii *Mattius* 66
*Maundrellus* 128
Martinus *Mauritius* 27.428.470. 560
*Mauritius* Senonenſis 396.ſq.
Rabanus *Maurus* 191.277
Lucius *Maurus* 158
Philipp. Jac. *Mauſſacus* 322. 436.506
*Maximus* Peloponeſius Hiero-Monachus 402
*Maximus* Monachus 191
Valerius *Maximus* 318
Chriſtian. Paul. *Mayerus* 16
Jo. *Mayerus* 24
D. Jo. Fridericus *Mayerus* 334.337. 338. 340. 342. 374. 387. 391. 412. 415. 454. 458. 465. 471. 496. 511. 575.596.603
Jo. Anton. *Mediobarbus* 536
Franciſc. *Mediobarbus* 537
Joſeph. *Medus* 305.612
Rudolph. Martin. *Meelfubrerus* 617
Jan. Gvil. *Meelius* 578
Petrus *Megerlinus* 190
Henr. *Meibomius* 33.141.150.255. 413
Jo. Henr. *Meibomius* 33.49.435.512. 586.623
Marcus *Meibomius* 33.78.373. 375.549
David *Meier* 108
Gebhard Theodor. *Meier* 110.386. 462.654
Gerhard. *Meierus* 279
Joach. *Meierus* 499
Balthaſar *Meiſnerus* 374
Jo. *Meiſnerus* 111
Conrad. *Mel* 21.190.283
Pompon. *Mela* 135
*Melampas* 423
Philipp. *Melancthon* 189.506
*Meletius* 191.402

Me-

*Meliſſus* 236
Jac. a *Mellen* 408.540.661
Benedict. *Mellinus* 154
*Memoires pour l' Hiſtoire des Sciences* 318
*Memoriæ* Trevoltinæ 61.234.244. 250.254.286.381.406.420.425. 428.443.475.491.539.588
Ægidius *Menagius* 136.295.300. 314.321.332.373.645
*Menander* 439
Hugo *Menardus* 324.332.334. 338.339.340.360.363.368.376.384. 387.389.390.394.395.405.406. 408.474
*Menaſſeh* ben Iſrael 16.ſeq.22.28. 277.431
*Menetrius* 639.643.ſeq.
Claud. Franciſc. *Menetrierius* 568. 640
*Menippus* 133
Luderus *Menkenius* 593
Otto *Menkenius* 29
Jo. Burchardus *Menkenius* 269
Jo. Steph. *Menochius* 15.478
D. Balthaſar *Mentzerus* 338
Gerh. *Mercator* 188.ſeq.
Michael *Mercatus* 159
Jo. *Mercerius* 568.ſq.
Nic. *Mercerus* 67
Joſias *Mercerus* 591
Hieron. *Mercurialis* 49.68.578.580 582.640
Jo. Abraham. *Merklinus* 634
Marius *Merſenricus* 372.ſqq.
D.F. de *Merveilleux* 138
Gaudentius *Merula* 66
Paulus *Merula* 56.352.451.508
Gerardus *Meſanus* 333.377
M. Valerius *Meſſala* 609
Walo *Meſſalinus* ſ. al. Salmaſius 454. 456
Voluſius *Metianus* 77
*Metellus* Tegerenſeenſis 318
*Methodius* 332
Theodor. *Metochita* 176
*Metrodorus* 191
Johannes *Meurſius* 35.43.ſqq.50. 51.52.53.74.143.153.208.295.311. 314.320.321.322.323.325.345.349. 355.404.436.485.506.509.565. 589.619.638.656
Jo. *Meurſius* F. 355.374.496.607
Jo. Gerhardus *Meuſchen* 429
Jo. *de Mey* 356.358
Jo. *Meyerus* 309.600.617
Matthæus *Meyer* 160
Jo. *Michaelis* 297.349.570
Jo. *Micralius* 188.231
*Micrologus* 104
Jac. *Middendorpius* 618
Jo. Frid. *Miegius* 435
Optatus *Milevit* 301
Tho. *Milles* 104.302.376.378.388. ſqq.394.404
Jo. *Miltonus* 481
Julius *Minutolus* 60.151 ſq.
Aubert. *Miræus* 57.113.144.146.167
Jo. Picus *Mirandulanus* 188
*Miſcellanea Academ. naturæ curioſor.* 542
*Miſchna* 12
Maximilian. *Miſſon* 664
Jo. Gabriel *Mittwoch* 334
Stephan. Andreas *Mizlerus* 443

*Modeſtus* 547
Franciſcus *Modius* 53. 64. 556. 591. 643
Georg *Mœbius* 314. 511
Jo. *Mœbius* 325. 332. 513
Mich. *Mæſtlinus* 190
*Mohamed ben Mohamed Scherifal Edriſſi* 129
Auguſtin. *Molaris* 497
Claudius *Molinetus* 319. 540. 632
Carolus *Molinæus* 446. 547
Petrus *Molinæus* 108. 281. 306. 319. 408. 431
*Molinus* 653
Petrus *Moll* 613
Bernard. Ludovicus *Mollenbeccius* 280
Andreas *Mollerus* 297
Dan. Guilhelmus *Mollerus* 319. ſq. 478. 570. 624
Jo. *Mollerus* 425
Jo. Joach. *Mollerus* 370
*Mongaldus* 269
Rich. *Montacutius* 306. 326. 330. 31. 32. 342. 383. 384. 385. 391. 449. 521
Benedictus Arias *Montanus* 8. 127. 188. 283. 285. 531
Anton. *Montecatinus* 486
Bernhardus de *Montfaucon* 62. 161. 292. 299. 342. 363. 364. 377. 450. 625. 626. 649
*Monus* 106
Andreas *Morellus* 297. 486. 530
Guil. *Morellius* 51
Ludov. *Morerius* 139
Petrus *Moreſtellus* 74. 78. 324. 656
*Moretus* 108
*Morhofius* 497. 501
Jo. *Morinius* 4. 110. 277. 331. 368. 388. 392. 394. 396. 402. 403. 414. 428. 445. 471. 494. 511. 534
Steph. *Morinus* 19. 305. 237. 383. 396. 439. 534. 613. 629
Bartho. *Moriſotus* 549
*Morlierius* 539
Philipp. *Mornæus* 246. 281. 299. 376. 399
Henr. *Morus* 236. 244. 326. 328. 442
Thom. *Morus* 501
*Moſcovitæ* 192
*Moſellanus* 606
*Moſes* ben Gerſon Chapetz 284
R. *Moſes* ben Samſon 422
R. *Moſes* Gerundenſis 190
Georg. *Motzenius* 374
Mich *Mourgues* 233
Steph. *le Moyne* 144. 240. 256. 312. 339. 360. 384. 450
D. Henr. *Muhlius* 347. 619
Jo. *Mullerius* 192
Andreas *Mullerus* 570
Bernh. *Mullerus* 290
Gottfr. *Mullerus* 356
Frid. *Mullerus* 28. 650. ſq. 656
Henr. *Mullerus* 312. 376. 602. ſq.
Jo. Chriſtoph. *Mullerus* 246
D. Jo. *Mullerus* 3. 593
Jo. Sebaſt. *Mullerus* 439
Nic. *Mullerus* 24. 188. 310
Petrus *Mullerus* 562. 570. 593. 594
Th. *Munkerus* 574
Seb. *Munſterus* 2. 310. 505
Ludov. Anton. *Muratorius* 115. 116 145. 290. 301. 441. 496. 603. 658

M. An-

M. Anton. *Muretus* 63.338.523
*Muretus* 655
Jo. *Muſæus* 242.386.401
*Muſonius* Philoſophus 48
*Muſſardus* 107.112.115.255.269
Leo *Mutinenſis* 16 22
Nic. *Mutonus* 355

N.

Unſchuldige Nachrichten 616
R. *Nahaſſon* 187
Pet. *Nannius* 63
*Nanzianzenus* 332.380
Jo. *Nardius* 657
Famian *Nardinus* 151.154.294
Mich. *Nau* 402
Jo. *Nauclerus* 191
Gabr. *Naudæus* 545.587.622
Carolus *Neapolis* 324.488
*Nearchus* 133
*Nectarius* Patriarcha Hieroſol. 392
Joach. *Negelein* 541
Ludolph. *Neocorus* ſ. *Kuſterus* de qvo Lit. K. 48.321.546.552.619
Cornelius *Nepos* 165.307
Joſeph. *Nerius* 66
David *Nerreterus* 250.345
Azizas *Neſephæus* 247
Dan. *Neſſelius* 582
Iſrael *Neſſelius* 297
*Neſtorianus* 169
Caſp. *Neumannus* 357
Jo. Georg. *Neumannus* 428.455
Claudius *Nicaſius* 240.251.268.373
Jo. *Nicænus* 342
*Nicephorus* Calliſtus 168.174.191.ſq.
——— CPolitanus 192.218.331
*Nicetas* 191.ſq.555
*Nicetas* Choniates 336
Leonhard. *Nicodemus* 158
Franciſc. *Nicolai* 460
Henricus *Nicolai* 335.337.586
Jo. *Nicolai* 15.28.ſq.45.110.258.322.332.382.388.412.435.448.478.483.507.556.564.572.573.656.657
Philipp. *Nicolai* 325
Oligerus *Nicolaidas* 532
Guilh. *Nicols* 628
Matthæus Broverius *de Niedeck* 365.373.382.644.654
Burchard. *Niederſtedt* 44.143
Jo. Bartholdus *Niemeierus* 404.469 595
Jo. Euſebius *Nierembergius* 359. 431
G. H. *Nieuport* 58
Stephan. *Niger* 581
Franciſc. Maria *Nigriſolus* 625
Julius *Nigronius* 573
Jo. Frid. *Nilant* 574
S. *Nilus* 330.ſq.350.437.589
Auguſtin. *Niphus* 72.418
*Nodotus* 156
Ludov. *Nonius* 140.536.580
*Nonnus* 424
Gerardus *Noodt* 491.543.609
F. Henr. *Noris* 76.ſq.177.250.269.295.336.345.353.441.451.462.472.489.597
*Notitia* dignitatum utriusqve Imperii 162
*Nova Literaria Hamburgenſia* 358
*Nova Literaria* Maris Balthici 10.143.256.334.383
*Novellæ* Reip. Literariæ 231.286.296.373.471.534

Aloy-

Aloyſius *Novarinus* 110 330. 344. 370. 408. 569
*Novella* Reip. Literariæ 56
Nic. *le Nourry* 369
Geographia *Nubienſis* 129
Jodocus Hermannus *Nünning* 661
Greg. *Nyſſenus* 332. 408

O.

Ulric. *Obrechtus* 555
Julius *Obſeqvens* 429
*Obſervationes ſelectæ* vid. Hallenſium &c. Lit. H.
Adolph. *Occo* 537
*Odiato* ſ. Eduvicon 190
*Odo* Camerarenſis 104
Jo. *Oecolampadius* 335
Arnoldus *Oihenartus* 140
Jac. *Oiſelius* 537
Seder *Olam* Rabba 179. 185
Seder *Olam* Zutha 179
Laurent. *Oldhelius* 8
Adamus *Olearius* 389
Gottfr. *Olearius* 2. 174. 392. 423
Jo. Auguſtus *Olearius* 493
Jo. Chriſtoph. *Olearius* 255. 370. 393. 531. 542. 661
Jo. Gottfr. *Olearius* 603
Jo. *Olearius* 493
Philip. *Olearius* 280
*Olenus* 367
Lupus *d' Oliveto* 474
Oliverius *Olmead* 108
*Olonus* 606
*Olympiodorus* 259. 623
Magn. Dan. *Omeiſius* 58. 502
*Onoſander* 546
*Onufrius* 151. 361. 382. 414. 452. 556. 658
Suffridus ab *Ooſterwyck* 632
Conſtantinus *Opelius* ſ. Jo. *Scheferus* 78. 549
H. *Opitius* 576
Jo. Henr. *Opitius* 409
Paulus Frid. *Opitius* 288
Petr. *Opmeer* 189
David *Origanus* 188
*Origenes* 51. 191. 299. 337. 361. 363. 383
Petrus *Orlandus* 306
Lud. de *Orleans* 608
Franciſc. *Orlendus* 306. 396
*Oroſius* 135. 191. 295
Paulus *Oroſius* 191
*Orpheus* ſ. Hermes v. ſupra 242. 367
Abrah. *Ortelius* 45. 139. 241. ſq.
Jo. Adam. *Oſiander* 44. 307. 317
Felix *Oſius* 491. 553
Jo. Eric. *Oſtermannus* 580
*Otho* Friſingenſis 178
Jo. Baptiſta *Ottius* 534
Jo. Henricus *Ottius* 615
Everhard *Otto* 253. 493. 641
Henr. *Otto* 26
Jo. Henr. *Otto* 9. 314. ſqq. 435. 480. 616. ſeq. 637
*Oudaamus* 541
Joach. *Oudavus* 157
Bonaventura *Overbeckius* 151. 159
*Ovidius* 295. 321. 323. 330. 371
Jo. *Ovingtonus* 438
Jac. *Ounamus* 386
Guil. *Outramus* 25. 347. ſq.
*Ouvrardus* 372
Jo. *Outreinus* 311. 313. 315. 317. 373

Jac. *Owenus* 306
Jo. *Owenus* 7. 108. 281. 288. 313. 347. 363. 387. 392. 398. 505
Martinus Jac. *Owmannus* 371
*Marmora Oxonienſia* v. *Arundeliana.*

P.

Jo. Baptiſta *Pacichellus* 565
Lucas *Pætus* 77
Alexand. Arnold. *Pagenſtecherus* 572
Anton. *Pagi* 182. 188. 190. 218. 302. 312. 330. 391. 441. 489. 492
Xantes *Pagninus* 190
Andronicus *Palæologus* 145
Andr. *Palladius* 158. 324
Jan. Mellerius *Palmerius* 64
Jac. *Palmerius* 142. 549
Jac. *Pamelius* 110. 572
*Pamphous* 367
Gvido *Pancirollus* 68. 70. 73. 145. 154. 160. 500. 556. 618. 634
Octavius *Pancirollus* 158
Alphonſ. *Pandulphus* 191
*Panodorus* 168. 191
Mutius *Panſa* 246. 622
Henr. *Pantaleon* 189
Petrus *Pantinus* 512. 560
Onuphrius *Panvinius* 65. 69. 70. 75. 116. 153. 162. 192. 268. 318. 451. 488. ſq 489. 497. ſq. 642
Dan. *Papebrochius* 113. 218. ſq. 270. 273. 338
David *Pareus* 188
Jo. Philipp. *Pareus* 65
Janus *Parrhaſius* 63
Phil. *Paruta* 537
Carol. *Paſchalius* 495. 594
Georg *Paſchius* 419. 501. 634
Melchior *Päſter* 472
Paul. *Pater* 632
*Paternus* 547
Carolus *Patinus* 50. 60. 251. 434. 450. 531. 537. 539. 542. 610
Auguſtinus *Patricius* vid. Chriſtoph. *Marcellus.*
Franciſc. *Patricius* 75. 552. 622
Simon *Patricius* 357
Chriſt. Frid. *Paulinus* 512
Chriſtian. Franciſc. *Paulinus* 33. 57. 141. 413
Carolus *à S. Paulo* 143. 218
*Paulus* Apoſtolus — 361
*Paulus* Foroſempronienſis 191
*Paulus* à S. Marca 188
*Paulus* Diaconus 377
*Pauſanias* 33. 142. 269. 299
Jo. *Pearſonius* 218. 324. 326. 363. 389. 456. 461
Laurentius *Peccenſteinius* 255
Paul. *Pedruſius* 537
*Peliſſonius* 621
Iſidorus *Peluſiota* 191. 296. 299. 304. 312
*Pelletierius* 560
William *Penn* 18
*Pentateuchus* Moſaic. 2
Steph. *de Perac* 155
*Perdiccas* 23. 127. 134
Georg. *Perdiccas* 135
Theodor. *Perdiccas* ibid.
Petrus *Peregrinus* 635
Benedict. *Pererius* 190
*Pericus* 370
Guſtaph. *Peringerus* 364
Joach. *Perionius* 44. 486
Georg. *Peritſchius* 358

Abraham. *Peritſol* 5.23.127.230
Jac. *Perizonius* 136 184. 189.295. 322 372.435.490.538.554.557. 595
*Perraltus* 634
Joh. *Perellus* 49
*Perronus* 399
Franc. *Perraccius* 655
*Perſæ* 192
Gobelinus *Perſona* 411
Rabbi *Petachius* 23.127
Dionyſius *Petavius* 74.110.183.ſqq. 189.235.277.299.312.314.322. 330.ſq.341.343.ſq.356.ſq.360. 400.404.ſq.410.426.454.
Dan. *Petermannus* 652
Nic. *Petitpied* 444
Petrus *Petitus* 297.350.431.576
Sam. *Petitus* 50.68.74.297.307. 312.314.321.323.348.363.ſeq. 506.617
Silveſter *Petraſancta* 579
Suffridus *Petri* 110
Gottfr. *Petritzius* 290
*Petronius* 571
*Petrus* Cluniacenſis 369.388
*Petrus* Dreſdenſis 572
Caſp. *Peucerus* 415.ſq.
Conr. *Peucerus* 189
Tabulæ *Peutingariana* 137
Simon *de Peyronet* 116
Franciſc. *Pezierius* 157
Carol Frid. *Pezoldus* 344.560
Paul. *Pezronius* 183.192.234
Tobias *Pfannerus* 110.231.384.387 ſqq.410.431.ſq.
Auguſt. *Pfeifferus* 7.15.22.24.283. 285.306.309.372
Jo. Ehrenfridus *Pfeifferus* 364
Jo. Philippus *Pfeifferus* 33.321.547 592.609
*Phædrus* 355
*Pherecydes* 242
*Philander* 649
Julius *Philargirius* 150
*Philaſtrius* 192
Henr. *Philippi* 190
*Philo* de temporibus 188.288.294
*Philo Bizantius* 48
*Philo* Judæus 2.191.375.426.472. 588.597
Joh. *Philoponus* 277.360.483
*Philoſtorgius* 382
*Philoſtratus* 49.351
*Phlegon* Trallianus 48.50.165.317
Jo. *Phocas* 23.127.134
*Photius* 30.151.367.382.423
Abbas *Piazza*, ſ. *Platea* 161
Mich. *Piccartus* 437.496.518.569. 607
Ben *Pictetus* 328.395.407.410
Fabius *Pictor* 451
*Pierius* Valerianus 30.72.421.495. 567.629
Stephan. *Pighius* 50.615
Steph. Vinandus *Pighius* 76.489
Laurent. *Pignorius* 30.46.241.373. 441.517.542
Ludov. Elias du *Pin* 9.145.286. 408
Severinus *Pinæus* 426
*Pindarus* 353
Jo. de *Pineda* 495.635
Vincentius *Pincellus* 159
Henr. *Pippingius* 10.496
Julius

Julius *Pippius* 161
*Pirckheimerus* 290
Georg. *Piſida* 171
H. de *Piſis* 421
Archibaldus *Pitcarnius* 634
Petrus *Pithœus* 63.503.551.575
Sam. *Pitiſcus* 34.59.352.492.495.542.615
Georg. Gottlieb *Pitſmannus* 586
Jo. Baptiſta *Pius* 62
Thom. *Pius* 28.599
Vincent. *Placcius* 369
Antonius *Placentinus* 134
Conſtantinus Landus *Placentinus* 65
Jo. la *Placette* 640
*Plato* 501.506.588
Hunoldus *Plettenbergius* 465
*Plinius* Junior 366.368
*Plinii Hiſtoria Natur.* 135.350.355.366
Robert. *Plot* 663
*Plotinus* 237
*Plutarchus* 51.72.133.294.309.323.350.366.429.588
Eduard. *Pocockius* 2.218.386.390
Petrus *Poiſſon* 487
Angelus *Politianus* 62.317.627
Adrian. *Politus* 66
Franciſc. *Polletus* 510.652
Julius *Pollux* 527.638
*Polyænus* 547
*Polybius* 75.547
Jo. *Pomarius* 254
Jac. *Pomelius* 396
Franciſc. *Pomey* 59.253.257.595.656
Georg. Leopold. *Ponatus* 362
Arnoldus *Pontacus* 167.190
Jac. *Pontanus* 355
Henr. *Pontanus* 348
Heraclidus *Ponticus* 44
*Pontificale* Romanum 469
Thom. *Popeblount* 57
Titus *Popma* 517.588
Thom. *Porcacchius* 656
Leonhard. *Porcius* 50.526
*Porphyrius* 275.347.349.ſeq.353.366
Jo. Baptiſta *Porta* 426
*Porticus* Auguſtodunenſis 138
Georg. *Portius* 60
Πορτολάνος 138
Jac. du *Portus* 322.381
*Poſidius* 437
Petrus *Poſſinus* 330
Chriſtian. Henr. *Poſtellus* 568
Gvil. *Poſtellus* 43.485.ſeq.
Ludovic. *Poſtius* 529
Joach. *Potgieſerus* 519
Jo. *Potterus* 34.54.290.292.321.ſq.350.352.354.366.547
Hieron. *à Prado* 284
Matthias *Prætorius* 547
Jo. *Prætorius* 344.416.ſq.419.ſq.
Claud. *Prævotius* 487
Jo. Ludov. *Pruſchius* 487.507
Pandulphus *Pratejus* 505.ſeq.
Theodor. *Presbyter* 30
Jo. *Pricæus* 366.565
Humfridus *Prideaux* ſ. *Prideauſius* 627
Jo. *Prideaux* 25.559
Philipp. *Priorius* 654

*Priſcianus* Cæſareenſis 77
Antonius *Probus* 479
*Proclus* 237. 278. 333. 365. 367
*Procopius* 419. 490. 515
Theodor. *Prodromus* 594
Tiro *Proſper* 76. 167. ſq. 177. 489
*Provinciarum* libellus 162
Georg. *Pſalmanaazaar* 233. 327. 350
*Pſeudo-Cyrillus* 362
*Pſeudo-Dionyſius* 277
*Pſeudo-Dorotheus* 455
*Pſeudo-Evodius* 343
*Pſeudo-Jacobus* 409
*Pſeudo Nicodemus* 191
*Pſeudo Orpheus* 276
Claudius *Ptolomæus* 132. ſqq.
Sam. *Pufendorfius* 25. 142. 379. 439. 446. 481
Erycius *Puteanus* 50. 72. 74. 76. ſq. 372. 419. 437. 526. 529. 580
Burcardus *Pyladas* 242
*Pyro* ſ *Pyrrho* 177
Jo. *Pyrbus* 487

Q.

Franc. *Quaresmius* 128
Jo. Andreas *Quenſtedt* 9. 53. 104. 281. 362. 409. 447. 655
Joſeph. *Quercetanus* 586
Paſchaſius *Quesnellus* 110. 378. 394. 398. 445
Michaël *le Quien* 277. 402. 654
Claudius *Quilletus* 630

R.

*Rabanus* Maurus 104. 191
Junius *Rabirius* 70. 529
Matthæus *Raderus* 146. 170
*Radulphus* Tungrenſis 104
Florimundus *Ræmundus* 107
*Raguenetus* 156
Georg. *Raguſejus* 416
Odoricus *Rainaldus* 182. 318
*Rainſautus* 641
Theophilus *Reinaudus* 231
Bernh. *Ramazzinus* 524
Pinto *Ramirez* 290. 296. 383
Jo. Dan *Ramus* 453. 576
Petrus *Ramus* 76. 553
Conradus Tiburtius *Rango* 564. ſq.
Renatus *Rapinus* 380
Frid. *Rappoltus* 496. ſq.
*Ratramus* 111
Geographus *Ravennas* 135
Chriſtian. *Ravius* 190
Nic. *Rayæus* 363. 370. 410
Odoricus *Raynaldus* 338
Anſelmus Solerius ſ. rectius Theophil. *Raynaudus* 73. 265. 333. 337. ſeq. 341. 359. 361. 368. 391. 399. 410. 495. ſqq. 563
Bernardinus *Realinus* 63
Adamus *Rechembergius* 25. 333. 360. 363. 369. 469. 477. 497. 568. 617. ſqq.
Petrus *Redanus* 382
*Regino* Prumienſis 104. 178
Julius *Reicheltus* 433
Jo. Jeremias *Reichhelm* 359
Jac. Frid. *Reimannus* 242. 621
Joach. Lud. *Reimerus* 479
Chriſtian. *Reineccius* 244
Jo. Mich. *Reineccius* 106
Reinerius *Reineccius* 31. 33. 609. ſq.
Thom. *Reineſius* 31. 56. 68. 255. 295. 352. 434. 500. 574

Mich.

Mich. Henr. *Reinhardus* 372
Eraſmus *Reinholdus* 190
*Reinmannus* 374
Anton *Reiſerus* 329. 405. 438. 632
Jo. *Reiſkius* 288. 335. 339. 533. 621
Jo. Henric *Reizius* 15
Hadrian. *Relandus* 2. 15. 21. ſqq 27. 126. 128. 142 240. 244. 290. 312. 350. 364. 385. 410 532. 534 ſeq.
*Remigius* Antiſſiodorenſis 104
Euſebius *Renaudotus* 31. 218
Jo. *Rendtorfius* 354
Jo. Bernhard *Renvultus* 269
Lucius Andr. *Reſendius* 140
Jo. *Reuchlinus* 244
Jac. *Revius* 445. 565
Elias *Reuſnerus* 189. 610
Caſp. *Reyes* 424
Sam. *Reyherus* 358. 542.
Jac. *Rhenferdus* 26. ſq. 286. 315. 326. 346. 448. ſq. 448 482. 535. 616
Jo. *Rhenferdus* 25. 126. 288. 312
Ludov. Cœlius *Rhodiginus* conf. *Richerius*
Jo. *Rhodius* 373. 383. 569. 609. 651
Franciſc. *Ribera* 190. 285. 317
Philipp. *Riboudealdus* 357
Paulus *Ricautus* 106, 146. 275. 329. 345
Cajus *Riccius* 496
Paulus *Riccius* 15
*Ricciolus* 192
Jo. Baptiſta *Ricciolus* 183. ſq. 190. 635
Lud. Cœlius *Richerius* 62. 66
Georg. *Richterus* 425. 6·0
*Ridderus* 108
Nic. *Rigaltius* 70. 110. 400. 453. 564
Eucharius Gottlieb *Ringek* 141. 531. 555
Jo. Steph. *Rittangelius* 24. 244. 247 313. 315
Conrad. *Rittershuſius* 362, 380. 509. 601
Georg. *Rittershuſius* 300. 307. 566
*Rivandus* 327
Andreas *Rivetus* 108. 328. 339. 363. 442
Andreas *Rivinus* 337. 643. 660
Q. Septimus Florens *Rivinus* 493
Jo. *Rivius* 279
Thom. *Rivius* 549
Henr. *Rixnerus* 115. 398
Jo. *de Roa* 190
Martin. *de Roa* 278. 280. 373. 547. 608
*Robbius* ſ. *de la Robbe* 138
Gaudentius *Robertus* 55. 62. 65
Hugo *Robingſonus* 182
Franciſc. *Robortellus* 54. 63. 65. 70. 74. 76. ſq. 526. 55·. 650
Jo. Thom. *de Rocaberti* 274. 446
Angelus *Roccha* 114. 116. 273. 332. 374. 497
Jo. Georg. *Rœſerus* 495
Bernhardus *de la Roſche* 67
Abraham. *Rogerus* 240. 250
Jac. *Rohenſis* 180
Jo. *Roman* 17
Gvilh. *Rondeletius* 568
Julius *Rondellus* 322
Ægidius Andreas *de la Roque* 476
Hieron. *Rorarius* 598
Jo. *Roſa* 609
Chriſtian. Knorrius *à Roſenroth* 244

Jo. *Roſinus* 54. 56. 253. 293. 324

Alexander *Roſſæus* 240. 250

Dominicus *Roſſi* 241

*Roſſus* vid. *Rubenius*.

Octavius *Roſſus* vid. *Rubeus*.

Philipp. *Roſſus* 156

Heribertus *Rosweidus* 361. 389. 391

Eberhard. Rudolph. *Rothius* 151. 563

Frid. Jul. *Rottmannus* 591

Franciſc. *Rous* 35. 450

Franciſc. *le Roy* 287

Jo. *Rualdus* 295. 492

Alb. *Rubenius* 73. 77. 297. 537. 561. 573

Phil. *Rubenius* 68. 290. 352. ſq. 495

Octavius *Roſſus* ſ. *Rubeus* 280. 351. 582

Olaus *Rudbeckius* Pater 20, 256. 292. 625

Jo. Ludov. *Ruellius* 323

Franciſc. *Rueus* 357

Licinius *Rufinus* 503

Chriſtoph. *Rufus* 63

Sextus *Rufus* 70. 145. 153. 157

Theodoric. *Ruinartus* 31. 378

*Rubertus* Tuitienſis 104

Chriſtoph. Adam. *Rupertus* 434. 489

Janus *Rutgerſius* 150

*Rutheni* ſ. Moſcovitæ 192

*Rutilii* Itinerarium 161

Georg. *Ruxnerus* 643

Juſtus *Rycquius* 55. 155. 290. 292. 295. 298. 318

Theodor. *Rycquius* 150

Valerius Anſelm. *Ryd* 188

S.

M. Anton. *Sabellius* 62. 634

Franciſc. Florid. *Sabinus* 63

Raymundus *de Sabunde* 231

Dionyſ. Octavian. *Sada* 242

Ægidius *Sadeler* 157

Jac. *Sadeurus* 502

Caſp. *Sagittarius* 73. 116. 141. 254. 334. 465. 517. 527. 556. 574. 591. 607. 648

*Sainctebeufius* 115

Claudius *de Sainctes* 396

Petrus *Saintfleurius* 60

Gonſalus *de Salas* 138

Chriſtian. *Salbach* 623

Gvil. *Saldenus* 316. 359. 390. 410

Jac. *Salianus* 182. 190. 383

Claudius *Salmaſius* ſ. Simplicius Verinus ſ. Walo Meſſalinus 26. 47. 68. 76. 113. 145. 146. 240. 293. 296. 297. 299. 322. 331. 334. 352. 356. 362. 389. 393. 399. 405. 454. 456. 506. 514. 528. 553. 561. 565. 566. 572. 615

Alphonſ. *Salmero* 188

*Salmuthus* 527. 556

R. *Salomo* 2

*Salvianus* 507

Balthaſ. Frid. *Salzmannus* 625

*Samaritanor.* Epiſtolæ 27

Jac. *Sambœuvius* ſ. *de ſainte Beuve* 395

Henr. *Sameſicus* 190

*Sammarthani*, fratr. 146

Dionyſius *Sammarthanus* 405

Nic. *Sanderus* 407

Caſp. Herman. *Sandhagen* 23. 283

Chriſtoph. *Sandius* 278

Nic. *Sanſonius Abbavillæus* 23. 128

*Sanſorinus* 191

Jo. Caſp. *Santoroe* 58

Jo. Franciſcus *Saraſinus* 639

Forellus *Sarayna* 641
Wilh *Sarcerius* 356
Alexander *Sardus* 66.77.634
Pompejus *Sarnellus* 113. 115. 303. 305. 374. 391. 396. 398. 401. 405.459
Stanislaus *Sarnicius* 502
Hadrian. *Sarravia* 469
Claud. *Sarravius* 304
Paulus *Sarpius* 471
Jo. *Sartorius* 234.365.391
Nic. *Sarus* 117
Jo. *Savaro* 337.601
Jo. *Saubertus* 25.244.279.284. 294.299.313.323.352.354.362 365.480.521.632
Henr. *Savilis* 553
Ludov. *Savotus* 77.545
Andr. *Sauſſæus* 57.114.370.378.391. 459.562.563.565
Fortunat. *Scacchus* 15.273.372.381. 442.494
Julius Cæſar *Scaliger* 27.47
Joſeph. *Scaliger* Jul. Cæſ. F. 50 74. 127.141.147.166. 168. 174. 184. 188. 309. ſeq. 312. ſqq. 318.322. 342.350.353.367. 398. 506.521. 625.632
R. *Schabtai* ben Joſeph 611
*Schalſcheleth* Hakkabula 179.617
Henr. *Schævius* 257.260
Henr. *Scharbau* 617
Simon *Schardius* 141
Benjamin *Scharf* 255
Georg. *Schedius* Pat. 254
Elias *Schedius* Fil. 254
Jo. *Schefferus* 53. 74. 78. 151. 158. 256.381.529.549.564.652
Jac. *Schegkius* 64
Balthaſ. *Scheidius* 5.9.22.311.494
Ratbodus Herm. *Schelius* 75. ſeq. 553. ſeq.
Emanuel *Schelſtratenus* 143.218. 344.402.462. ſq. 622
Jo. *Schelwichius* 440
Sam. *Schelwigius* 344.440.502. 565.575.592
Philip. Jo. *Schenck* 399
Philipp. Tilemannus *Schenck* 398
Jo. Jac. *Schererus* 190
Robertus *Scheringamus* 315.346. 559
Guil. *Schickardus* 25.316.332.392. 480. ſq. 546.623
Herm. a *Schildis* 411
Jo. *Schildius* 486. ſeq.
Jo. *Schilterus* 33.412.589.600
Chriſtian. *Schlegel* 541
Levinus Jo. *Schlicht* 136
*Schlightingius* 389
Chriſtian. *Schlæpkenius* 255
Martinus *Schmeitzel* 495
Amadeus *Schmeltz* 255
Jo. Erneſt. *Schmidelius* 319
Eraſmus *Schmidius* 312.343
Jo. Andreas *Schmidius* 9.104.306. 334.369.376. 401. 406.421.466 468.533.624
Jo. Adamus *Schmidius* 570
Gottfr. *Schmidius* 506
Jo. *Schmidius* 313.320.345.575
Sebaſt *Schmidius* 2.4.277. ſq. 311. ſqq. 340. 382. ſq. 385. 440.581
J. Hermandus *Schminkenius* 142
Henr. Theophil. *Schneiderus* 486

Adrian.

Adrian. *Schöenbeckius* 476
Chriſtian *Schœtgenius* 412. 623
D. *Schomerus* 278
Martinus *Schookius* 44. 291. 485. 586. ſqq. 647
Chriſt. *Schotanus* 188
Juſtus Georg. *Schottelius* 338. 516. 615
Andr. *Schottus* 58. 242. 542
Jo. Carol. *Schottus* 235. 425. 542. 577
*Schraderianæ* Tabulæ 183
Jo. David *Schreber* 624
Cornel. *Schrevelius* 58
Jo. Jac. *Schræderus* 410
Georg. *Schubartus* 52. 174. 546. 643
Jo. Jac. *Schudt* 15. 24. 436. 440. 444. 478. 633
Jo. Nic. *Schulinus* 297
Albert. *Schultens* 419
Cornel. *Schultingius* 397
Conr. Sam. *Schurtzfleiſchius* 31. 293. 322. 350 369
Henr. Leonhard *Schurtzfleiſchius* 324. 637
Chriſtoph. *Schutze* 441
Dietericus *Schwabe* 362
Chriſtian. Gottlieb *Schwartz* 428. 623. 654
*Sclerandrus* v. Hartmannus
Horatius *Scoglius* 190
L. Joh. *Scoppa* 63
*Scotiſtæ* 237
Adamnanus *Scotus* 127
J. C. *Scotus* 57
Marianus *Scotus* 190
Petrus *Scriverius* 148. 451
Abraham. *Scultetus* 189. 337. 449
*Scylax* 133. 135
Jo. *Scylitz* 174
*Scymnus* Chius 133
Petrus *de Sebaſtiano* 161
Melchior *Sebitzius* 426
Vitus Lud. *Seckendorfius* 471
Petr. *Seguinus* 240. 537
M. Chriſtian. Ehrenfrid. *Seifertus* 660
Franciſci *de Seine* 160
Petrus *la Seine* 53
Jo. *Seldenus* 16. 22. 24. 26. 151. 249. 285. 288. 289. 295. 297. 307. 310. 311. 315. 322. 331. 339. 341. 348. 349. 360. 362. 364. 370. 371. 375. 386. 408. 463. 480. 481. 497. 503. 521. 528
Guſtav. *Selenus* ſ. Auguſtus 639
Abraham *Sellerus* 250
M. Chriſtoph. *Semler* 15
Jac. *Semple* 521.
*Seneca* 293. 351
Sixtus *Senenſis* 3. 189
Andreas *Senftlebius* 47. 638
Ludov. *Septalius* 223
Vibius *Sequeſter* 135
Nic. *Serarius* 27. 115. 335. 368. 407
Septimius *Sererius* 587
Georg. *Serpilius* 370. 372
Jo. *Servilius* 647
Ludov. *Servinus* 412
*Servius* 150
Petrus *Servius* 49. 66. 70
*Seſoſtris* 136
Jul. San *Severinus* 487
*Severus* Alexandrinus 389


Mar-

Martellus *Severolus* 269
Wilhelm. *Sewel* 58
Paul. *Sherlogus* 9
Nic. Petrus *Sibbern* 105. 329. 368
Urbanus Gottfr. *Siberus* 293. 563
Sibrand. Tetard. *Siccama* 70. 73. 324. 509. ſq.
Gerardus *Sichtermannus* 515
Philipp. *Sideta* 169
Algemonius *Sidneyus* 481. 502
*Sidonius* Apollinaris 330
*Sigebertus* 191. 375
*Sigebertus* Gemblacenſis 178
Carol. *Sigonius* 15. 44. 55. 63. 66. 69. 70. 162. 309. 366. 449. 478. 485. 489. 508. 509
Camillus *Silveſter* 348. 569
Æneas *Silvius* 606
*Simeon* Magiſter 422
Joſias *Similerus* 157
Abbas *Simon* 381
Rich. *Simon* 4. 9. 16. 22. 27. 106. 146. 361. 364. 396. 398. 400. 406. 407. 471
*Simonville* 16
*Simplicius* 276
Eduard. *Simſonius* 182. 189. 356
Anaſtaſius *Sinaita* ſ. Nicænus 356. 383
Alexius *Sincerus* 587
Gabr. *Sionita* 384. 405.
Mich. *Siricius* 108. 281. 459
Jac. *Sirmondus* 71. 110. 113. 115. 145. 301. 307. 330. 336. 339. 377. 378. 379. 380. 395. 401. 404. 473. 535
Jo. Baptiſta *Sitonus* 426
Jo. *Sleidanus* 188
Jo. Philipp. *Slevogtus* 510
Paulus *Slevogtus* 24. ſq. 317. 386. 449
Jo. *Sluterus* 525
Jo. Andreas *Schmeidius* 656
*Smetius* 651
Jo. Herm. *Smincke* 33
Thom. *Smithus* 106. 114. 146. 163. 297. 303. 304. 326. 329. 345. 368. 431
Elias *Schnegaſſius* ſ. Anton. a *Mara* 596
Willebrodus *Snellius* 50
*Socrates Scholaſticus* 111
Andreas *Sælmatter* 189
Juſtus *Soldanus* 288
*Solerius* ſ. Theophilus *Raynaudus* 495. 563
*Solinus* 135. 353
Philipp. *Solitarius* 191
Jo. Baptiſta *Sollerius* 383
Franciſc. *van Som* 555
D. Chriſtophor. *Sontagius* 333. 362. 404
Mich. *Sophianus* 142
Jo. Hieronym. *Sopranes* 559. 656
*Soranus* 236
*Sorberius* 421
C. *Sorellus* 434
Dominicus *a Soto* 414
P. E. *Soucietus* 4
Dan. *Souterius* 47. 638
*Souverainius* 235
*Sozomenus* 111. 326
Ezechiel *Spanhemius* 72. 76. 158. 162. 250. 258. 261. 290. 292. 294. 297. 311. 312. 315. 318. 321. 331. 353. 367. 373. 407. 445. 450. 499. 530. 534. 646
Frid. *Spanhemius* 2. 111. 128. 145. ſq. 185. 188. 281. 302. 309. 310. 361. 454
Henr. *Speelmannus* 32. 302. 439. 527. 539. 576

Jo. *Spencerus* 29. 283. 288 297. 309. 310. 313. 347. 357. 384. 431. 504
Gvil. *Spencerus* 432
Otto *Sperlingius* 49. 387. 533. 542. 562. 565. 573
Dan. *Spiegel* 188
*Spinoſa* 236
Theophil. *Spizelius* 18. 311. 384
Benedictus Ægius *Spoletinus* 158
Henr. *Spondanus* 116. 182. 190. 658
Jac. *Sponius* 35. ſq. 46. 49. 123. 250. 255. 281. 292. 296. 352
Jo. Carol. *Sponius* 421
Thom *Sprat* 621
Jo. *Stalennus* 409
Thom. *Stanlejus* 322
Thom. *Stapletonus* 647
Seb. Gottfr. *Starkius* 628
Achilles *Statius* 63
Udalric. *Staudigleus* 475
Joſua *Stegmannus* 230
Proſper *Stellartius* 116. 475. 566
Carol. *Stengelius* 340
Stephanus Joannes *Stephanius* 349. 354. 417
*Stephanus* Byzantinus 46. 132. 139
Carol. *Stephanus* 139. 549
Henr. *Stephanus* 53. 64
Joach *Stephanus* 44. 486
Robertus *Stephanus* Junior 408
Petrus *Stevartus* 26
*Stewechius* 437. 549
Caſp. *Stiblinus* 501
Chriſtian. *Stieſſius* 661
*Stilpon* 237
Eduardus *Stillingfleet* 230. 232. 278. 281. 463
Jo. Chriſtoph. *Stiſſius* 609
Henr. Arnold. *Stockfleet* 374
Balthaſ. *Stolbergius* 34. 362. 654
*Strabo* 131. 133. 252. 289. 294. 296. 398. 384
Walafridus *Strabo* 105
Jac. de *Strada* 536
Octavianus *Strada* 540
Ægidius *Strauchius* 115. 185. 188. 405. 595
Richard. *Streinius* 73. 609. ſq.
Joach. *Strupp* 586
Burchard Gotthelf *Struvius* 61. 253. 294. 299. 324. 335. 345. 352. 397. 529. ſq. 621
Frid. Gottlieb *Struvius* 649. ſq.
Jo. Sam. *Stryckius* 309. 328
Andreas *Stubelius* 571
Jo. Guil. *Stuckius* 321
Guilh. *Stuckius* 352. 366. 373. 579. 588
Theodor. *Studita* 394
Jo. *Stumpfius* 254
Leonhardus Chriſtoph. *Sturmius* 23. 286. 287
Franciſc. *Suareſius* 189
Joſeph. Maria *Suareſius*. 306. 572. 647
*Suetonius* 295. 423
*Suicerus* 300. 325. ſq. 329. 331. ſeq. 344. 368. 380. 382. 389. 390. 396. 405. 410
Jo. Caſpar. *Suicerus* 103
*Suidus* 191. ſq. 257. 307. 312. 321. 349. 351. 373
*Sulpitius Severus* 257
*Sullius* 501
Guil. *Surenbuſius* 4. 316. 364

Lau-

Laurent. *Surius* 377
Franciſc. *Swertius* 374
Frid. *Sylburgius* 30
*Symmachus* 330
Bened. Curtius *Symphorianus* 290
Georg. *Syncellus* 171.191
Michael *Syncellus* 277
*Syneſius* 428.444
Jo. Jac. *Syrbius* 311

T.

*Tabulæ* Alphonſinæ 192
— — Peutingarianæ 137
*Tacitus* 289.605
Petrus *Taffinus* 74.318.323.382.453. 644
Jo. *Taiſnerus* 635
*Talmud* 2.317
*Talmudici* 188.191.283.382
Moſes *Tarnenſis* Kinath Sepher 6
Aurelius Severinus *de Tarſia* 639
Achilles *Tatius* 293
*Taubmannus* 528.568
Jo. Baptiſta *Tavernerius* 536.636
Claudius *Taurinenſis* 408
Jeremias *Taylor* 359.361.395
Henricus *Teelmannus* 7
Jo. *Teniſſon* 281
Wilh. Erneſt. *Tenzelius* 33.114.255. 274.320.332.368.376.401.466.541. 572.632
Laurent. *Terpayrus* 306
*Tertullianus* 242.252.325.337 393. 604
*Teſſeus* v. Jeſſeus
Jo. *Textor* 253.260.354.634
Gregor. *Thaumaturgus* 333
Georg. *Thegen* 570
*Themiſtius* 622
*Theo* Ægyptius 418
*Theodoritus* 409
*Theodulphus* Aurelianenſis 387
*Theophanes* 191.331
*Theophanes* Iſaurus 172
*Theophilus* 191
*Theophilus* Antiochenus 165.189.192
*Theophraſtus* 507
*Theophylactus* 392
Amphion *Theſpienſis* 620
Jo. Baptiſta *Thiers* 110.113.ſqq.304. 306. 328. 374. 400. 412. 425. 458. 466.472.473.565.639.664
Arpinus *Thilinus* 251
Georg. *Tholoſanus* 74
Gregor. *Tholoſanus* 68
*Thomas* Aqvinas 338
Ludov. *Thomaſinus* 113.328.410. 438.469.471.ſq.
Jo. Philippus *Thomaſinus* 78.297. 547.583.653
Chriſtian. *Thomaſius* 443.490. 519.528.593
Jac. *Thomaſius* 114.239.266.336. 340.360.439.513.567.618.624.660
Joſeph. Maria *Thomaſius* ſ. Caro 397
Thom. *Thorowgood* 17
Henr. Gyntherus *Thulemarius* 27. 532
Jo. *Thulius* 56
Theodor. *Thummius* 24.309.327. 345.416
Caſp. *Thurmannus* 475.619
Anton. *Thyleſius* 495.653
Anton. *Thyſius* 43.56.156.485.506
Mich. Chriſtian. *Tierof* 420
Edmundus *Tigrelius* 650
Jo. *Tilius* 108

Salomon *van Till* 24.283.312.343.372.546.560
Mr. *Tilladet* 640
Paul. Henr. *Tillemannus* 575
*Tillemontius* 300.326.331.ſq. 335.ſq. 489
Richard. *Tillesly* 521
Jo. *Timeus* 335
*Timotheus* 169
Andr. *Tiraquellus* 67.254.260. 280.295.345.353.470.499.591
Jac. *Tirinus* 189.307
Abbas Philo *Titus* 161
Nic. *Toinardus* 534
Jo. *Tolandus* 237
Jac. *Tollius* 73.254.373
Jac. Philipp. *Tomaſinus* 49.52.298. 441
*Topographia* Romæ 153
Auguſtin. *Torniellus* 182.190.310
Franciſc. Maria *Torrigius* 116.664
Marinus Sanutus *Torſellus* 23.127
Alphonſus *Toſtatus* 167.189
Gabr. *Towerſon* 389
*Tranſactiones* Philoſophicæ 629
Steph. *Trelierius* 72.435
*Tremblæus* 639
Gotthelf *Trenerus* 661
Elias Conſtantinus *Trewenſchræder* 489
Adam. *Tribechovius* 363
Nic. *Trigautius* 598
Jac. *Triglandius* 27.46.359.504
Jo. *Triſtanus* 330.366.537
Jo. *Trithemius* 570
Wolfgang. Caſp. *Troppaneger* 662
Ægidius *Tſchudus* 141
Benjamin *Tudelenſis* 23.127.230
Lucas *Tudenſis* 191.360.408
Guil. *Turckius* 32.141
Adrian. *Turnebus* 49.68.250.289. 585
Renat. Joſeph. *Turnemine* 191.234. 330.536
Jo. *Turnerus* 244
Jac. *Turnerus* 546
Philipp. a *Turre* 256.322.344
Jo. Alph. *Turretinus* 111.318
Franciſc. *Turrianus* 362
Franciſc. Maria *Turrigius* 77.160. 641
Horatius *Turſellinus* 188
Jo. *Tzetes* 152.330
*Tzetrea* 419.547

V.

Flamihius *Vacca* 61
Laurent. *Vaccarius* 157
Joach. *Vadianus* 519
Henr. *Vagedes* 255
Auguſtin. *Vagetius* 287.427
Jo. *Vaillant* (*Valens*) 296.483.486. 531.536.537.610
Jo. Franciſc. Foy *Vaillant* Fil. 537
Mich. Bernhard. *Valentinus* 634
Franciſc. *Valeſius* 358.419
Hadrian. *Valeſius* 141
Henr. *Valeſius* 110.288.324.330. 331.334.345.363.368.377.378.380. 403.410.506.555
Jo. *Valkenier* 108.281
Petrus *della Valle* 244
Jo. Anton. *Valtrinus* 573
Jo. Weikart *Valvaſor* 141.254
Anton. *Vandale* 21.287
Auguſt. *Varenius* 2.24.317.521.ſq.
*Varro* 165.298.609

Jo. *Vaſeus* 140
Mr. *Vatar* 408
Franc. *Vavaſſor* 528
Sebaſt. de *Vauban* 520
Georg. *Vavchopius* 487. 491
Mottanus *Vayerus* 327. 434. 505
Euſtatius *a S. Ubaldo* 368
Hieronymus *Vecchiettus* 188
Nic. *Vedelius* 112. 445. 604
*Vegetius* 547
Mapheus *Vegius* 496
Carol. Maria *de Veiel* 389
Ludov. Compiegne *de Veiel* 6. 14. 23. ſq. 283. 347
Albertus *Veiel*, Eliæ fil. 414
*Veiraſius* 502
Maturinus *Veiſſerius* 9
Marcus *Velſerus* 425. 499. 542. 648
Jo. Anton. *Venerius* 46. 66. 416
Dominicus *Venetus* 465
Paulus *Vergerius* 374
Cordeſius à *Verimund*, ſ. Treuhertz von Wahrmund 502
Simplicius *Verinus* ſ. Salmaſius 331. 334
Claudius *de Vert* 105. 112. 475
Baco *Verulamius* 501
Jo. *Verway* 660
Steph. M. *Veſceus* 355
Ferdinand. *Ughellus* 146
Erdmannus *Uhſenius* 140. 344
Frid. *Viccius* 357
Joſeph. *Vicecomes* 114. ſq. 336. ſq. 385. 390. 395. 399
Aurelius *Victor* 293. 554
Publius *Victor* 153. 157
*Victor* Tunnunenſis 168. 177
Hugo *de S. Victore* 104. 398
Richardus *de S. Victore* 284
*Victorinus* 113
Marianus *Victorius* 387. 405
Petrus *Victorius* 68. 70. 354
Æneas *Vicus* 66. 537
Hieronymus *Vida* 639
R. David *Vidal* 505
Blaſius *Vigenerius* 526
Nicol. *Vigmer* 190
Jo. *Vignolius* 159. 540
Thom. *a Villanova* 273
Jo. Baptiſta *Villalpaldus* 129. 284. 520
*Villette* 398
Ivo *Villiomarus* ſ. Joſeph. Scaliger 353. 551
*Vincentius* Bellovacenſis 188
Eraſmus *Vindingius* Pauli F. 53. 143. 509
Petrus *Viola* Viçentinus 74
Georg. Andreas *Vinboldus* 428
Polidorus *Virgilius* 634
Jani *Vitalis* verſus in Romam 149
Orderici *Vitalis* 178
Annius *Viterbienſis* 150
Philipp. Reinhard. *Vitriarius* 476
Compegius *Vitringa* 23. 26. 245. 285. 288. 348. 361. 362. 370. 372. 375. 388. 449. 511. 560. 616
*Vitruvius* 294. 298
Iſaacus *Viva* 351
Ludovic. *Vives* 108. 606
Jo. *Ulmannus* 15
Gottfrid. *Vockeroth* 621
Gisbertus *Voëtius* 268. 291. 362. ſeq. 368 408. ſq. 412
Paul. *Voëtius* 250. 298. 597
Valentinus Henr. *Voglerus* 358. 623
Albertus *Voigtius* 573

 Gottfr.

Gottfr. *Voigtius* 299. 302. 306. ſq.
Jo. *Voiſinus* 398
Joſeph, *de Voiſin* 3. 21. 24. 245. 312. 317
Raph. *Volaterranus* 451. 609
Melchior *Volcius* 412
Jo. Georg. *Volckamerus* 536
Chriſtian. Gvil. *Vollandus* 255
*Vomelius* 457
Adolph. *Vorſtius* 51
Ælias Everhard. *Vorſtius* 570
Gvil. Conr. *Vorſtius* 435
Jo. *Vorſtius* 25. 145. 448
Gerh Jo. *Voſſius* 122. 136. 232. 256. 268. 281. 291. 296. 300. 325. 355. 380. 381. 382. 386. 389. 309. 401. 438. 492. 566. 619. 620
Gerh. *Voſſius* Tungrenſis 333. 375
Iſaac. *Voſſius* 7. 71. 78. 135. 142. 152. 156. 192. 374. 375. 428
Nic. *Uptonus* 576
Sertor. *Urſatus* 77
Fulvius *Urſinus* 36. 55. 73. 537. 582. 610
Georg. *Urſinus* 26. 616
Georg. Henr. *Urſinus* 510. 584
Jo. Henr. *Urſinus* 356. 369
Abbas *Urſpergenſis* 189
Jac. *Uſſerius* 50. 57. 114. 145. 182. 189. 331. 376. 462. 463. 622

W.

Jo. Georg. *Wachterus* 7. 236
Robert. *Wackefeld* 596
Chriſtfridus *Wæchtlerus* 004
Mich. *Waltherus* 24. 244
Jo. Chriſtoph. *Wagenſeilius* 4. 6. 8. 18. 23. 24. 27. 105. 127. 137. 273. 311. 316. 317. 319. 324. 342. 351. 362. 364. 370. 371. 376. 384. 386. 436. 464. 543. 551. 560. 596
Chriſtian. *Wagnerus* 174
Treuhertz von Wahrmund ſ. Veri-mund. 502
Jo. Georg. *Walchius* 531. 545. 625
Wilh. Hulderic. *Waldſchmidius* 586
D. Chriſtoph. *Walpurgerus* 108
Hermannus *van de Wall* 560
Moſes *Wall* 17
William *Wall* 386. 388. 392
Jo. *Walliſius* 310. 373. 388. 629
Georg. Chriſtian. *Waltherus* 619
Mich. *Waltherus* 311
Brianus *Waltonus* 127. 129. 284. 449. 532
Jo. *Wandalinus* 477. 479
Jo. Mich. *Wanslebius* 218. 384. 434
Chriſtian. *Warlitzius* 358
Henric. *Warthonus* 376. 602
Caſp. *Waſerus* 531
Chriſtian. *Waſewitzius* 339. 383
Matthias *Waſmuthus* 184. 190
Erneſtus Caſimirus *Waſſerbach* 255
Jo. *Waſſius* 576
Eduardus *Waterhuſius* 106
Michael *Watſon* 634
Jeremias *Weberus* 255
Georg. Wolfgang *Wedelius* 357. ſq. 437. 532. 659. 660
Jo. Henr. *Wedderkampius* 391
D. Gottfr. *Wegenerus* 111. 336
Jo. Frid. *Weidlerus* 504
Chriſtian. *Weidlingus* 372
Jo. Mich. *Weimichius* 555
Jo. *Weitzius* 327. 373


Eduard,

Eduard. *Wels* 128
Georg Hieron. *Welſchius* 61. 130
G. Henr. *Welſchius* 548
Guil. *Welwod* 26
Gottfr. *Wendelinus* 433
Jo. Georg. *Wendius* 479
Joach. Immanuel *Wendius* 608
*Wetſtenius* 558
Jo. van der *Weyen* 29. 313. 315. 504
Henr. *Whartonus* 146
Georg *Whelerus* 35. 113. 300. ſeq.
Dan. *Wihtbus* 640
Wilh. *Whiſtonus* 5. 89
Georg. *Wicelius* 328
Auguſtinus *Wichmannus* 266
Jo. *Wichmannus* 189
Jo. Chriſtoph. *Wichmanshauſen* 357
Joach. *Wieland* 255
Jo. *Wierus* 349
Andreas *Wilckius* 327. 336
Jac. *Wildius* 240. 537
Jac. de *Wilde* 241. 550
Alexand. *Wildhelmius* 626. 651
Chriſtianus *Wildvogelius* 327. 332. 335. 340. 344
Chriſtian. Frid. *Wiliſchius* 617
Nic. *Witſenius* 550
Henr. *Witſius* 432
Hermannus *Witſius* 9. 18. 20. 23. 24. 25. 29. 129. 247. 283. 288. 310. 316. 322. 347. 349. 357. 362. 363. 383. 440. 478. 504. 635
Chriſtoph. *Wittichius* 278. 431
Chriſtian *Woldenbergius* 506
Henricus *Wolfius* Sigurinus 188
Jac. *Wolfius* 433
Jo. Chriſtoph. *Wolfius* 239. 247. 289. 311. 367. 611
Chriſtoph. *Woltereckius* 318
Nic. *Wolſcendorfius* 412
Georg. *Wonna* 280
Chriſtian *Wormius* 22
Joa. a *Wower* 52. 122. 258. 587
Jo. *Woweranus* 290. 299. 564. 624
Jo. *Wulferus* 22
Jo. *Wülferus* 305. 316. 351. 372. 375. 433

X.

Niceph. *Xanthopulus* 455
*Xenocrates* 424
*Xenophon* 236. 546. 588
Jo. *Xiphilinus* 268. 345

Z.

Laurentius *Zaccagnius* 325. 330. 569
Paulus *Zacchius* 432
R. Abraham. *Zacuth* 187
Jo. Sarius *Zamoſcius* 69. 491
Hieronymus *Zanchius* 416
Cæſar *Zarotius* 524
*Zarrata* 421
D. Georg. *Zeæmannus* 412
Jo. Gottfrid. *Zeidlerus* 427
Melchior *Zeidlerus* 360. 603. 622
Andreas Chriſtophorus *Zellerus* 348
Guſtaphus Georgius *Zeltner* 25. 478

*Zemach*

*Zemach* David, vid. *David.*
*Zenobius* 422
Wilhelm *Zepperus* 307
Jo. Caſp. *Zeumerus* 332.333.334.339
Caſp. *Zieglerus* 378.457.458.460.461.472.492.510.524.566.653
Euſtratius Johannides *Zialowsk* Rhutenus 106
Gerard. David *Ziegra* 560
Matthias *Zimmermannus* 104.108.258.280.307.340.361.373.389.390.461.515
Chriſtian. *Zoëga* 24.372
Jo. *Zonara* 176
Petrus *Zorn* 664
*Zoſimus* 294.317
*Zwickerus* 558
Jo. *Zwingerus* 338
Theodor. *Zwingerus* 562

Z Fabricius, Johann Albert
5131 Bibliographia antiqvaria
F12
1716

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY